R.P. BARTHOLOMAEI DESCOBAR HISPALENSIS ... CONCIONES DE FESTIS DOMINI

Bartolomé : de Escobar

Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

204. 14. F. 5

Conciones Scotar B.

~~A f:~~ R.

~~1~~ 1

~~7 3~~ 147

303

Digitized by Google

204. 14. F. 5

R. P. BARTHOLOMÆI

DESCOBAR

HISPALENSIS

E SOCIETATE IESV

CONCIONES

DE FESTIS DOMINI.

Nunc primùm in lucem editæ, & duplici Indice illuſtratæ.

Coll.ii Rom.i Soc.tis Jesu
Catal. Inscrip.



MVSSI-PONTI,
Typis SEBASTIANI CRAMOISY, Sereniſſimi DVCIS
& Vniuerſitatis Typographi Iurati.

M. D.C. XXV.

CVM PRIVILEGIIS ET APPROBATIONIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISS. PRINCIPI
FRANCISCO
CARD. BARBERINO
VRBANI VIII. PONT. MAX.
NEPOTI.

INDIA ſemper aliquid noui, (CARDINALIS ILLVSTRISSIME.) *Nam id quorſum ab Africa mutuari verebimur, cuius oræ, minus expertis, Indiam finiuerunt? Sed noſtri ὑδοδρόμοι aliam hos vltra fines longiſſimè iacentem repererunt, in qua quidquid futurum erat minus ſalutare mortalibus, ſapientiſſimo conſilio natura abdiderat, paſſim etiam montibus ad muniendum, terrendumque impoſitis. Sed necquicquam Dius abſcidit terras Oceano diſſociabili; necquicquam obruit montibus, quod voluit eſſe damnatum; Sagax auaritia ſubolfecit illic aliquid latere, vnde ſenſit ſe excluſam: Moles montium, ſepulchrorum eſſe pares intellexit, quæ quo exiſtunt maiores, maiora etiam premunt. Ergo*

Digitized by Google

ad fodinas verſa, ſcelerum materiem ingentibus ſuppliciis cœpit eruere, aurum, lapillos, cruſtas, quibus prope iam exhauſtis, ipſos etiam terræ fumos & concretos halitus eraſit, quos mutaret in colores. Inde cœpit vt cæteros omittam Indicum *effulgere, quo tantoperè exarſit humana cupiditas, vt huius vnius cauſa multi eſſent qui in Indiam nauigarent. teſtes gloſſæ, quę Coloratores* ινδικοπλεύςας *vocant. Et neſcio an illa Sandix Indica Vopiſci non eoſdem incitarit. En quas ob res* ventis animam committimus, *vt ſapiens poëta cecinit, hi fumi ſunt qui nobis Indiam tam longè remouerunt. Hæc ramenta, & quiſquilię, licitatione ambitionis, pretium hominis euaſerunt. proh pudor! tanto diſcrimine quidquam emi potuiſſe quod extra hominem poſitum humi iaceret. meliora boni ſuperi, melioribus vtique temporibus, hoc eſt fœliciſſimis auunculi tui* Pontificis *Maximi,* (CARDINALIS ILLVSTRISSIME) *conceſſerunt. Nam ecce tibi è longinquo diuitias, tribaccas illas nobiles, dignas vnas ob quas tranſmarini ſuſcipiantur curſus, quarum comparatione ſunt alia,* phaleræ pelagiæ, *vt eas Publius nominabat. Vniones inquam ſoli auribus digniſſimi, ac quoniam eiuſmodi ſupellectilem ne Dictator quidem Cæſar habere ſibi voluit, nos priuati ſine ſcelere retinere non poſſumus, dicanda ſcilicet eſt, tuoque nobis è tholo ſuſpendenda. Aut ſi hanc ab India purpuram cogitare malumus, quippe ſunt ſacrorum oratorũ labia,* vitta coccinea, *cuinam melius quàm tibi debebitur, qui vnus vel maximè ſacroſanctæ purpuræ ſplendorem concilias: ad cuius velut ad Aureliani purpuram quicumque ſuas iungunt, decolorari eas ſentiunt diuini comparatione fulgoris. tua ſcilicet, germana eſt à probitate* Purpura Probiana, *quam fucata nulla vmquam poterit adumbrare. Et quoniam purpurarum cognitio pertinuit ad eos quondam qui ad Imperatores proximè dignitate accede-*

Digitized by Google

bant, quos Procuratores purpuræ *nominabant ; debuíne quemquam alium quam te reſpicere* (CARDINALIS ILLVSTRISSIME) *quem vel ipſa tacitè purpura poſtularet, cuius à iudicio claritatem, & pretium acciperet? Patere itaque* (CARDINALIS ILLVSTRISSIME) *huius in vmbra, ac niſi hoc fortaſſe audax, multo magis in tuæ latere,*

ILLVSTRISSIME CARDINALIS,

Tenuiſſimum ſed eumdem addictiſſimè clientem

SEBASTIANVM CRAMOISY.

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI.

SI licuit, ſemperque licebit aliquid ſtudioſi laboris in portu iudicij publici collocantibus, nonnihil de argumenti excellentia, ſeu materiæ dignitate præfari: iure poſſem in Operis huiuſce veſtibulo innumeras onerare paginas, totos Scripturæ pandere receſſus, nec ſolum copioſa Sanctorum ſuperinducere teſtimonia, ſed vel ipſis Philoſophorum gnominibus longa præludia variegare. Acturo enim de Deo vno & trino, acturo de Chriſto, illinc deitatis maieſtas, altitudo myſterij, hinc excellentia dignitatis, immanitas dignationis tam longo ſe tractu laudabiles explicant, mirabiles exhibent, vt facilius ſit

Virg. 6. Æneïdos.

Quàm multa in ſyluis autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia, aut terram gurgite ab alto,
Quàm multa glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis,

æquabili percurrere numero, quàm altitudinem diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, & inæſtimabiles diuitias Chriſti, vel digno haurire præconio, vel iuſta verborum lance penſitare. Quis enim licet ſentiat vt Pythagoras, diuidat vt Socrates, explicet vt Plato, implicet vt Ariſtoteles, vt Æſchines blandiatur, iraſcatur vt Demoſthenes, vernet vt Hortenſius, æſtuet vt Cethegus, incitet vt Curio, moretur vt Fabius, ſimulet vt Craſſus, diſſimulet vt Cæſar, ſuadeat vt Cato, diſſuadeat vt Appius, perſuadeat vt Tullius: vel ſi ad Sacroſanctos Patres veniatur, inſtruat vt Hieronymus, deſtruat vt Lactantius, aſtruat vt Auguſtinus, attollatur vt Hilarius, ſubmittatur vt Ioannes, vt Baſilius corripiatur, vt Gregorius conſoletur, vt Oroſius affluat, vt Ruffinus ſtringatur, narret vt Euſebius, vt Eucherius ſolicitet, vt Paulinus prouocet, grandeſcat vt Sollius, vt Ambroſius perſeueret: vel ſimul omnium, dotibus inclareſcat, poſſit quantumuis opulentis ſapientia verbis numen vndequaque immenſum coercere? Iuri tamen meo in hac parte cadam: quæcumque enim vel ad Trinitatis captum faciliorem ſymbola, vel fidem argu-

Digitized by Google

menta, quæcumque ad Chriſti naſcentis humilitatem, morientis amorem, reſurgentis gloriam, aſcendentis triumphum, Spiritum mittentis liberalitatem, ſub Sacramento ſe panis occulentis ſapientiam illuſtrandum per otium digeſſimus, ea in ſubiectis concionibus commodiorem ſortita locum facile cuiuſque ſtudio pro varietate ſuccurrent.

Et quidem cum Chriſtiani Oratoris inſtitutum quàm longiſſimè protendatur, nec ſolum Dei, & Chriſti cognitione promiſcuos inbuere debeat auditores; ſed quandoque etiam B. Virginis aperire excellentias, pertractare virtutes, ingerere deuotionem, Sanctorum obire laudes, recta moribus tribuere moderamina, & pro diuerſitate temporum Euangelicæ doctrinæ theſauros impartire, cuncta quæ huiuſce muneris tractatori præſidio eſſe poſſent, non valuerunt moderatâ vnius Tomi mole comprehendi. Præmiſimus duos non tam ordini, quàm temporum neceſſitati ſeruientes, daturi plures Chriſto duce, & auſpice Chriſto, quibus abunde queat totum prædicationis negotium abſolui.

Nec mireris, lector, cum ita numeroſa occurrat librorum ſupellex, ex quibus verbi Dei miniſter multa poſſit ſuo vſui & acuta & erudita decerpere, minime nos ab euulgandis noſtris hiſce concionibus retardatos: illa enim inſtituti noſtri ab ipſius illuſtriore ſcopo petita ratio, qua cunctos impellit alumnos, ſecundum Apoſtolicum dictum omnibus hominibus debitores, vt ipſorum ſalutem vel collapſam inſtaurent, vel inſtauratam promoueant, vel promotam perficiant, coegit nos ætate iam ad occaſum vergente ea aſprata perpolire lima, quæ paſſim Peruuiana per oppida voce dedimus, & multis intelleximus eſſe probata, vt in communem vſum prodeuntia, neutiquam (quod ægrè ferebat Tullius) nobiſcum noſtra morerentur. Orat. pro Archia.

Eſt illud ipſa compertum experientia, ſic auctorem naturæ res omnes humanis vſibus deputaſſe, vt dum viuunt, hominis vtilitati ſubſeruiant, nec immunes ab iſto fructu poſt fatum ipſum inueniantur. Quanta vt à maioribus incipiam, Virg. 6. Æneid.

Candenti perfecta nitent Elephanto?

Quanta ceruinis variantur pellibus? Quam eſt ornatui ouis carminatis velleribus, quæ poſtquam in tenuiſſima tracta ſunt fila ipſas videntur ſericas vanitates ſuperare? Illud ipſum ſuccimum, quod hominibus tam eſt in delitiis in demortui ceti

Digitized by Google

vaſtiſſima regione corporis reperitur. Quid? quod liquamina firmandis nauium lateribus præbet aptiſſima? Quam multicoloribus plumis nobilium capita decorantur, quas miſeri paſſerculi non niſi cum vita auaris tradere permittuntur aucupibus? Quid de Indico dicam verme, qui noſtris eſt iam regnante luxu perfrequens Europëis? *Fertur hic corniger vermis*, (Ambroſij verba do) *conuerti primum in ſpeciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde proceſſu quodam fieri bombilius, nec eam tamen formam, figuramque cuſtodit, ſed laxis & latioribus foliis videtur pennas aſſumere. Ex iis foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad vſus ſibi proprios diuites vendicarunt.* Vide quantum decorem, quantam hominum gloriam etiam iterata morte quomodo animalculum vile dependat? Quid de apibus? *Fructus eius* (idem loquitur Doctor) *ab omnibus deſideratur & quæritur, nec pro perſonarum diuerſitate diſcernitur; ſed indiſcreta ſui gratia regibus pariter ac mediocribus æquali ſuauitate dulceſcit.* Eximius ille in templis cereorum ſplendor vni minimæ ſed laborioſæ debetur apiculæ. Quid de aliis dicam, quando ea quæ tanto habentur in pretio, liquor videlicet purpurarius, qui inſigne dabat regium, & margaritæ, quæ, vt loquitur Plinius, principium culmenque omnium rerum pretij tenebant, ab illis emendicantur piſciculis, quæ in littoribus quaſi vilia iacent vulgò, & in ſaxis aſperis & cautibus colliguntur? Quanta præbent exciſæ arbores commoda ſubſelliis, oblectamenta menſis, firmamenta parietibus, ſuſtentacula columnis, laquearibus ornamenta? Illud pro coronide adiiciam, vel ipſa venenata animantia, vt in ſcorpionibus eſt videre, ad præſentiſſima medicamenta à Machaonicæ & Chironicæ artis peritioribus frequenter adhiberi.

Libro 5. Hexaemeron, c. 23.

Ibid. c. 21.

Lib. 9. c. 35.

Quæ cùm ita ſint, enitendum eſt homini, cui terræ pelagique imperium, non ſorte, ſed conditione datum eſt, aliorum ita ſeruire commodis, vt nec morte ipſa prolifici labores impediantur: iis præcipuè qui pro ratione ſui ſtatus ſpiritalibus proximorum emolumentis deſtinantur. Granum illud frumenti, in quo Chriſtum intelligere gaudet Auguſtinus, nonniſi mortuum horrea cæleſtia fruge copioſiſſima cumulauit. Quod licet aliorſum poſſis præuertere, cum ea tamen quam diſcurſus noſter rationem ſpectat non videtur depugnare. Id quod etiam Sanctorum præcipuis videtur contigiſſe. Quot retroactis ſæculis, quot hodiéque lectis Sanctorum lucubrationibus

Digitized by Google

nibus religionis noſtræ veritatem amplectuntur? Quot per abrupta vitiorum, & peccatorum ſalebras decurrere ſoliti ad æquata virtutis itinera reuertuntur? Quot piorum etiam morum ingreſſi vias ad editiſſima perfectionis culmina prouehuntur? Quare non debet alienum duci ab eo, cui animarum ſalutẽ ſemper in votis eſſe oportet, ſi non totus velit mori, vt de ſe Lyricus, magnáque pars eius ſtudeat Lybitinam deuitare, vel vt doctè de ſuo Fauſto Sidonius, *viuentibus non defuturus, poſt ſepulturam fiat per ipſa quæ ſcripſit ſibi ſuperſtes.* Non vanæ illius gloriolæ captandæ ſtudio, qua puſilli aliqui inanes paſcebant ſpes, apud quos etiam communis illa vox ſacroſancta videbatur: *Quæ quidem detracta*, id eſt gloria laboribus parta, *quid eſt quod nos in tam exiguo vitæ curriculo, breuique tãtis laboribus periculiſque exerceamus.* Et, *Mihi rectius eſſe videtur, quoniam vita ipſa qua fruimur breuis eſt, memoriam noſtri quammaxime longam efficere.* Abſit à Chriſtiano & religioſo pectore lues hæc opera depopulata belliſſima, nobis enim id tantùm curæ eſt iuxta Apoſtoli canones, vt ſiue viuimus, ſiue morimur, Domini ſimus.

Lib. 9. epiſt. 9.

Tullius pro Archia.

Salluſt. de coniur. Catil.

Ideo autem laborem noſtrum elucubrandis concionibus præſertim impendimus, quod ea ratione chariorem multis fore arbitraremur. Sunt in iis qui ad prædicandi munus eliguntur (vtinam omnes eligantur, ne iuxta propheticam exprobrationem, de illis Dominus: *Annuntiauerunt verbum, & non ex me*,) ea quæ in pleriſque rebus genera exceſſus inueniuntur, infimi, mediocres, & perfecti. Sapientiam inter perfectos non loquimur, quibus malumus deferre vt magiſtris, quàm vt doctrina noſtra indigentibus documenta propinare. Mediocres mediocriter poterunt laboribus noſtris ſi voluerint adiuuari, quorum claſſi licet ne annumeremur quidem, contenti cum infimis in gradu noſtro ſtare, tamen vt longæ diſquiſitionis moleſtia liberentur, non erit iniucundum ea iam diſpoſita, quaſi quodam conſiderationis ſtomacho recondere, vt alimenta poſtmodum paruulis miniſtrentur: vel aptiora libare, aliqua enim non quia noſtra, ſed quia vel de ſcripturis deprompta, vel de ſanctorum fontibus deriuata, non poterunt quantumuis nauſeabundo pectori non placere. Quòd ſi quid iis lucis cura noſtri laboris acceſſit, ad alia, (ita enim vſu venit) cùm delicatiora, tum illuſtriora poterit indagatrici rationi viam præmunire. Sic magnis quandoque cor-

c

Digitized by Google

poribus inter ſaxoſa vel breuia facilis datur exitus, dum immenſam corpulentiam minora admodum corpuſcula prægubernant, quorum ſi deſtituatur adminiculo,

Claudian. in Eutrop. lib. 2.

—Ruit in præceps amiſſo piſce ſodali
Bellua, ſulcandas cui præuius edocet vndas,
Immenſumque pecus paruo moderamine caudæ
Temperat, & tanto coniungit fœdera monſtro.

Plin. lib. 9. c. vlt.

De quo apud Plinium: *Balenæ muſculus quandoque prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis, infeſtantia magnitudinem vada prænatans demonſtrat, oculorúmque vices fungitur.* Nullus eſt cui non aliquando caliget acies, nullus cui non licet copioſæ venæ humor exareat. His ſi labores noſtri merè muſculi deſeruierint, quibus ad inflammanda Chriſtiana pectora aliquantiſper incaluerint, abundè deſiderio noſtro ſatisfactum arbitrabimur.

Accipe igitur, humane lector, quæ tibi Peruuianus ager ex inſititia arbore germina deſtinauit: accipe non ex conclamatiſſimo montium Potoſio, quod exteras etiam nationes tantoperè locupletauit argentum: non aurum, non aromata, non opobalſama, non herbas, non lapillos, quibus feraciſſimum iſtud ſolum & lenocinia cordi, & valetudini ſolet præbere ſubſidia: hæc enim ſicut non cupimus, ita nec allubeſcunt oblaturis, quibus putamus plus ineſſe oneris quàm honoris. Argentum tamen illud mittimus, cui gaudet Propheta eloquia homini quam ſimillima prædicare, argentum igne examinatum, verbum ſcilicet Dei, quod ſecundum Bernardum, *cibus noſter eſt, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, reſurrectio quoque & conſummatio noſtra*, ſi qua probabuntur, accepta Deo referantur auctori; ſi qua minus arriſerint non vt ploſor facilis, ſed cenſoria humanitate caſtiga. Scripta enim hæc noſtra illis omnibus perquàm cupimus eſſe ſubiecta, quos ad emendationis licentiam, non affectatæ criſeos ſtudium, ſed Thyrſus ſinceræ veritatis impellit; Romanæ in primis Eccleſię, à qua nihil vnquam ſentire diuerſum mentem noſtram fuiſſe, eſſe foréque in poſterum profitemur, ab eoque quod ipſa vel credit, vel docet, nec vno apice deuiare. Quod ſi lapſus aliquis interdum reperiatur, calami iudicetur, vel certe, ſi id minimè locum habeat, ſimplici velim ignorantiæ vertendum, non erroris peruicaciæ, aut animo à communi fidelium ſenſu declinandi. Benè valeas.

Bern. ſerm. de vtilitate verbi Dei.

Digitized by Google

INDEX
CONCIONVM OMNIVM,
quæ in hoc Opere continentur.

DE VNO TRINO DEO IN TRIBVS Perſonis adorando.

SERMO I.

DOCETE *omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* 1
SERMO II. 17
SERMO III. 34
SERMO IV. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, &c.* 51

In Vigilia Natiuitatis Domini.

SERMO I.

HODIE *ſcietis quia veniet Dominus: & manè videbitis gloriam eius.* 70
SERMO II. 82
SERMO III. *Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph: antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* 96

In Natiuitate Domini.

SERMO I.

PEPERIT *filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit: & reclinauit eum in præſepio.* 112
SERMO II. *Paſtores loquebantur ad inuicem: Tranſeamus vſq; Bethlehem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis.* 128

Digitized by Google

SERMO III. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius.* 143

SERMO IV. *De ſanctis Innocentibus, Surge: accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſque dum dicam tibi; futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum.* 203

In Circumciſione Domini.

SERMO I.

POSTQVAM *conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius* IESVS. 220

SERMO II. 240

SERMO III. 259

SERMO IV. 276

SERMO V. 297

In Epiphania Domini.

SERMO I.

VBI *eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum?* 306

SERMO II: *Procidentes adorauerunt eum.* 335

SERMO III. *Obtulerunt ei munera.* 351

In Transfiguratione Domini.

SERMO I.

TRANSFIGVRATVS *eſt ante eos.* 371

SERMO II. *Reſplenduit facies eius, ſicut ſol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix.* 388

SERMO III. *Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.* 404

Digitized by Google

INDEX.

In Cœna Domini.

SERMO I.

CVM dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 420

SERMO II. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua.* 438

SERMO III. *Scitis, quid fecerim vobis.* 456

In Reſurrectione Domini.

SERMO I.

NON *eſt hîc: ſurrexit.* 472

SERMO II. *Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum, ſurrexit, non eſt hîc.* 485

SERMO III. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* 499

In Dominicæ Crucis Inuentione.

SERMO I.

SICVT *Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* 514

SERMO II. 529

SERMO III. 546

In Aſcenſione Domini.

SERMO I.

DOMINVS *quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.* 563

Digitized by Google

Sermo II. 585
Sermo III. 605

In ſolemnitate Pentecoſtes.

Sermo I.

Paraclitus *autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* 623
Sermo II. 639
Sermo III. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* 656

In ſolemnitate ſacro-ſancti Corporis Chriſti.

Sermo I.

Hic *eſt panis, qui de Cælo deſcendit: non ſicut manducauerunt patres veſtri manna.* 673
Sermo II. *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* 693
Sermo III. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo: ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* 711
Sermo IV. 727

Digitized by Google

APPROBATIO HARVM Concionum.

LIBRVM hunc cuius inſcriptio eſt, Bartholomei de Eſcobar Hiſpalenſis è Societate Ieſu conciones de Feſtis Domini) accurate inſpexi, & iucundiſſimè legi. Mira ſunt, quæ in illis pertractat acutiſſimum auctoris ingenium: ſelecta ſunt omnia: eminent vniuerſa: vi magna inuehit in hominum vitia: pari fœlicitate virtutem iuſtitiamque commendat theologicis diſciplinis, ſanctorum Patrum doctrina, morali eruditione, rationum efficacitate ac pondere auditorum animos nutrit, miſcet, permouetque; ſacræ demum Scripturæ teſtimonia, quibus ſuas auctor confirmat ſententias adeo appoſite perferuntur, vt è re natá videantur. Quapropter luce publica opus digniſſimum cenſeo, quod catholicæ Eccleſiæ iucundum, concionatoribus perutile, Chriſtianis omnibus ſalutare futurum ſpero. Limæ in Collegio Diui Pauli Societatis Ieſu ſeptimo Kalendas Maias anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi primi.

FERDINANDVS DELERGARA VITO.

FACVLTAS PROVINCIALIS *Prouinciæ Bæticæ.*

EGo Franciſcus de Aleman præpoſitus Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Bætica, poteſtate ad hoc mihi facta à Reuerendo admodum P. noſtro Mutio Vitelleſchi Generali præpoſito facultatem cõcedo vt Tomus primus concionum de Feſtis Domini à Patre Bartholomeo de Eſcobar Hiſpalenſi Societatis noſtræ Theologo cõpoſitus, ac grauium Theologorum eiuſdem Societatis iudicio examinatus & approbatus, typis euulgetur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Hiſpali die tertia Octobris anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi tertij.

FRANCISCVS DE ALEMAN.

Digitized by Google

FACVLTAS PROVINCIALIS
Campaniæ.

EGo Stephanus Binetus præpoſitus Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Campaniæ, facultate ad id mihi facta ab admodum R. P. Mutio Vitelleſchi præpoſito Generali eiuſdem Societatis, permitto vt hic imprimatur liber R. Patris Bartholomei de Eſcobar è Societate Ieſu, de Feſtis Domini, quem grauiſſimi Theologi examinarunt, & approbarunt. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus. Muſſi-ponti 24. Ianu. an. 1623.

STEPHANVS BINETVS.

FACVLTAS PRÆPOSITI
Prouincialis Franciæ.

IGNATIVS Armandus præpoſitus Prouincialis Societatis Ieſu in Prouincia Franciæ, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico Magno 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante 14. Februarij 1611. cõceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus conſcriptos abſque præpoſitorum ipſius conceſſu imprimant: Sebaſtiano Cramoiſy Bibliopolæ iurato ac Ciui Pariſienſi permitto, vt librum cui titulus eſt, P. Bartholomei de Scobar è Societate Ieſu cõciones de Feſtis Domini grauium doctorum noſtri Ordinis iudicio approbatum typis excudi curet, excuſſumque diuendat ad decennium. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas & officij noſtri ſigillo munitas dedimus Maij 1624.

IGNATIVS ARMANDVS.

SVMMA PRIVILEGII
Regis Chriſtianiſſimi.

LVDOVICI XIII. Franciæ & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi auctoritate conceſſum eſt Sebaſtiano Cramoiſy Bibliopolæ iurato, typis mandare, & venalem habere librum qui inſcribitur, R. P. Bartholomei de Scobar Hiſpalenſis Societatis Ieſu Cõciones de Feſtis Domini. Aliiſq; cuiuſcumque conditionis interdictum eſt intra ſexennium, vt patet in Diplomate Regio dato apud Compendium 16. Aprilis 1624.

Sic ſignatum, De mandato Regis,

RENOÜARD.

Hæc editio perfecta fuit vigeſimo nono Martij 1625.

Digitized by Google

DE VNO TRINO DEO, IN TRIBVS PERSONIS ADORANDO.

SERMO I.

Docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Matth. 28. 19.

Trinitatis feſtum triplex extra claſſem.

FESTVM habemus hodie triplex : inuſitatum quidem feſti genus. Alia quæcunque, quum altiora, duplicia ſunt feſta, nulla, niſi hodierna feſtiuitas triplex. Grande feſtum hoc trium eſt feſtum perſonarum, quæ vnus ſunt Deus: atque adeo trina pro vna Trinitate ſolennitas. Putabunt ſimplices ſimplex feſtum hoc, quòd minori, quàm ea, quæ primæ duplicia ſunt claſſis, pompa videant celebrari : at vera certè cauſa eſt nimius feſtiuæ dignitatis exceſſus; cuius congruo cultui imparem ſe agnoſcit Eccleſia; vtpote feſti, quod pluſquam duplex, ac extra omnium eſt feſtorum claſſem. Idcirco nos feſtum hoc triplex duplici accommodabimus myſterio; duplici nempe lotioni; vmbratili primæ, alteri Euangelicæ lotioni. Etenim quę in præcellenti Auguſtiſſimæ Trinitatis ſolennitate pro tantæ maieſtatis hoſpitio, ex vtroque concurrunt teſtamento, lauacra ſunt duo : intimæ, & extimæ humilitatati coniuncta. Lauacrum primum pedum eſt, in veteri vſitatum teſtamento: totius corporis ſecundum, quod ad nouum ſpectat teſtamentum : vt vera indiuiduæ Trinitatis notitia à principio primi ad finem vſque teſtamenti vltimi percurrat. Illa igitur, quę pedum eſt lotio, pedibus fuit applicita Dei, in perſonis tribus apparentis; quarum pedes lauit Abrahamus, faciens magnam hoſpitij partem lotionem illam, quæ in cap. Geneſeos. 18. ſcripta eſt, ſimul cum veteris conſtitutione teſtamenti. Poſtquam enim. 17. libri illius cap.

Trinitas diuina lauacro duplici adoranda.

Trinitas beatiſsima vtroque in teſtamento commendata.

Lauacrum duplex ad ſanctiſsimæ Trinitatis cognitionem vtiliſsimũ.

Geneſ. 17. 2. ſtatuit Deus teſtamentum illud Abrahamo, dicens ei; *Ponamque fœdus meum inter me, & te*: Statim. 18. cap. præcelſum ei diuinæ oſtédit punctum Trinitatis, in lotione pedum adorandæ. Apparuit itaque Deus Abrahamo in conualle Mambre in veneranda trium ſpecie virorum, qui ita ei repræſentabantur, vt eſſe tres, eoſque ſimul vnum, diuinitùs agnoſceret. Conſtat hoc ex eiuſdem verbis Abrahami; qui nunc quaſi cum vno, nunc quaſi cum tribus loquebatur

Geneſ. 18. 3. ad eos. Sunt Abrahæ verba admiranda hæc: *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore: ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum.* Hoſce tres viros vnum

Gen. 18. 1. eſſe Deum, patet ex textu ipſo, vbi expreſſis ſcribitur verbis; *Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre*, quam apparitionem tribus illis digerit perſonis. Deinde loquens Abraham cum tribus illis, vnum appellat eos, dicens; *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum*; conſequenterque appellat eum plures perſonas, addens; *Lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore;*

Gen. 18. 6. *ponamque bucellam panis, & confortetur cor veſtrum, & tranſibitis.*

Gen. 18. 10. Adſtipulatur ipſius Domini reſponſio, quæ talis fuit; *Dixerunt, fac, vt locutus es*, & ſtatim *dixit, reuertens veniam ad te.* Ecce ſimul dixerunt, & dixit: Dixerunt, & reuertens veniam, ſingulariter. Nec potuit caſu coincidere tum in Abrahamum, tum in viros illos tam aliena ab vſu forma loquendi, quæ ſoli trino vni poteſt conuenire. Primum igitur exhibiti Deo trino vnique hoſpitij genus lotio fuit pedum.

Ad nouum teſtamentum, quod Chriſti eſt Euangelium, deueniamus. Diſceſſurus poſt reſurrectionem ſuam à diſcipulis Dominus glorioſa in cœlos aſcenſione; ſic fuit eos allocutus. Amici mei, abſoluta rerum omnium poteſtas mihi data eſt; tam in ſupremis cælis, quàm in terra. Hanc ego vobis communicaui; vt homines vniuerſos illuminetis, purificetis, componatis. Erit ergo vera compoſitio, ſi clara Trinitatis diuinæ cognitione mentes illuminetis, corpora baptiſmate abluatis; qua & animæ ablutione candeſcunt. Ideo

Matth. 28. 19. euntes in mundum vniuerſum: *Docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.* Ecce beatiſſimæ Trinitatis cognitio lotioni adiuncta perhibetur: & integri corporis lotioni.

Aug. in cap. 9. Ioannis. S. Thom. 3. par. q. 65. art. 7. ad 3. Integri enim corporis eſſe debere, docuit B. Auguſtinus, docuit & Angelicus Thomas, addentes partem corporis ablui, quum totum commodè non poteſt, eſſe ſufficiens, ſicut & B. Chryſoſtomus notauit.

Eſt huiuſmodi hoſpitij non ignota cauſa. Nihil enim exhibiti puriſſimo Deo hoſpitij proprium magis, quàm integra, quæ lauacro fit puritas. Fateor, ex parte Dei non facilè liquet, quomodo pedes eius abluantur. At, vt eos lauare poſſimus; proſternere nos debemus in terram; & quidem genuflexionibus tribus, pro totidem perſonis abluendis. Video morem hunc & erga terræ Principes ſeruari; ad quos quicumque vrbanus accedit, primò in aulæ ianua genu *Deus trinus & vnus tribus adorandus genuflexionibus.* *Simile.*

flectit, in medio iterum eiuſdem cubilis, & cùm ad Regis pedes peruenit, tertiò. Si is, qui vna dumtaxat perſona eſt, & ea quidem terrena, regni vnius Princeps trino reuerentiæ colitur actu: nonne magis congruum, nonne magis dignum, nonne magis debitum, vt trina genu flexione adoremus eum, qui trinus eſt Deus, Rex vnus, tres diſtinctę perſonę, ſummus terrę, ac cœlorum imperator? Ter igitur genua curuantes, ad humilem pedum eius lotionem accedemus: ſed quanam adiutrice? Nam abluturus Dei pedes Abrahamus, Saram, coniugem ſuam, auxiliatricem accerſit hoſpitij. Fœmina vtique nobis erit adiutrix; lauantium mater, ſponſa Regis abluendi. Eſt præſto hæc ad vtrumque lauacrum: & pedum diuinorum, & corporis terreſtrium perſonarum; ſedula quippe interuentrix ad gratiam, quę purificatis animis infunditur. Fœmina hæc inuocanda eſt: tantaque inuocanda humilitate, vt qui Regem Deum trina genuflexione pro lauacro trino veneramur; matrem quoque eius totidem reuerentiæ ſignis veneremur, pro tribus illis, quibus Angelus eam verbis ſalutauit; *Aue Maria, gratia plena Dominus tecum.*

Maria Deipara triplici genuflexione adoranda. *Aue Maria* *Adorandi Reges, excipiendique hoſpites, nō idem ritus ſemper idoneus.* *Pytagoræ quale de adoratione præceptum.* Gen. 18. 6.

Conſuetæ adorandi Deos cęremoniæ, vſuſque excipiendi venientes hoſpites, non tantoperè coincidunt, vt quicumque adorandi aptus eſt modus, idem & hoſpitio ſit congruus; ſicut nec quiuis excipiendi hoſpites ritus idoneus eſt adorationi. Quapropter vbi vtrũque concurrit, vt ſcilicet qui hoſpes eſt, ſit quoque Rex cui profunda debetur veneratio; tunc quidem debet hoſpitator, illud obſeruare genus, quod & adorationi congruat, & hoſpitio.

Adorandi Deos ritus gentiũ varij. *Romanus adorandi ritus.* *Adorare Deos ſedẽdo*

Quoad adorandi ergo ritus, ac modos, quem primum inuenio, ille quidem eſt, quo adoratores Deum ſuum ſedendo venerantur. Quo Numam Pompilium adoraſſe Deos, ſcribit Plutarchus; reliquoſque proinde veteres Romanos; ſicut & Gręcos ex præcepto Pytagorę, ſeſſione hac innuentis, tranquilla animi quiete Deo, & orationi eſſe vacandũ. Alij ſtando adorant: qui ritus multis videtur acceptus; vt de futuris Chriſti adorationibus dixit Iſaias: *Reges videbunt, & conſurgent Principes; & adorabunt propter Dominũ.* Et ſtantis publicani oratione approbat Chriſtus adorationẽ ab ſtantibus exhibendã. Tertia tandem ars adorandi eſt, vt ſe proſternat adorator. Sic apud Hebræos adorauit pia Abigail; quæ *Procidit coram Dauide ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terram.* Apud Huſitas etiam B. Iob *Tonſo capite corruens in terram adorauit.* Nec multum diſtans Aſſyriorum conſuetudo, qua heroibus flectebatur genu: ſiquidem ille, quo aduerſus Mardochæum Aman ardebat, furor, non aliunde erat, quàm quòd *Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.*

Deus qua corporis poſitione adorandus. *Adorare Deos ſtãdo.* *Adorare Deum proſternendo ſe in terra.* *Hebræi adorabant proſternendo ſe.* *Huſitæ adorabant proſternendo ſe.* *Aſſyrij genua flectendo adorabant.* Plutarc. in Numa Põpilio. Iſai 49. 6. Lucæ. 18. 13. Aug. lib. 2. ad Simplicianum. q. 4. Tom 4. 1. Reg. 25. 23. Iob. 1. 20. Eſter. 3. 2.

Hæc quoad modos adorandi: totidem excipiendi hoſpites ritus ex varijs nationibus lego. Ille in pluribus acceptus eſt; quo amplexibus excipitur hoſpes. Viget hodie hic, & quondam Iſraelitico vigebat in populo, ab illius initio memoriæ proditus. *Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo; amplexatus eſt eum.* Idem apud Græcos. Sic Eupator Antiochus, poſtquam inuectus in Bethſuram, diuturna eam obſidione concutiens, ſenſit, ſe tandem à Machabæis ſuperari;

Hoſpites excipiendi ritus varij. *Amplexãdi hoſpites vſus.* Gen. 33. 4.

Digitized by Google

2 Macha. 13. 24.

Hebræi amplexu excipiebant hoſpites.

compulſus conciliari eis, in pacis, fœderiſque ſignum, ducem eorũ Iudam *Machabæum amplexatus eſt.* Nec aliena à Romanis conſuetudo. Nam antiquus Plautus introducens Amphitryonem queribũdum, quòd ex diuturno Theleboarum bello rediens ſoſpes ac victor, tepida charitate ab Alcmena vxore exciperetur; ait, eam reſpondiſſe; iam te amplexata ſum, Domine: quid quereris? Licet enim introductæ perſonæ fuerint Græcæ; erat latinus auctor, qui Romano more comicos diſpoſuit actus. Alij genarum oſculo excipiunt inuitatos. Audio aliquarum nationum morem: ſed Madianitarum lego conſuetudinem. Moyſes excipiens ſocerum ſuum Iethro Madianitam, apud quem diu fuerat conuerſatus; *Oſculatus eſt eum.* Eſt & alius excipiendi mos pia pedum hoſpitis lotio; quem apud Ægyptios vſitatum, conſtat Ioſephina ex hiſtoria, qua dicitur, parato venientibus à remota regione Ioſephi fratribus conuiuio, diſpenſator *attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos.* Acceptum Romanis hoſpitium; de quo, commendans Iulium Cęſarem, ſcripſit ad Atticum Tullius. Acceptum & quondam Iſraelitis: vt conſtat ex humilibus illis Abigail ad Dauidem verbis: *Ecce famula tua ſit in ancillam: vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.* Cuius defectum exprobrauit vrbanus Dominus inuitatori Phariſæo, non in querelam propriæ iniuriæ; ſed in lacrymantis fœminę defenſionem, ac laudem; dicens ad illum; *Aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lacrymis rigauit pedes meos.* Et hic quidem fuit mos, quo erga tres illos diuiniſſimos viros vſus fuit Hebræus Abrahamus.

Plautus in Amphitry. actu. 5.

Amplexandi hoſpites vſus apud Græcos.

Hoſpites excipi ſolēt oſculo genarum.

Exo 18. 7.

Hoſpitibus pedes lauari ſolēt

Geneſ 43 24

Aegyptij hoſpitibus lauabant pedes.

Cicero ad Attic lib. 13. epiſtol.

Romani excipiebant hoſpites abluendo pedes.

1. Reg. 25. 41.

Luc. 7. 44.

Hebræi lauabant hoſpitibus pedes.

Ecce adorandi Dominos, ſeu Deos, ritus tres; totidemque excipiendi aduenientes hoſpites cæremonię.

Adeſt nobis hodie ſacroſanctę Trinitatis celebritas; Regis nempe illius, qui & Dominus eſt, & hoſpes eſt noſter. Primum eſt profeſſus diuinus ipſe Rex, dicens in Exodo; *Nomen meum, Adonai, non indicaui eis:* Vbi nomen, *Adonai*, eſt latinè Dominus, vt eſt in latina Regia tranſlatione, & explicant interlinealis gloſſa, & ordinaria. Sed indicauit Deus ipſe nomen ſuum hoc; Iſaię ore dicens; *Ego Dominus: hoc eſt nomen meum.* Secundum, quod ſcilicet ſpectat ad hoſpitium, dixit Dei filius, ſcriptore Ioanne; *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus; & manſionem apud eum faciemus.* Id quod effectu exactè compleuit; quum ad Abrahamum in pulchra venit trium ſpecie virorum: deditque ei, vt filium nonagenaria pareret Sara. Atque ita hoſpes ab eo acceptus perhibetur.

Deus in tribus perſonis & Dominus eſt, & hoſpes noſter.

Exod 6 3. Regia ibi interlinea, ibi gloſſa ordi ibi.

Iſai. 42 8

Ioa 14. 23.

Gen. 18. 6

Cum igitur veneranda Trinitas, & Dominus ſit, & hoſpes noſter; deligendum eſt nunc, ad eius & adorationem, & hoſpitium, illud adorandi, excipiendique genus, quod tam præcelſo & Domino congruat, & hoſpiti.

Primum genus ſemper admitti nequit: quoniam nec ſedentis adoratio vbique idonea eſt hoſpiti; nec immenſo Domino idoneus hominis amplexus. Imo nec tanto Regi adoratio ſedentis eſt apta, niſi ob corporis imbecillitatem, diuturnitatemvè orationis, qua plus

Auguſ. vbi ſupra.

2 Reg. 7. 18.

Oratio quo vſque ſedē do liceat.

Digitized by Google

nimio corpora laſſeſcunt humana, aliavè iuſta ex cauſa, aut cæremonia. Sed eſto, per ſoluat hęc debitum Domino; hoſpiti nullatenus ſatisfacit; qui currendo debet, exiliendoque ſuſcipi; tantum abeſt, vt ſedendo. Amplexus hoſpiti ſatis eſt congruus; at non immenſę maieſtati. Amplexari enim ęqualis eſt; non inferioris. Fateor, inferiorem poteſt amplexari ſuperior: decet enim maiorem ad inferiorem humanari: inferiorem non item. Atque ita, quum Eſau, & Iacob, ſe obuij mutuò ſalutarunt, non ſcribatur Iacob amplexatus maiorem; ſed *Progrediens adorauit pronus in terrâ ſepties*: at Eſau natu Iacobo maior, ac potentior, *amplexatus eſt eum.* Appoſitè introductus eſt à Domino Chriſto miſericors Deus in perſona patris familias; qui quum prodigum filium ad ſe vidit reuertentem, *Accurrens, cecidit ſuper collum eius*: confuſus autem dicebat filius; *non ſum dignus vocari filius tuus.* Amplexum hunc dari ex parte noſtra, debita Deo reuerentia non patitur; de qua paulò infra diſſerendum eſt, quòd etiam ſi reuerentia permitteret; non tamen ſuppetat facultas. Nemo itaque Deum amplexari poteſt; nemo complecti, nemo comprehendere. Qui complectitur aliquem: comprehendit eum: *Deus incomprehenſibilis eſt*, vt notarunt Chryſoſtomus, & Damaſcenus: nemo igitur eum amplexari poteſt, ſeu amplecti. Spiritus eſt Deus, vt ipſe teſtatur: nulla eſt craſſus carne, terra nulla: at non ideo facilior comprehenſu. Mente quidem conſpicitur, mente captatur, mente verè tenetur, at non integra ſui comprehenſione; non vt Deum poſſit integrè complecti creatura. Non eſt animus meus veſtros deiicere, vt putetis, non totum Deum, non omnes tres perſonas à beatis in cœleſti conſpici quiete: imo totus Deus perſonę tres integrę ſunt conſpicuę beatis. Eſt diſcrimen latum inter comprehenſiuam, integramque viſionem. Illud vides tu integrè, cuius nulla tibi abſconditur pars: illud comprehenſiuè, cuius totam calles perfectionem, totam excellentiam, eminentiam totam. *Illud comprehenditur, quod cognoſcentis cognitione finitur*, dixit ſapienter Auguſtinus, ita vide licet, vt perfectiùs cognoſci non poſſit. Hanc creaturis Dei viſionem non concedimus; cum integram prorſus concedamus. Eſt Theologica diſtinctio viſionis ex parte obiecti viſibilis; & ex parte oculorum aſpicientis. Deus ſecundum ſe viſibilis eſt totus, nulla celata parte; cum nec partibus conſtet: at ex parte ſpiritalium oculorum aſpicientis non poteſt eſſe integra aduſque comprehenſio. Suppetunt ad manum exempla. Adſtantes omnes imaginem Dei in altari, & me videtis in ſuggeſto. Me quidem non totum: quoniam dimidium mei operit pulpitum: imaginem autem totam videtis omnes: ſed numquid omnes eam integrè perſpicitis? Imo alius prę alio pleniùs, ac perfectiùs, iuxta loci diſtantiam, nitidiuſque lumen oculorum. Quin etiam tu ipſe, ſi ſpecillis vteris pleniùs eam his, quàm illis perſpicis. Nunc dicite mihi: quidnam eſt diſcriminis inter eum, quo me, & eum, quo effigiem videtis intuitum, quoad integritatem cognitionis? Nonne planè intelligitis? Me ideo non integrè videtis quoniam non videtis inte-

Marginal notes (left): *Deus benignè amplectitur reuerſum peccatorem.* — *Deus incomprehenſibilis eſt.* — *Deus videtur à Beatis integrè ex parte obiecti, non ex parte potentiæ comprehenſus.* — *Simile.* — *Simile.*

Marginal notes (right): Gen. 33.3. — Gen. 33.4. — Lucæ 15. 20. — Chryſoſt. homi. 14. in Ioan. — Damaſc. lib 1. de fide c.13. — Aug. lib. 12 de Ciuit. c.18.

Digitized by Google

grum, operiente partem mei ſuggeſto. Defectus ergo integritatis in aſpectu hoc proprius eſt obiecti, mei ſcilicet corporis, quod opertũ eſt partim: at viſio, qua imaginem aſpicitis, non quidem ideo non eſt integra, quòd aliqua operiatur ex parte; ſed ob defectum oculorum, qui numquam funditus comprehendunt obiecta. Quum ergo docet Theologia à nemine Deum comprehenſiuè videri non negat integrum videri Deum, quoad in ſe eſt, eo modo, quo ego ex parte mea non poſſum nunc integer videri: imo *Videbimus eum, ſicuti eſt*; præſertim, cùm nullis Deus partibus conſtet: ſed docet, explicante Doctore Thoma, ideo non poſſe comprehenſiuè videri Deũ; quoniã mentis oculi nulli ſunt adeo perſpicaces, vt poſſint, cũ finiti ſint, infinitũ funditus penetrare. *Incõprehenſibilis cogitatu*, dixit Ieremias. Videt igitur Deum perfectiùs ille, qui propiùs ei adeſt, habetque confortatos mentis oculos lucidiſſimis ſpecillis; non corporeo ex Cryſtallo, ſed ex lumine factis candidiſſimo; ſeu (vt loquar cum Theologis) ſpecillis, quæ ſunt ipſum gloriæ lumen, ſine quo creata mens non eſt apta ad videndam ſupremam Dei maieſtatem. Datur autem cuique beatorum propinquitas loci luminiſque abundantia, iuxta propriorum ſummam meritorum. Manet ergo excluſus ab hodierno hoſpitio mentalis amplexus.

S. Ioan. 3. 2. 1 Thom. 1. part q. 12. art. 7. Ierem. 32. 19.

Lumen gloria eſt qu aſi ſpecula beatorũ

Diſcutiamus genus alterum, quo Deum homines adorant ſtantes: & hoſpites oſculo recipiunt. At nec genus hoc nunc eſt omnino congruum. Conſiderata Domini maieſtate, non damno eos, qui adorant ſtando; imo approbo, & laudo: cum à ſanctis Patribus verbo approbatos videam, & exemplo: videam etiam ab ipſo Saluatore, his Publicanum verbis commendante; *Publicanus à longe ſtans nolebat nec oculos ad cœlum leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicens; Deus, propitius eſto mihi peccatori.* Tamen quoniam hodie hoſpes eſt Dominus; non ſatisfacit ſtando, qui currere debet ad excipiendum eum in domum ſuam. Oſculo alicubi benè excipitur hoſpes: at impedit illud ſuprema Domini conditio. Non decet ſeruum Domino oſculum imprimere: nec creatori creaturam. Ille quidem humanè oſculatur animam ſerui ſui: at ſi hæc ſummum Regem oſculari tentaret, impudens quidem eſſet audacia. Non approbarem illorum hominum feruorem, qui, quòd ſe à Deo amicè, benignè, ac familiariter lactari ſentiunt; ſui in Deum ipſum referunt paritatem. Semper, & vbique, adhuc in occultiſſimo receſſu, profundiſſima ſeruanda Deo reuerentia, quanta ſupremo debetur Domino: quantumuis ſe ipſe exhibeat humanum. Sponſæ reſpectum perpendamus. *Oſculetur me oſculo oris ſui*: Verba ſunt ſponſæ, non ſponſi; omnes expoſitores intelligunt; latè expendit Rupertus; & textus ipſe omne dubium excludit. Cur ergo, ſi tam ardenter optat ſponſi oſculum ſponſa: non ſuauiatur eum ipſa? Abſit. Eſſet id quidem magna temeritas. Petit oſculum Dei ſponſi ſui: quoniam nouit benignum eius genium: ipſa autem minimè audet tale quid aggredi. Imo nec audet ad ipſo petere, nec directe petit. Non enim ad ipſum loquitur ſponſum, petens, ſe ab eo deoſculari; ſed verba ad aerem profert, ex

Aug. lib. 2. ad ſimplicia q. 4 tom. 4. Lucæ 18. 13.

Canti. 1. 1. Rupert. in Cantic c. 1.

Deus profundiſſima ſemper reuerentia adorandus eſt, nulla ſumpta ex familiari conuerſatione licẽtia.

Adoratio Dei ſumma coniungenda reuerentia, etiam ab his qui à Deo ipſo familiariter lactantur.

Conuerſatio Dei cum anima familiaris, ac iucunda nõ concedit ei licentiam, vt minuat apicem reuerẽtia, debita ſupremo imperatori.

nimio affectu amoris prorumpens, dicens que ad auras; *oſculetur me oſculo oris ſui.* Plus vltra. Nec nominat eum, cuius oſculum optat: quoniam nimiam putat audaciam, ſi talis ab ore ſuo audiatur petitio. Non dicit, oſculetur me Deus, nec oſculetur me ſponſus: ſed oſculetur me, neminem cuius oſculum deſiderat, nominans. Amplius adhuc. Cùm textus huius verba cum Deo ipſo loquatur omnia; ſolum verbum hoc ab eius collocutione diuertit, *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino. Trahe me poſt te.* Ecce, cùm admirans ſponſi magnalia, cum ſponſo loquatur ipſo, data opera, ſtylum mutat, loquens non ad eum, quum tam ſublimis oſculi ſpirat affectum. Nec longe à mente hac D. Bernardus qui expendens hæc ſponſæ verba, ſic ait. *Sponſa ergo ſponſum adeſſe perſentiens, ſubſtitit.* Id eſt, quæ abſente ſponſo dixerat, oſculetur me, ſentiens, cum adeſſe, ſtetit, minimè proſequens propoſitum. *Pudet enim præſumptionis, in qua ſe deprehenſam intelligit* ait idẽ. Et verò, qui docemur hic, minimè licere nobis, labia noſtra ori Dei ad blanditias impingere: ſimul inſtruimur, nec ad extricandum tantæ myſterium Trinitatis, labia ipſa diuino ori facilè admouenda. Quid eſt enim diuinam Trinitatem ediſſerere: niſi humanum os diuinum tangere? Quod eſt Dei os? quis vultus eius? Nonne verbum ſuum? Verbum profectò facies eſt Dei quoniam ex verbo cognoſcitur Deus, ſicut ex vultu cognoſcitur homo. Ideo dixit Rex Pſaltes; *Deus illuminet vultum ſuum ſuper nos:* id eſt, Verbum ſuum, quod nos illuminat. Sic Rupertus; *id eſt: det nobis cognitionem filij ſui: qui idcirco vultus Dei dicitur, quia Deus cognoſcitur ex ipſo, quemadmodum aliquis ex vultu ſuo.* Cùm ergo admouere os noſtrum vultui Dei, ſit tangere verbum filium eius: eſt conſequenter, tangere ore noſtro ſacro-ſanctum myſterium Trinitatis, quod eſt æterna verbi à Patre, & ſancti Spiritus ab vtroque proceſſio.

Cant. 1. 1.

Bern. ſer 9. in can

Trinitatis diuina celſitudo minimè tangenda carnis ore.

Chriſtus Dei os, ſeu vultus.

Pſal. 66. 1. Rupert in pſal. 66. tom. 1 p 530.

Quid ergo faciendum? Tertium iam genus, & excipiendi hoſpites, & adorandi eos videamus. Eſt genus hoc, vt proſternentes nos, Deum adoremus: & pedes lauemus hoſpitis. Mira ergo eſt hoſpitij huius, adorationiſque conuentio. Nullo profundiùs, nullo altiùs modo adoramus Deum, quàm vſitato hoc, quo nos humiliter corã eo proſternimus, curuamus, deijcimus, magnaque genu flectimus reuerentia. *Adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* Nullo item modo charius obſequium exhibetur hoſpitibus; quam, quum eis lauantur pedes. Sed eſt vlteriùs ritus vterque in eo accomodatius, quòd vno eodem actu exercetur vterque. Qui enim pedes hoſpitis lauat: conſequenter ſe coram eo proſternit; nec aliter lauacro vti poteſt. Igitur ſi Dei, in tribus cogniti perſonis, lauamus pedes: ſimul vtique coram eo proſternimur; vt corpore toto, manibus, ore, animo adorantes, eum excipiamus. Accedit & oſculi conuentio. Hoc enim quantò procacius eſt, ſi inferioris perſonæ labijs ori altioris imprimatur; tantò eſt humilius, & gratius, ſi maioris pedes oſculatur. Supremi eſt approbatio magiſtri, laudantis his verbis Magdalenam: *ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos.* Eſt autem facile lauanti pedes, eos oſcula-

Deus adorandus proſtrato in terram corpore ſeu genubus flexis.

Pſal. 21 30

Lucæ 7. 45

ri; vt inter lauandum pedes Chriſti eos oſculabatur Magdalena.

Via autem, qua Dei pedes lauare poſſimus, nondum liquet omnibus. Imo nec quinam ſint Dei pedes, quos lauemus. Numquid Deus pedibus conſtat? Nonne ſpiritus eſt? Nonne indiuiſibilis? Quoſnam pedes inueniemus in Deo? Imo eo ipſo, quòd Spiritus eſt, & indiuiſibilis: pedes eius lauare debemus. Eſt igitur attentè recolendum, cuiuſlibet rei fundamentum, ſeu baſim, pedes eius rectè nominari. *Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas: & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.* Quæ verba in Hebræo ita accipiuntur, vt idem ſit columnæ ſuper baſes, ac pedes ſuper plantas. Pedes ergo Dei non ſunt aliqui Dei ipſius pedes: ſed vocamus Dei pedes baſes, ac fundamentum, quo Trinum nos intelligimus Deum. Sumus terrei nos; ſumus corporei, ſumus carnei: quare nullam poſſumus mente capere perſonam, niſi terream eam concipiamus, & carneam. Eſt igitur fundamentum, eſt baſis cognoſcendi Trinum Deum, vt perſonas tres ſimiles nobis concipiamus: præditas memoria, intellectu, voluntate, quibus & ſanguinem ſupponamus, & carnem; imagines earum formando corporeas. In tantum vt Trinitas ipſa, ſciens ſe à nobis aliter intelligi non poſſe; in illa trium imagine, ſeu trium imaginibus virorum apparuerit quondam Abrahamo. Itaque Dei pedes illa mens ſunt, illa terra, illa caro, ille intellectus, & voluntas illa, quæ magna ex parte fingit in Deo rudis noſtra imaginatio, vt eum mente vtcumque capiamus. Lauare ergo Trini pedes Dei, eſt omnē ab eo terram adimere; ſiquidem in id lotiones fiunt, vt à puluere purificent pedes. Relinquimus iure optimo in Deo pedes illos, qui ſolidum ſunt cognitionis noſtræ fundamentum; memoriam videlicet, intellectum, voluntatem, in quibus homo Deo ſimilis eſt, vt dixit Deus ipſe; *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam.* Hi ſunt pedes Dei; quippe certa ad cognoſcendum eum baſis. Tamen oportet lotiones fieri, vt terra à pedibus abſtergatur, & puluis. Terram à Deo amouere debet, carnem, corpus, craſſitudinem, quiſquis eum verè veram Trinitatem cupit agnoſcere. *Spiritus eſt Deus*: Et ideo *eos, qui adorant eum, in ſpiritu, & veritate oportet adorare.* Adorare in veritate, & in ſpiritu: concipientes eum ſpiritu noſtro tamquam ſpiritum puriſſimum; in quo conceptu veritas eſt: carnali in conceptu ſimplex ignorantia. Simulatur quidem, ac depingitur Deus imaginibus tribus inſtar trium virorum, eo quòd verè ſit perſonæ tres, cùm ſit vnicus Deus: at ita id debemus concipere, vt ſimul ſciamus, ſculpturam hanc non alio fine ſic formari, præter vnum hunc, vt concipiatur vtcumque à ſimplicibus, ac rudibus. *Sed in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius: nihil maius, aut minus eſt: ſed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.* Nec ſenior Pater, nec Filius iunior; nec Sanctus Spiritus columba; ſed vnus Deus in perſonis tribus Spiritus purus à terra, à carne, à corpore alienus.

Quapropter, illis Dei miniſtris, quibus ſe intimiùs exhibet ipſe cognoſcibilem, ſubeſt profectò cura lauandi Dei pedes coram populo: vt & ipſe ſine errore concipiat veritatem. Id, quod exegit Abraha-

Trinitatis diuinæ pedes lauare quid ſit.

Pedes quotupliciter accipiātur.

Eccleſ. 26. 23 Hebræa.

Trinitatis diuinæ cognitio eruenda eſt à figuris corporeis, quibus ob neceſſitatē depingitur.

Gen. 1. 27.

Ioan. 4. 24

Athanaſius in ſymbolo fidei.

Trinitatis diuinæ myſterium docendum po-

pub à Dei miniſtris. rahamus; qui quum trium illorum, Trinitatem Dei repræſentantium virorum pedes lauit, coniugem adſtare voluit; vt à Dei pedibus terram eſſe tollendam, intelligeret. Quæ licet pedes minimè contigerit; erat tamen intuens. *Poſt oſtium tabernaculi. Myſterium enim hoc per rimulas eſt in doctis aſpiciendum: apertiùs ſapientibus, qui terram à Dei pedibus amouent.* Nec ideo immenſum amplexari myſterium, complecti, aut comprehendere molimur: cùm longè diſtet lotio pedum ab amplexu. Gene. 18. 10.

Deus omnino ſimplex, ac purus à mixtione prorſus alienus. Eſt igitur Deus penitus ſimplex, penitus purus, vnus penitus: tantóque perfectiùs vnus, quantò magis à myſtione remotus. Vnicum Deum ſe Deus prædicat ipſe; *Videte, quòd ego ſim ſolus: & non ſit alius Deus præter me.* Videte (inquit) quòd ego ſim ſolus: non dicit, credite, ſed videte: quoniam plures vno Deo eſſe non poſſe, etiam ſi fides non ſuggereret, oculis mentis planè perſpicitur. Innumeris quidem innoteſcit rationibus: ſufficit orbis regimen, quod nequaquam poſſet eſſe vniforme, nequaquam conſtans, nec compoſitum, ſi plures Dij gubernationi incumberent ſimul, aut viciſſim. Sunt tot tamque conſpicuæ huius rationes vnitatis, vt Philoſophi omnes naturali eam lumine cognouerint; inter quos altiùs Plato, Tullius, Seneca; qui eam exactiùs expenderunt. Deut. 32. 39. Plato in Parmen. & in Tyme. Cicero de natura Deorum Seneca lib. de beneficijs c. 7. & 8.

Perfectio rerum in eo ſtat, vt ſimplex rei natura plura in ſe contineat abſque adiectione vlla, aut permiſtione. Imo & ſimpliciſſimum, purumque penitus agnoſcunt. Eſt pura res, ac ſimplex illa, quæ nullam rerum permiſtionem, nullam in ſe compoſitionem admittit. Aqua ſimplex eſt; ac prorſus pura; aer purus, & ſimplex: multis leo compoſitus ex rebus: vtrum horum perfectius? Leonem dicetis: dico & ego. Sed quid, ſi aqua, ſimplex cùm ſit, omnes leonis haberet facultates, omnia accidentia, partes omnes? Scitote, qui ex vobis nondum ſcitis, maiorem rerum perfectionem ſitam in eo eſſe, vt quò ſimplicior res; eò plura contineat in ſe ipſa. Cicer, cùm manducatur, dulcis eſt, & fragrans, grati etiã coloris: dulcis item ficus, dulce, ac rubicundum malum punicum: pepo dulcis, fragrans, rubeus. Quodnam horum perfectius? Nonne cicere ficus? Hæc natura ſua includit dulcedinem; cicer à melle permiſto. Vtroque perfectius punicum; vt cui à ſe ipſo ineſt & rubor, & dulcedo: nam & colorem cicer habet à croco. Sed pepo & ſuauiſſimam dulcedinem, & rubeum à ſe ipſo habet colorem: odorem à ſe ipſo fragrantiſſimum: nam & hunc cicer habet à cinnamomo, alijſque aromaticis, quibus concinnatur, ſpeciebus. Nonne planè perſpicitis, ſimplices res perfectiores compoſitis, dum ſimplices ipſæ ea continent omnia, quibus compoſitæ coruſcant? *Simile.*

Simile. Sunt fœminæ duæ vultu conformes; ſed altera gypſo, murice, ſtibio, & oleo conformatur alteri, quæ conditione ſua illis pollet coloribus abſque fuco ſuperpoſito; ecce ex his altera compoſita eſt, fucis videlicet cõpoſita: altera ab hac compoſitione aliena: vtram dicetis præſtantiorem? Quis perfectiorem negabit eam, quæ abſque rerum miſtione diuerſarum, ſimplici conditione ſua continet ornamenta illa, quibus mulier altera fucorum compoſitione refulget? Illæ igitur res perfectiores ſunt, quæ in natura ſimplici continent ea, quæ aliæ conti-

Digitized by Google

Angelus propter naturæ ſimplicitatem multa continentem, perfectior eſt homine.

Angelus non eſt intellectus ſuus, ſua nec voluntas.

nent ea, quæ aliæ continent compoſitæ. Sic Angelus perfectior eſt homine: quoniam ſimplicior illo, ſimulque pollens memoria, intellectu, & voluntate, viribus magnis, bonitate, clementia, ingenuitate, & iuſtitia, ſicut homo: & hiſquidem gradu perfectiore habet & alia multa, quæ natura minimè capit humana. Et quo ſublimior Angelus, eò ſimplicior alijs: eòque plura continens: ita vt in infinitum penè gradum extenuetur ſupremi Angeli ſimplicitas, æquiualens innumerabilibus aliarum creaturarum facultatibus. Ita docuit B. Dionyſ. conſequentibus Theologis vniuerſis. Nihilominus nullus Angelus eſt, aut omnino ſimplex abſque vlla prorſus compoſitione: aut omnia omnino continens, ita vt non deſint ei infinitæ ferè facultates. Angelus quippe ipſe non eſt ſua memoria, nec ſuus intellectus, nec voluntas ſua: ſed hæc ſunt eius accidentia, quibus extinctis poſſet adhuc ipſe ſua in natura per abſolutam *Dei* potentiã conſeruari. Hoc quoque docuit ipſe Dionyſ. docuit & Anſel, doctoribus cunctis conſentientibus, & inter eos Thoma comprobante.

Diony. de diuin. nomi c. 4
S. Tho. 1. p. quæſt. 50. art. 2
Diony. de cæleſt. hierarc. c. 2.
Anſel. de caſu Diaboli. cap. 8.

Dei natura cum ſimpliciſſima ſit, eſt omnia ſimul.

Quo fit, vt, cùm Deus ſit ſuprema rerum præſtanſque immenſo reliquis gradu, vtpote creator creaturis: ſit omnino ſimplex, ſuper aquam, & aërem, ita vt ne duarum rerum ſit in eo complexio, aut compoſitio, accidens nullum, nulla qualitas: ſed quidquid eſt in Deo Deus ipſe eſt, ita vt ſi vel punctum vnum poſſet à Deo demi, nihil prorſus Dei remaneret. Cognouit hoc egregius ille Philoſophorum Princeps Ariſtoteles: quod & luculentiſſimè monſtrauit: quid mirum ſi & Chriſtiani ſapientes agnoſcant, & comprobent, & Theologica diuus Thomas arte?

S. Thom p. q. 50. 2. & 3.
Ariſtote. lib. 12. metaph. cap. 6.

Deus eſt intellectus ſuus, & ſua voluntas.

Itaque Dei intellectus, & voluntas non ſunt Dei qualitates, nec accidentariæ eius potentiæ: ſed ſunt ipſemet Deus: intellectus Dei eſt Deus ipſe, eſtque Deus ipſe voluntas, memoria, intellectus, & reliqua. Conſequenter Deum partibus conſtare nullis, nec eis componi potuiſſe, non ſolùm oſtenderunt cum Philoſophis Patres Hilarius, Iſidor. Bernard. ſed Lateranenſe etiam concilium definiuit. Eſt item conſequẽs doctrinam hanc, vt cùm Deus ſummè ſit ſimplex, ſummo etiam numero contineat in ſe res vniuerſas, quas ſcilicet fecit, facit, & faciet; ac reliquas etiam, quas cùm poſſet facere, non faciet: quæ infinito ſunt numero. Itaque quidquid eſt homo, quidquid Elephantus, quidquid Leo, quidquid Angeli omnes, quidquid ligna, vniones, margaritæ, ac reliquæ abſque exceptione creaturæ, Deus ipſe eſt eminenti quadam ratione: vt, cùm minimè ſit formaliter adamas, nec Leo formaliter: ſit tamen modo eminentiori quidquid Leo eſt, & quidquid adamas. Sic docuerunt multis in ſcriptis Gregorius Nyſſe. Dionyſ. Auguſt. Anſel. & reliqui: Et (quod ratum facit) vetus, & noua teſtamenti pagina. Illa apud Sapientiam: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis:* hæc in epiſtola ad Romanos: *in ipſo ſunt omnia.* Nec de hoc dubitare patitur ratio: quoniam nemo dat, quod non habet, ac conſequenter qui omnia dat, qui rebus cunctis dat, & dedit id, quod ſunt res ipſæ, id totum in ſe ipſo habeat, neceſſe eſt. Dixit luculentiſſima (quam

S. Tho 1 p. q. 3
Hilari. lib. 8. de Trinitate.
Iſidor lib. 1. de ſummo bono c. 1.
Bernard. lib. 1. de conſideratio.
Concil. Lateran. ſub Innocen. 8
Gregoir. Nyſſe. oratione, quæ habetur inter tranſlatas à Franciſco Zino.

Digitized by Google

Deus eſt ipſa in abſtracto perfectiones omnes: ſapientia, pulchritudo, bonitas, iuſtitia, poteſtas, & reliqua.

vehementer miror in homine ethnico) ſententia ſapientiſſimus Plutarchus admirandam hanc Dei perfectionem, qua, cum ſummè ſit purus, ſummè ſimplex, omnia ſimul eſt ipſe ſua ipſa ſimplicitate, ac puritate. *Non aſsidet Ioui iuſtitia; ipſe eſt iuſtitia, & lex exactiſsima.* Iouis nomine verum intellexit Deum; vt ex omnibus Philoſophi huius conſtat ſcriptis. Quòd ſi alium à noſtro Deum intellexit, tunc mirandum magis, quòd minimè potuerit ſapiens hic Deum mente concipere quemcumque, qui non eſſet ſimul & ſimpliciſſimus, & in ſe ipſo continens vniuerſa. Sed altiori numine Plato, qui proprio Deum nomine promens, dixit: *Deus nec mutatione afficitur; nec vt pars pulchrum eſt: neque vt id, cui pulchritudo ineſt: Sed ipſe per ſe eſt pulchritudo, vnde manat cæterorum pulchritudo.* Satis quidem pulcher ipſe in hac ſententia Plato. Si Deus ex ſubſtantia ſua, & ex pulchritudine compoſitus eſſet: ſanè, ſicut facies hominis ſpecioſa heri, hodie marcens eſt, atque deformis: ſic poſſet Deus pulchritudine minui, atque adeo minimè eſſet Deus, cùm perfectio ei vna deficeret. Hæc maturè ſatis conſiderauerunt, & admirati ſunt, intima ſemper admiratione ſuſpenſi ſancti illi Athanas. Baſil. Boet. Nazianzenſi Grego. Leo. Aug. & Nicetas, cum reliquis Patribus vniuerſis: qui, vt eadem nos indeficienter contemplemur, ſumma exhortantur efficacia. Creſcit, & creſcat admiratio. Parum dictum eſſet, ſi ſolùm diceremus, Deum eſſe intellectum ipſum ſuum, ſuamque voluntatem ſemetipſo, ſuaque ſubſtantia: niſi dicamus inſuper, ipſummet Deum eſſe actum ipſum intelligendi, quo intelligit: actumque voluntatis, quo vult, amat, & approbat. Quod non tam miror à Theologis cognitum, vt ſæpe ſcripſit S. Thomas quàm ab illo etiam relato Philoſopho Ariſtotele, qui naturali lumine, id aliter in Deo eſſe non poſſe, manifeſtiſſimè deduxit.

Deus eſt ipſum intelligere, ipſum velle: ſeu eſt ipſe intelligendi actus, actus item diligendi.

Dionyſ. de diuinis. nomin. cap. 5. Aug lib. 1. in Ioannem. cap. 5. Anſel. in monolo. cap. 33. & 34. Sapi. 2. 7. Roma. 11. 36. Plutar. in lib. de doctrina principū. Plato in conuiuio. Athana. ep. ſie. ad epiſcopos Africa. Baſil epi. 141 ad Cæſarienſes. Boetius lib. de Trinitate. Nazian. in illa Pauli verba: cupio diſſolui.

Trinitas eſt Deus perfectiſsima in vnica natura ſimplicitate.

Nondum dixi, quod profundioris eſt admirationis, ſtuporis, ecſthaſis, ſolatij. *Deus*, cùm ſumma ſit vnus vnitate, ſumma ſimplicitate purus, ac ſimplex: eſt nihilominus perſonæ tres, Pater, Filius, Spiritus ſanctus, diſtinctæ penitùs perſonæ, ſubſtantia prorſus vna, vnus Deus, vnus Dominus, creator, iudex, Rex, Imperator vnicus, non Reges tres, non tres creatores. Hoc eſt hodiernum euangelium, hoc fidei noſtræ fons, initium, & finis. Verè Deus admirabilis, admirabilis Trinitas. Quid plura? Ipſamet Dei ſimplex ſimplicitas ratio eſt pluralitatis perſonarum. Quoniam cùm ſimplicitas ſumma vniuerſas & res, & perfectiones in ſe perfectiùs contineat, non poteſt carere perfectione illa, quæ in viuentibus grandis eſt perfectio, ſcilicet vitali generatione: & illa quidem, quæ inter alias perfectior eſt: nempe filiorum. Nec potuit carere amore illo, qui ſummus eſt amor filiorum nimirum, & parentum: qui in Deo eſt Spiritus Sanctus ea, quam pergo exponere, ratione. Deus ipſe fatetur, ſe, qui alios fœcundos facit, minimè poſſe eſſe infœcundum: eſtque ratio certa quoniam *nemo dat, quod non habet.* Verba Dei, ſcriptore Iſaia, ſunt hæc: *Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? Dicit Dominus. Si ego, qui genererationem cæteris tribuo, ſterilis ero?* Quæ

Generatio perfectiſsi. eſt in Deo. Filius naturalis Dei propria filiorum conditione eſt naturalis filius.

Leo primus epiſt. 63 ad Turibium. cap. 5. Aug. lib. 5 de Tri. cap. 4. 5. & 16. Nicetas in orationem 40. Nazian. S. Tho. 1. par. q. 14. art. 4. & q. 3 art 4. & q. 34. art. 2.

Digitized by Google

Ariſto. lib. 12. Metaph. text. 39. Titum. 3. Iſai. 66. 9. Concilium Hiſpalenſe. 2.

Trinitate in diuina Deus eſt pater ſimul, & mater filij naturalis.

verba, quamuis pro adoptiua filiorum Dei generatione dicta videantur: ſunt tamen firmum æternæ generationis indicium. Quoniam cùm affirmet Deus, ne adoptatiua quidem ſe generatione carere, qui homines facit parentes filiorum, ſequitur, multò minùs poſſe, à naturali ſe generatione eſſe alienum. Quod conſiderans ſecundum Hiſpalenſe concilium, affert verba hæc in diuinæ generationis propoſitum. Addo propriiſſimam hanc generationis conditionem euſque procedere in diuina: vt Deus ſit non ſolùm pater filij ſui, ſed etiam matris fungatur officio: eo quòd ſolus ille exactiſſimè compleat quidquid in humana generatione pater ſimul, & mater. At cùm Deus ſit ſumma ſimplicitas: nullum ſanè in generatione iſta carnis opus, nullus eſt carnis odor, nulla caro: cùm nec Deus ipſe caro ſit, ſed puriſſimus Spiritus, ſimpliciſſima entitas. Eſt ergo in creaturis carnalis conceptio, & generatio, vt in belluis: eſt & mentalis, vt in Angelis, qui res mente concipiunt, generantque conceptus: quarum vtraque generatio, & conceptio propria hominum eſt: quippe qui & carne conſtant, & mente. Carnali conceptione, ac genitura mater vtero concipit naturalem viri ſui imaginem: concipit & mente imaginem ipſam naturalem. Vtramque parit mulier ipſa, poſtquàm vtero, & mente maturauit vtramque. Vterinus cunctis notus eſt & conceptus, & partus: non adeo notus vniuerſis mentalis. Concipiens mente propriam obiecti viri, alterius ve obiecti imaginem mulier, ſiue vir, format eam mente ipſa, dicens ſibi, ac ſibi exprimens quod ita ab obiecto concepit. Eſt expreſſio quædam, qua ſibi exprimit intrinſecùs imaginem illam, ſicut exprimit & lingua eandem, quam mente format imaginem, dum eſt aliquis præſens, quo cum loquatur, explicans ei, quam mente imaginem concepit. Imago hæc vocatur verbum, quippe ore prolatum, dum adeſt auditor: vel ſaltem mente expreſſum ipſi concipienti. Quapropter, vterque quidem vterus eſt, & corporalis, quo concipitur imago corporaliter: & mentalis ille, quo ſpiritales recipiuntur imagines. Eſt item partus illa mentalis expreſſio, qua mens intrinſecùs imaginem & format, & exprimit homini ipſi, mente concipienti. Illa enim conceptæ imaginis expreſſio expromptio quædam eſt, qua homo mente, quaſi vtero, exprimis conceptam à ſe obiecti figuram, ſeu imaginem. Quid eſt autem expromere conceptum, niſi conceptum edere, & parere: ſicut fœtus editur, & paritur ventre? Appoſitè (vt ſolet) dicit B. Auguſtinus: *Ab obiecto, & potentia paritur notitia.* Id eſt à propoſito menti obiecto, & à mẽte ipſa paritur notitia eiuſdem obiecti, quæ eſt imago illa, qua mens noſcit obiectum. Æterna ergo Dei generatio mentalis eſt, prorſuſque abſque carne ſpiritalis: qua diuina mens habens ſemper ſibi præſens obiectum, nempe Deum ipſum, qui & res eſt ſolus vniuerſæ, concipit eiuſdem Dei imaginem, concipienſque generat, & parit mente ipſa, quæ verus eſt vterus. Deus ipſe loquens ad eundem genitum filium ait, *ex vtero, ante Luciferum genui te.* Itaque concipiens ſui imaginem Deus, eſt propriè Pater, & gerit vices parentis: quoniam Deus eſt concipiens mente: & ipſe eſt

Generatio nis carnalis mentaliſque generationis comparatio.

Conceptus mentalis imago obiecti.

Verbum oris, & mentis quid.

Auguſt. libro 9. de Trin. cap. vlt. Suarez. 1. p. Tract. de Trinitat. libro 6. cap. 4 n. 5. Pſal. 109. 4.

Generatio in Deo ſit intellectu. Imago Dei perfectiſſima filius eſt eius.

Filius Dei genitus actu intellectus.

obiectum, quod mente concipitur. Concipit naturalem ſui imaginem; qui & filius eſt eius naturalis, *& figura ſubſtantiæ eius.* Qui & conſequenter Dei ipſius verbum, à ſe ſibi expreſſum, ac prolatum. *In principio erat verbum: & verbum erat apud* Deum: in ipſa videlicet Dei ipſius mente. Cur non & filius appellabitur conceptus hic Dei, Dei naturalis imago, Dei verbum? Diceris ſolum carnalem partum filium eſſe; non item mentalem. Sed dixi iam; perfectiones quaſuis vbilibet repertas, puriſſima in Deo eſſe ratione. Eſt filius Dei mentalis conceptus, propriùs longè, ac perfectiùs, quàm vos omnes veſtrorum filij parentum. Quænam deſiderantur, vt conceptio, & partus propria ſit filij generatio? Tria quidem hæc: vt filius ſit ſubſtantia: ſit vitali productione ex eadem genitus patris ſubſtantia, atq; parentis: ſit ſimilis patri, & genitrici. Ecce tria iſta in diuinis perſonis perfectiſſima. Notum cunctis eſt, quod ad extremum hoc attinet: nempe ad ſimilitudinem æterni filij, æternique parentis. Nam mentalis imago ſimilior eſt repræſentatæ perſonæ, quàm parentibus carnalis filius. Cùm enim huiuſmodi filius carnalis non à ſolo procedat genitore, ſed à matre etiam genitrice: neutri eorum eſt per omnia ſimilis, qui eis inter ſe diſſimilibus eſt ſimilis. Mentalis conceptus ſimilis omnino eſt, perfectaq; ac plena obiecti figura. Quantò perfectior conceptus Dei: qui mente ſummè perfecta obiectum concipit, ſicut in ſe eſt, apice nullo diſcrepantiæ. Ideo luculenter dixit Ambroſ. *Solus Chriſtus eſt plena imago Dei propter expreſſam in ſe paternæ claritudinis ſimilitudinem.* Iamquo ad alia filialis generationis requiſita, vt ſit nempe filius ſubſtantia, ex eademque genitus ſubſtantia parentum vitali conceptione, ac genitura: habet æternus Dei filius primatum. Cauſa enim, ob quam eſt accidens quiuis humanæ mentis conceptus, ea certa eſt, quòd ipſa intellectualis potentia, qua conceptus gignitur, eſt accidens. Hominis ſiquidem intellectus non eſt homo ipſe: ſicut Angelus intellectus eſt ſuus, vt notauimus. Vnde multò minus eſt homo ipſum intelligere ſuum, & ſuum Angelus: atque adeo eſt verè homo abſque intelligere: cùm nihil intelligat, quum dormit. Deus eſt ipſum intelligere ſuum: ac conſequenter eſt conceptus ſuus. *Deus erat verbum.* Cùm enim Deus ipſum ſit intelligere: minimè quidem abſque vero conceptu poteſt conſiſtere. Si abſque vero conceptu eſſe non poteſt: conceptum hunc non eſſe Dei accidens, conſequenter intulit Damaſcenus: ſed neceſſariam Dei ipſius ſubſtantiam. Atque adeo filium Dei Deum ipſum eſſe confitemur. Quid enim, ſi nil conciperet, intelligeret? quidve eſſet Deus, ſi non eſſet ipſum intelligere ſuum? Sicut ergo Deus eſt intelligere: ita Deus eſt intellectionis conceptus. Concipit ecce Deus naturalem ſui figuram ſubſtantia ſua, nempe mente, quæ vera eius ſubſtantia eſt: & ideo hic conceptus eſt in Deo, & eſt Deus ipſe ipſe conceptus: quod ſublimi dixit Ioannes ſtylo. *Verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum.* Erat verbum apud Deum, vt pote conceptus in mente, quæ Deus ipſe eſt: & Deus erat Verbum, eo quòd Dei conceptus ſubſtantia ipſa Dei ſit: cùm minimè poſſit ſine conceptu, eſſe Deus, ſicut nec

Verbum Dei verè verbum dictum à Deo ſibi ipſi.

Filius Dei verè, & propriè eſt Dei Filius.

Generationis filiorum requiſita.

Filius Dei per omnia Patri ſimilis.

Trinitas diuina talis eſt, vt Filius, & Spiritus ſanctus ſint de ſubſtantia Dei: imo Dei ſubſtãtia.

Hebræ 1. 2.

Ioan. 1. 1.

S. Thom. 1 p. q. 27 art. 2.

Ambroſ. libro 10. in Lucam.

S. Tho. 1. p. q. 27. art. 2 ad 3.

Suarez. 1. p. tom. 1. tract. de Trini. lib. 4. cap. 5. n. 3.

Ioan. 1. 1.

Damaſcenus lib. 1. cap. 18.

Ioan. 1. 1.

Digitized by Google

ſine intellectione. Cùm igitur conceptus hic ſit genitoris repræſentatio naturalis, ſit per omnia ſimilis ei, genituſque vitali operatione ex eiuſdem Dei ſubſtantia: ſitque conceptus ipſe ſubſtantia Dei ipſa: nihil profectò deficit ei, quominus naturalis ſit Dei filius, multò propriùs, multòque perfectiùs, quàm homo eſt filius patris ſui, ſuæque parentis. Quo intellecto, conſequenter infertur, filium Dei æqualem eſſe Patri: quando quidem conceptus tantus eſt, quanta res intellectu concepta. Eſt itaque filius infinitus, ſummè ſapiens, bonus, potens, iuſtus, miſericors, & cætera, ſicut eſt Pater ipſe, cuius expreſſa ad amuſſim imago eſt filius ipſe. Intelligitur item, filium eſſe Patri coæternum. Alioqui tu, quid id nequis intelligere, dicto mihi, quid faciebat Deus, antequam filium generaret? Aut intelligebat, aut dormiebat. Dormire Deus nequaquam poteſt: nam ſomnus animantium eſt, vt Philoſophus docuit. Ideo irridens Elias prophetas Baal, quòd cum in auxilia compellarent, nec ad validiſſimos eorum clamores reſponderet, dicebat eis; *Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitã loquitur, aut in diuerſorio eſt, &c. aut certè dormit vt excitetur.* Si non dormiebat Deus noſter, antequam filium genuiſſet, intelligebat certè aliquid: atque adeo producebat verbum, verbum conceptum ſui ipſius: quando quidé nihil Deus poteſt intelligere, quin ſe ipſum intelligat, in quo omnia ſunt, & à quo exeunt. Nullum igitur præceſſit momentum, antequam filium genuiſſet. Ecce Deus Pater eſt, & eſt Deus Filius, perſonæ duæ penitus conſubſtantiales, coæternæ ambæ, & coæquales. Nam genitorem, & genitum perſonas oportet eſſe diſtinctas, vt probauerunt Sancti Auguſtinus, & Thomas. Eſt que Pater principium paſſiuæ Originis filij.

Filius Dei æqualis Patri.

Filius Dei coæternus Patri.

Auſt lib. de ſomno, & vigilia.

3 Reg. 18 27.

Aug. lib. 7. de Trinitate. ca. 4. & ſequentib. & lib. 5. c. 9 tomo. 3. & lib de fide ad Pet cap 1. S. Tho 1. p. q. 30. art 4. q. 42. art 1. & ad 2 & art. 8

Quibus perpenſis, ſequitur tertiæ perſonæ cognitio. Deus ſpiritus eſt: tribus hoc conuenit perſonis: & nihilo minus eſt perſona tertia titulo proprio Spiritùs ſanctus. Hic vtique eſt ardentiſſimus inter Patrem, & Filiũm amor. Arctam inter Patrem quemlibet, filiumque eſſe vbique dilectionem, notum eſt omnibus; tantòque ſtrictiorem; quantò ſimilior forma, inclinatione, moribus filius eſt Patri. Nullus autem vndecumque ſimilis patri ſuo filius, præter filium hunc æterni genitoris: ſummus ergo inter vtrumque exardet amor. Hic autem tertia eſt diuinæ Trinitatis perſona, ſanctus videlicet ſpiritus: vt ſancti Auguſtinus, & Thomas docuerunt. Nam perſonæ cuiuſque in aliam amor tantus eſt, quanta vel multorum perſonæ amatæ meritorum copia, cognita ab amatore, ſiue bonitatis, ſiue pulchritudinis, ſiue ſapientię, aut pietatis: vel amatæ, amantiſque ſimilitudo, vel ſanguineæ cognationis propinquitas: ex quibus non vnum dumtaxat amoris fundamentum: ſed omnia ſimul in mutuum concurrunt diuinarum amorem perſonarum. Eſt enim in eis dignitas, qua amentur, infinita: bonitas ſcilicet, pietas, ſapientia, decor, poteſtas, celſitudo: & hæc quidem intimè cognita à perſona vtraque: eſt ſimilitudo, ac æqualitas ſumma: eſt confinitas infiniti propria parentis, filij item infiniti: erit ergo & infinitus vtriuſque amor. Quòd ſi infinitus eſt, cum quidem eſſe Deum ipſum, abſque dubio conſequitur:

Spiritus ſancti proceſsio à patre & filio.

Spiritus ſanctus amor eſt Patris, & Filij vnus.

Aug. lib. 15. de Trinit ca 17. S. Tho. 1. p. q 37. art. 1.

Suarez. 1 p. tom. 1.

Digitized by Google

quoniam infinitum præter Deum nihil eſſe poteſt. Vnde & æternus eſt amor: quandoquidem numquam carere potuit amore vel vniformis ſimilitudo, vel cognita dignitas, vel propinquitas paterna. Vbi etiam liquet, non quidem ad libitum: ſed neceſſariò amorem hunc à Patre, filioque iugiter procedere, atque adeo eſſe verè Deum. Eſt itaque perſona tertia nexus quidam duarum perſonarum; nam amor quidem nexus eſt: quod luculenter dixit S. Bernardus: *Spiritus ſanctus procedit, tanquam firmiſſimum vinculum Trinitatis.* Qua autem ratione vnus idem amor à duabus procedat amantibus perſonis difficile videtur intellectu: ſed forſam non adeo, ſi propriam ignis attendamus conditionem. Videmus, ex duabus prunis ſommè coniunctis flammam vnam procedere, non duas. Sunt Pater, & Filius prunę duæ; vna ſanctus ſpiritus flamma, ab vtroque procedens. *Dominus Deus ignis conſumens eſt:* tres ergo perſonæ iſtæ ſunt ignis: ſed flamma ſanctus ſpiritus: vt qui in terras veniens, in igneæ linguæ apparuit ſpecie; *Apparuerunt eis diſpertitæ linguæ tanquam ignis.* Diuinitùs ſanè diſpertitæ, vt mirè innoceſceret flammam à duabus exire perſonis. Sunt enim duæ iſtæ vnicum ſpiritus Sancti principium; ſicut duæ prunæ ſummè vnitæ vnius origo ſunt flammæ. Præſentim, ſi conſideremus prunas duas in vno adhuc ligno indiuiſas: quamuis verè fiſſura diſtinctas. Nam perſonæ diuinæ vnum quidem ſunt, quamuis diſtinctæ: atque adeo principia virtualiter duo. Quo etiam intelligitur, quàm verè ſit amor ſanctus Spiritus: cùm igneus ſemper, adhuc humanus, depingatur amor. Nec non manebit cognita ſatis eiuſdem ſancti Spiritus nominatio qua ſingulariter ſanctus vocatur Spiritus: cùm Deus Spiritus ſit, perſonæ tres vnus ſint Spiritus. Eſt quippe Deus verè Spiritus purus eo ſignificatu, quo materiam omnem excludit Spiritus: ſicut ſunt Spiritus Angeli: ſed purior Deus, atque ſimplicior, vt ſupra conſtituimus. At perſona tertia ſigillatim nuncupatur Spiritus: quatenus Spiritus eſt affectus, exhalatio, impulſus, propenſio, ac inclinatio. Exhalatur enim ab igneo Patre, & à filio ignea exhalatio, qua mutuo ardent, & ſe diligunt: ſanctus videlicet Spiritus.

Incipit ab aqua concio; in ignem deſinit: num oppoſitus principio exitus? Imo vniformis vndecumque. Aqua lotioni idonea eſt, & pro lotione adducta in concionis exordio: at quænam proprior ignis conditio, quam purificare quidquid torret? *Deus ignis conſumens eſt:* ecce conſumens: omnem nimirum impuritatem conſumens. Eſt Dominus noſter; eſt & noſter hoſpes: quis adeò ruſticus, qui hoſpiti tanto, tanto Domino, non ſumma hoſpitium paret reuerentia? Quòd ſi reuerentia præparandum eſt: aqua imprimis eſt opus, ad maculas noſtras abſtergendas, vt hoſpitem puri excipiamus. Sed eſt opus igne: quoniam eum debita, quæ lachrymis fit, pœnitentiæ lotione, requiritur ignis charitatis: qui & purificat magis, & ornat valde tanti exceptorem hoſpitis. Nullum adeò gratum, adeò magnificum, adeo Regium excipientis ornamentum, ſicut incenſus in hoſpitem Deum amor. Præſertim, cùm circumſtent charitatem

Spiritus ſanctus verè Deus: Patri, filioque coæqualis perſona, ac coæterna.

Spiritus ſanctus diuinæ vinculum Trinitatis.

Deus ignis eſt: ſed ſigillatim Spiritus ſanctus. Simile.

Ignis eſt Deus flamma Spiritus ſanctus.

Spiritus ſanctus proprio nomine vocatur ſpiritus, cùm Deus in perſonis tribus ſpiritus ſit, & ſanctus quidem

Amore ſummo diligendo Deus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus.

Deus Pater & Filius, & Spiritus ſanctus manſionem facit in homine, qui eum ſuper omnia diligit.

tract. de Trini. lib. 11. cap. 2. 12. 5. Tho. 1 p q. 42. art. 1. & 3. Suarez. 1. p. trac. de Trini. lib. 10. cap. 3. n. 8. lib. 2. cap. 5. n. 4.

Bernardus ſermone. 3. de Pentecoſte.

Deut. 4. 24.

Actor. 2. 3.

Anſel. lib. de proceſſione ſpiritus ſancti. c. 10.

Suarez. 1. p. tom. 1. Trac. de Trinit. lib. 10 c. 7. n. 8.

S. Tho. 1. part. q 36. art. 1.

Suarez. 1. par. Tract de Trinit. lib. 11. c. 1. n. 2.

Digitized by Google

hanc cunctæ omnino virtutes, quæ fulgentiſſima ſunt animi ornamenta, habitus nimirum candidiſſimi. Venit flagrans amore hoſpes, ipſoque amore ductus: quo piè delinitur, ad honorandas ſua domos noſtras viſitatione: eaſque boniscunctis cumulandas: quænam præparatio ardenti hoc amore deſtituta, vera verè erit præparatio?
Ioan. 14. 23. Expreſſa eſt Seruatoris ſententia: *Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* O ſumme Deus! Perſonæ tres infinitę, nos manes: tanta eſt hominis fœlicitas: quidnam erit nobis, quum in te ipſi, in Patre, in Filio, in Spiritu ſancto manſerimus æterna in cælis gloria beatitudinis?

Digitized by Google

IN FESTO SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

SERMO. II.

Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: docentes ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis. Matth. 28. 19.

HODIERNA Magiſtri Cæleſtis, quibus inſtruere vniuerſum hominum genus iubentur Apoſtoli documenta ſunt duo; alterum circa Dei cognitionem: circa debitam ei obedientiam alterum. Horum vtrumque ad varias inſtructorum hominum conditiones debet habere reſpectum: ad captum nimirum, ſeu ingenium alta diuinæ Majeſtatis explicatio; proponenda mandatorum cuſtodia ad vires, officia ac dignitates audientium Vnde fit, vt, quod ad primum attinet, profundiſſima Beatiſſimæ Trinitatis notitia ſummatim proponenda ſit, pro auditoribus cunctis: vt tàm ſynceris, quàm eruditis adaptetur: quoad ſecundum autem, debitam nempe iuſtiſſimis tantæ Majeſtatis præceptis obedientiam, ſpeciale prędicandum venit iuſſum Dei illud, quo adſtringitur quiſque ad ſuorum eruditionem ſubditorum, iuxta commiſſam ſibi dignitatem, & curam. Veruntamen quiſquis alios inſtituit: eos ſimul baptizet; iubetur à Domino. Quoniam ad percipiendam tanti myſterij celſitudinem, animas lauacro purificari imprimis oportet: vt non ſolùm earum ſubſtantia diuino iuſtificantis gratiæ dono abſtergatur à ſordibus: ſed mentes etiam defæcatæ arcanum hoc quoquo modo valeant intelligere. Vt igitur diuina triũ perſonarum cognitio mentes noſtras ornet, & honoret, ipſæmet præcelſæ perſonæ, vt eaſdam mentes ingreſſæ purificent, inuocandæ ſunt. Pro quarum inuocatione ſciendum eſt, certas quaſdam perſonarum harum inueniri à Theologis notiones: vt perſona quæque ſua propria notione, ab alijs diſtincta cognoſcatur: atque ita perſona ex his quælibet propria nunc inuocabitur notione. Primę perſonæ notio paternitas eſt: quæ in eo conſiſtit, vt Deus reſpiciendo iugiter ſe ipſum, ac conſequenter creaturas omnes, cum in eo eminenter ſint vniuerſæ, generet fi-

Impiorum mentes renuit ingredi Trinitatis diuina cognitio.

Trinitatis diuinæ perſonæ puram à ſordibus exigunt animam, cui ſe præbent cognoſcendas.

Notioni-

S. Tho. 1 part. quæſt. 32. art. 3.

Digitized by Google

lium. At quonam modo reſpicit ad generationem iſtam creaturas, niſi ſecundum quod natura ſua puræ ſunt imperfectionibus abſtractis: cum eiuſmodi imperfectiones, ac defectus nullatenus in perfectiſſima illa adſint puritate, vt B. Tho. & Bonauen. Cum doctoribus alijs oſtenderunt? Si ergo Pater ea generat filium cognitione rerum, quæ earumdem imperfectionem excludit: quomodo ſe præbebit cognoſcendum impuris mentibus, niſi dum præbet ſe morales earum eijciat defectus? Secundæ perſonæ propria notio eſt filiatio: quæ in eo conſiſtit, vt Dei filius intellectu Patris cognoſcene, ac dicente generetur: qua generatione & Dei verbum, & ſapientia genita appellatur, & eſt verè. Si ergo diuina hæc filij notio, cùm generatio ſit, puriſſimum Dei intellectum propriam habet ſedem, ac principium; quomodo in ſordido intellectu perſpicuè lucere dignabitur? Pulcherrima eſt ad hoc propoſitum Ieſu Sirach ſententia illa: *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis: & ingreſſus illius mandata æterna.* Nempe cùm egreſſus verbi in excelſis ſit à Dei intellectu, tanquam immenſus ſapientiæ fons, ab origine puriſſima: conſequenter quidem ille verbi eiuſdem ingreſſus, quo in his inferioribus humanas ingreditur mentes, adeo exigit legali puras obſeruantia, vt ingreſſus ipſe ipſa ſit æternorum cuſtodia mandatorum. Scribunt Laertius, & Lucianus Deam illam indignam pudico nominari ore, alacriter gloriabundam, quòd Deos omnes peruiciſſet, ac Deas: falſam nihilominus, ab vna ſe pervictam Minerua: quòd hæc & virgo ſit, & bonis abſque requie vacans litteris. Quo graphicè innuitur, inhoneſtam turpitudinem coram ſapientia honeſta nunquam poſſe conſiſtere. Quanto magis Dei verbum, qui ſumma ſapientia eſt, puritas ſumma, omnes à mentibus, quas intrat, prauos affectus vincens relegabit? Tertiæ denique perſonæ notio non eſt alia, quam eiuſdem perſonæ proceſſio: eo quòd à Patre ſimul ac filio, tanquam ab vno procedat principio. Procedit autem per vtriuſque perſonæ actum voluntatis: quod ſe diligunt mutuò, vt Theologi explicant. Vnde tertia hæc perſona amor eſt primæ, atque ſecundæ: ac conſequenter amor hic ad ſuas ſe extendit creaturas: cùm eas omnes in Deo eminenter eſſe dixerimus. At amor hic, qui eſt ſanctus Spiritus, quidnam in mentibus, quas intrat, efficiet, niſi ardentiſſimam amoris flammam, qua extincto inferiorum ſenſuum impuro igne, puriſſimo diuinarum perſonarum ardeant amore? Textus eſt planus libri Sapientiæ: *Spiritus ſanctus diſciplinæ auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* Si ſunt cogitationes, quomodo abſque intellectu eſſe poſſunt? Satis quidem apertè ex verbis his conſtat, eſſe, quaſdam ſenſuum inferiorum cogitationes, adeo ab intellectu remotas, vt eum potius claudant, & dementent. Quòd ſi in intellectu ſanctus vigeat ſpiritus: totum profectò hominem ab indignis his cogitationibus mundabit. Igitur quæuis harum perſona iuxta propriam notionem inuocanda eſt: vt iuxta eam nobis ſe præbeat cognoſcendam. Tamen ſi iſtæ ſunt perſonarum notiones: Deipara virgo mater eſt agnitionis: *Ego* (ait) *mater pulchræ dilectionis, & agnitionis.* Et, vt interuentione eius

S. Tho. 1. par. quæ. 4. art. 2. Bonauen. 1. ſent diſtin. 36. quæſt. penult. Henriq. 2. par. art. q. 1. q. 3.

Eccli. 2. 5.

Laertius in vita Platonis Lucianus in Dialogo.

S. Tho. 1. par. quæſt 32. art. 3.

S. Tho. 1. part. q. 36 art. 4

S. Tho. 1. par. q. 37 art. 3.

S. Tho. 1 part. q. 37. art. 1.

Sapi. 1. 5.

Eccli. 24. 24.

bus certis cognoſcuntur à nobis tres diuinæ perſonæ.

Trinitatis perſonæ vt à nobis cognoſcantur, inuocandæ ſunt: vt earum quælibet mentes noſtras iuxta propriam ipſius notionem diſponat.

Verbi æternum productio, & notio.

Deus omnes res eſſe modo eminentiore.

Verbum diuinum procedit à Deo per cognitionem ſui, & omnium rerum: vt quæ in Deo ipſo ſunt eminenter.

Cognitio hominum qua Deum cognoſcunt, puros eos deſiderat à ſordibus.

Minerua virgo ſapiens Deæ impudicæ victrix.

Spiritus ſancti proceſſio, & notio.

Spiritus ſanctus

Digitized by Google

amor eſt Patris & Filij.

Spiritus ſanctus fugit impuras mentes.

Aue Maria

candidam agnitionis gratiam exoremus, addit continenter: *in me gratia omnis viæ, & veritatis.* Veritatis, quæ Deus eſt in tribus vnicus perſonis; & viæ ad cognoſcendum eum vnicæ, quæ eſt auxilium gratiæ, cuius Virgo ipſa mediatrix eſt, dum ad eam properamus, angelica ſalutatione canentes, Aue Maria.

Trinitatis ſanctiſſima cognitio omni tempore in aquis manifeſta.

Aquæ ſociæ ſunt benedictionibus Altiſſimi.

Trinitatis diuina notitia ſupernaturalis indita parentibus primis.

Benedictio Dei prima quinto die inducta ſuper aquatilia.

Dominus Deus optimus maximus præclariſſimam ſemper ſui notitiam ab vtriuſque creationis initio, tam naturalis in Adam, quàm ſpiritalis in Chriſto, aperuit hominibus, at vtroque tempore aperuit in aquis: cùm tamen extrema hæc ſui cognitio ſupernaturali illuſtratione data fuerit nobis, & ea quidem manifeſta: prima autem illa in aquis oſtenſa, naturalis fuerit: Dei nempe, prout naturalis eſt hominum finis: tametſi parentibus primis ſupernaturalem quoque notitiam aut reuelatione, aut infuſione præſtiterit. In aquis ergo in vtroque mundi exordio ſui notitiam præbuit hominibus: quod vt ab origine oſtendamus, notandum ante omnia eſt vnum illud, ex ſe ſatis notabile, primam omnium inductarum à Deo in creaturas ſuas benedictionum in eas fuiſſe inductam creaturas: quæ viuunt in aquis: piſces nimirum, ac volucres: cùm hi quinto die fuerint creati: *Dixit etiam Deus: producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile; benedixitque eis.* Quid ergo eſt, quòd primam his Deus benedictionem præſtiterit; cum aliæ multæ per dies quatuor creaturæ præceſſiſſent? Non enim poteſt meritò dici, præcedentes illas minimè animantia fuiſſe, ſicut piſces, & volucres: nam neque ſuper ea quæ die ſexto creata ſunt vllam niſi in hominem, induxit Deus benedictionem; cùm illa etiam animantia fuerint; non tamen aquatilia, ſed terreſtria. Præterea quum mundum vniuerſum aquis diluuij, terram purificantibus renouauit; eos tantum homines, qui per aquas ducti erant, benedixit; vt legimus nono Geneſis cap. *benedixitque Deus Noë, & filiis eius.* Tandem in extrema orbis reformatione, quum deſcendens è cœlis ad ſuperos dignitatis gradus homines euexit, eis benedixit, qui baptiſmatis aquis immerſi, Dei ediſcerent notitiam. *Docete* (ait) *omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*: in qua notitia ſumma eſt benedictio; iuxta generalem illam conclamationem turbarum: *benedictus qui venit in nomine Domini.* Benedictus ergo qui ſuper aquas venit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Eccli. 17. 5

Gen. 1. 20

Gen. 9. 1

Mat. 28. 19

Benedictio Dei apta hominibus prima in naturalem inducta fuit vitam.

Adamo propoſuit Deus naturalem mortem, ſi delinqueret.

Benedictiones Dei diuerſæ immenſis diſtant inter ſe terminis, diſparibus prorſus dignitatibus. Etenim cum benedictione data hominibus prima, naturalis homini propoſita eſt vita, naturalis obſeruantiæ præceptum, ad vitam illam conſeruandam, naturalis mors, ſi non parêret, vnde & data ibi creatoris notitia naturale fuit principium, ex quo omnia pendebant: præter illam aliam reuelatione prẹſtitam notitiam. Fuit (inquam) vita naturalis propoſita, dum *benedixit illis Deus, & ait; creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus.* Naturalis obſeruantiæ præceptum: *de ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas*; quę obſeruantia nullum ſupra naturam

Gen. 1. 28

Gen. 2. 17

Gen 2.17. Gen 3. 19. Aug lib. 1. de peccatorũ meritis & remiſſio. c. 2. Aug lib 13 de ciuitat. c. 12. Am. lib de paradiſo ca. 9. Greg. l. 6. Regiſt. cap. 195. & epiſt. 31. ad Eulogi. Theolog. 1 p quæſt. 94. Epiph. Initio Panarij Pineda de rebus Salo. lib. 3 cap. 26 §. 3 n. 8

habet reſpectum. Naturalis mors, ſi à præcepto deficeret; nam dum Dominus dixit: *in quocumque die comederis ex eo, morte morieris* de naturali loquutus eſt morte, vt ex lata poſtea ſententia conſtat, qua dixit, *puluis es, & in puluerem reuerteris*, ſicque cenſuit B. Aug. Tametſi indirectè, ac conſequenter æternam quoque comminatus fuerit peccantibus mortem, vt idem Aug. cum Ambroſ. & Gregor. aſſeuerauit. Ergo creatoris, præcipientiſque Dei data ibi hominibus notitia, naturalis fuit. Semper enim in toto ſermonis diſcurſu de publica agimus Dei cognitione, quæ explicita eſt cunctis: non de ſpeciali illa, quæ Dei dono Patribus illuxit. Nam ſecundum hanc, Deum ſupernaturalem hominum remuneratorem, ſummumque eorum bonum agnouit Adamus, vt Theologi meritò conueniunt, & ſecundum Epiphanij ſententiam, myſterium etiam Trinitatis. Id quod de paucis alij Patriarchis negari non poteſt, ex quorum numero fuerunt Henoch, Noe, Abrahamus, & Moſes.

Trinitatis diuinæ cognitio apud antiquos patres.

Gen 9 1. Gen. 9. 4 Hebræa. Tertul. li. de anima. ca 38. Aduerſus Phy. c. 5. c 4 lib de Iudaicis cibis ca. 2.

Cum ſecunda item benedictione ſtatim poſt diluuium in homines collata plenã naturalis vitæ proſperitatem propoſuit illis Deus, dum *benedixit Deus Noë, & filijs eius, & dixit ad eos, creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia.* Præceptum quoque circa naturalem materiam fuit, nempe. *carnem cum ſanguine non comedetis*: id eſt, *carnem in anima ſua*, vt Hebræa habet littera. Cuius præcepti ſcopus fuit, ne quis humanæ carnis edendæ ferina auiditate homines interimeret, vt Tertulianus annotauit. Vnde & imminens præcepti violatoribus mors, naturalis fuit, vt ex ipſis conſtat Dei verbis, *Sanguinem animarum veſtrarum de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis requiram. Quicumque fuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius* quapropter nulla Dei notitia ſupernaturalis diuulgatur in textu, ſed naturalis tantùm, quatenus Dominum ſe oſtendit, & iudicem, quamuis Noe, (vt iam dixi) ſupernaturali fuerit intelligentia ſublimatus.

Cognitio naturalis Dei, naturaliſque præcepti data poſt diluuiũ hominibus: non item ſupernaturalis, niſi ſpeciali reuelatione.

Noe inſtructus fuit ſupernaturali Dei notitia.

Gene. 9. 5.

At verò quæ concurrunt cum vltima data ſimul cum aquis benedictione, ſupernaturalia ſunt omnia. Fuit tertia hæc, & ea quidem vltima benedictio, non alia, quàm quæ propoſito indicitur themate qua ſcilicet Dominus Ieſus homines vniuerſos aquis iubet initiari baptiſmatis, eoſque ſimul in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti benedici. Qualia igitur eſſe poſſunt ea, quæ benigniſſima Chriſti benedictione eueniunt nobis? Omnia vtique ſupra naturã ſunt hominum, omnia ſpiritalia omnia diuina, excelſa omnia. Supernaturalis baptiſmus quippe, quo animæ purificantur intrinſecùs. Supernaturalis, æternaque vita, Deo fruitura: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Supernaturalis ſacro-ſanctæ Trinitatis notitia: *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Præcepta itẽ ſupernaturalia, *Docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis*: quæ quidem ſupernaturalia ſunt, ſacramentorum videlicet præceptum, ac fidei. Quàm iucundè dixit Apoſtolus: *Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & imma-*

Supernaturalis notitia Dei in lege Chriſti generalis.

Baptiſmate benedictio in abluios inducitur.

Benedictio Dei comitatur baptiſmum.

Chriſtus eſt nobis omniũ cauſa benedictionum.

Marci. 16. 16.

Ephe. 1 3.

culati in conſpectu eius. In omni (ait) ſpiritali benedictione, non dicit, ſuper inanes res, atque caducas, ſed ſuper ſpiritales, & æternas. Non vna dumtaxat benedictione ſpiritali. Non vt in terra perennemus: ſed pro cælis in cœleſtibus quid mirum? Cùm in Chriſto elegerit nos, non vt terræ bonis inſiſtamus: ſed vt ſimus ſancti in conſpectu eius. Sancti ſuprema diuinarum notitia perſonarum, ardentiſſimoque erga eas amore immaculati aqua baptiſmatis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: aqua item lacrymarum, ſi contingat lapſus poſt baptiſmum.

Cognitio Dei duplex apud creaturas, naturalis, & ſupernaturalis.

Vtraque Dei benedictio, & quæ à nobis cognoſcitur ipſe naturali lumine intellectus, & qua fide cognoſcitur, ſupernaturali illuſtratione, grandis vtique benedictio eſt, grande Dei donũ. Eſt apud mortales naturalis aliqua Dei cognitio: eſt & cognitio excedens naturam, lucemque mentis naturalem. Nam cùm in Domino Deo ſint excellentiæ, ſint vbertates abſque numero: pertinent ex his quædam ad creatoris munus, gubernatoriſque vniuerſi, qualia ſunt Dei vnitas, immenſitas, bonitas, cæteraque id genus grandia eius attributa. At ſunt & alia, quæ ad creationem, regimenque vniuerſi non deſiderantur, cuiuſmodi eſt Trinitatis beatiſſimæ celſitudo: ita vt ex mirabili rerum opificio, atque regimine diuina perſonarum Trinitas minimè innoteſcat. Diſtinctio igitur iſta cognitionum nõ venit ab aliqua, quæ in Deo ipſo ſit huiuſmodi diſtinctio. Deus etenim ipſe res eſt quoad ſe omnino naturalis, tàm quoad vnitatem, poteſtatem, ſapientiam, quàm quoad perſonarum Trinitatem. Filius quippe Dei naturalis eſt filius, propriùs, atque perfectiùs, quàm homo quiuis ſui genitoris eſt filius. Similiter Spiritus S. naturalis eſt duarum amor perſonarum, ſicut eſt amor naturalis cuiuſcũque parentis erga filiũ & filij erga parentẽ. Nec enim perſonarũ trinitas ſicut myſteriũ eſt incarnationis, ſacramentorũque, ab incarnato Deo ſtatutorum. Deo enim minimè naturale eſt, eſſe propria hominem forma, ſicut nec homini eſſe Deũ, atque ita mirabilis vtriuſque vnio naturæ ſupernaturalis eſt prorſus. Id quod & in Euchariſtiæ ſacramento eſt admirabile: cùm omnes naturæ limites tranſcendat perſonalis Chriſti præſentia ſub modici panis, viniqua ſpeciebus, quæ abſque vlla ibi vini aut panis ſubſtantia conſeruantur. Ideo diximus & ſupernaturalem baptiſmũ, in quo, cùm naturalis aquę lauet corpora, animas item ſupernaturali ratione purificat. quũ igitur diuinum beatiſſimæ Trinitatis arcanũ ſupernaturale confitemur, tunc quidem loquimur, hominũ captum, captũque Angelorum attendentes. Eſt enim ſupra captũ noſtrum myſteriũ hoc tàm quoad notitiã, quã quoad fruitionem. Nemo ſiquidem naturali diſcurſu poteſt ex eminentia creatoris, rerum ve creaturam, trinitatem inferre perſonarum, nemo eis naturali frui facultate. Eleuatur ergo humana, ſicut Angelica mens indito ſupra mentis naturam ſubobſcuro prius lumine fidei poſtea lumine gloriæ, quo trinitas hæc perfectiſſima viſione conſpicitur. Itaque ſumma dei vnitas, ſapientia, bonitas, gloria, poteſtas, ac maieſtas, cæteraque id

Trinitas perſonarum ſecundum ſe naturalis eſt Deo: ſupernaturalis cognitioni noſtræ.

Incarnatio Dei eſt ſupernaturalis omnino.

Digitized by Google

Deus naturaliter cognoſcibilis, abſque excuſatione ex parte eorũ, qui eum ignorant.

Roma. 1. 20.

genus Dei magnalia cunctis terræ ſapientibus ex naturali rerum creatione ſunt nota, nota etiam mirabili ex regimine. Tanto lumine nota, vt inexcuſabilis omnino ſit, quiſquis humano pollet intellectu, ſi certam hanc Dei vnitatem, cæteraſque creatoris excellentias omittat planè confiteri. *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas ita, vt ſint inexcuſabiles. Quia, cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Satis manifeſtè multis comperta fuit experimentis ignorantia hæc in medijs naturalis luminis radijs.

Chriſtus vtramque attulit nobis, & ſupernaturalem Dei notitiã, & perfectionem naturalis.

Ex quibus liquet, quàm fuerit aduentus filij Dei humana in carne, ac forma neceſſarius, ad inſtruendas hominum mentes certa vtriuſq; celſitudinis notitia, & eius, quæ ſupernaturalis eſt nobis diuinæ nimirum Trinitatis: & eius etiam, quæ cùm naturali ſcire poſſit luce, qualis eſt Dei vnitas cum reliquis eius attributis, eſt nihilominus non paucis ignota, quorum ignorantia diuino fidei depellitur lumine, à Chriſto ipſo, & verborum doctrina, & intima indito illuſtratione mentali: Ergo *Benedictus Deus, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali per Chriſtum, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem.* Ecce (verba perpendite) ſicut elegit nos in Domino Chriſto, vt eſſemus ſancti, ac Deum conſequenter perſpicuè intueremur in cœleſtibus: ſic præſtitit nobis benedictionem hanc, vt daret nobis magiſtrum eundem Chriſtum, qui vtraque nos inſtitueret gratia cognitionis, & vnius Dei creatoris, ac Domini, & admirandæ Trinitatis perſonarum. Idcirco, cùm in tota vitæ ſuæ conuerſatione homines latè in cunctis docuiſſet: tandem tranſiturus ad Patrem, fecit diuinitùs epilogum, dicens: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Erat (inquam) tanta, ante Chriſti aduentum, hominum ignorantia, vt ex illis etiam magnis ſapientibus, quos eximiè celebrauit mundus, miſerè circa Dei notitiam deſipuerint omnes. In tantum, vt & Stoici, & Crathoniates, ductore Anaximandro, cùm Deum eſſe certum arbitrarentur, nec ſcirent, quiſnam eſſet Deus: Solem, Lunamque Deos æſtimauerint. Quam cum alijs multis luxit deceptionem Tullius, irriſit Plutarchus. Alij & ſi vnum verum agnoſcerent Deum, immenſum, ſapientiſſimum, bonum, immortalem, ſpiritum purum abſque corpore: eius tamen circa res humanas prouidentiam minimè intelligebant. Ex ea claſſe fuit Prothagoras, fuit & Epicurus. Tenuem valdè putauerunt Pythagoras, Thales Mileſius, & Democritus, qui omnia fato euenire prædicabant, vt ſcribunt Cicero, & Theodoretus. Vnde nec futurum iuſtorum præmium, nec impiorum pœnas aſſecuti ſunt omnes. Quid, quòd nec præfulgentiſſimus ille omniũ magiſter magiſtrorum in cunctis huc ſpectantibus immunis ab ignorantia fuit Socrates. Ille, qui capite damnatus fuit, quòd Deos negaret plures, verum fateretur vnũ,

Dei cognitio, etiam naturalis, nunquam perfecta fuit apud aliquem abſq; adiecto fidei lumine.

Idololatria in Stoicis, & Cratoniatibus.

Philoſophi gentiles nũquam perfecta Dei cognitione conſtantes.

Sol, & luna adorati ab Stoicis, & Cratoniatibus.

Prouidentia Dei nũquam integrè cognita ab ethnicis ſapientibus.

Protagoras non cognouit Dei prouidẽtiã.

Cic. lib. 1. de natura Deorum. Plutar. de Placitis Philoſophorum.

Cicero vbi ſup. Theodoret. lib. 4 de cura Græcarũ affectionum

Plato in Apologia Socratis, & in colloquio Socratis cum Critone.

Plato euenire res ſublunares putauerunt Pythagoras Thales, & Democritus

iuſtum, pium, ſapientem, infinitum, damnans deceptos Athenienſes, ſolis adoratores, & lunæ, quique mortem hilaris oppetijt, ſperans illud à Deo præmium, quo ipſe in futura prædicabat vita pios munerandos, ſicut & plectendos grauibus pœnis peccatores, vt diſcipulus eius Plato latiùs ſcribit: ille (inquam) minimè immunis fuit à deceptione: quippe qui cum dæmonio, quem bonum putabat Angelum, familiariter conuerſabatur, vt Tertulianus, & Lactantius ſcripſerunt. Vnde & moribundus iam, rogauit Critonem familiarem (Plato teſtatur) vt medicinæ Deo Æſculapio gallum ſuo nomine immolaret. quam notam obiecit ei B. Chryſ. nec diſſimulauit Aug. qui & rurſus vtitur teſtimonio Platonici Apuleij, ſocraticum Dæmonem damnantis. Conſequenter errauit miſer circa nonnulla, quæ homines in futuro expectant ſeculo, quamquam & tormenta prædicabat, & præmia. Non minus varius ſocraticus diſcipulus Plato. Dixit ille quidem mirabilia veriſſimè de Deo: de eius celſitudine, natura, iuſtitia, ac prouidentia, circa præmia præſertim, & ſupplicia, æterno parata ſeculo improbis, & iuſtis, quorum animas nouit immortales. Sed, pro dolor, errauit & hic, Deos ſæpe nominans, licet ſingulariter alibi nominarit Deum. Conſtat ex libro eius. 10. de legibus. quam notam dolens exprobrat ei Tullius, de qua latè ſcripſit Theodoretus. quam hæſitationem expreſſit Plato ipſe, nunc damnans, nunc approbans poetas, fabularum pro Dijs inuentores. Damnatur ideo ille ab Athanaſio: etiam ſi ſuſpicemur, illum, qui bene ſentiebat, variè fuiſſe locutum, ne ex verbis ſuis deprehenderetur Deorum contemptor cum eo necis periculo, quo captus fuit Socrates. Sed quis oborientes cohibeat lacrymas, dum legit, vtriuſque philoſophi diſcipulum illum, qui vniuerſi orbis oraculum fuit, imo eſt omni tempore, etiam apud Chriſticolas, circa naturalem philoſophiam, necnon & moralem cum artibus reliquis, minimè ab omni deceptione immunem Ariſtotelem? quæ multa de Deo ſcitiſſimè ſcripſit, quæ de æterna eius prouidentia, quæ de pœnis, & præmijs æterna vita præparatis, quæ de honeſtate, atque virtutibus, ea & reliqua omnia indecenti infirmauit varietate. Hanc ei maculã inuſſiſit Tullius, inuſſiſit & Lactantius Firmianus. Nec parua macula, quòd ſuprema dixerit indignum maieſtate, ſi ſe in terreſtrium rerum regimen intromitteret, adhuc humanarum, putans erga cæleſtes ſolas eſſe Deo prouidentiam. Cuius erroris damnauerunt eum Alexandrinus Clemens, Nazianzenus Gregorius, Theodoretus, & alij. quid plura? Latinus ipſe ſapiens Tullius, qui adeo acriter Græcos reprehendit, ſe oſtendit dubium circa ea ipſa, quæ multis probauit (vt verè ſunt) vera. Conſtat ex ipſis eius ſcriptis, conſtat & ex factis, quæ ſcripſerunt Plutarchus, & Lactantius. Longa ſupra modum eſſet, ſi pleniorem huiuſmodi commemorationem proſequeremur. Deflens deceptos mundi ſapientiores dixit Origenes, iuſto Dei iudicio turpiter labi permiſſos eos, qui veritatem agnoſcentes, vitijs obſcurabant lumen. Id quod notauit & Anſelmus circa prædicta illa Apoſtoli verba, *cum cogno-*

Socrates capite damnatus, quòd vnicum, reliquos damnans, fateretur Deũ.

Socrates agnouit futura in alio ſeculo præmia, atque ſupplicia: ſed erroribus admiſtis.

Socrates habuit familiare Dæmonium bonum putans Angelum.

Socrates moribũdus iuſſit, vt poſt obitum immolaretur Gallus Æſculapio.

Plato mirificè commẽdauit Deũ vnum, eiuſque perfectiſſima attributa. Sed viſus eſt varius circa Deos.

Plato agnouit immortalem animam, præmia æterna atque ſupplicia.

Deus magnificis laudibus cõmendatus vni

Plato in Phædo. vel de anima.

Tertul. de immortalitate animæ.

Lactantius. 3. lib. diuinarũ inſtitu ca. 1. Aug. de vera religione ca. 2 & lib. 8. de ciuit. c. 14 & ſeq.

Plato de legibus lib. 10.

Cicero lib 1. de natura Deorũ.

Theodor. lib. 3. de cura Græcarum affectionũ.

Plato in Tim.

Athan. oratio cõtra Idola, ex libro de humanitate verbi.

Ariſ 11. metap c. 6 & 10 & in libro de mundo ad Alexãdrũ. lib. 4 & 5. Ethic. lib. 6 & 7. Polittic

Cicero de natura Deorum.

Lactan. vbi ſup.

Clemẽs Alexa lib. contra gẽtes. Nazi. cõtra Eunomium. Theo. lib

miſſent Deum: non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Nec Senecam (quod magis miror) turpis hæc ſapientum latuit miſeria. Proceſſit eo vſque ignorantia hæc, proceſſit & error, vt in ipſum etiam Dei populum, qui populus Dei proprio vocabatur titulo, intolerabilis circa multa irrepſerit deceptio. Erat in factiones duas, totidemque ſectas diuiſus populus: alteram phariſæorum, ſaducæorum alteram. Hi peſſimis erant erroribus obcæcati: quorum gentiles puderet philoſophos, cùm ex Saducæis his multi eſſent rectores populi, multi ſacerdotes, & pontifices. Ideo vituperantur à Ioſepho, à B. Hiero. Origenes, imo & ſacro ipſo textu, apud Matth. 22. capite. Minùs decepti Phariſæi, ſed valde, vt notauit latiùs Auguſtinus. Quòd ſi circa naturalem Dei notitiam, circa eius numen, vnitatem, naturam, prouidentiam tanta erat temporibus illis, etiam eiuſdem Dei populi primoribus cæcitas non paucis, quantò obſcurior exiſtimanda eſt ignorantia, quæ omni vbique caligabat tempore circa hoc, cuius notitia ſupra naturam hominum eſt diuinæ arcanum Trinitatis? quis, ante doctorem Chriſtum, agnouit hoc plenè? Pauciſſimi, rari, ſelectiſſimi. At nemo illud plenè explicuit alijs: Iſaias dixit, *generationem eius quis enarrabit.* Figuris nonnumquam indicatum fuit, vt Abrahamo, qui ſub vnius Domini titulo tribus domi ſuæ obſecutus eſt viris. Diuiſim de verbi generatione, deque ſpiritu ſancto locuti ſunt aliqui. Planè dixit Rex Pſaltes loquens in perſona Chriſti, *Dominus dixit ad me, filius meus es tu ego hodie genui te,* planè protulit ipſe: *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Planè appellat Deum Iob Spiritum Sanctum, dicens primò: *Spiritus eius ornauit cœlos,* planiùs ſecundò: *Spiritus Dei fecit me: & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me.* Planè item ſapientia: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* Ex quibus verbis probant perſonam tertiam Trinitatis diuinæ B. Baſil. Athanaſ. Grege. Cyril. Alexan. Ambro. Auguſt. Bernardus. Fuit item inſinuata verbis diuinarum Trinitas perſonarum, ſiue quòd Elohim, ſanctum Dei nomen apud Geneſis 1. *in principio creauit Elohim cœlum, & terram,* eſt plurale nomen ſignificans vnum, quod eſt plures, ſiue quòd in eodem cap. loquitur Deus tanquam plures perſonæ: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram:* ſiue quòd dixit vates Rex: *Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus:* ſiue quòd Iſaias Seraphinos audiuit conclamantes: *Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dominus Deus exercituũ, plena eſt omnis terra gloria eius.* At nuſquam ante Chriſti prædicationem explicata hominibus diuina Trinitas verbis perſpicuis, manifeſtis, proprijs, facillimis, diſtinctis. Solus diuinus hic, cælicuſque magiſter tanti fuit explicator myſterij, tantæ doctor celſitudinis. *Hæc fuit* Chriſti in Eccleſiam benedictio, qua *Deus benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto.*

Forſitan

4 de cura Græcarũ affectionum

Cicero de natura Deorũ & lib 1. tuſc de cõtẽn. morte

Plutar. in Cicerone.

Lacta lib. 2 c. 9.

Origen. lib 7 contra Celsũ

Anſel in cap. 1. epi. ad Roma.

Seneca de vita beata c 11 & 19.

Ioſephus li 18. antiqui cap. 2

Hiero in Matt 22

Orig Tra. 22 in Mat.

Matt. 22. 23

Aug. lib. 19. contra Fauſtum. cap. 8

Iſai. 53 8.

Gen 18 2.

Pſal 2 7.

Pſal. 109 1 4

Iob. 26 13

Iob 33 4

Sap 1 7

Baſil epiſ 141 & homil. de ſpi. S. & lib. 5. contra Eunom. Ath. epiſt. ad Serapionẽ

Origen l. 7 in ca. 9 ad Roma.

Cyril lib. 7 de Trin. & 8 cõtra Iul.

cus ab antiquo Socrate & Platone, Ariſtot. aſ- & Tullio.

Ariſtoteles ſecutus multa de vnico Deo præclariſsima, de vita futura æternitate, præmijſque in ea multis ac ſupplicijs, de virtutibus, omnique honeſtate; varius nihilominus notatur.

Prouidentiã Dei terrenis attendere negauit perperam Ariſtoteles.

Cicero varius circa diuina quadã quæ ipſe probauit vera.

Error mentis permittitur à Deo ijs qui cognitis veris abutũtur.

Seneca agnouit, ex iuſta Dei permiſsione, mẽte errare eos qui ſcitis abutuntur.

Iſraëliticus populus diuiſus in ſectas duas. Phariſæorum, & ſaducæorũ, in multiſq; adſidẽ attinentibus aliquando aberrauerunt multi.

Trinitatis diuinæ notitiam plenã, pleneq; diſtinctã pauciſsimi ante te doctorem Chriſtũ habuerunt; nemo alius plenè aduſque explicuit.

Quo quomodo nonnulli explicuerint.

Trinitatis diuinæ arcanũ diuiſim dictũ in veteri ſcriptura: id eſt de quauis perſona mentio facta.

Dauid luculenter præ alijs ſcripſit diuini verbi generationem inter antiquos.

Spiritus S. pronunciatus Deus à Iob, & in libro Sapientiæ.

Dauid aliquo modo ſcripſit diuinam Trinitatem.

Iſaias deſcripſit quocomodo diuinam Trinitatẽ.

Myſteria tãi excelſa cur fuerint reſeruata doctrinæ Domini Chriſto. Chriſtus iſter

Forſitan vacillabunt auditores quidnam fuerit, quòd tam ſalutaris arcani explicationem reſeruauerit Deus tot retro temporibus vſque ad feliciſſimum filij ſui aduentum? At ego magis quidem mirarer præuentionem, ſi notitia hæc hominibus fuiſſet, ante factam à Chriſto explicationem, explicita. Quid enim nouum docuiſſet magiſtrorum magiſter, quid aperiendum ſumma è cælis ſapientia attuliſſet noui, ſi hanc, quæ ſuprema eſt, Trinitatis notitiam aduſque inueniſſet manifeſtam? Nonne oportuit, & decuit, hunc aduenturo in terras diuino verbo ſeruari reſpectum, vt aliquid noui, ſaltem manifeſta explicatione, doceret, quod nemo alius docuiſſet? Nonne, vt illud, quod ei ſeruabatur, ſupremum eſſet documentum, ſupremæ oſtenſio maieſtatis? Illum ſane decet docere myſterium, qui infallibilis eius eſt teſtis. Hanc B. Ioannes reddit rationem: *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Ioan. 1. 18 Conuenit profectò in eum, qui & vidit, & qui ipſa eſt ſapientia, proprium magiſtri nomen iuſto adeo iure, vt cùm omnes homines, quod proprium eſt Dei, magiſtros appellari prohiberet, ſolum ſe magiſtrum nominaret. *Nec vocemini magiſtri; quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Matth. 23. 10. Erat ergo magiſterium hoc Chriſtum à ſæculis expectans. Qui poſtquam luculenter docuit homines; diſceſſurus tandem ab eis dixit; *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus.* Ioan. 17. 6.

Quo non obſcurè intelligetis Eccleſiæ incitamentum, ad præſcindendum hodiernæ ſolemnitatis apparatum; cùm vtatur quo maiori valet in Domini Ieſu non vno dumtaxat, ſed cunctis, quæ celebrat feſtis. Cauſa (vt reor) hæc eſt. Cùm celſitudo hæc & in diuina ipſa conſideretur Trinitate, & in ea, qua nos notitia fruimur illius: celebrat maiori Eccleſia boatu præſtitam nobis eius cognitionem, quàm præcelſam ipſam Trinitatem; relinquens proprium eius feſtum triumphanti celebrandum Eccleſiæ, quæ illo iugiter exultat. Et quoniam, qui diuina nos inſtruxit notitia, vnus eſt Chriſtus: ideo celebrat huic iucundiore ſolemnitates harmonia. Et quidem meritò relinquit triumphatrici Eccleſiæ præcelſam ipſam Trinitatem. Propria enim tantæ gloriæ celebritas iugis candet in cæleſtibus; Vbi Iſaias, *Vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum; & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius: & duabus velabant pedes eius: & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum; plena eſt omnis terra gloria eius.* Iſai. 6. 1. Feſtum Cherubinorum eſt: feſtum Seraphinorum. Hi iugi cantu occupant templum illud, in quo grande hoc feſtum celebratur. *Seraphim ſtabant ſuper illud:* ſuper templum ſtant Seraphim: Ibi clamant alter ad alterum, non ad terreſtres Adæ filios; ſed alter ad alterum. Inter ſe ipſi ſuum in templo illo celebrant feſtum: non concinunt obſtruſis terra auribus humanis. Conclamant (fateor) *Plena eſt omnis terra gloria eius:* at quanam gloria? Non vtique refulgente illa, qua cæleſti in templo beatiſſima Trinitas co-

Digitized by Google

ruſcat; ſed velata nobis gloria nubibus. *Nam commota ſunt ſuperli-*
Iſai. 6. 4. *minaria cardinum: & domus repleta eſt fumo.* Quapropter videns
Iſaias, vix ſibi oſtenſa viſionis illius claritudine, ſubitam fumi nebu-
lam, ſubobſcurantem ſibi quod videbat; luxit amarè, clamans;
Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego ſum: & in medio po-
Iſai. 6. 5. *puli polluta labia habentis ego habito: & Regem Dominum exercituum*
vidi oculis meis. Vidi Deum; nec narraui eum populo meo, ante-
quam fumus operiret intuitum: quoniam, quod eleuati diuino lu-
mine viderunt oculi, labia exprimere non valent; quæ ad tam ſu-
premæ maieſtatis expreſſionem ſordida ſunt, ac penitus indigna. Eo
vel maximè, quòd populi labia ſunt ſimiliter ſordida: nec digna,
quibus præcelſum hoc Trinitatis arcanum homo homini inuicem
edifferat. Præſtitit quidem Seraph labiorum auxilium Iſaiæ: ſed
quonam fine? Vt exprimeret ne Trinitatem diſtinctè? Imo, vt data
velaret opera, concitans homines deſiderio videndi illam; purgan-
dique proinde ſe, & labia ſua ab immunditijs, quibus inquinati,
minimè videbunt Deum. Itaque cùm fleret Iſaias, quòd labiorum
ſordibus impediretur, tantam enarrare maieſtatem, ait continenter;
Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem for-
cipe tulerat de altari: & tetigit os meum: & dixit: ecce tetigi hoc la-
Iſai. 6. 6. *bia tua; & auferetur iniquitas tua. Et audiui vocem Domini dicentis:*
Vade, & dices populo huic: audite audientes, & nolite intelligere: &
videte viſionem, & nolite cognoſcere. Audire myſterium ecce iuben-
tur homines; ſimulque iubentur, ne velint intelligere. Mente vt vi-
deant, mandatur eis; ſed ſimul, ne agnoſcere nitantur. Quoniam
profectò, ſicut ſummaria Trinitatis notitia omnibus in præcepto
eſt; ita eſt prohibitio, ne pergant homines callère, quod captum
prorſus excedit humanum. Stupendum magis, quod ſubiungitur.
Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clau-
Iſai. 6. 10. *de: ne forte videat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde ſuo intelli-*
gat; & conuertatur, & ſanem eum. Domine Deus, tanta ne tibi ab
hominibus auerſio? tanta indignatio? tanta inimicitia? vt tam ob-
nixè coneris præcludere eis æternæ ſalutis medium, & viam? Imo
verò, quoniam Deus amat obnixè, vt ſummo hoc bono fruantur
omnes, dicit verba hæc, tam indignationis, quàm plena pietatis.
Indignationis quidem, quoniam intuetur indigniſſimos: pietatis,
quoniam concitat eos, ad tantæ deſiderium fœlicitatis, ingeque ſtu-
dium mediorum, quæ in ſedula cordis purificatione conſiſtunt. Di-
cens enim, *Ne forte videat oculis ſuis, & auribus audiat, & corde in-*
telligat, & conuertatur, & ſanem eum, manifeſtè notificat, ſi ho-
minum mentes illuſtrentur ea maieſtatis huius cognitione, qua illu-
minantur electi eius; minimè timendum eſſe, ne non dulcedine
tanta capiantur, vt pro pleniori eius intuitu, numquam omittant
ſe purificare, omneſque res poſtponendo contemnere; multoque
minus dubitandum, quin ſic purificatos, & affectos, omittat
Deus benignè ſanare, ſuæque facere gloriæ participes. Vtrumque
ſignificauit ille ea, quæ Dei ipſius eleuauit Iacob intelligentia. *Vi-*

hominum vnicus.

Magiſter nemo præter vnum Dei filium.

Trinitatis feſtum cur minori pōpa, quàm ſolemnitates aliæ celebretur.

Trinitatis diuinæ feſtum ingẽ in cœleſtibus.

Trinitatis arcanum minimè à popularibus inculcandum.

Myſteriorum deſiderium cognoſcendorum datur à Deo priuatione viſionis, intelligentiaque eorum.

Rigor Dei pia clementia eſt.

Benignitas Dei magna eſt, quæ rigoris præ ſe fert ſpeciem.

Deus rigore quandoque vtitur pio clementiæ incitamento: vt ſcilicet rigore addicat peccatores.

Cognitio Dei vehementer concitat homines ad pro-

ditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum; Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, Geneſ. 28. 12. *& Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo: eritque ſemen tuum, quaſi puluis terræ, &c. Cumque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait: verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam; Pauenſque, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte! Non eſt hîc aliud, niſi domus* Dei, *& porta cæli.* Ecce erecta ſcala poſita eſt inter cæli ianuam, terræque pauimentum: eſtque innixus Deus ſummitati ſcalę, atque adeo firmus cęleſti in hoſtio, vt à terreſtribus poſſit hominibus conſpici: ſed quonam medio? Aſcenſu vtique per ſtantem ſcalam: Quiſquis verè cupit Deum agnoſcere; per ſcalarum gradus aſcédat, oportet. Non ſcalę facilis, ſed ſtantis ſcalę: quę cum ſtet erecta, eſt aſcenſu difficilis. Gradus eius ſunt mandata Dei; per hęc ad diuinam properatur notitiam. Quò plures quis conſcendit gradus; eò proprior eſt innixo ſcalę Deo, eoque dulci eiuſdé cognitioni. Hoc eſt, quod à concionis initio conſtituimus; *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis: & ingreſſus illius mandata æterna.* Eccli. 1. 5. Ideo dixit pauens Iacob *Quàm terribilis eſt locus iſte!* Terribilis ſanè; quoniam difficilis aſcenſu. Dixit, & *ego neſciebam*: quoniam profectò, niſi Dominus ipſe notum faciat; neſcit homo, infallibilem Dei cognitionem, quę vndecunque conſummata eſt, non in ſolo mentali conceptu, ſed etiam in conſummatione, ac ſummitate mandatorum Dei coruſcare. Eſt ecce Deus ibi ſemper innixus; vt ſe ipſum prębeat cognoſcibilem quibuſuis conuerſis, quibuſuis ſe purificantibus. quod item eſt ex parte hominũ, nempe non dubium eſſe, quin quærat & appetat ardentius tam delectabilis cognitionis augmentum; quicumque vera eſt maieſtatis huius cognitione eleuatus; conſtat ex eiuſdem Iacob & dictis & factis. *Vouit etiam votum, dicens; ſi fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem, ad veſcendum, & veſtimentum, ad induendum, reuerſuſque fuero proſperè ad do-* Geneſ. 28. 20. *mum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei.* Deus mihi, ait, pollicetur multa ſuper terram, dum ſe mihi exponit cognoſcendum: vt quid ego terrenum aliquid iam cupiam, poſtquam tantam agnoui celſitudinem? Nec volo terrę poſſeſſiones, nec cupio diuitias, nec fortunas appeto; nec mundi opto dignitates, pompamve deſidero; ſufficit mihi cruſtum panis, tunicaque qua corpus tegam, ſi modò tam ſuaui, tam iucunda, tam grata, tam delectabili fruar cognitione. Ecce diuina hęc perſonarum Trinitas, quamuis ſuperſtiti in terris Iacob quoquomodo innotuerit, reſplenduerit etiam Iſaię: in cęlis tamen tunc celebrabatur. Nam exiſtentem cęlica in ianuá vidit Iacob Deum, & ſi è terra vidit; & eum quidem innixum ſcalę, terram cum cęli ianua coniungenti, per quam & aſcendunt, & deſcendunt Angeli, vt conuerſentur cum hominibus; ita, vt huiuſmodi fœlices homines ſemicœlicolę dicantur, & ſint verè; qui verè poſſunt dicere; *Noſtra autem conuerſatio in cælis eſt.* Nec excedimus, dum Philip. 3. 20.

...ſtudium in ... cognitionis ſtudium.

Dei cognitio mouet homines ad purificandos ſe, pro vberiori cognitione impetrãda.

Miſericordia Dei neminem ſe purificantem reijcit.

Scala Iacob cælum coniungitur terræ.

Beatitudinis via ſcala erecta, gradibus mandatorum difficilis aſcenſu.

Cæli conſcenſus ſancta præceptorum obſeruantia.

Cognitio Dei ſcala Iacob.

Dei cognitio obſeruãtia mãdatorũ eius.

Via cæli ſcala conſtans gradibus decem, Dei præceptis.

Cognitio Dei habetur ab aſcendentibus ad eum per ſcalam decem graduũ ... mandatorum.

fœlices diximus hos: cùm eum, qui non diuinæ reuelatione, ſed naturali agnouit Deum ratione, non vt eſt in ſe Trinus, ſed quatenus rerum auctor eſt, ſapientem Plutarchum, in ea legamus erupiſſe verba: *Erigor, atque confirmor, vbi audio à Platone parentem, & creatorem orbis, quæque in rerum natura ſunt omnium, ingenitum vocari, & ſempiternum Deum: neutiquam à ſemine productum.* Quantò magis Iacob, & patres eius, qui ſicut ille, Deum agnouerunt? Hac quippe arbitror de cauſa dixiſſe Deum ad Iacob, quum ſe ſic præbuit cognoſcendum; *Ego ſum Dominus Deus Abraham, patris tui, & Deus Iſaac.* Nempe, ſicut auo me tuo, tuoque patri exhibui cognoſcendum; ſic & tibi nunc; & ſi diuerſis ſpeciebus. Iſaiæ quoque eadem cauſa oſtenſum fuit cæli templum, ibique gloria Trinitatis; non ſolum in eo, quòd ter repetant Seraphim, *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*, qua repetitione perſonas tres vnum eſſe concinunt Deum; ſed in eo etiam, quòd tunc dixerit Deus ad Iſaiam: *Quem mittam? aut quis ibit nobis?* Quibus verbis, dicens *Mittam* ſingulariter, *nobiſque* numero plurali, oſtendit, (vt Hieronymus notat) eſſe vnum eum, qui plures eſt; vnicum tres perſonas Deum. Cum igitur admirabilis hęc Dei Trinitas proprium habeat in cęleſtibus iugis celebritatis magnificum templum; celebrat militans Eccleſia id, quod ad eam ſpeciali ſpectat titulo; notitiam videlicet, quam huius habet Trinitatis. Et quoniam notitiam hanc daturus aduenit Dei filius: ideo magno Eccleſia celebrat apparatu diem illum, in quo diuinus hic Doctor natus eſt, *Vt teſtimonium perhibeat veritati*; eodemque celebrat Spiritu glorioſam Transfigurationis diem, in quo *Ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Vbi cùm paterna reſonuerit vox, illuxit loquentis teſtimonium Patris, Filijque, quem Pater filium ſuum nominauit. Nec defuit ibi implicitum ſancti Spiritus teſtimonium dicto illo, *dilectus, in quo mihi bene complacui*, cùm Spiritus ſanctus amor ſit, ſummumquę beneplacitum, inter Patrem, & Filium intercedens. quod diſtinctè magis auditum eſt in Iordane, baptiſmatis tempore, quando *Aperti ſunt cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: & ecce vox de cælis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Similiter celebrat ob eandem Eccleſia cauſam lętiſſimum Aſcenſionis diem; in quo aſcenſurus ad Patrem Dominus Ieſus, plena docuit myſterium hoc perſpicuitate, dicens: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Nec non ob id ipſum ſancti Spiritus accinit aduentum celebritate glorioſiſſima; quòd cùm hic tertia ſit Trinitatis perſona, opere pręſtitit extremam Trinitatis notitiam, quam perſona ſecunda verbis ſuis latiùs explicuerat. Accedit, quòd feſto huic Trinitatis diuinę dies omnes Dominici totius anni conſecrantur: deſignaturque pręſens hic ſigillatim, vt reliqui omnes Deo in tribus perſonis intelligantur dedicati.

Sed eſt ad amputandā hoc in feſto pompam prudens alia ratio inæqualitas virium militantis Eccleſiæ, ad miniſtrandum diuinæ Tri-

Plutar. in Proble. ſympho. Decad. 8. Problem. 5. in fine. tomo 3. moraliũ.

Iſai. 6. 8.

Hieron. ibi.

Ioan. 18. 37.

Matth. 17. 5.

Matth. 3. 16.

Act. 1.

Dulcedo ſuauiſſima cognitio Dei: faciës, homines cætera relinquere.

Delectatio ſumma Deum agnoſcere.

Contemplatio Dei facit ſemicælicolas in terra homines.

Trinitas diuina deſcripta apud Iſaiam.

Trinitas diuina commendata in Transfiguratione Saluatoris, & in eius baptiſmate in Iordane.

Baptiſmate Chriſti iuncta fuit in Iordane diuina notitia Trinitatis.

Trinitatis feſtum cunctis celebratur anni dominicis.

Pompa in rebus magnis

Digitized by Google

aut nulla, aut conſummata.

Simile.

nitati eum, quem exigit apparatum feſtiuitas. Eſt enim nota vbique prudentia, vt in rebus ad pompam pertinentibus aut requiſita omnino compleantur, aut omittantur omnino, minimè in his mediocritate permiſſa. Appoſita eſt feſtiuitati huic ſimilitudo ipſe, qui cum Dei notitia celebratur baptiſmus. Egregius quiſque vir, ac illuſtriſſimus, vtitur in baptiſmo filij ſui aut completo aduſque, aut nullo prorſus apparatu: mediocri nemo talis vtitur, vt experimentis comperimus. Putat ſiquidem meritò nobilis, ac primarius vir, dignitati ſuæ derogari, ſi, quum dat locum apparatui, inferior apparatus eſt, quàm ſuus exigit ſtatus: nec opulentior illo, quem ſæpe intuetur apud obſcurioris conditionis viros. Non eſt potis militans eccleſia feſtum hoc ea pompa celebrare, quam ſublimis adeo exigit diuinitas. Quòd ſi ſolemni celebrat feſto iucundum naſcentis Dei diem: celebrat tunc humani aliquid diuino coniunctum: ortum nimirum filij Dei ſecundum carnem. Imo in S. ſpiritus feſto attēditur, quod ad militantem ſpectat eccleſiam: aduentus videlicet eius ignearum ſpecie linguarum, qua eccleſiæ miniſtris diuinum diſertæ prædicationis infunderet talentum. Totum diuinum eſt, quod de ſacroſancta Trinitate celebrare poſſumus; humanum hic nihil, nihil terrenum. Ideo exigentiam pompa æquare non poteſt: vnde & conſultum eſt, vt omittatur.

Trinitatis diuinæ cognitio ſummatim à prædicatoribus diſſerenda populo: niſi auditorũ pars maior litteris præfulgeat.

Prædicatio altiorum myſteriorũ non eſt corã populo diſtringenda nimis: niſi maior auditorum pars hominum ſit ſapiētiorum.

Fidei myſteria quãquam nullo hominum explorãtur diſcurſu: nihilominus

Ob hanc eandem cauſam humiliant prædicatores ſuas hodierno die conciones, docentes ſumma, quod docere præcepit Dei filius; nempe Deum eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum vnicum penitus Deum in perſonis tribus; nec quippiam vltra proſequuntur. Non quòd Theologi nihil circa celſitudinem hanc aſſequantur amplius, quàm quod ſumma hac populo proponitur: ſed quòd audientis populi captus non poteſt reliqua portare, quæ litterarum profeſſoribus aperit Theologia. In quo cauenda eſt aliquorum hominum deceptio, qui putant, ideo à prędicatoribus perſtringi myſterij huius expenſionem, quòd nil vlteriùs doceat Theologia. Docet etenim multa, circa hoc pręcelſa, & mirabilia; quamquam non eo, quo in cœleſtibus conſpiciuntur intuitu. Docet (inquam) multa circa hoc mirabilia; exhibetque pulchras omnium rationes, quas licet nuda hominum mens inuenire non poſſet; inuenit tamen, poſtquam fides viam aperit, ad intelligendum, quod proponit. Dixit ſcite Richardus Victorinus: *Credo ſine dubio, quòd ad quamcumque explanationem veritatis non modo probabilia, imo etiam neceſſaria argumenta non deſunt.* Non dixit argumenta, ad inueniendum; ſed ad explanandum, quod ſuggerit fides: nec dixit neceſſaria, quaſi euidentia; ſed quaſi rationi valde conſentanea. Hęc Theologi aſſequuntur: non valent autem auditores hora vna à prædicante diſcere illud, quod ipſe crebra didicit annis multis diurna, nocturnaque lucubratione. Satis quidem faciet, ſi piè cunctis perſuadeat, rationi eſſe conſentaneum, vt intrepida ſeruatoris doctrina, publicaque fides habeatur. Nec enim, quòd nequeas tu intelligere, qua ratione poſſint perſonæ tres Deus vnicus eſſe, vna ſubſtātia, vnus intellectus,

S. Tho 1. p q 32 ar. 1. & Suarez 1. p. tomo 1 l. 2 de Trinit c. 11. num. 5.

Ricard. Victor. de Trin c. 4. l. 1. & l. 3 c 5 & l 9. c. 1.

Suar. 1. p. tomo de Trin. l. 1. c. 12. n. 9.

Digitized by Google

Ariſt. lib. 2. meteor. ca. 5. Parmenides apud Plutarc. de Placitis philoſophor. cap. 11 Plin. l. 2. c. 68. Virg. li. 7. Æneid.

propoſita id. & apprehẽſa rationali diſcurſu agnoſcuntur conformia veritati.

voluntas vna, vnum iam imperium, ac regimen vnicum, ideo prudenter potes dubitare. quot res naturales non intelligis? quot ex his, quę manibus contrectas, minimè calles? quàm multa ignoras, quę homines alij funditus ſciunt? Numquid vera dubitabis ea, quę de ſuo quiſque dicit officio, eò, quòd ea tu nequaquam ſcias? An naturalis tuę diſcurſus rationis adeo eſt infallibilis, vt quæcumque non capis, ea diffitearis, cùm à te ſint penitus remota? Dicis, minimè capit ratio mea, quomodo tres ſint vnum; vnus Deus tres perſonæ: audies, vide, quàm certus hodie fatearis, quod à tuo erat alienum diſcurſu, antequàm teſtibus fieres certior. Ducti naturali rationis diſcurſu ratum habebant antiqui, maiorem Americæ huius partem habitationi hominum ineptam prorſus, ſaltem ab æquinoctiali linea per viginti tres hinc, illinc gradus; eò quòd ob iugem ferè ſolis aſſiſtentiam plus nimio calida ſit Regio, adeo, vt Zona torrida antiquum habeat nomen. Hanc propter deſertam putauit Ariſtoteles; putauit & Parmen. Plinius item, & Virgilius: quique dixit Ouidius Poëta:

Fidei myſteria prudenter creduntur: cũ & ex naturalibus multa fide humana credamus.

Americæ partes, quæ ſub Zona ſunt torrida, benigni temperamenti.

Ouid. lib. 1. metamorph.

Quarum, quæ media eſt, non eſt habitalis æſtu.

Traiecerunt in partes has Europæi: qui tantum abeſt, vt æſtuantem ſentiant regionem, vt potiùs fateantur omnes, nullam fortè in cunctis orbis plagis temperamento benigniorem, nullam præſtantiorem ſanitati. Quod quidem eouſque procedit, vt ſub ipſa etiam æquinoctij linea, vbi ignis exiſtimabatur vrentior, ſint vrbes multę, quas ego vidi. Quixos vocant, niue ferè ſemper coopertas: rigidoque gelu vicinos montes adeo, vt nemo illac trãſire vllo audeat tempore. Quid, quòd & antipodas putabant figmentum cum Lactantio Nazianz. & cum vtroque pater Aug. irridentes eos, qui exiſtimarent ſtantem in Europa hominem habere ſub pedes hominem alium alia in regione ſtantem, ſub cuius pedibus ſtaret Europæus ipſe: & vtriuſque caput æquè verſus cœlum erigeretur. Nos, qui in Americanas has ex Europa aduentauimus regiones, negantes alterutrum irridemus: cùm videamus oculis id, in quo deſipuit ratio ſapientiorum. Harum vtramque experientiarum vos ipſi in Europa degentes, aut in Aſia, quicumque à redeuntibus ab Indis auditis: abſque vllo certum creditis dubio. Quid ergo eſt, quòd communem mentis veſtræ diſcurſum, quo inhabitabilem iudicabatis ſtationem, ridiculumque antipodas figmentum, humanę fidei, qua teſtibus creditis, ſubdentes, non maiore ſubdatis firmitate diuinæ in cauſa hac, longè ab humanis mentibus remotiore, quàm ab Indis Africa, & Europa. Planè eſſe duos homines ſimul erectos, ſuper terram pedibus ſtantes, alterum ſub altero mutuò degentem: tam difficile ferè iudicio videtur humano, ac perſonas duas eſſe rem vnam; vnum tres perſonas. Eſt rationalis adeo ratio hęc, vt & Dei nomini oſtendendo vtatur ea ſanctus Thom. Si propter diſtantiam (ait) quarumdam inter ſe creaturarum contingit, vt vnum, idem nomen vtriſque nequeat conuenire: quantò minùs poterit Deo, & creaturis, quandoquidem *Deus plus diſtat à creaturis, quàm quæcumque creaturæ ab inuicem.* Venientem è regione cæleſti, imò è diuina Trinitatis regione habemus teſtem, Dei filium, qui & doctrinam hanc, ſicut alia quæque documenta ſua,

Zona torrida minimè effectu torrida, ſed nomine multis in terris.

Lactan. l. 7. diuin. inſtit. c. 13. Gregor. Naz. epiſt. 71. ad Poſthumianum. Aug. lib. Categoriarum. c. 10. to. 1. & lib. 16. de ciuit. cap. 9.

Antipodas in vniuerſo orbe eſſe experimento oculorum cõpertum.

S. Thom. 1. p. quæſt. 13. art. 5 argumẽt. ſed cõtra. 2.

Deus plus diſtat à creaturis, quàm inter ſe creaturæ ipſæ.

Digitized by Google

ſeque perſonam eſſe Trinitatis ſecundam, perſpicuis comprobauit Ioan. 3. 12.
teſtimonijs. Si ergo intrepide credimus teſtibus aliunde venientibus in ijs, quæ ſuæ regionis ſunt propria: quantò eſt magis rationi conſentaneũ, vt fidé adhibeamus Dei filio venienti è Trinitatis regione, quę propria eius regio eſt? Nec caſu quidé, cùm de hoc, quo Trinitatis fides infunditur, baptiſmo ad Nicodemum loqueretur, dixit ei: *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo: filius hominis, qui eſt in cœlo.* Nemo pręter me aſcendit in cœlum, vt tantæ perhibeat teſtimonium celſitudinis. Quod quidem ibidem perhibuit ipſe, dum dixit: *Filius hominis, qui eſt in cœlo.* Quomodo enim, niſi eſſet Deus, in cęlo eſſet, & in ea ſimul terra, in qua cum Nicodemo loquebatur? Dixit quoque ibidem: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu S. non poteſt introire in regnum Dei.* Ioan. 3. Quibus verbis perſonam indicauit tertiam Trinitatis.

Trinitas diuina nõnullis ſimilitudinibus expenditur.

Vtuntur ſimilitudinibus Theologi multis, ad præbendum populo aliquod Sanctæ Trinitatis ſpecimen: addentes tamen, nullam eſſe vndecumq; accõmodatum. Ego verò cum doctoribus ipſis ad eãdem dicò Trinitatis celſitudinem ſpectare, vt nulla exacta in naturalibus ſit ſimilitudo arcani illius, quod ſupra omnem eſt rerum naturam creatarum. Sola dumtaxat ſcripturę cuiuſuis littera poterat in ſimilitudinem adduci.

Simile.

Littera enim, cùm res vna ſit, ex vnoque formata pigmento, puta aureo, aut purpureo, tria ſimul eſt; aurum, quod protenditur in litterę lineam, puta litteræ O; litteræ forma, nempe circulus; & eiuſdem ô, ſignificatio, qua à litterę Q; ſignificatione diſtinguitur.

Origo Trinitatis, ſeu perſonarum eſt Pater. Pater æternus origo perſonarũ.

Concil. Tolet. 6. Chryſoſt. oratione 9. tom. 5. in fine. Auguſt. 3. contra Maxi 14. S. Thom. 1 p q 42. art 1. 3. Heb. 1. 2. Sap. 1 7. Ioan. 14. 26.

Sic Deus Pater aurum eſt, Trinitatis origo; filius *in forma Dei eſt, vt qui vera eſt figura ſubſtantiæ eius:* ſpiritus ſanctus ſignificatio; quippe, qui *ſcientiam* habet vocis, atque adeo docuit diſcipulos loquelam, qua diuino myſterij huius imbueret homines intellectu. Quoniam enim litterę figura eſt in ſe id, quod menti ſuggerit ſignificatio eiuſdem litteræ: ideo ille, qui Dei figura eſt, Dominus Chriſtus dixit: *Paraclitus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia, quacumque dixero vobis.* Ea ipſa, quę ego dixero, ſuggeret ſanctus ſpiritus; ſicut ſignificatio ſuggerit id, quod dicit littera. Et quidem verbis his dulce perhibet Chriſtus teſtimonium Trinitatis, nominans Patrem, Filium, Spiritum Sanctum; ordinemque, quo miſſus à Patre Sanctus Spiritus, ſuggerit id ipſum, quod loquitur filius; ſicut ſignificatio intimat, quod littera proponit.

[illegible]miliæ [illegible]ater ſtric[illegible]ſſima o[illegible]gatione

Ezech 3. 17. Matt 5. 19 Act. 1 3. Canone. Diſpenſatio 43 diſtinct ex Nicolao Papa.

Similibus alijs nullum ſuppetit tempus. Quòd ſi ſuppeteret; illud quidem inſumerem in commonẽdis auditoribus circa obligationem, qua adſtringitur quiſque, myſterium hoc ſuos edocere: domeſticos pater familias, oues parochus, Prędicator auditorẽs. Hęc vtique eſt neceſſaria in myſterio iſto Theologia: hæc vniuerſalis obligatio: pro qua obnixè clamitat veteri in teſtameto Ezech. in nouo Chriſtus. 5. Matt. c. Apoſtoli ſępe in actibus ſuis: iuris canones multi. Quare neglígẽtes hac in parte patres familias, ac matronas dãnant ſacri doctores tamquam mortali peccato reos mortis ęternę. In quo approbant

Aug. refertur. c. duo ſſta 23 diſt. S[illegible] lio 2. 2 q 23. art. 2. & 3 Theologi ibid. Aragon ibid. artic. 2

Soto de tegendo ſecreto membro 2 quæſt 3.

Syluest. verbo. Familia. q. 1 Canoniſtæ, in §. neceſſe. 47 diſtinct 1. Cor 9. 16. 1. Tim. 5. 8. Doctores in 4. diſt. 5. Soto ibid. q. vnica art 3. con. 2. & art. 8. con. 1. S. Tho 3. p. q 68. ar. 3 Roma. 3. 22. Genes. 6 14.

Chryſoſt. homil. 2 ſuper ac. Apoſt.

tenetur inſtruere domeſticos: eoſque regere: atque à malo cohibere.

iura Aug, ſententiam, rem ita definientis. Vrgetq; tantoperè obligatio hęc, vt non ſolùm adſtringantur huiuſ modi patres, & matronæ famulos ſuos, cęteroſque domeſticos in huius inſtruere cognitione myſterij, ſicut & aliorum, quæ in catechiſmo proponuntur: ſed peruigili etiam diligentia curare, vt domeſtici omnes ita ſe gerant, & ita viuant, vt ij, qui verum Deum cognoſcunt, & colunt: nulla, quoad in eis eſt, permiſſa domi ſuæ tantæ maieſtatis offenſione. Intimant & Theologi hoc in 2. 2. q. 33. & ſummiſtæ in verbo familia: alijſque vtrique locis: nec non & iuris doctores ſuper §. neceſſe 47. diſtinct. De qua re quoties lego Apoſtoli verba, tum pro Dei miniſtris ad Corinth. tum pro patribus familias ad Timoth. pauitat cor, capilli obrigent, contremunt præ iuſto oſſa timore. Scriptæ pro miniſtris doctrinæ proceſſum hac concludit clauſula: *Væ mihi eſt, ſi non euangelizauero.* De domeſtica autem ſollicitudine ſcribit ad Tim. verba iſta. *Si quis autem ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet; fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Quis non horreſcet, dum & verba hæc audit, & hominum videt negligentiam, deſidiam, ſecordiam, incuriam? Quis habens domeſticos, non metuit, nec acuta pungitur intrinſecus ſpina? Timendum eſt; valde timendum. Quid dicemus de his, qui, cùm Æthiopes habeant ſeruos, aut baptizant eos nondum inſtructos circa Trinitatis, Chriſtique cognitionem: aut ob inſtructionis negligentiam, habent eos domi abſque baptiſmo. Neminem abſque notitia Trinitatis baptizare licet: vt concordant Theologi in 4. ſentent. & cum diuo Thoma in 3. parte Thomiſtæ omnes. Nec ſine Chriſti Dei, & hominis cognitione: vt definiunt vtrique, & dicit Paulus; *Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti.* Deleturus Deus aquis diluuij terram vniuerſam, præcepit Noëto, vt conſtrueret arcam, in qua ſalui fierent, quotquot ſuperſtites relinquendi eſſent: ſed qualem nam? *Fac tibi arcam de lignis læuigatis: bitumine linies intrinſecus. Cœnacula, & triſtega facies in ea.* Ecce aquis Baptiſmi ſaluantur homines in arca, quæ eſt catholica eccleſia. Sed opus eſt extrinſeco confeſſionis fidei bitumine, & intrinſeco etiam charitatis, quę & intrinſecam includit fidem. At vt quid triſtega; tria nimirum tabulata? ſancta vtique Trinitas in triſtega ibi figurata eſt: vt cunctis ſit notum, cum baptiſmali ablutione Trinitatem diuinam proponendam baptizandis. Alioqui perperam facit, quiſquis nondum inſtructos pergit baptizare. Scio, multos ex Æthiopibus rudiſſimos eſſe; nec ab eis poſt annos plures expectandam clariorem cognitionem. Scio item, nec diutius differendum eſſe baptiſmum: legoque acerrimam B. Chryſoſtomi reprehenſionem in eos, qui rudium baptiſmum nimis differunt. Idcirco in huiuſmodi contingentia ad viros doctos deferendi ſunt rudes: vt attenta perſonę ruditate, temporeque inſumpto in catechiſmo, quid oporteat fieri definiant. Aliqua diuinę Trinitatis notitia excuſari in nemine licet: nam baptiſmi inſtitutor, Dei filius pręcipit; *Docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Ecce baptizantes docere iubet: & baptiſmum hunc in nomine

Arca Noë ſuper aquas diluuij ſymbolum ſanctiſſimæ Trinitatis, ſaluantur in aquis baptizati.

diuinę

diuinæ Trinitatis ſuſcipi, ac commendari. Quin etiam inſtruendi ſunt ſimul circa Chriſti legem obſeruandam, cùm dicat ſimul Dominus ipſe: *Docentes eos ſeruare omnia, quæcumque mandaui vobis.* At quanta debeat horum omnium à rudibus expectari cognitio, doctorum diſcretioni committitur.

Matt. 28. 20.

Doctores gloriosiſſi- na laureā- ur corona, Dei co- nitione e- acilè inſti- uunt diſci- ulos.

Illud tandem prætermitti non licet; ſicut horrendum negligentibus in parte hac, & miniſtros, & heros manet iudicium: ita expectat corona glorioſiſſima eos, qui dulciſſima hac imbuunt homines notitia. Ipſe etenim Paulus, qui horrorem incutit ignauis, dicit & verba hæc pro vigilantibus: *Mihi autem, ſanctorum minimo, data eſt gratia hæc in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti: & illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo.* Glorioſa certè inſtructio, ac prædicatio: at glorioſa item diuiniſſimæ huius Trinitatis contemplatio, qua quiſque ſibi ipſi meditatur. Dulcis meditatio, contemplatio ſuauis, conſideratio iucundiſſima. Quis non ſummè delectatur, dum infinitam Dei maieſtatem, perſonas tres realiter diſtinctas vnicum conſiderat Deum, infinitum ſapientia, bonitate, iuſtitia, magnificentia, pietate, ſummum pulchritudine, ſuper omnes & omnia intenſiſſimo amabilem affectu? Quis non animaduertit trium notiones perſonarum? eiſque perpenſis, non præparat ſe, ad eas mente ſua, ſuoque corde ſuſcipiendas, ſecundum huiuſmodi notiones? Omnes profectò puriſſimæ ſunt: immo puritas ipſa; Deus puritas eſt: in eo impurum nihil. In tantum, vt de Magno Alexandro ſcribat Plutarchus, tum in Erotyco, tum in libro de adulatione, & amicitia, hæc, quæ quiſque apud eum leget verba: *Alexander duabus rebus commoueri ſe ſe dicebat, quominus fidem haberet iis, qui illum Deum prædicarent: nempe ſomno, & Veneris vſu; quod in his degeneraret, pluſquámque ſolito ſentiret mali.* Tam certa eſt, tam cunctis nota Dei puritas. Quis ergo non diſponit ſe diuinis his perſonis animo ſuo ſuſcipiendis, ſecundum ea, quæ de ipſis agnoſcit? Scimus æternum Patrem puriſſima mente generare filium, concipiendo ſecum res vniuerſas, vt quæ in Deo ipſo eminenter ſunt, imperfectionibus excluſis: quomodo igitur in mentibus habitabit veſtris, ſi puras ſuo non inueniat hoſpitio? Quomodo habitabit Filius; qui puriſſima à Patre generatione concipitur? Quomodo ſanctus Spiritus; cùm ſanctus ſit, & ſanctitas ipſa? O diuina Trinitas! Dignare, Domine, dignare dignificare nos fœliciſſimo hoc tui noſtris in mentibus hoſpitio. *Benedictus Deus, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.* Benedixit profectò omni nos in Chriſto benedictione ſpiritali; cùm talem nobis dederit Chriſtum, qui talem nobis attulit notitiam Trinitatis. Per Dominum hunc, & propter eum benedicit nos, ſemperque benedicat Deus Pater; ipſeque Vnigenitus Dei Filius; ſanctuſque iugiter benedicat Spiritus: Cui cum eodem Filio, & Patre eſt Deitas vna; eadem maieſtas; eadem beatitudo, honor, & gloria, ad quam nos perducat, Amen.

Epheſ. 3. 8.

Plutar. in Erotyco tomo 3. moral. & lib de diſcretione adulatoris, & amici tomo 2. moralium.

Prædica- torum glo- rioſiſſimum præmium, ſi efficaciter do- ceant Dei notitiam, eidaque ædictium ponere ni- tantur.

Parocho- rum dili- gentium corona glo- rioſa.

Prælati, ſi efficacie in- ſtilent ſu- doctri- nam, & cor- ctionem glorioſo præ- mio lau- reantur.

Delitia puriſſima templa Dei. Res puri- ſſumma cum ſum genera- tiue. Luxuria vituperando ſe decens.

E

DE EODEM VNO TRINO DEO.

SERMO III.

Matt. 28. 19. *Docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

IN cunctis concionibus noſtris proſperum à Deo imploramus auxilium, ſignantes nos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: quo in nomine benigniſſima eſt nobis benedictio. Hodierna concio habet hanc in ſe benedictionem ex textu: iam concionis thema eſt *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Non eſt à longe petita benedictio: imo nec extra ipſum quæſita thema concionis. Ipſe benedictionem exhibet textus: ſuppetunt in ipſo benedictiones Euangelio. Quidnam ergo aliunde ad ipſius concionis ornamentum adducemus? Dei vtique matrem oportet inuocare. Docere populum in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis iubet nos Dominus: at non ſufficit ad audientium intellectionem doctrina, niſi eiuſdem ſimul concurrat auxilium Trinitatis. Ideo qui docere præcepit Dei Filius; ſe ipſum præſto adeſſe auxilio, ſimul fecit notum. *Et ecce ego (ait) vobiſcum ſum, vſque ad conſummationem ſæculi.* Dulciſſima nobis conſolatio: ſed intima conſolationis acceſſio, quòd & mater eius præſto ſimul ſit, in eandem nobis auxilij gratiam interuentrix: præſertim dum eam inuocamus ſalutatione Angelica dicentes; Aue Maria.

A, A, A, Domine Deus neſcio loqui, A, a, a? quidnam ſunt a, a, a, Ierem. 1. 6. iſtæc? Quodnam impedimentum, poſt petitam Dei gratiam, linguam illigauit? Loquebamur diſertè ante auxilij gratiam imploratam: nunc, petita iam, neſcimus loqui: quid myſterij eſt? Nam eſt certè myſterium. Ad loquendum impenditur gratia, ſicut ad loquendum flagitatur; cur ergo nobis, ſi gratia hæc conceſſa eſt, non ſolum loquendi nulla infunditur facultas, ſed illa etiam, qua pollebamus, aufertur? *A, A, A, Domine Deus, neſcio loqui. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* O, o, o? ſanè in materia hac, ſeu hoc de diuina Trinitate tractatu gratia vera eſt, verum auxilium, fauſtus Dei concurſus, omnimoda locutionis abſtractio. A, A, A; Diuina ecce Trinitas triplici A prolatione ſignatur: quis ſciet loqui aliud, niſi A, ſi verè loquendi donatus eſt gratia? Vera locutio eſt, neſcire loqui: ſolum proferre A; tamquam qui loqui tentat, nec proſequi vltra poteſt. Nec ſolus Ieremias: ſed & Moſes quoque imo hic prior, iuſſus à Deo de ipſo lo-

Aue Maria.

Deus maieſtate ſua obſtupefacit nos, ne de eo loqui valeamus.

Digitized by Google

Scriptura, quæ extra regnum deferuntur, tribus communiuntur tabellionibus, propriũ cauſa notarium teſtificantibus authenticum.

qui Domino, eadem Dei obmutuit agnitione, *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius, ex quo locutus es ad ſeruum tuum.* Quid (rogo) auditores, in tam profunda abyſſo oportet ſumere conſilij? loqui ecce nequimus: tentemus legere, quæ de diuina hac Trinitate ſunt ſcripta: ſi fortè ſic commodiùs percipiamus.

Exod. 4. 10.

Tres in Euangelio habemus perſonas Regias. Tres in ſcripturis A, A, A: tres ergo adducamus tabelliones ad tantæ ſcripturam celſitudinis. Tribus quidem notarijs opus eſt, quum extra regnum ſcriptum defertur: & diuini huius myſterij ſcriptura è cæleſti regno ad regnum adducitur terreſtre. Etenim quum aliquis probatæ perſonarum nobilitatis proceſſus, quæuiſue Scriptura alia defertur extra regnum illud, in quo ſcripta eſt, atque munita; vno è tribus ferri poteſt modo, imparibus, quidem claritate, auctoritate quoque partim imparibus, æqualibus partim. Primus modus eſt, quo verbo tenus fertur relatio, &, quum plurimum oſtendenda aliqua ſigna deferuntur. Sed in huiuſmodi oſtenſione neutra integra eſt, aut auctoritas, aut claritas. Eſt ſecundus modus ille, quo defertur inſtrumentum: tranſlatitia ſcilicet ſcriptura, tabellionis ſigno, ac ſubſcriptione munita; ſummaria tamen, nec originali coæqualis. Hæc authentica eſt; comparque ipſi, quoad auctoritatem, originali, cùm notarij manu munita ſit, vt habetur Authentic. *ſi quis in aliquo. C. de edendo.* & cap. 1. de fide inſtrum. l. 114. tit. 18. p. 3. Gregorius Lopez ibi. Expendunt Barthol. Bald. Abbas, & Felinus: at non eſt tam clara, ſicut originalis; cùm non de verbo ad verbum tranſlata ſit; ſed ſumma eductum teſtimonium. Tertius modus eſt, quo originalis ipſe proceſſus defertur, proprijs contentarum in eo perſonarum ſubſcriptionibus munitus. In hoc ſumma eſt & auctoritas, & claritas: at in neutro propria auctoritas hæc tantopere viget, vt nequeat inculcari, quum defertur extra regnum illud, in quo ſcriptus eſt, atque ſubſcriptus. Sed difficultas hæc omnino explanatur vno illo remedio, ſi tres alij notarij vltra proprium proceſſus tabellionem fidem adſtruant, ſcribam illum verum, & ratum eſſe notarium, creatum regia auctoritate. Eſt receptiſſima ex conſuetudine praxis: habens etiam non nihil fundamenti in gloſſa verbo, ipſis per ſe, in fine, in authentica de Tabellionibus, collatione, 4. quæ citat textum in authentico de inſtrumentorum cautela, & fide, §. oportet, collatione 6.

Simile.

Inſtrumẽta ſcripturarum, etiam ſummaria authentica ſunt, ſi notarij ſubſcriptione, & ſigno ſint munita.

Scriptura tranſlatitia, ſi à tabellione munita ſint ſigno, & ſubſcriptione: plena pollẽt fide, æquè ac originales.

Tabelliones tres cõprobant ſcripturam extra regnũ deferendã, perhibentes fidem proprio ſcriptura notario, quòd legitimus ſit.

Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo cap. 1. de fide inſtrum. lege 114 tit. 18 part 3. Greg. Lopez ibi. Barthol. lege Chirographis ſi de admitten. tutor. Bald. in l. fin. C. de fide inſtrum. Abbas in cap ex parte el 2. de priuilegijs. Felinus in cap. fin. col. 2. de fide inſtrument. Gloſ. verbo, ipſis per ſe, infer. in authen. de Tabellio. collatio. 4.

Qui me nunc, pro ſanctiſſimæ Trinitatis concione, inter ſcribas agentẽ intuemini, ſuſpicabimini fortaſſis, ideo me hodie tabellionibus circũſepiri, quòd velim publicam coram eis proteſtationẽ fidei facere; vt ſi in lapſum prorruam; videar nihil intendere diuerſum ab eo, quod Catholica Eccleſia. Fateor, & proteſtor. Nec eſſet hęc inanis prę cautio; etiam ſi ad aliud nil vocarem ſcribas. Alij ſuſpicabuntur, cum impoſſibile ſit de myſterio hoc præcellẽtiſſimo ſine alis quẽpiam verba facere; me quidem alarũ pennis inter ſcribas vti ad ſcribendũ, quòd timeam vti eis ad volandum. Sed & hoc non abnego: & quis neget? Nã & cęleſtes Seraphini, cũ ſex quiſque habeat alas, occupãt quatuor in tegẽdo; duas ſcilicet in velanda Dei facie, in operiẽdis eius pedibus

Trinitatis maieſtatem magno edimus tremore prædicandam.

Reuerentia intima diuinũ ſacroſanctæ Trinitatis arcanum prædicandũ

Auth. de inſtrum. cautela, & fide, §. oportet. collat. 5.

Iſai. 6. 2. duas, ne eius ſplendor cernatur à creaturis, quippe qui earum oculos ſuperabit, ſi vel huius myſterij pedes attentè perſpiciant. Vnde tertia dumtaxat alarum pars relinquitur ad volandum. Quare dum pennam nos vnam occupamus in ſcribendo: nulla ad volandum nobis reſtat, quibus ſola vna eſt, nimirum fides. O ſumma Dei maieſtas, & Trinitas! Quis in tuo conſpectu non ſupprimat alas? quis non humeros cōtrahat? quis præ reuerentia non ſe abſcondat ſub alis, ſi quas habet? O immenſa, infinita, incomprehenſibilis diuinitas! Ante te, & de te, Domine, quis loquatur? quis mutiat? quis non obmuteſcat? quis non hæreat? Neſcio ego loqui: & ideo nec pennis ad volandum vti volo: ſed ſcribarum pennis trium, ad ſcribenda tua hæc, A, A, A: quoniam ſufficit, tria hæc ad tantæ expreſſionem maieſtatis fuiſſe prolata, vt ſcripta ſeruentur in æternum.

B. Igitur Trinitas proceſſus quidam eſt, aut certe eſt tam verus in Trinitate proceſſus, vt qui Deus Trinitas eſt, per hunc proceſſum ſit Trinitas. In tantum vt prima de multis huius materiæ quæſtionibus ſit de proceſſione diuinarum perſonarum: vt ſcit, qui legit S. Thomam. Generatio enim diuina, qua à Patre procedit Filius, proceſſio *Trinitas diuina proceſſus eſt originalis.*

S. Thom. 1. p. q. 27. Ioan. 8. 42. Ioan 15. 26. er idem eſt, vt ipſe docuit. Ioanne ſcribente: *Ego enim ex Deo proceſſi.* Spiratio etiam, qua Spiritus ſanctus à Patre ſimul ſpiratur, & Filio, proceſſio eſt, ſiue proceſſus: ſicut ipſemet Chriſtus eiuſdem Ioannis miniſterio teſtatus eſt, dicens: *Paraclitus, qui à Patre procedit.* Hic autem proceſſus originalis eſt: quoniam proceditur via originis, non temporis. Alij quique proceſſus id habent proprium, vt poſt vnum ad aliud procedatur: nempe poſt petitionem ad citationem: poſt hanc ad reſponſionem: & poſt reſponſa ad conteſtationem: ab hac ad probationes, quas teſtium publicatio ſubſequitur, cauſa concluſa: ex quibus vltra ad ſententiam proceditur poſt exceptiones teſtibus obiectas: ac deinde ad appellationem, atque definitiuam ad ſententiam. At proceſſus hic, cùm verè ſit proceſſus, quo ex vna ad aliam perſonam proceditur: hanc tamen habet eminentiam, vt in eo non ſit vnus poſt alium duratione, imo nec poſterior, priorve natura: quoniam natura vna in tribus eſt ſimplex: ſed origine prior alius alio; Pater principium paſſiuæ originis Filij, & ſancti Spiritus vterque. Vnde concludit S. Thom. huius proceſſus ordinem nequaquam eſſe ordinem temporis, quo paulatim ſolet procedi: ſed ordinem dumtaxat originis, atque ita proceſſus eſt originalis. *Trinitate in diuina originis via proceditur, non temporis.*

S. Tho. 1. p. q. 42. art. 2. ad 2. S. Tho. 1. p. q. 42. art. 3.

Trinitatis diuinæ notitia in omni ſtatu data eſt, ſed minus clara temporibus primis, clarior noſtris.

Igitur cùm oſtenſæ nobilitatis proceſſus poſſit, ſicut alius quiuis, prædictis modis tribus aliò mitti: elegit Deus tempora tria, in quibus proceſſus hic afferretur in mundum modis tribus: iuxta quos diſtinguuntur tres ſtatus, naturæ ſcilicet, legis ſcriptæ, & gratiæ. In primo ergo mundi ſtatu miſit Deus in mundum hunc ſummariam diuini relationem proceſſus, non ſcripto, ſed fidei reuelatione, indicijs multis, multis ſignis confirmatam. Quorum primum, & fortaſſe illuſtrius, fuit orbis creatio. Nam *in principio creauit Deus cælum & terram*, & omnē ſimul ornatū vtriuſque, vt in textu ſubiūgitur, verbis illis: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorū.* Tribus his nonnullam ſanctiſſimæ Trinitatis notitiam commendari, contemplatur Rupertus, *Trinitatis diuina notitia in ſtatu naturæ ſignis data. Creatio vniuerſi indicium diuinæ Trinitatis.*

Geneſ. 1. 1 Geneſ. 2. 1 Rupert. in cap. 1. & 2 Geneſ.

Digitized by Google

Simile. ita vt cœlum factum ſit ſecundum perſonam Patris: terra ſecundum perſonam Filij; ſecundum tertiam perſonam ornatus. Nam quemadmodum cœlum communicat terræ, quod in ſe habet, eſtque factę in terra generationis principium nihil à terra accipiens reciprocum, præter relationem ad eam: ſic Pater Deus Deum generat filium, ſuumque ei eſſe communicat, vtpote originis principium; abſque eo, quòd aliquid recipiat à filio tanquam à principio; tametſi ex generatione habet relationem ad filium, qua eſt perſona à filio diſtincta; cum ſit vterque eſſentia vna. Spiritum quoque ſanctum ideo repræſentat ornatus vniuerſi, quòd hic vltimum ſit rerum complementum, ac perfectio: id quod (vt Rupertus contemplatur) ſuo modo competit ſpiritui ſancto: qui cùm ſit extrema perſona, non tempore, ſed origine, eſt conſequenter velut naturalis quidam Dei ornatus; amor nimirum, quo Pater, & Filius mutuò amantur: vt graphicè prædicauit Gregor. & Doctor Angelicus ſcipſit. Quod cuiuſuis ſpiritus confirmat conditio; cum ille ſit, qui rebus decus præſtat, viuumque ornamentum: vt in muſico liquet inſtrumento quouis, vbi quantumcumque artificioſa ſit lyra, morulæque ac interualla obſeruentur exactè: ſi deficit ſpiritus, quem aërem dicimus Hiſpani, deficit etiam ornamentum. Quod attendens elegãtiſſimus Iob venuſtè dixit: *Spiritus Domini ornauit cælos.* Quam ob cauſam hunc Pſaltes ſpiritum efflagitabat, dicens, *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ*: renouationem, ac fœcunditatem, qua terra germinibus exornatur, & floribus, Domini ſpiritui iuſtè attribuens.

[Margin: Rupertus in cap. 1 & 2. Genes. — *Spiritus S. ornamentũ Diuinæ Trinitatis.* — Greg. ho. 30 in Euãgelia. S. Tho. 1 p. q. 37. art. 1. & 2. — *Simile.* — Iob. 26. 13 Pſal. 103. 30.]

Cùm autem & homo (vt Gregorius ait) mundus ſit vniuerſus, breuior licet, is etiam ſummaria quædam eſt Sanctiſſimę Trinitatis relatio: imo perfectior, quàm magnus hic orbis. Quoniam cùm tribus conſtet animæ potentijs; trium diuarum eſt ſimilitudo perſonarum. Quod manifeſtiſſimè expreſſit Deus ipſe, dicens; *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*

[Margin: Gregor. homil. 29 in euang. — Gen. 1. 26.]

Verum gemina hac ſummaria relatione non innoteſcebat hominibus omnino explicitè, ac perfectè abſtruſum Trinitatis myſterium. De quo dixit ſcitè Aug. *nullus modus proceſſionis alicuius creaturæ perfectè repræſentat diuinam generationem.* Vnde concludit Theologia: myſterium hoc temporibus illis nuſquam vulgares obligaſſe perſonas ad notitiam explicitam: tametſi maiores, ac proceres ea fuerint potiti, vt Henoc, Noe, Abraham; & alij quique Dei amici ſelectiſſimi, quibus ſua ille reuelabat arcana. Ideo Apoſtolus mirificè dixit; *Priuſquàm veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat.* Itaque tunc erat cognitio fidei, credentis, futuram eſſe manifeſtiorem alio tempore notitiam. Fuitq; Adamo imprimis infuſa myſterij huius iuncta fidei ſcientia.

[Margin: *Trinitatis myſterium nulla creaturarum proceſſione perfectè figuratur.* — Aug. ſer. 38. de verbis Domini. — S. Tho. 2. 2 q. 2. a. 8 — Galat. 3. 23 — Eccl. 17. 5. Epipha. in panario. Theol. 1. p. quæſt. 94.]

Sed quia Diabolus affectauit eſſe, ſicut Deus, dicens, *Similis ero Altiſſimo*, videns, vnum eſſentia, & perſona vnum, qualis ipſe eſt, minimè omnino poſſe diuinæ Trinitati coæquari, ſtuduit callidè, ſe ipſum facere ternarium; carnem, & mundum ad ſuam quodam-

[Margin: *Diabolus æmulatur Deum adeo vt velit ipſe eſſe ternarius.* — Iſai. 14. 14]

Digitized by Google

modo naturam reducens; ita vt caro, mundus, & diabolus quaſi vnum ſint, ternarius vnus. Nam carnem quidem in filiam adoptauit: textus eſt euangelicus expreſſus apud Ioan. *Vos ex patre Diabolo eſtis:* quinam? carnales Iudæi: his enim loquitur. Ab vtroque autem procedit mundus, ſi mundum propriè intelligitis non ſpacium, nec parietes: ſed mundi vanitatem, errorem, ac tenebras, vt vocat eum Apoſtolus, & explicat Auguſt. Diabolus etenim, & caro concurrunt ſimul ad ſpirandum mundum indeſinenter. quid enim à principio ſpirauit Dæmon, niſi vanitatem, & ſuperbiam, cùm diceret: *Aſcendam ſuper altitudinem nubium?* Caro etiam quid aliud ſpirat iugiter, niſi mundum? Mittat quiſque manum in pectus ſuum, cor ſuum tangat: videatque, quidnam ſpiret, niſi mundum? Heus tu carnalis homo, nonne ventos bibis, ad vanitatem deglutiendam, eamque reſpirandam? quid eſt ad mundum aſpirare, niſi ipſum ſpirare mundum? quo tui ſemper tendunt affectus? quo labores? quo ſtudia? quo machinæ? quo ſuſpiria? Nonne ad mundum, mundique propria genimina? Mundum ergo iugiter ſpiras. quidnam ſpirabat carnalis ille, ac mundanus Antiochus? *Superbia repletus, ignem ſpirans animo.* Nonne palam perſpicitis, quantùm ternarius hic Trinitati diuinæ opponere ſe prauè moliatur? Nam & Spiritus Sanctus ignis eſt, ſcriptura teſtante. A carne ergo mundus ſpiratur.

Gen. 8. 44 · Eph. 6. 12. · Auguſt. in Pſal. 54. verſu. · Iſai. 14. 14 · 2 Macha. 9. 7. · Actor. 2. 3

Diabolus mundus, & caro peſſimus ternarius. · *Caro adoptata à Dæmone in filiam.* · *Mundi Vanitas ſpirata à Diabolo, & carne.*

Nec mirum videri cuiquã debet, ſi ternarium hunc ego ſic conſtituo, cùm homines multos videamus quotidie, qui arctiores faciunt cognationes, verè, ac propriè carnales. Nonne vidiſtis viros aliquos, qui vt crebrò fœminas viſitent, vocant eas ſorores, ſeu conſobrinas, cùm tamen cognationis origo neſciatur? Ecce fraternitas nõ carnalis, carnalis fraternitas eſt, & carnales cognati: & nõ eſt myſteriũ Trinitatis. quid mirum, ſi Diabolus ſimiles faciat cognationes?

Talis eſt omni tempore ternarius hic peſſimus. Sed quoniam beatiſſima Trinitas illuſtriſſima ſui tribus artibus miſit teſtimonia, pro tribus, quę dixi, mundi huius ſæculis: procedit eo vſque ſuperbiſſimi Diaboli æmulatio, vt in hoc etiam procax intenderit, ſimilem fieri creatori.

Diaboli in Deum æmulatio, vt ſimilis ei videatur.

Nam, quia vidit, in ſtatu primo, creatione cæli indicari Deum Patrem, Filium in terræ formatione, ac in vtriuſque ornatu Sanctum Spiritum, & quidem ſummaria relatione, ideo impoſtor ipſe in relatione ſui ſimiliter ſummaria finxit apparens cœlum, quo ipſa Diaboli oſtentaretur perſona: terram item pro perſona carnis apparentem, apparentem ornatum, pro perſona mundi amplificanda. In primo itaque illo mundi ſeculo vanũ pro ſe cælum ſimulauit: & quidem ſummaria relatione. In callidum ſe inſinuauit ſerpentem: ecce Diaboli relatio breuis: ſiquidem qui quoad multa peſſimus eſt, illa ſerpẽtis forma ſummatim indicabatur. Sic apparens cælum coram primęuis finxit hominibus. Finxit etenim cælum arborem ſcientię, mentitus in ea illam, quę propria eſt ſupremi cæli, beatitudinem. Imo cęlica altiorem. *In quacumque die* (ait) *comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis, ſicut Dij.* O

Gene. 3. 5.

Diabolus in ſinuatus in ſerpente, ſummariã ſui relationem exhibuit. · *Beatitudo apparens fingitur à Diabolo in vanam ſui gloriam.*

Digitized by Google

Diabolus mendacij pater ad illudendum.

Diabolus ſeducit homines, ſimulans cælumglorioſum, quod miſeræ eſt locus perditionis.

Caro terram fingit ſibi conſentaneam, vt eius virore decipiat homines.

pulchram impoſturam! Propria Diaboli fabrica cęleſtis. *Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax eſt, & pater eius.* Et Ioan. 8. 44.
ſeduxit quidem fœminam primam, faciens credere cælum glorioſũ, quod tam manifeſta erat perditio, traxitque poſt fœminam maritum. Deplorandum eſt. Nec hodie quidem, cùm adeo manifeſtè innotuerit æmuli fallacia, à cunctis reijcitur; ſed à multis ſtultiſſimè creditur eſſe gloriæ locus, qui tormenti eſt, & perditionis. Hæc pro ſe Diabolus. Sed quid ſecundum perſonam ſuam nouit caro confingere? Terra iuxta ſecundam diuinæ Trinitatis perſonam facta eſt: & terra tunc etiam ficta eſt iuxta ſecundam peſſimi ternarij perſonam, propriam nimirum hominis carnem. Perpendite facturam, auditores. Sordidiſſima terra factum eſt id, quod Deus à terra ſequeſtrauerat, fuitque caro terræ huius opifex. Pereleganter docuit Apoſtolus, *obſeruate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Multi* Philip. 3. 17.
enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Quid defles Paule? Quæ eſt cauſa deflendi? Ecce, qui terrena ſapiunt, non ambulant iuxta piorum hominum normam. Hæc enim longè euocat homines à terra. Eſtque adeo graue hominum malum, ſapere terrena, vt lachrymetur Dei Apoſtolus, videns viam hanc à norma multum deuiare. Quis igitur tam ſordidæ opifex terræ? Carnem dicit opificem Paulus: *Quorum Deus* (ait) *venter eſt.* Venter proprius eſt carnis: ſeu caro ipſa eſt ipſemet venter. Caro igitur hęc homines facit ſapere terreſtria: affectibus terrenis inhiare: terrę delicijs inhærere. Terra ergo huiuſmodi adamuſſim carnis facta eſt: cuius opificio ſummariam quandam ſui exhibuit caro relationem: qua totum, quod eſt ipſa, noſceretur. Quamnam? Quæ eſt ſummaria, quę plena noxię carnis relatio? Dicam: auſcultate. Adamauit Holofernes Iudith amore vehementi: quanam fœminæ notitia? Vidit eam corpore ornatiſſimam, facie ſupra naturalem ſpecioſitatem fucata: quo adſpectu *ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes.* Hic plenaria fœminæ rela- Iudith. 10
tione fuit captus. Dauid quoque adamauit Betſabetham: quanam 17.
fœminæ notitia? *Vidit mulierem ſe lauantem.* Nudam ecce vidit, vidit totam mulierem: plena notitia fuit. Et duo illi ſpurciſſimi ſenes, 2. Reg. 11. 2.
qui Suſanæ cupidi exarſerunt, pleniſſima notitia ſunt ducti. Vtrum- Dani. 13. 8.
que enim adſpexerunt in ea; & decorem, ſicut in Iudith Holofernes, Dani. 13.
& ſicut Dauid in Betſabetha nuditatem. *Videbant eam ſenes quotidie* 17.
ingredientem, & deambulantem. Dixit ergo puellis: afferte mihi oleum, Gen. 38.
& ſmigmata, & oſtia pomarij claudite, vt lauer. Sed quid (rogo) vidit 14.
Iudas in Thamare? *Quæ aſſumpſit theriſtrum; & mutato habitu, ſedit in biuio itineris.* Adeo cooperta erat, vt cùm eſſet nurus eius, non agnoſceretur ab eo. Et tamen appetijt illã ardenter adeò, vt daret pro pretio arrham. Quã (rogo) habuit ille fœminæ notitiã, vt amaret tãtopere, cuius vnũ tantum videbat oculũ? Ecce, auditores, ecce: oculus ille totius fœminæ exhibuit viro relationem. Sed qualem? Nonne ſummaria eſt, quæ ab vno ſolo ſumitur oculo? Quid vides tu, ſtul-

Fœmininæ ſummaria ſui relatione homines attrahunt.

Libido minimo fũdamento illicit homines præcipites.

Fœminæ velatæ illiciũt ſtultos.

Iudicijs leuibus falſo iudicant multi.

Oculi indices virtutis & vitij, maximè fœminarum.

Digitized by Google

te, quid vides in fœmina,quam coopertam caſu offendis in via, vt ſequaris eam, mille eam laudans deliramentis? Quid, dicito, vides? Non faciem, non ſpeciem, non pulchritudinem, non decorem. Dices, oculum video. Bene: ſummaria duceris fœminæ relatione, quæ vno oculo definitur. *Formatio mulieris in* Eccli 26. 12. *extollentia oculorum agnoſcitur.* Sunt ergo oculi totius indices mulieris. Indices dixit Tullius. En oculus vnus index integer eſt relatione ſummaria. Intelligis ne, quid ſit ſummaria carnis relatio? Alioqui hinc iam forſitan intelliges. Exhibes tu nobis relationem, quod Conſtantia, & Toribius turpiter copulentur. Dic, quando eos ita deprehenderis. Dices, in eo te deprehendiſſe, quòd illa ſpuente, ſpuerit ille. Summaria quidem relatio, quam ſolum exhibet ſputum. At idonea ſatis, vt cognoſcatis, quàm ſint falſæ carnis relationes. Iam,quòd tertia perſona, nempe mundus, ficti huius cæli, & terræ fictæ fiat fictus ſimiliter ornatus,liquet planè ex diabolico impediendæ fraternæ reconciliationis prætextu. Commoneo te, vt infenſo reconcilieris Franciſco: tu omnino ad animæ tuæ ſalutem, & pacem tibi expedire ais, ne talem vmquam hominem conuenias. Sed reuera mundano attendis honori. Mundus eſt hoc, & huiuſmodi mundo exornas id, quod vocas cœlum, ſaluti tuæ neceſſarium. Sed & carnalis terræ ornamentum eſt mundus in ſuperfluo corporis cultu, veſtimentis, odoribus, fucis; quę omnia mundus ſunt: & ſunt terreæ carnis ornamentum.

Tullius in orat.

Cultus corporis vanus ornamentũ fictæ à carnalibus terræ.

Sed miſertus deceptorum hominum Deus dedit in ſtatu mundi ſecundo pleniorem in ſcriptis ſuæ notitiam Trinitatis, cùm ſcriptam dedit legem,qua ſecundum illum fecit ſtatum: qua notitia peſtiferum peſſimi ternarij figmentum magna fuit ex parte extenuatum. Scripta in lege illa, eiuſque prophetis teſtimonia, multa cùm fuerint: vnum ex lege, ex prophetis alterum adducam. Imo ferendæ legis ſcriptæ principium ſcripta fuit notitia Trinitatis. Accerſens enim ad montem Deus Moſem dixit ad eum: *ego ſum Deus, patris tui: Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* quibus verbis, dicens, *ego ſum Deus patris tui*, vnum ſe nomine illo, *ego*, monſtrauit, Trinum, dicens ter, *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Sufficeret, niſi eſſet trinus, dicere ſemel, Deus Abraham, Iſaac, & Iacob, non repetito ter Deo. Facit luculenter ipſa trium hominũ conditio. Nempe Abraham interpretatur pater excelſus,atque adeo reſpondet Deo Patri. Filio Iſaac, quippe inſignis præ omnibus filius, quòd fuerit natus ex vetuſtiſſimis ſterilibus, non niſi notabili Dei ope. Iacob reſpondet Sancto Spiritui, eo quòd ſingulariter inter homines omnes amati à Deo inſignitus ſit nomine, dicente Deo ipſo, *Dilexi Iacob*, vt ſcripſit Malach. Et Sanctus Spiritus eſt Dei amor. Teſtimonium ex prophetis non adducam ex eis,quę expreſſiora ſunt eò, quòd ſæpe à vobis audita, ſed illud Dauidicum: *Domine, Deus meus: magnificatus es vehementer: confeſſionem, & decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento.* Vbi clariſſima huius, qua Deus induitur, confeſſionis nomine filius Dei ſignatur, nomine decoris

Exod. 3. 6. Gen. 17. 5. Gen. 21. 1. Malach. Pſal. 103. 1

Trinitatis diuinæ notitia qualis in lege ſcripta.

Abraham interpretatur pater excelſus.

Iacob dilectus.

coris Sanctus Spiritus. Confeſſio enim verbum eſt, quæ ergo alia eſſe poteſt illa, qua Deus induitur, confeſſio, niſi verbum eius, quod tam æqualis ei confeſſio eſt, quàm eſt ęqualis corpori veſtis. Verbum enim diuinum, quidquid in Deo eſt, pleniſſima confeſſione patefacit. Decorem verò eſſe Spiritum Sanctum, ex his, quę nuper diximus, eſt notum. Multa huiuſmodi ſunt in ſacris ſcripturis teſtimonia: tamen quamuis ſummæ ſint cuncta auctoritatis, claritatem non oſtendunt integram. Hac, nec vberiori perſpicuitate notus fuit in ſtatu mundi ſecundo diuinæ proceſſus Trinitatis; excepta ſpeciali notitia, arctioribus Dei amatoribus præſtita.

Dæmoniorum cultus apud gẽtes. Idololatria tempore legis viguit apud gẽtes.

Sed peſſimus ille diuinę Triadis æmulator ternarius, auſus fuit etiam tunc, ſe ipſum in ſcriptis exhibere colendum. Adeo vt miniſtros ſuos vocarit Diabolus ad montes, ſicut Deus Moſem ad montem Horeb, & Sinai montem; ad latebras etiam caruernarum; vbi abſtractos à potu, & eſca malignos Necromantica imbuebat arte: qua plurimos ſcriberent libros pro ipſius Diaboli cultu in idolorum ſimulachris adorati. Sic faciębant Ægyptij: imo & Græci, ac Romani, cæteræque miſerandum in modum gentes. Quin etiam, vt ſcripta ſignis illuſtraret, innumeras fecit ſui ſtatuas inſignes adeo, vt quę Rhodis aderat ænea Solis effigies, nomine Coloſſus, 70. fuerit cubitis alta; inter cuius pedes tranſibant naues: Cuius ære Ægyptius Soldanus illius inſulæ vaſtator 900. camelos onerauit. Caro etiam non pauca in ſcriptis dedit ſui teſtimonia. Neque enim quiſquam numerare facilè poſſet, quot laſciui homines, carnis miniſtri, impudica ſcripſere volumina: vbi Veneris delicias, vaniloquia, turpeſque conuerſationes commendarunt; vt miſeros lectores incenderent, ſupra, quàm homines inuitante nemine natura corrupta propenſi ſunt. Atque ita teſtimonium peccati ſui æternum in ſcriptis aſſeruandum ipſimet ſcripſerunt infælices: quorum miſeriæ erunt participes lectores. Nec epiſcopalis cuiuſdam dignitas prælati abſterruit Baſilium, quominus & grauiter eum, & acriter corriperet, quòd lectionem ſacram quandoque poetica intermitteret. Mundus item non paſſus eſt, abſque ſcriptore ſe manere obſcurum; qui alioquin ſatis eſt notus. Nam qui libri de honoribus, de dignitatibus, de bellis, de contentionibus ſcripti ſunt à vetuſtate, nihil ferè aliud, quàm mundum explicarunt. In tantum, vt & Tullius ipſe, alioqui modeſtus, prolapſus fuerit in eum errorem, vt diceret; nemini licere iniuriam inferre alteri, niſi laceſſitus ſit iniuria: cùm tamen laceſſito ad vindicandum ſe, licentiam mundana concedat cæcitas; non lex Domini. Signis item multis confirmabantur ſcripta illa, vt ternarius malignus in omnibus eſſet Trinitatis æmulator æternæ. Non enim ſoli erigebantur ſimulachra Diabolo: ſed Caro etiam multas ſibi ſimulauit effigies, Veneris, Floræ, atque Cupidinis. Mundo, ſtatuas plurimas, in gloriam Heroũ, ac procerum depictas ſcinus; quarum memorabiliſſima fuit, quam Nabuchodonoſor Rex ſibi auream conflauit.

Coloſſus apud Rhodios portentoſa magnitudinis. — *Pli. lib. 34. c. 7.*

Impudicorum ſcriptores librorum æterno igne comburendi.

Libri impudici, tanquam ignis fugiendi.

Baſil. epiſt. 97. — *Cicer. lib. 1. officio.*

Trinitatis notitiam Chriſtus attulit plenã. — *Dani. 3. 1.*

Elapſis iam annis multis poſt datum à Deo in ſcriptis ſummarium

Trinitas tota in quolibet eſt Trinitatis perſona.

diuinæ teſtimonium Trinitatis, placuit altiſſimo, plenam hominibus ſuggerere tanti notitiam myſterij; vt omnes tam maximi, quàm minimi agnoſcerent; inciperetque plena hac cognitione tertius in terris ſtatus, nempe gratiæ. Hoc pleniſſimè perfecit Deus mittens originalem ipſum indiuiduæ proceſſum Trinitatis in terras. Quum enim in carne miſit filium ſuum: hunc cum eo ſimul miſit proceſſum. Non quòd ſolus filius omnes ſit tres perſonæ, cùm vna ſit ſola; ſed quoniam ipſe eſt perſona media, quæ refert Patrem, tamquam à quo procedit; & Spiritum Sanctum, vt à ſe procedentem. Itaque ipſe ſolus ambas concernit proceſſiones; alteram, qua procedit ipſe, quæ eſt diuina generatio: alteram, qua Sanctus Spiritus procedit ab ipſo, quæ ſpiratio nuncupatur. Vnde in Filio eſt proceſſus totus: quoniam, vt Fulgentius ait; *Nullus horum extra quemlibet ipſorum eſt.* Imo & ipſe Chriſtus dixit Philippo; *Qui videt me, videt & Patrem meum: non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* Totus ergo proceſſus eſt in Filio, ſicut in Patre totus.

Fulgētius. lib. 1. de fide ad *Pe*trum. c. 1. inter opera *Auguſ.* tom. 3.

Chriſti diuinitas, & autoritas confirmata glorioſo trium S. Trinitatis perſonarum teſtimonio.

Conſtituit ergo ſe in medio terrarum, oſtendens proceſſum, nempe ſeipſum, ac per concomitantiam Trinitatem totam, dicens; *Solus non ſum, ſed ego, & qui miſit me Pater.* Vtque oſtenderet cognitionem ſui diuinæ Trinitatis notitiam comitari, dixit ad Patrem; *manifeſtaui nomen tuum hominibus.* Et quoniam proceſſus originalis debet omnium contentarum perſonarum muniri ſubſcriptionibus: oſtendit antè omnia tres diuinarum ſubſcriptiones perſonarum, quibus ipſe fuit clarificatus. In Iordane ſiquidem recognouit pater ſubſcriptionem ſuam in filio, cùm dixit: *Hic eſt filius meus dilectus,* in quo ſunt omnia; quæcumque ſunt in diuino proceſſu: omnia quęcumque digna ſunt cognitu. Similiter recognouit ibidem Sanctus Spiritus: dum in ſpecie columbæ adſtitit approbans id, quod Pater fatebatur. Moxque ſuam Filius ſubſcriptionem oſtendit, qui cùm dixiſſet cæco à ſe illuminato: *Tu credis in filium Dei?* illeque interrogaret, *Quis eſt, Domine?* Reſpondit: *Qui tecum loquitur ipſe eſt,* quod tam frequenter, tamque expreſsè confitebatur, & publicè, vt ſcripſerit Ioannes; *Quærebant eum interficere: quia patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.* Huc facit, quod, cùm doceret homines orare, dicentes, *Pater noſter*, ipſe dicebat, *Pater meus*, vt ſignificaret, reliquos homines Deum habere patrem communem: ipſius autem Chriſti Deum eſſe patrem ſingulari modo, vtpote filij ſingularis, naturalis videlicet filij.

Io. 14. 10. Ioan 8. 16. Ioa. 17. 6. Matt. 3. 17. Ioa. 9. 35. Ioan 5. 18. Lucæ 11. 2. Ioan 5. 17. Matt. 4. 3.

Videns hæc ternarius ille pernicioſus conſultum duxit, ſe quoque iam manifeſtare in propria ſpecie abſque velamine: cùm, vt cognoſceretur apertiùs, tum etiam, vt opponens ſe diuinæ manifeſtationi Trinitatis, eamque ſupprimens, & obſcurans, illuſtriùs regnaret ipſe. Apparuit ergo Chriſto Satanas in deſerto, oſtenditque ibi, quinam ſit ipſe: dum vix contorquens tela in Chriſtum fragilia, ſtatim corruit, & euanuit. Apparuit rurſus, imo ſæpiſſimè, manifeſtè iam, & inſolenter, hominum corpora energumenorum diſcerpēs: vnde etiam confuſione extruſus eſt magna, quoniam benigniſſimus

Digitized by Google

Saluator *Dæmonia multa eyciebat, & non ſinebat ea loqui: quoniam ſciebant eum.* Tunc caro, & mundus, deſperante à ſua machinatione Diabolo, ſtatuerunt, Chriſto ſe pro viribus opponere: ita vt mundus, quia ſatrapa eſt, litiumque tumultibus aſſuetus, huic Chriſti proceſſui defectus, ac exceptiones obijceret: caro autem vigilaret, ad oſtentandam ſe in opportuna magis inſtantia.

Fidem optimis probationibus fultã reliquit nobis Chriſtus.

Chriſtus fidei causã funditùs firmauit.

Chriſtus iure optimo teſtimoniũ exhibuit de ſe ipſo.

Igitur oſtendit ſe mundus, quiſnam ſit, ingratum videlicet, ac barbarum: quum indutus carnem Dei filius, *in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.* Ioa 1. 10. Quin potius manifeſtanti tres perſonas proceſſui tribus pertinaciter obſtitit annis, quibus inter Iudæos, & Chriſtum ferbuit concertatio. Et quidem in hoc tota ſtetit contentio; quòd ſe Dominus Chriſtus & perſonam in Trinitatis proceſſu contentam, & eiuſdem proceſſus tabellionem fateretur. Propterea enim dicebant Phariſæi. *Tu teſtimonium perhibes de te ipſo: teſtimonium tuum non eſt verum.* Ioa. 8. 13. Vehemens videtur obiectio: ſed ideo ſublimior reſponſio, quæ talem, ſicut fumum, diſſoluit obiectionem. *Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio, vnde veni, & quo vado: vos autem neſcitis.* Ioa 8. 14. Quid vobis videtur reſponſio hæc? Apparetne inexhauſto ſapientiæ abyſſo digna? Quis iudicabit, reſponſione hac validiſſimæ ſatisfieri impugnationi? *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius!* Roma 11. 33. Habent hoc proprium Dei arcana: vt quò grandiora ſunt, eò magis à ratione aliena videantur, prima facie conſpecta. Perpendite (rogo) integritatem reſponſionis; aduertentes tamen primùm, in cauſa quacumque teſtimoniũ requiri à remotioribus iudicando homini perſonis: at remotio hæc non debet eſſe talis, vt adducantur in teſtes homines illi, qui in republica remotiores ſunt ab homine illo, cuius cauſa agitur in proceſſu: ſed illi homines, qui ab eo ſunt remotiores inter eos, quibus cauſa nota eſt: aliter enim vix illa poſſet fieri probatio. Itaque ſi apud ſolos eſt notitia propinquos, ab his certè debet teſtimonium exigi; adeo vt in cauſa fratrum admittant iura fratrem tabellionem; vt eſt in legibus Caſtellę: & maritum in cauſa vxoris velint teſtem admitti; ſi non eſt alius, qui ferat teſtimoniũ: ca. Ex eo. 15. q. 3. Trinitatis Beatiſſimę teſtis ex viſu in terris erat nemo, vno excepto Chriſto, qui iugiter eam vbilibet intuetur, vt ipſemet docuit ex profeſſo; *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo*; & rurſus; *Nemo nouit Patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Si ergo nullus erat in terris teſtis alius, niſi Chriſtus; certè ſolus ipſe accipiendus erat, eique meritò credendum. Quòd ſi hoc verum eſt; reſponſio eius fuit veriſſima; qua dixit, ſe ſolum ſcire, vnde venerit; nimirum è cęlis, pectoreque paterno.

Teſtes admittendi ſunt propinqui eius, cuius cauſa tractatur; quum non ſunt teſtes alij.

Nauarro. C. inter verba 11. q 3. n. 810. Hiſpaniæ æditionis.

Pragmatica en las cortes de Segouia. anno de xxxij. Petition. lxxxv.

Cap. Ex eo. 15. q. 3.

Ioan. 3. 13. Matth. 11. 27.

Teſtis in cauſa propria admittitur perſona quæque maximæ auctoritatis.

Cap fin. de iureiuran. cap. c. ex ratione de procuratoribus.

Accedat huc probatio alia. Debere ſcilicet ipſammet perſonam, cui competit cauſa, admitti in teſtem, deficientibus alijs, ſi talis perſonæ magna eſt auctoritas, & quæ nunquam mendacio fuit capta, vt textus plures vno commendant. At quis vnquam tantæ auctoritatis, ſicut Chriſtus? aut quando ab eo cecidit verbum, quod poſ-

ſent hoſtes calumniari? Si ergo ſolus hic erat teſtis in terra, eratque ſumma eius auctoritas, & veritas; rectè quidem teſtimonium ſui fundauit in eo, quòd nemo alius ſciret, vnde venerit: nec agnouerit quiſquam, niſi filius ipſe, Patrem ſuum; nec filium quiſquam, niſi Pater.

Nec tamen ſtetit hic reſponſio; ſed tetendit vlteriùs. Verumtamen vt anſulam omnem frangeret calumnię, tamquam recuſatus tabellio, ſocium duxit. Nec vulgarem quidem; ſed qui in orbe vniuerſo auctoritate præſtabat cunctis, quippe ad munus hoc à Deo erat inſtructus, & miſſus. Quodnam cogitatis, fuiſſe ſanctiſſimi Ioan. 1. 6. Prę curſoris officium? Certè eximium hoc, vt Chriſto recuſato ſocius aſſiſteret. Hoc enim attribuit ei textus verbis illis: *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine.* Quod tam illuſtre quidem dedit, vt Ioa 3. 31. cùm ad eum ad indagandam veritatem accederent populi, reſponderet publicè, *qui de cœlo venit ſuper omnes eſt: & quod vidit, & audiuit, hoc teſtatur: qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei aſcendit ſuper eum.* Quid neceſſe eſt (ait) teſtimonij ſocios adhibere? cùm Dominus hic ſumma veritas ſit, vt qui de cælo venit, eſtque ſuper omnes ſimul homines verus, & infallibilis, cui qui non credit, miſerabilis eſt, quoniam numquam videbit ea, quę ipſe dicit vera, quorum in viſione ſumma conſiſtit beatitudo, miſeria ſumma in diffidendo ijs, quæ affirmat ipſe. Et nihilominus apertiſſima hæc Baptiſtę confeſſio non præſtitit, vt malignantes argueſcerent ſcri- Ioan 5. 33 bę. Sed conuicit eos Dominus dicens: *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.* Dictum certè omni refragatione ſuperius. Nam cùm exceptio aduerſus Chriſtum eſſet ex eo, quòd ipſemet de ſe promeret teſtimonium, cuius contradictores committebant Ioanni cauſam totam, nulla profectò relinquebatur iam via, qua poſſent excuſari, poſtquam Ioannes ſententiam tulit petitam, tanta grauitate, tantis neruis, tanta verborum ponderatione intimatam.

Chriſtus recuſatus in cauſa fidei, ſocium ſibi duxit Ioannem.

Simile.

Ioannes præcurſor illuſtriſſimum perhibuit Chriſto teſtimoniū.

Chriſtus conuicit rebelles ei homines, oſtendens ſe vera prædicare.

Videntes igitur ſe obiectione hac nihil proficere aduerſarij, inculcant aliam, malitiosè dicentes, vt ſignum oſtendat aliquod, Matt. 12. 38: quaſi deficiente ſigno fide euacuetur ſcriptura. Hac enim de cauſa dicebant ei, *Magiſter volumus à te ſignum videre*, ſicut dedit Elias Matt 16. 4. ſignum de cęlo. Tunc Chriſtus, *generatio praua, & adultera ſignum* Exod. 31. 18. *quærit, ſignum non dabitur ei: niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Ratio eſt quoniam illa, quę ſigno indiget, tranſlatitia ſcriptura eſt, quę ſcilicet ab originali eſt exſcripta. Et ideo Eliam oportuit ſuæ ſigna veritatis oſtendere, quippe qui ſub ſcripta viuebat lege, lege ſcripturæ, lege teſtimonij. Notandum vocabulum. Scripta illa lex teſtimonium appellabatur adeò promiſcuè, vt quandoque lex, quandoque diceretur teſtimonium. In ipſa enim legis conditione. *Dedit Dominus Moyſi duas tabulas teſtimonij lapideas ſcriptas digito Dei:* tabulas videlicet legis. Atque ita

Miraculis communiri Chriſti doctrinam, quouſque fuerit neceſſarium.

Simile.

Chriſti doctrinam aliter, ac aliorum dogmata doctorum comprobari oportuit.

Teſtimonia prædicationis Chriſti præclariſſima in ſcripturis repetita.

Simile.

Trinitas diuina perhibuit Chriſto teſtimonium veritatis: quam ille prædicabat Trinitatē ipſam.

Scriptura illa tranſlatitia erat, non originalis; quatenus Trinum referebat Deum, qui non originaliter in ſcriptura illa videbatur, ſicut videtur in ſe ipſo: ac conſequenter egebat ſigno, quo muniretur. Chriſtus Dei filius originali agebat proceſſu: atque ideo impudens fuit Phariſæorum petitio. Nam originales ſcripturæ nullo indigent ſigno; ſed interuenientium ſubſcriptionibus perſonarum: ſuaſque adhibuerunt ſubſcriptiones perſonæ tres proceſſui Chriſti, vt explicuimus. Cæterum, quoniam proceſſus hic miſſus fuit extra regnum, in terras nimirum de quibus Chriſtus ipſe: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*: tribus eum tabellionibus comprobari, neceſſe fuit. Sunt autem ſcribæ iſti perſonæ tres Trinitatis diuinæ. Hæ quippe pręterquàm quòd ſuas adhibuerunt ſubſcriptiones, tamquam perſonæ, quarum proceſſus eſt, & ad quas ſpectat, vtpote in eo contentas: appoſuerunt rurſus tamquam ſummæ auctoritatis ſcribæ. In quo matura mente conſiderandum eſt, valdeque mirandum, fuiſſe prolatum bis à perſonis diuinis illuſtriſſimum veritatis Chriſti teſtimonium, vt innuerent nobis, teſtimonium primum datum eſſe à tribus teſtibus Dei filio: ab ſcribis ſęcundum, datum eidem Chriſto, tamquam ſcribæ: quo eum videlicet ſcribam verum comprobarunt. Pater ſiquidem teſtimonium dedit in Iordane, dicens, vt ſcripſit Matthæus: *Hic eſt filius meus dilectus*: *in quo mihi complacui*. Poſtea in monte Thabor iterum dixit, vt refert Lucas: *Hic eſt filius meus dilectus*: *ipſum audite*: id eſt, audite eum, tamquam tabellionem infallibilem. Ego enim tamquam talem probo, approbo, comprobo. Similiter ſcriba tertius, ſanctus ſcilicet ſpiritus, cùm illud primum, quod Pater in Iordane dedit teſtimonium ſua ſubſcripſiſſet aſſiſtentia, quādo *aperti ſunt cæli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe*: ſubſcripſit item teſtimonium ſecundum in die Pentecoſtes, veniens in ſpecie linguarum, quando *apparuerunt diſcipulis diſpertitæ linguæ, tamquam ignis: ſeditque ſupra ſingulos eorum*, in ſcribæ Chriſti auctoritatem, quam promiſerat ipſe, quum eiſdem diſcipulis dixit: *Quum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me*. Quibus verbis luculenter oſtendit Chriſtus, ſe quidem habere comprobationem ſui tribus fultam notarijs: ſicut legitimus quiſque tabellio ſua ſcribis tribus comprobat acta, quum extra regnum mittenda ſunt aliò. Nec omiſit filius Dei ipſe, vtrumque de ſe ipſo dare teſtimonium. Nam poſtquam dedit illud de ſe tamquam de vero Dei filio, veroque Deo, vt ſupra memorauimus: dedit iterum de ſe tamquam de infallibili notario in die, quo maximus fuit populi concurſus, publicè notificans: *Ego lux in mundum veni*: *vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat*.

Doctrina Chriſti teſtificatio facta à Patre, & ſancto Spiritu, repetita fuit, eo modo, quo teſtes ratam ſolent facere confeſsionem ſuam; tametſi Dei verba prima probatione ſunt rata.

Tabelliones requiruntur tres comprobantes legitimū notarium, eum, à quo munita eſt ſcriptura, extra regnū deferenda.

Ioan. 18. 36.

Math. 3. 17.

Lucæ 9. 35.

Math 3. 16.

Actor. 2. 3.

Ioan. 15. 26.

Ioan. 12. 46.

At ſi in vrbe non ſint tres vltra ipſum cauſæ tabellionē; admittitur ipſe ad ternarij complementum.

Videor iam mihi ſubaudire aliquos ex auditoribus mutientes, quòd ſcribæ tres, qui teſtimonium perhibent proprio proceſſus tabellioni, debent ternarium complere numerum vltra ipſum proceſſus ſcribam. Quomodo ergo potuit Chriſtus eſſe vnus ex tribus illis, qui de Chriſto ipſo perhibuere teſtimonium, conteſtantes, eum eſſe ſcri-

Digitized by Google

bam infallibilem? Sed quiſquis hanc nobis difficultatem obtendit, ſciat iam, ſi non nouit, in vrbibus, vbi ſoli ſcribæ tres inueniuntur, admitti eundem cauſæ tabellionem cum duobus alijs, qui eum comprobant authenticum. In loco autem, in quo diuinus hic proceſſus ſcribitur, nempe in Deo ipſo, & in cælo etiam, vbi originalis apertè conſpicitur, tres tantum ſunt proceſſus notarij, ipſæ tres diuinæ Trinitatis perſonæ: atque ita filium ipſum, qui in terras attulit proceſſum, oportuit admitti ex tribus comprobatoribus vnum. Et numerum hunc tabellionum in maxima hac fidei prædicatione infallibilem eſſe, notum fecit Chriſtus ipſe, dicens, *Et ſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo; verum eſt teſtimonium meum: quia ſolus non ſum; ſed ego, & qui miſit me Pater: & teſtimonium perhibet de me, qui miſit me Pater.* Et rurſus: *Paraclitus teſtimonium perhibebit de me.* Quid moror? Aureum habemus textum in propoſitum. Diuinum intenti audiamus Ioannem: totam hic machinam diuinitùs elucidat, dicens in ſua prima canonica: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus; & hi tres vnum ſunt.* Mirabile dictu. Cùm tota tum teſtium, tum auctoritas ſcribarum conſiſtat in eo, vt conteſtes ſint omnes; quanta (rogo) erit auctoritas doctrinæ, quæ tribus eſt comprobata notarijs conteſtibus adeo, vt non ſolùm conformes, ſed vnum penitùs ſint omnes? Vna ſubſtantia, eſſentia vna, vnus intellectus, vna voluntas, nullum diſſidium, diſcrepantia nulla, nullum diſparitatis indicium.

Ioan. 8. 14 | Ioan. 15. 26. | Ioan. 5. 7.

Chriſtus iure optime potuit teſtimonium de ſe ipſo perhibere.

Trinitatis diuinæ præclariſsimũ teſtimoniũ.

Nihilominus, cùm nemo recuſet oſtendere id, quod nullius eſt aut impenſæ, aut diſpendij, quod Hiſpani dicimus: *Al buen pagador no le duelen prendas*; exhibuit Chriſtus ſui ſignum proceſſus; imò ſigna multa; quin etiam & plura, quàm æmuli poſtulaſſent. In tantum, vt frenderent rabidi, videntes tot, tamque præclara Chriſti ſigna, vt planè agnouerint, eis conuincendos eſſe homines vniuerſos. *Hic homo* (aiunt) *multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum.* Quin etiam, quia nobilis quiſque etiamſi portet in aliud regnum confeſſionem patris ſui, qua eum confitetur filium, plenumque illorum, qui id ipſum ſciunt, teſtimonium, ſolet inſuper teſtimonium aliud quærere ab ijs, qui ſunt in regno illo, in quod aduenit, quo teſtificentur, hominem hunc, qui hæc præſentat ſcripta, eſſe eum, qui in eis continetur: ideo Chriſtus Dominus cùm expreſſam haberet Patris ſui confeſſionem, qua illum confeſſus eſt filium, & illuſtre quoque Spiritus ſancti teſtimonium, addidit nihilominus aliud in eiſdem terris, in quas venit, Ioannis Baptiſtæ teſtimonium; quod & perhibuit verbo; & ſigno communiuit. *Ipſe* (ait) *eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Et ſignans cum digito, addidit; *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt Filius Dei.* Vidi (inquam) quoniam, *qui miſit me baptizare, ille mihi dixit; ſuper quem videris Spiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto:* Ecce Ioannis ſubſcriptio coniuncta ſigno; illi nimirum, quod digito fecit, ſi-

Ioan. 11. 47. | Ioan. 1. 27 | Ioan. 1. 29

Fides Chriſti pluribus teſtimonijs, & ſignis roborata, quàm quæ exigebantur neceſſariò.

Simile.

Teſtimonij perhibuit Chriſto præcurſor eius Ioannes illuſtriſſimum.

Chriſti auctoritatem mirificè fulcijt Baptiſta Ioannes.

grans Chriſtum. Eſt tamen noua, aliunde ſumpta à vobis obiectio, aſſerentibus: ſi originalis Trinitatis proceſſus in terras à Chriſto allatus eſt; nihil ergo reſtat videndum in cæleſtibus. Sed reſponſio eſt homines, dum in terra verſantur, litteratim legunt proceſſum hunc; nempe quamlibet per ſe litteram pronuntiando, ab alijs litteris ſolutam: quod Hiſpani dicimus, *Deletrear:* in cælo autem legunt eum beati verbo integro, cùm integrè omnia videantur in verbo. Pro quo recolendum eſt, quod ſermonis initio conſtituimus, Deum eſſe A, & O, *Ego ſum* (inquit) *Alpha, & Omega, principium, & finis.* Cur Deus A, & O? Deerat ne excelſior alia Dei ſignificatio, vt puerilibus ſe litteris comparet? Sanè aptiſſima eſt pro præſenti ſtatu comparatio. *Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus; & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam cùm apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum, ſicuti eſt.* Itaque in cælo legitur ab hominibus Deus, ſicuti eſt; quoniam ibi ſunt homines Deo ipſi fœliciter ſimiles: atque adeo magni; qui tam magni, legunt iam diſertè verbum integrum. Nunc filij Dei ſumus: at nondum apparuit, quid erimus: & ideo legimus, tamquam paruuli filij litteratim. Quidnam eſt legere, A, A, A? Non ne litteratim legere ſcripturam? Non ne legere, O, O, O, eſt ſimiliter legere litteratim? Paruulorum ergo eſt filiorum: Attendite quæſo. Dixit Ieremias, *A, A, A, Domine Deus neſcio loqui;* ſubdit cauſam, dicens: *quia puer ego ſum.* Dixit Paulus O: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles viæ eius!* Ecce O, dicit Paulus, incomprehenſibile confeſſus Dei myſterium, additque poſtea: *Cùm eſſem paruulus loquebar, vt paruulus:* quoniam legebam myſterium litteris ſolutis. Conſtatque ex verbis ipſis, loqui ibi Paulum de huius cognitione myſterij, cum dicat: *Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit, quod perfectum eſt; euacuabitur, quod ex parte eſt. Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus; ſapiebam vt paruulus: cogitabam, vt paruulus, quando autem factus ſum vir: euacuaui, quæ erant paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem.* Et quidem littera A, & littera O, tales ſunt, vt ab infantibus etiam nec intelligentibus, nec ſcientibus loqui, proferantur. Qui igitur dixit A, A, A, & qui dixit, O altitudo, manifeſtè fatentur, quidquid intelligimus, quidquid loquimur in ſæculo hoc de ſublimiſſima Dei, eiuſque Trinitatis celſitudine, infantilem eſſe locutionem, notitiam infantilem. Et verò littera A, A, A, ter pronuntiata, Deum denotat vnum Trinum: littera etiam O, eundem Deum. *Spiritus eſt Deus:* & A ſpiritus eſt; ſimiliter O ſpiritus. Nam ad edendum ex ore A, nulla profectò opus eſt diligentia; ſed ſola oris apertione emiſſo ſpiritu. Reliquæ litteræ induſtrioſa labiorum, linguæque motione pronuntiantur, qua neſciunt infantes vti, vt qui propriæ litterarum ſignificationis ignari: A & O, ſolo habitu laxati proferuntur oris: ſolo hoc inter A, & O diſcrimine, quòd A ore penitus aperto, minùs aperto egreditur O. Eſt ergo ſpiritus vtraque littera. Sed & vlterius diuina Dei Trinitas A ter pronuntiato deſignatur. Etenim A,

Deus eſt A, & O.

Dei cognitio in terra eſt paruulorum: magnorum in cælo.

A, & O, eſt Deus ipſe.

A, ſpiratio ferè eſt.

O, ſpiratio fermè eſt

Trinitas diuina deſignatur littera A, ter prolata, ſeu ſcripta.

Apoc. 1. 8.

1. Ioan. 3. 2.

Ierem. 1. 6

Roma. 11. 33.

1. Corint. 13. 11.

Ioan. 4. 24.

Digitized by Google

A, A, vnum quidem eſt A, ſed ſimul A tria: vnum ſubſtantia, tria prolatione: Sic Dominus Deus vnus omnino eſt, non tres Dij, non tres Domini, non tres eſſentiæ, ſed vnica prorſus: & eſt tres nihilominus: perſonæ tres realiter diſtinctæ. Item A, A, A, tres vndecumque ſunt æquales: ita & diuinæ tres perſonæ. Nec vna prius alia, ſicut vnum A non eſt alio prius. Ponamus A, A, A, in triangulo tria, vnum in altari, in choro aliud, & aliud in ſuggeſto. Quæro, quodnam horum prius, quodnam eſt A poſterius? Dicent, qui ſedent iuxta altare, primum ex his A, eſſe illud, quod in altari vident: ſed qui in choro ſunt, dicent, prius eſſe, quod legunt in choro, ſicut & qui ſunt iuxta ſuggeſtum, dicent, primum eſſe, quod eſt in ſuggeſto. Quomodo quoduis horum primum? Vtique nullum ex his A, primum eſſe, inde conſtat, nec poſterius: ſed ideo videri poſterius, aut prius, quòd vnicuique veſtrum prius videtur illud A, quod eſt in loco, in quo ipſe ſedet, eò quòd ipſe ab eo numerare incipit. Nulla quidem ex diuinis perſonis alia prior eſt, ita vt aliquod vmquam fuerit inſtans, in quo fuerit pater, cùm nondum eſſet filius: ſed ex quo pater fuit, fuit ſimul filius, ſimulque ſanctus Spiritus, ſola originis, non temporis, prioritate in Patre præcedente, qua duobus eſt perſonis anterior, & prior ſancto Spiritu Filius. Nam quantum ad tempus, *in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius: nihil maius, aut minus: ſed tota tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales.*

Trinitatis perſonæ tres, cùm vnum idem eſſentia ſint penitus, ſunt omnino æquales, & coæterna.

Athanaſius in ſymbolo fidei.

Procedit vlteriùs prædicta litteræ A, & litteræ O ſignificatio, quoad præcelſum Trinitatis propoſitum. Eſt enim A alphabeti principium, ſicut Deus initium rerum vniuerſarum: O, circulus perfectus: in quo neque finis eſt, neque principium. Sic & Dominus Deus. Sed eſt præterea A, A, A, ter repetitum ſtupendæ nota admirationis. Hac enim abſorpt⁹ dixit Ieremias, *A, A, A, Domine Deus, neſcio loqui.* O, item admirationis interiectio: licet in probationem verba afferre Poëtæ.

Admiratio profundiſſima efluit ex Dei cognitione.

A, ſignum admirationis.

O qualis facies! & quali digna tabella!

Iuuenalis

Quo intellectu admirans Deum, dixit Paulus: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei!* Sanè quiſquis notitia aliqua Trinitatis afficitur, quantauis illa ſit, etiam primæ dumtaxat litteræ, videlicet A, profundiſſima is admiratione abſorbetur. Quid ni abſorbeatur? Cùm vel ſolum Dei nomen in ſummam homines admirationem inducat? *Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.* Sic incipit pſalmum Regius Vates. Qui cauſas admirationis enarrans, ratum denique facit dictum hoc ſuum, eis ipſis concludens pſalmum verbis: *Domine Dominus noſter; quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!*

Roma. 11. 33.

Pſal. 8. 1.

Trinitas diuina ſtupenda eſt admirationis, tam conſiderata quàm perſpecta.

O, ſignum admirationis.

Deũ quiſquis cognoſcit: maximopere admiratur eũ.

Amplius adhuc. Diuinæ huic & admirationi, & agnitioni exacta præceptorum eiuſdem Dei obſeruantia iugis eſt comes. Eſt ſocia cognitionis obſeruantia: quoniam, qui Deo parere non ſtudet, minime quidem illum agnoſcere inchoauit. *Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt. Et ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam, eſt radix immortalitatis.*

Cognitio vnius Trini Dei ſumma eſt admirationis.

ait

ait Sapientia. Vnde qui non ſeruat conſummatè iuſtitiam; is nec agnoſcit Deum, nec figit in ſe immortalitatis radicem, qua eundem Deum in Trinitate videat in æternum ſanctæ Trinitatis cognitionem regulam fidei dicit Hieronymus. Meritò regulam; quoniam intima Dei cognitio hominem componit totum, tam quoad intellectum, quàm quoad omnes diuinæ reuerentiæ, obſequij, ac cultus actiones. Appoſitè Baſilius Chriſtianæ religionis proprium dixit dogma hanc eandem notitiam Trinitatis. Nec huiuſmodi hominis, qui Dei obſequio, & cultui incumbere negligit, tanta eſt de mirabili Trinitate cognitio; vt pariat in eo admirationem. Quæ enim cognitio facit admirari, facit & reuereri: quæ reuereri facit, ea quidem facit obſequi, ſubijci, parêre, rapi poſt rem ipſam admirandam. Numquam ego dicam, verè admirari diuinæ Trinitatis cognitione hominem illum, qui terrenis inhæret affectibus. Diximus, eos Seraphinos, qui tantæ eleuantur admiratione celſitudinis, alis vti ſex, duobus pedibus: pluribus nempe quàm pedibus alis: ad deſignandum, homines Trinitati propinquos, multò magis tangere cæleſtia, quàm terram. *Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Vbi quamuis Origenes intelligat Dei faciem, & pedes, quæ eſt & Hieronymi lectio: tamen apud Chaldæum eſt, *Velabant faciem ſuam, & pedes ſuos:* propriam nimirum eorundem Seraphinorum faciem, & pedes ſimiliter proprios. Hæc eſt Pagnini verſio, quā Chryſoſtomum ſequitur. Velant Seraphini pedes ſuos ſub alis, eò quòd admirabilem Trinitatem quiſquis eo minùs agnoſcit; à pedum vſu abſtractus eſt, minimè terram tangens, nec terreſtria. Quin & faciem abſcondit ſub alis, ne terrenas res intueatur; ſed ſolum Deum intentus contempletur. Ex volucribus cunctis, quæ altiùs, quàm Grues volent, vidimus nullas: adeo, vt cùm magno ſint corpore, minimi nobis paſſerculi videantur, dum volitant. Aues hæ dormiunt capite ſub ala condito, alternis pedibus inſiſtentes, vt Plinius ſcribit; ita vt numquam duobus tangant pedibus terram; ſed vnum ſemper eleuent ſub alis. Quiſquis diuinæ huius maieſtatis conſiderans celſitudinem, verſus Empyreum volat cælum; is quidem profundiſſimæ contemplationis ſomno dormit ſopitus, abſcondita ſub alis ſpiritalibus facie, ne reſpiciat ad terreſtria; vno elato ſub ala pede, niſus ſurſum aſcendere: vno dumtaxat tangens terram, quatenus ſæculi rebus, ad tranſigendam vitam, vti neceſſe eſt. Ideo eos homines, qui ſuauiſſima hac in contemplatione verſantur, vana ſemper deſpicere, vitia omnia, ac inquinamenta declinare, & ſacræ litteræ, & patres vniuerſi concludunt. Ex quibus eſt B. Baſilius, qui varijs ſcriptis amœniſſimam hanc Dei præſentiam potentem dicit, *ad tollendam euagationem mentis, ad frænandam iram, ad fouendam charitatem, ad ſpernendas laudes humanas, ad diligentiam excitandam, ad incendendam orationem, ad comprimendam omnem diſtractionem, ad peccandum vitandum.* Sanctus Ephrem, *Continua Dei recordatione turpes animæ paſſiones recedere, inſtar maleficorum, prætore accedente.* Quòd ſi adeo hebes eſt mente, vt mentali hac Dei contem-

Obſeruatio præceptorum Dei propriè tua comes cognitionis eius.

Cognitio Dei ſecum affert ingentem mandatorum eius obſeruantiam.

Præcepta Dei ſedulus obſeruat, quiſquis eũ intime cognoſcit.

Trinitatis diuinæ cognitio regula fidei, ac benè viuendi.

Deum quiſquis verè cognoſcit, admiratur, obſequitur, abſtrahitur à terreſtribus ad Deũ ipſum.

Seraphim alis velantes faciem, & pedes, deſignant contemplantes Deum homines à terreſtribus abſtractos.

Simile. Grues ſymbolum hominum contemplationi incumbentium.

Sapi. 15. 3.

Hieronymus epiſtola ad Maxim.

Baſilius l. 2 contra Eun.

Iſai. 6. 2.

Orig. in cap. 6. Iſaiæ.

Hieron. epiſt. 142.

Chald. Iſai. 6.

Pagn. ibi.

Chryſoſto. Iſai. 6.

Plinius li. 10 hiſtoriæ cap. 23.

Baſil Regula 21 ex breuioribus & Regula 29. ibid. Regul. 34. & 37 & 20. & 202. & 306. & Regula 5. ex fuſis. & lib. de conſtantia men. cap. 2 & l. de virginitat.

Ephrem ſerm. de virtute ca. 10 to 1.

platione non eleuetur à terreſtribus:agnoſcat hic ſaltem, ſe ab eodem Deo vbique videri, vt à terrenis noxis ſe contineat. Audiamus Boëtium aſſerentem: *Magna nobis indicta neceſſitas eſt rectè viuendi: qui omnia facimus ante oculos iudicis, cuncta cernentis.*

Boëtius de conſolatione Phil in fine.

Pſal 118. 18.

O beatiſſima, ô glorioſiſſima, ô puriſſima Trinitas! O Deus magne, & admirabilis! *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Si de lege tua nouit conſideraturum ſe mirabilia ſanctus ille Rex, ſi oculos eius reuelares: quanta nos mirabilia de te ipſo conſiderabimus, ſi noſtros oculos reueles, ad ſuſpiciendam tam mirabilem, tam ſuauem, tam gratam, tam glorioſam celſitudinem? O Pater æterne, qui æternum iugiter generas filium: *Miſerere noſtri, & benedic nobis: illumina vultum tuum ſuper nos, & miſerere noſtri.* Illumina (inquam) ſuper nos hunc, quem gignis filium: qui vultus eſt tuus: quo ſi nos illumines, copioſa in nos tua benedictio eſt, ſumma benignitas. O fili Patris dilectiſſime! *Oſtende nobis Patrem tuum, & ſufficit nobis.* Quoniam *Patrem quis nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare?* O pie Pater! ô fili dilectiſſime: mittite vterque in nos Spiritum ſanctum; qui nos *docebit omnia,* ipſam imprimis diuinam Trinitatem; & *ſuggeret nobis omnia, quæcumque* tu, ô Dei vnice fili dixiſti nobis, fieri oportere; vt diuinæ huius Trinitatis cognitio in nobis augeatur, & cognitione obſeruantia; & ipſa rurſus obſeruantiâ cognitio, qua feramur in dies in cæleſtia: vbi te vnico Deo, Trinitate beatifica, Patre, Filio, & ſancto Spiritu fruamur.

Pſal. 66 1.

Ioan 14.8

Matth 11. 27.

Ioan 14. 26.

Digitized by Google

DE EODEM VNO TRINO DEO.

SERMO IV.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Matth. 28. 18.

Mariæ poteſtas maxima ad impetrandum nobis, quidquid poſtulat.

MAGNVM eſt cognoſcere Deum in perſonis tribus, eiuſque gratia & purificari, & vniri ei; quandoquidem vnigenitus eius dicens, ſibi datam eſſe poteſtatem in terris omnem, & omnem in cælis, in id vtitur ea, vt hac nos Dei imbuat cognitione, cum ſacro exhibita baptiſmo, quo animi hominum & purificantur à ſordibus, & Deo media gratia copulantur. Tanti eſt apud diuinum Dominum huiuſmodi vſus poteſtatis, vt cùm hanc eandem impertiatur ipſe matri ſuæ, ſicut & ipſe accepit à Patre: velit, vt mater ipſa in hoc quoque exerceat poteſtatem ſuam, vt miniſtra ſit præſtandæ nobis gratiæ, tum ad Deũ cognoſcendum, tum ad vniendas ei animas noſtras. Verba (quæſo) audiamus, quæ ad Deiparam ipſam loquitur Anſelmus, *Tantummodò velis ſalutem noſtram: & vere nequaquam ſalui eſſe non poterimus.* Magna Deiparæ poteſtas. Mater noſtra eſt: omni ferè potentem habemus matrem. Simus, fratres, prudentes; fruamur hac matris noſtræ poteſtate, orantes eam, vt hanc nobis impetret gratiam ad loquendum, *Aue Maria.*

Anſelmus de excellentia Virgin. ca. 12.

Aue Maria

Trinitatis feſtum cur abſque pōpa.

Trinitatis feſtus dies cùm æternus ſit: vno ab Eccleſia dies ſumatur temporali.

Inacceſſibile ſacro-ſanctæ Trinitatis arcanum adeo eſt inacceſſibile, vt militans Eccleſia quaſi à longe celebret illud, dum in feſto hoc, nec illa vtitur pompa, quæ tantæ debetur maieſtati: nec illa in ſuggeſtis explicatione myſterij, quæ plena ſit tantæ expreſſio celſitudinis. Nam præterquàm quòd perfectam eius claritatẽ Eccleſia iſta nõ aſſequitur; inſtruit inſuper ſuos prædicatores, vt in tanti prædicatione myſterij non totam populo ſublimitatem ediſſerant, quam ſibi ipſis aſſequuntur. Nec aliud quidem patitur prudentia: cùm minimè valeant auditores vna portare concionis hora id, in quo plures inſu-

munt annos. Eſt verumtamen alia omittendi apparatus ratio, atque adeo reducendi ad ſummariam explicationem myſterium, ipſamet feſtiui diei abbreuiatio, qua ad temporalem reducitur diem ſolemnitas illa æterni diei, qui vniuerſos annorum & dies complectitur, & menſes. Etenim præſens hic dies nequaquam eſt dies Trinitatis, ſicut alij Sanctorum, Chriſtique feſti dies proprij ſunt celebratarum in eis ſolemnitatum. Dies B. Ioannis verè dies eius eſt, & feſtus dies; quoniam die illo natus eſt Ioannes: ſicut & Petri, ac Pauli proprius eſt dies, quòd in eo illi glorioſam ſint martyrio lauream conſecuti. Qua ratione dies natalis Domini, & reſurrectionis eius proprij Chriſti dies ſunt: quoniam effectu in die natali eſt natus, & paſchali in die reſurrexit. Quin etiam & dies Pentecoſtes proprius eſt ſancti Spiritus dies; propterea quòd in eo ſanctus ipſe Spiritus viſibili apparuerit ſpecie; imbuens donis diſcipulos feruoris, & omnium pronuntiatione linguarum. At diuinæ huius Trinitatis quiſnam eſt dies? Quod (rogo) eſt Trinitatis myſterium? quæ ſolemnitas? Solemnitas hæc, & hoc myſterium tale quidem eſt. Deus generat verbum mente ſua; quæ eſt propria filij generatio, qua generans conſtituitur pater; filius ille, qui ſic gignitur. Amant ſe mutuo hi amore tanto, quanto amatu ſunt digni. Vnde quoniam vterque immenſus eſt; eſt immenſus & amor, penituſque infinitus. Quapropter & amor ipſe Deus ipſe eſt; tertia videlicet perſona, à duabus illis, & à Patre procedens, & à Filio. Hæc eſt ſancta Trias, vnus Deus. Nunc quæro à vobis, quiſnam eſt diuinæ huius Triados dies? Dicetis, ille, in quo generauit Filium Pater; in quo ſanctum ambo ſpirauerunt Spiritum. Benè: ſed dies iſte qualis eſt, & quantus dies? Dixit Filius ipſe pſalmographis labijs: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.* Hodie? Quodnam illud hodie? Perpendite (obſecro) auditores: perpendite, & plaudite. Quomodo poteſt dicere filio pater aliquis, *ego hodie genui te?* Quo enim pollet intellectu filius quiſquam in die ipſo, quo genitus eſt, vt poſſit pater eius cum eo tunc ſermocinari? Quave diſcretione, atque loquela; vt intelligat eiuſdem Patris dictum; referatque alijs auditoribus, dicens: *Pater meus dixit ad me: ego genui te hodie?* Hodie te genuit pater tuus; & iam verba eius percipis? Iam ſcis ea alijs enarrare? O admirabile myſterium! Hinc agnoſcetis, auditores, quantum ſit inter diuinam hanc, carnaleſque generationes diſcriminis. Neſcit carnalis filius in ipſo generationis die loqui: neſcit intelligere: at diuinus hic filius, qui mente gignitur, non corpore, in ipſo ſuæ generationis die plenè ſapiens eſt, plenè Dei Verbum, plenè immenſus, omnipotens, perfectus; qui non plus, minuſve vno ſciuerit die, quàm die alio; fuerit minùs potens vno, quàm alio vmquam inſtanti. Quod idem in ſancto elucet Spiritu: qui numquam creuerit ardore: nec vllo aliquando die non infinitus extiterit amor, Deus ſummè potens, ſummè glorioſus. quis ergo eſt dies ille, in quo dixit ad filium Pater Deus, *Ego hodie genui te?* in quo Spiritus ſanctus ſimiliter proceſſit ab vtroque?

Trinitate in diuinæ iugis eſt ab æterno generatio: ab æterno ſpiratio iugis.

Pſal. 2. 7.

Generatio Verbi diuini iugis eſt ab æterno.

Digitized by Google

Dicite vos, quiſnam is dies fuerit; vt Trinitatis feſtum magna in eo pompa celebremus. Ille quippe proprius Trinitatis eſt dies, in quo fuit genitus Deus filius, in quo ſpirata tertia ab eis perſona. Sanè dies hic eſt æternitas tota: vniuerſa ęternitas proprius dies eſt, in quo gignitur filius; Sanctus à Patre, & Filio, procedit Spiritus. Nam cùm mirabilis hæc filij generatio purè mentalis ſit, qua Deus nimirum intuens ſeipſum, integram ſui ipſius exprimit imaginem, ſeu verbum, quod imago ipſa eſt, exprimenſque dicit verbum ipſum, cùm dictio ipſa vera expreſſio ſit; conſequens eſt, proprium generationis huius diem non eſſe alium, quàm diem ipſum diuinæ intellectionis, qua videt ſe Deus, ſuique conſequenter exprimit imaginem, ſeu verbum, qui filius eſt ipſe. Nemo autem ignorat, diem illum, quo Deus ſe intellexit ipſum, plenamque ſui mente imaginem concepit: totam quidem eſſe abſque principio æternitatem; cùm Deus ipſe æternus ſit abſque vllo, ſicut ſine fine, principio. Se ipſum habuit præſentem Deus ſemper: ſemper ſe intellexit, & agnouit; & agnoſcit hodie, intelligit, concipit, intuetur: ſemper igitur filium genuit, & gignit, nullo prætermiſſo in ęternitate die, nec inſtanti, in quo ceſſet iſta verbi conceptio, iſta, quæ eadem eſt, filij generatio. Dies ergo, in quo ad Filium dixit Pater, *ego hodie genui te*, ille [illegible] dies, in quo dictum hoc narrauit Pſaltes; & dies item [illegible] fuit alienus initio; & dies hic, in quo prædico ego [illegible] tum vos auditis, Pater generat filium eodem, [illegible]. Vnde & Sanctus Spiritus ſemper proceſ[illegible], proceditque hodie; cùm ſemper tantus inter Patrē, & Filium intervenerit amor, quantus eſt Pater ipſe, quantus eſt Filius, inuicem dilecti. Igitur Sanctiſſimæ Trinitatis dies omnis dies eſt, æternitas tota. Quomodo ergo poterit militans Eccleſia vno ſummatim celebrare die primariam hanc feſtiuitatem, quæ æterno in ſe ipſa feſto celebratur? Deſignetur ergo, ait Eccleſia, vnus è noſtris dies, qui commemorationis potiùs, quàm feſti dies videatur, omni omiſſa pompa; ne deſipiat populus, putans, ſi pompam videat, eam eſſe feſto conſentaneam.

Trinitatis diuina æterna proceſsio mentalis.

Vnum illud valde erit è re noſtra: ſi conſideremus, proprium, ſi quis eſt in terris diem Trinitatis, eum quidem eſſe, in quo Trinitas ipſa dilectam ſibi aduenit in animam. Nam ſi incarnati verbi dies eſt ille, in quo verbum venit in vterum virginis; dieſque Sancti Spiritus ille, in quo Spiritus hic in diſcipulos venit, erit vtique feſtus Trinitatis dies ille, in quo venit in nos Trinitas ipſa. Nullus eſt autem dies aliquis, in quo Trinitas hæc ſingulari aduentu deſcendiſſe in Eccleſiam perhibeatur: at ſunt dies multi, quibus dilectas ſibi aduenit in mentes. Quinam dies? Atqui dies ille, in quo exiens anima à peccato, amat iam Deum ſuper omnia, dies proprius eſt, in quo venit in eam beatiſſima Trinitas. Imo ideo non venit ſignato die aliquo in Eccleſiam, vt diebus omnibus in animas multas venire cognoſcatur. Ipſa profitetur his Trinitas verbis, quæ dixit in terra Dei filius: *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus* Ioa. 14. 23

Trinitatis feſtus dies eſt ille, in quo venit in animam iuſti Trinitas ipſa.

diliget eum: & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Ideo diuinæ huius Triados notitia cum baptiſmo ſimul exhibetur, eo quòd baptiſmate infundatur gratia, atque adeo charitas, qua ſic ablutus diligit, ſi ritè diſpoſitus eſt, ſuper omnia Deum: qui in eodem inſtanti aduenit alacer in animam, fœlicemque in ea facit manſionem.

Venit in aquis Deus in animam, tam quoad mentalem cognitionem, quàm quoad exactam purificationem eiuſdem animæ, hominiſque totius. Conſtat notitiam dari cum aquis: *Docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Docete, ait, diuinæ nomen Trinitatis, ecce mentis cognitio, purificatio verò planè oſtenditur baptiſmate ipſo, quo in Trinitatis nomine abluitur homo. Eſt appoſitiſſima huius figura aqua illa, quæ aſpiciente Ezechiele, è templo Domini prodibat. *Ecce aqua egrediebãtur ſubter limen domus. Cùm egrederetur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquam vſque ad talos. Rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad genua. Et menſus eſt mille, & traduxit me per aquam vſque ad renes. Et menſus eſt mille, torrentem, quem non potui pertranſire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt trãſuadari. Et dixit ad me: certè vidiſti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis.* Deſignatur aquis his beatiſſima Trinitas perſpicuè adeo, vt facilè credam, textum hunc à prædicatoribus alijs in hoc propoſito digeſtum. Nam trina hæc aquarum in vna eadem aqua dimenſio perſonas tres in eſſentia vna luculenter oſtendit: immenſam necnon profunditatem myſterij in eo, quòd homo quicumque eximium hoc pelagus ingreditur, abſque dubio ſubmergitur, ſi pergat profundiùs perſcrutari. Hucuſque (vt reor) à concionatoribus ediſſertum: Sed pulchra hæc loci interpretatio firmum eſt nobis fundamentum, ad enucleanda, quæ multa in hoc ipſum inſtitutum confluunt ex aquis iſtis circumſtantia.

Trinitatis myſterium diuinitus figuratum prophetia Ezechielis.

Ezech. 47. 1.

Imprimis nominat ſæpe aquam propheta nullo ſpeciali aquarũ diſcrimine: trina deinde aquarum diſtinctione proſequitur: vt tres in eſſentia vna innuat perſonas. Eſt enim Deus aqua: tum ob puritatem, qua & eſt mundus, & mundat; tum ob refrigerium, ac ſuauitatem, qua & homines oblectat, & Angelos. Hæc aqua eſt, quam dixit Chriſtus *aquam viuam*, & ſubdidit: *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Aqua autem abſolutè perſpecta in tres diſtinguitur portiones omnino diſtinctas, cùm aqua vna ſit. Eſt enim aqua maris, fontis, fluminis: quam quis vnam eandem aquam ignorat? cùm à fonte videat continuata flumen prodire aqua, quæ ingreditur mare? Sed quis ignorat eſſe penitus diſtinctum à fonte flumen, mare à flumine, & à fonte? Non ſecus, cùm Deus vna eadem entitas ſit, eſſentia vna; eſt nihilominus perſonæ tres, Pater à Filio diſtinctus, & diſtinctus à Patre, ſicut & à Filio, Sanctus Spiritus. Mirandum magis vtrobique: quòd, ſi in aqua ſcrutemini, quodnam prius eſt, fons, flumen

Deus aqua deſignatus. Simile.

Ioa. 4. 11.
Ioan. 4. 13.

Aquæ diſtinctio trina ſymbolũ diuinæ Trinitatis. Simile.

Maris, fontis, & fluminis diſtinctio, cùm vna eadem ſit aqua. Simile.

Caue, ne confundas nomina prius, & primũ. *Mare principiũ aquarum omniũ.* *Flumina quadamtenus prima: cùm mare ingrediãtur.* *Fontes ita primi ſunt collati fluminibus, ac mari, vt mare etiam, & flumen ſint prima.* *Fontes fiunt ex fluminum aquis, terrã penetrantibus.* *Pater æternus mare eſt.* *Christus, filius Dei, fons eſt aquæ viuentis, & vitæ.* *Spiritus S. flumen eſt aquæ viuæ.*

aut mare: quoduis horum ita videbitis primum, vt neutrum prius agnoſcatis. Mare quis non videt omnis aquæ principium; cùm ab eo nubes exhalentur, ex quibus & fontes procedunt, & flumina? Textus expreſſus eſt, omnem penitus aquam eſſe maris, apud Geneſis primum: *congregationeſque aquarum appellauit maria.* At quis neget ſimiliter certum, flumina eſſe prima, cùm ipſum mare ingrediantur? Notauit Salomon, & dixit, *Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Ecce vtrumque dicit primum; & alio prius neutrum. Fons quoque primum quidem eſt; adeo vt cuiuſuis rei origo, ſeu principium fons paſſim nominetur. Eloquentiæ Principis ſunt verba hæc: *Nec in ſenatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitaui.* Comparatum quoque fonti flumen eſt primum: ſiquidem ex fluminum aquis aluntur fontes. quod indubitabile experimentum eſt: cùm pluuiali tempore, quo fluuij ſunt pleni, fontium quoque ebulliat ſcaturigo, quæ etiam languet, quum flumina langueſcunt. Eodem modo ex perſonis tribus, ſi primam quæratis, quęuis eſt prima. Pater mare eſt, fons Filius, flumen Sanctus Spiritus: quilibet primus: nullus alio poſterior. Georgius Venetus: *Mare dici poteſt Deus, qui eſt quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum, & cùm in ipſo Deo omnia contineantur, meritò collectione deſignatur aquarum.* Filium eſſe fontem, exprimit Ieſus Sirach. dicens: *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis.* Sicque ex multis alijs ſcripturarum verbis intellexerunt Origen. & Ambro. Sanctum Spiritum vocat flumen Propheta. *Flumen Dei repletum eſt aquis.* Quodnam eſt Dei flumē niſi Spiritus Dei? Multa in ſcripturis ſcribuntur flumina: hoc in pſalmo Dei ſingulariter flumen, quod repletum ſemper, numquam creſcens, nec decreſcens. Flumen exiens à mari, à prima nempe Trinitatis perſona, & à fonte etiam, videlicet filio: ſiquidem à Patre, Filioque procedit Sanctus Spiritus. Sicut ergo mare primum eſt, fons eſt quoque primus, primum flumen: ita eſt primus Pater, Filius non poſterior, neque poſterior Sanctus Spiritus, cum nullum vmquam fuerit inſtans, in quo perſona Patris extiterit, non exiſtente perſona Filij, & Sancti Spiritus perſona tametſi Pater. Filio eſt origine prior, vt qui filium gignit, ſuumque ei: eſſe communicat, vt pelagus fonti, atque Pater, & Filius vnum Sancti Spiritus principium, non tempore prius, ſed origine, vt cum B. Thom. dicunt Theologi. Et quamuis Pater non recipiat eſſe à perſona ſecunda, nec à tertia, ſicut mare recipit à flumine aquam, & à fonte: habet tamen à Filio Pater terminum Paternitatis ſuę, qua Pater eſt, ita vt non eſſet Pater, ſi non gigneretur ab eo filius, eo ferè modo, quo cùm mare communicet ſuam fonti, & flumini aquam, excipit nihilominus eam à flumine, & fonte, quamquam non eſt omnimoda vtrinque ſimilitudo. Valde difficile videtur indoctis, quòd non ſit antiquior Filio Pater: ſed intende huc quiſquis hîc hæres. Dicito mihi, fuiſtine pater, antequam eſſet filius tibi? Minimè quidem. Quoniam ratio, qua pater conſtitutus es, fuit filij natiuitas, ſeu ſal-

Gen 1 10. Eccleſ. 1 7. Cicero ad Brutum. Georg. Vene. Cãtic. 1. tom. 7. cap. 12. 14 & 28. Eccli. 1. 5. Orige. Homil. 19 in Ioſue. Ambr. li. 3. de paradi. & lib. 1. de Iſaac. Pſalm 64. 10. S. Thom. 1. p. q 42. art 3. & q. 40 art. vl. & q 42 ar. 1. & ad 2. Caieta ibi

Trinitatis diuinæ perſonæ tres omnino coæternæ, vt nulla ſit prior, nec poſterior. *Simile.*

Digitized by Google

tem conceptio, nec aliunde eſſe pater potuiſti, quàm ex eo, quòd gigneres filium. Non ergo potuit Deus priùs eſſe pater, quàm filius, cùm ſine filio nemo ſit pater. Audio te dicentem, te quidem non fuiſſe priùs patrem, quàm eſſet tibi filius, fuiſſe tamen te hominem ante, quàm filius tuus eſſet homo: atque adeo quamuis Deus non fuerit priùs pater, quàm filius, fuiſſe tamen (vt videtur) Deum verum, antequam eſſet Pater, & filius. At certè & in hoc adeſt aliquod ex humana generatione fundamentum. Etenim in matre prȩgnante duæ perſonȩ ſunt, mater, & filius, quæ cum diſtinctæ ſint duæ, eſt tamen quaſi vna quodammodo ſubſiſtentijs duabus ſubſiſtentia, vna nutritio, vnus calor, aut frigus, vnus motus, vt quocumque mouetur mater, moueatur & filius. Tum vlteriùs aduerte, hanc matris, & filij ſubſtantiam fuiſſe vnam eandem ante filij conceptionem: nam in huius fœminæ ſubſtantia erat ſubſtãtia, quȩ nunc eſt ſubſtantia matris, & geniti: generatione autem duas diſtingui perſonas, genitricem, & genitum. Sic in Deo: nam & Deus Pater ſimul eſt Filij conceptor, & genitor: Pater & quodammodo mater, vtpote qui & eſt obiectum, quod mente concipitur, & eſt ipſa mens concipiens obiectum. Atq; ita cùm vna prorſus ſubſtantia ſit: generatione fit duarum diſtinctio perſonarum abſque ſubſtantiæ diuiſione. Nec ſubſtantia hæc generationem antecedit, ſicut humanam generationẽ humana ſubſtantia. Quoniam homo cùm primũ homo eſt, non eſt homo perfectus, qui filium iam poſſit generare: Deus autem ab æterno perfectus eſt, vt qui abſque vllo penitus principio: vnde tam æterna eſt generatio eius, quàm Deus ipſe æternus eſt. Simultanea ergo hęc Patris, & Filij, ac Sancti conſequenter Spiritus æternitas, ſeu (vt rectiùs loquar) ęternitas eadem, eademque in tribus perſonis ſubſtantia luculenter oſtenſa manet in eadem maris, & fluminis aqua, & fontis etiam, quȩ prorſus eſt vna, cùm gurges, fons, & fluuius diſtincti ſint penitus. *Simile.*

Sequitur in textu conſiderandus mirabilis ille *vir, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos.* Virum hunc Chriſtum Dominum agnoſcunt tum B. Grego. tum Doctores alij, ob certa, quæ explicant ipſi fundamenta. Mihi ſufficit vnum hoc, quòd in textu deſignantur perſonæ duȩ: altera, quæ ducebat Ezechielem, oſtendebatque illi omnia viſionis huius myſteria, altera, quȩ vocatur vir, habens menſuræ calamum, & funem. Ex quibus cùm liqueat, eum, qui indicabat viſiones, eſſe Angelum, conſequens eſt, eſſe aliũ ab Angelo virum illum, qui & vocatur vir, & menſuras omnes habet in manu, nec alium eſſe poſſe, quàm Chriſtum. Hic etenim quoniã *Data eſt ei omnis poteſtas,* manu gerit menſurȩ genus omne, metiturque funiculo egreſſam è templo aquam: ſacræ nimirum Trinitatis cognitionem. Eſt ſiquidem funiculus iſte doctrina ſacra, qua fideles ſuos ea Chriſtus inſtruit menſura, quæ captui congruit cuiuſuis, vt Gregorius ipſe interpretatur. Trina igitur metitur Chriſtus aquam dimenſione, ad oſtendendas perſonas tres, eſſentia in vna penitus diſtinctas: pares omnes, ſicut millenarius cubitorum in dimenſione trina

Gregor in Ezechie. homil. 13. Hector. Pintus in cap. 40. & 47. Ezech

Chriſtus graphicè deſignatus apud Ezechielem.

Chriſtus habens in manu ſua menſuras omnes rerum vniuerſarum.

Chriſtus habens omnẽ in cælis, & terra poteſtatem

Doctrina ſacra funiculo deſignata.

Digitized by Google

trina æqualis eſt numerus. Et dimenſione hac deſignatur æqualitas, ſicut in mari, flumine, & fonte æqua perſonarum deſignatur æternitas. Siſtit autem in torrente menſura, quoniam quod reliquum eſt poſt ſęculum hoc cognoſcendę diuinę Trinitatis, omni precius menſura vacat, quę pro hoc tantum ſeculo datur, in quo notitia plena non habetur, alioqui nil iam reliquum eſſet, quo frueremur in cæleſtibus. Nam ibi quidem pleniſſimè ſunt intra Deum ipſum, illo vndecumque circundati, quotquot illam intrant ciuitatem, ſicut homo quiuis profundiſſimum tranſiens torrentem, aqua opertitur totus. Satis quidem magna Chriſti gratia eſt in ſæculo hoc, quòd deducat hominem vſque ad trium perſonarum cognitionem, qua inſtructus, adoret quem verum agnoſcit Deum vnicum; eique obſequatur, & ſeruiat: vt ex obſequijs multis tutam faciat ſcapham, qua tutus ipſe torrentem hunc ingrediatur, perſpicua Dei beandus cognitione. Antea enim, quàm peritiſſimus hic vir adueniret in terras: rariſſimi Deum agnoſcebant trinum; & illi quidem ex eiuſdem erant Dei populo, magna edocti gratia priuilegij. Cæteri, exceptis pauciſſimis inſignioribus Philoſophis, adeo erant cognitione iſta deſtituti, vt ne vnum quidem ſcirent Deum, nedum vnum Trinum: ſed Deos colebant plurimos, & ex his turpiſſimos pleroſque. Imo ob eas ipſas turpitudines ſpurciſſimos homines eligebant in Deos: quos diuino cæci adorabant cultu. Ob nimium corporis robur, adorabant Herculem Græci, vxoricidam, adulterum, virginum fœdatorem; ſicut & Saturnum ob potentiam, qua patrem ſuum eneruauit, ne alios preter ſe, gigneret filios, vt ſolus regnaret ipſe. Sed & huius filium Iouem præ cęteris coluere, quòd animo tanto viguiſſet, vt eundem Saturnum, patrem ſuum, expuliſſet à Regno, quod ille violenter occuparat. Quin etiam habuerunt Deum Apollinem: qui turpi amore victus, ſe paſtorem inſtituit, oueſque pauit alienas, vt ad libidinem haberet aditum. Hęc omnia innumeris legimus in libris eorundem Græcorum: quæ etiam ſcripſerunt Lactantius, Clemens Alexandri. & Tacianus. Qui ſimiles ob cauſas erectos in Deos referunt Liberum Bacchum, Martem, Mercurium, Æſculapium, Pollucem, Caſtorem, Plutonem: Deas, Dianam, Cererem, Iunonem. Singulariter erexerunt Athenienſes Deam Mineruam: ſupremam videlicet ſcientiam; & Macedones Cabirum. Quorum indignitatem, & flagitia narrant Ennius, Tullius, & Varro: Lactantius etiam, & S. Athanaſ. Cyprian. & Euſeb. Nec quòd tam turpia Deitatis fundamenta eſſent vbique nota, omiſerunt; accipere hos ipſos in Deos ſuos pleræque nationes, etiam ſolertiſſimi Romani, quos maximè laudat Valerius ſuus Maximus tamquam nouorum erectores Deorum, videlicet Antinoi, Lupæ, ac Cæſarum, pręter eos, quos à Gręcis colendos acceperant. Chaldęi coluerunt Deum Bel, Babylonis ſtructorem: quem eſſe Baal, affirmauit Hieronymus, & Lactantius. Atque ita fuit valde miſerandum, quòd & in Dei populo Iſraelitico Idolum hoc acceptum fuerit in Deum apud Samariam, vt legimus 3. & 4. Regum libro: adeo, vt videns Elias, tum falſum hunc,

Trinitatis diuina notitia ante aduentum Chriſti exilis apud omnes, apud rariſſimos diſtincta.

Philoſophi antiqui ante aduentũ ſummi magiſtri non cognouerũt diuinam Trinitatẽ, nec verum vſque quaque Deum vnicum, omni puri errore.

Idololatria viguit ante Chriſti aduentum, apud inſignes etiam philoſophos.

Hercules habitus Deus, ob nimiam corporis fortitudinem, apud Græcos.

Saturnus habitus Deus, ob potentiam, qua patrem ſuum eneruauit, vt ſolus regnaret ipſe.

Iupiter habitus Deus, ob victoriam, qua ſaturnum, patrẽ ſuum eijciẽs à Regno imperauit ipſe.

Lactantius ſumma. li. 1 diuinarum inſti. cap. 9 & ſequentibus.

Clemens Alexan. in oratione ad gentes.

Tacianus contra Græcos.

T. Cicero de natura Deorum.

Lactan. li. 1. cap. 13. 14 15.

Euſeb de præparatione euã. gel lib. 2. 6. 7.

Lactan. li. 2. cap. 15.

Digitized by Google

tum Deum verum, Deum ab eis coli, dixerit; *Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autem Baal: ſequimini illum.* Ab Ægyptijs fuit exhibitus cultus Iſidi, atque Serapidi, Iubæ à Mauris. Deueneratque mundus eo amentiæ, vt ea ſimulachra, quæ in horũ Deorum cultum prauè extruxerãt homines, labentibus adorarent temporibus, quaſi ea ipſa eſſent Dij, cùm ligna tantũ eſſent, & lapides. Sed in eis ſederant Dæmonia, quæ Dei æmulatione cultum ſibi exhiberi ſatagebant, oraculaque in illis audiendo reſpõdebant, faciebantque moueri ſimulachra ipſa, vt verè viuentia putarẽtur. Scriptores ſunt Valerius Maximus, & illi, qui euangelica Chriſti prædicatione ad eum ſunt ab Idolis reducti, Hilarius, & Arnobius; Euſebius etiam, Tertulian. Aug. præter ſacras hiſtorias non paucas, apud Geneſ. Exod. Iudices, Pſalmos Iſa. Iere. Ezech. Daniel, Baruch, Habac. & Machabęos; latiuſque apud Sapientiã. quo errore miſerè cęcutiere magni etiam Philoſophi, vt narrat Tullius. Et peiori alio, ſi peior eſſe poſſet; nam & bruta animantia, & ex eis ſordidiſſima colebant Deos, exiſtimantes, ab his ſe poſſe & lædi, & munerari. Chaldæi Babylonis adorabant ſummo cultu Draconẽ viuum, quem quia deſpexit Daniel, miſſus fuit in obſcurum leonum lacum, vt legimus in cap. libri eius. 14. Ægyptij adorabant vitulum, crocodilum, aſpidem, vt ſcribit Tullius: allia item, & cepas, pro quo à ſatyrico irridentur. Ex his ſumpſerunt Deos nationes reliquæ, canes, equos, accipitres, leones, lupas, piſces, quorum aliquem, ſi quis necabat, necabatur ipſe publica ſententia, vt ſcribunt Diodorus, & Strabo, Bozius, Plinius, Herodotus, Epirei etiam. & Theſſaloniſenſes: & alij non pauci, ſcriptore Eliano, & Maximo Valerio, ſerpentem viuum adorabant. Quid, quòd & Athenienſes, Gręcię totius lumen, putantes ciuitatis cuſtodẽ ſerpentẽ, ſicut reliqui, colebant, vt cum eiſdem ſcriptoribus narrat & Bozius. Quid, quòd & Romani, mundi nobilitas? Qui & tẽpore peſtis ex Epidauro adduxerunt ſerpentem apparatu magnifico, putantes Æſculapium, medicinę Deum, vt narrant, præter eundem Maximum Valerium, Titus Liuius. Dolendũ magis quod de populo Dei narrat Ezechiel: *Et dixit ad me: Fili hominis, putaſne, vides tu, quid iſti faciunt, abominationes magnas? & introduxit me ad oſtium atrij: & ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuerſa idola domũs Iſrael depicta erãt in pariete in circuitu per totũ. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael ſtabant ante picturas: & vnuſquiſque habebat thuribulũ in manu ſua. Et ecce ibi mulieres plangentes Adonidem.* Qualis putandus eſt mundus in diuinę Trinitatis cognitione, quando Dei populus in vnius Dei cognitione talis erat apud multos? Amplius adhuc. Erat tantus ille, qui Dijs illis cultus exhibebatur, vt nõ bruta ſola, ſed homines etiã ſacrificio eis immolarẽtur multi, quaſi in oſtenſionẽ, quòd ipſi eſſent vitæ, mortiſque auctores. Aſſiani immolabant Laodiceæ virgines Deę Mineruæ: in Scythia mactabantur Dianæ venientes illuc alienigenę. In Thule inſula offerebantur Marti quotquot in bello capti ducerentur. In Phœnicia, Cartagine, Ægypto, Paleſtina, & cunctis ferè nationibus immolabantur nobiliorum hominũ infantes Deo Saturno, Moloch, & alijs. Cui etiam Saturno,

3 Reg 16. 31. Iudic. 6. 25 32. 4. Reg. 10 25 27 53 Reg 18 2. Valerius Max. lib 1 c 8. Euſeb. de præpar. li. 5. cap 5 Tertulia. in apolog. cap 12 Aug lib 8 de ciuitat. cap. 23. Gen. 31. 19 Exo 32. Pſal 1 3 4 ... Iſai 46 1. Iere 2 11. Ezech 6. 4. Baruc. 3. 6. Daniel. 14 2. Habacuc. 2. 18. 2. Macha. 6. 2. Sapi. 13. 1. 14 1. Dani 14 1 Diodor l. 1 parte. 2. c. 4. Strabo. li 17. Bozius. tom 1. lib. 2. cap 17. Plin. lib. 8 cap. 46. Elia. lib 51 c. 2. Valer. max. ſer. 11. Bozius. tom 1 lib. 1. cap 9. Valer ma lib. 1 c 1 8. Ezec. 8 6

Pluto habitus pecuniæ Deus. *Diana habita Dea parturientium.* *Ceres habita Dea frugum, & ſegetum.* *Minerua Dea ſcientiarum apud Athenienſes.* *Bel Deus erectus à Babylonibus propter Babylonis ædificium.* *Baal Deus idem, qui Bel.* *Iſis Dea Ægyptiorũ.* *Serapis ſerpens pro Deo cultus apud Ægyptios.* *Iuba Deus Maurorũ.* *Simulachra Deorũ adorata, quaſi in eis ipſis eſſet vita, & diuinitas.* *Græci varios erexerũt ſibi Deos.* *Ægyptij Deorum inuentores.* *Iſraelita adorauerũt Deum Baal.* *Dij gentiũ magna ex parte fuerũt bruta animantia, & maxime ſerpentes.*

Digitized by Google

Romani adduxerũt tempore peſtis ſerpentẽ apparatu, grandi putantes Æſculapium medicina Deum.

necnon Dionyſio, atq; Diomedi immolabant Rhodij, & Cretenſes homines, quos offerendos ſaginabant prius, ſicut in Chio, & Salamina diſcerpti immolabantur. Arcades mactabãt fœminas: viros Galatæ, & Maſſagetæ, ſicut & Perſæ, Thraces, & Leucadij. Aliquæ ex his gentes habebant ingẽs valde ſimulachrũ idoli cauũ, intra quod claudebant oblatos ſacrificio viros, ac fœminas, ſubijcientes de foris ignẽ, quo miſeri intus aſſabantur. Meſſenis Græciæ immolauit vno Ariſthomenes die homines tercentũ, & inter eos Theopõpum, Laconum Regem, ſimiliter Græcũ. Quis talia de primarijs crederet Græcis? Plus vltra. Filiã Regis ſui Agamemnonis Iphigeniã immolauerũt Argiui. quid mirũ, quòd apud Phœnices fuerit mos, vt Rex immolaret dilectũ magis filium; ſicut ſuũ mactauit Tireſias Creontes, Erithræũs Atticus filias ſuas? Hæc omnia latè ſcripſere Plato, Dionyſ. Halicarnaſſçus, Diod. Siculus, Tul. Plin. Lactant. Firmian. Euſeb. Athan. Alexan. Clemens, Cyprian. Aug. Lilius Girard. Conſtatq; ex Leuit. Deut. 4. Reg. lib. & Ieremia. Romani ſepeliebant in platea viuos alienigenas, oblatos Ioui, atq; Saturno, quorũ ſimulachra irrorabãt ſanguine immolatorũ infantium. Referunt Volaterra, Plin. Lactan. Alexander ab Alexan. Decem ſimul elegantiſſimos iuuenes bello captos obtulit ob pietatẽ Æneas, Romanorũ origo. Diuinus eſt textus, conſtrictũ nimis prælio Regẽ Moabitarum immolaſſe ſuper obſeſſum murũ primogenitũ filium in cõſpectu Iſraelitarũ obſidentiũ. Grauius, quòd ex ipſis Iſraelitis Rex Achaz ſuum igne immolauit filiũ, & Manaſſes ſuũ, vt legimus 4. Reg. li. Vbi ergo tã tenax erat fictorũ cultus Deorũ: quanta creditur fuiſſe Dei veri cognitio? quãta diuinæ Trinitatis? Dei quidẽ cognitio in uni tantũ vigebat populo: nec in omnibus ibi, permiſta erroribus magna in populi parte. Inter gentes primarij tantũ Philoſophi Deũ agnoſcebant, ſed neq; iſti vltra talos intrabant aquã hanc, vt plures in Deo vno perſonas agnoſcerẽt. Referũt, vſque ad renes ingreſſum Triſmegiſ. qui dixit, *Monas genuit Monadẽ, & in ſe ſuũ reflexit ardorẽ*, nempe Deus vnus genuit vnicũ filiũ, & ab vtroq; proceſſit amoris ardor, qui eſt Spiritus Sanctus. Ingurgitatus etiam hue vſq; ad lũbos Plato: qui de myſterio hoc profundiſſima fuit locutus ſapientia in Epimenide. Sed & diſcipulus eius Plot. lib. de tribus hypoſtaſibus ſcripſit. Nec ille alius diſcipulus, qui omniũ fuit magiſter, Ariſtoteles, viſus eſt tanti ignarus arcani: cùm Deũ in numero dixerit ternario perfecto coli debere. Multo plures in Dei populo perſpicua magis diuinæ notitia Trinitatis claruerunt. Verũ enim verò, extremi hi pauciſſimi fuerunt ab Adã vſq; ad Chriſtũ: nec notitia communis fuit populi, adhuc in his, qui vnũ verũ agnouerunt Deũ. Illi verò ſelectiſſimi ſapientes, Triſmegiſtus cũ diſcipulis ſuis fluctuaſſe videntur hac in aqua, varij, & inconſtantes, cum informati ſublimi illa Dei notitia, idolis ſimul diuinitatẽ attribuerint, quaſi Deũ noſtrum vnũ ex Deorũ numero iudicauerint Deũ, tametſi omniũ præſtantiſſimũ. De Triſmegiſto ſcribit B. Aug. fragilitatem hanc, qua nonnihil diuinitatis in idolis putauit viguiſſe. A qua hæſitatione nõ videtur longè abfuiſſe Plato, qui ſcribens Timæũ nũc approbauit, nũc dãnauit Poe-

Iſrael adorauit Idola multa, reptilia plurima depicta.

Adonis, Deus luxuriæ cultus in iſraelitico populo.

Adonidem libidinis Deum, deflebant fœminæ Iſraelitæ.

Lilius Girardus de Dijs gentium li. 17

Leuiti. 18.

Deuter 2.

4. Reg 16 21 22.

Ierem. 19. 32.

Volaterr. lib. 29

Plin. li. 28. c. 2 Lact. 1. Firmia li. 5. cap. 10.

Alexan. ab Alex. li 6. cap. 26.

4. Reg 3. 17.

4 Reg 16 3.

4. Reg 21. 6.

Mercurius Triſmegi.

Plato in Epimenide.

Plotinus libro de tribus hypoſtaſibus

Ariſtot. li. 1 de cœlo textu. 2.

Aug. de ciuit. lib. 8 cap. 23.

Plato in Timæo.

Athanaſ. oratio cõtra Idola. & li. de humanitate verbi.

Plato lib. 10 de leg. Cicero li. 1. de natura Deorũ. Cicer. ibi. Lactan li. 3 diuinar. inſtit. c. 20 Nazianz. contra Eunomium. Theod li. 4. de cura Græcarũ affectionum. Iſai. 29. 9.

Tyreſias; Creontes Rex Phœniciæ immolauit Dijs filium dilectiſsimum.

Erithræus Atticus immolauit Dijs filias ſuas.

tas, deorũ fabulis cultores, vt notauit S. Athan. quiq; aliquãdo nominabat Deos pluraliter, aliquando ſingulariter Deũ, vt fecit in 10. lib. de leg. notatus meritò à Cic. Nec omnino purus viſus Ariſto. in propoſito hoc: quippe qui ex alijs, quæ de Deo honeſtè ſcripſit, conſtat, non ad vſq; calluiſſe eũ tantæ naturã celſitudinis, vt notauerunt Tul. Lactant. Greg. Nazian. Theod. Conuenit itaq; in ſapiẽtes hos verbũ fluctuandi doctrina, quo vtuntur ſcripturæ, vt apud Iſaiam. *Obſtupeſcite, & admiramini: fluctuate, & vacillate, quoniã miſcuit vobis Dominus ſpiritũ ſoporis: claudet oculos veſtros: & erit vobis viſio omniũ, ſicut verba libri ſignati, quẽ cum dederint ſcienti litteras, dicent, lege iſtũ: & reſpondebit, non poſſum, ſignatus eſt enim.* Videtur illud inter ſapientes hos, noſtroſq; Chriſticolas verſari diſcrimen, quod inter magni corporis hominẽ, puerumq; decennẽ, qui per flumen tendunt vſque ad torrentẽ. Puer enim pergit, nans, remigans manibus ac pedibus, quibus minimè tangit ſolidũ fluuij pauimentũ, ob corporis exiguitatem, procerus vir per idẽ tendens pauimentũ, emergit capite, dimidioque ſuper aquæ libellã eminet corpore à lumbis, & ſurſum. Erant paruuli quoad verã Dei cognitionẽ ſapientes illi, quos mundus dicebat maximos: imo & omnes alij, qui ſe Dei cultores profitebantur, pauciſſimis exceptis, Adamo, Abel, Enos, Henoch, Noe, Sem, Abraham, Iſaac & Iacob cũ domo ſua, & his ſimilibus, atq; adeo diuina hac in aqua fluctuabant, nantes, infirmi, pede minimè fixo: nunc firmi, ac conſtãtes pergunt homines per aquã hanc ducti à diuino viro, Dei filio, qui certo eã metiens funiculo, in ſolidiſſima trium in vna eſſentia perſonarũ agnitione, homines diuinitus inſtruxit. Quod quidẽ temporũ, hominumque diſcrimen luculentiſſimè expreſſit Apoſtolus, dicens: *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ.* Notate *virum perfectum*, & *iam non ſimus paruuli*: item *menſuram plenitudinis*, & *fluctuantes*: nec non verba illa: *omni vento doctrinæ.*

Epheſ 4. 13 Zach. 13. 1. Euſeb. de Præparat lib 5. ca 5. Lactan li. 5. c 27 Theod. li. 10 Græcarum affectione Ruffin li. 10 cap 35 Chryſoſt contra gẽtes. 1 Reg 5. 1. 3. Reg 13. 1.

Philoſophi ſelectiſsimi cognoſcẽtes Deum, idololatria incubuerunt.

Plato varius in approbandis, reprobandiſque Dijs.

Idololatria apud antiquos ſapientiores viguiſſe

Doctrina fluctuare, vacillare.

Hoc eſt vtique maximũ, quo afficit homines, bonũ, veniens in terras factus vir Dei filius, data ſibi in terris omni poteſtate, & in cœlis omni: de cuius aduentu, & poteſtate dixit Zachari. *In illa die erit fons patens domui* David *& habitantibus Ieruſalẽ in ablutionẽ peccatoris: & erit in die illa, dicit Dominus exercituũ: diſperdã nomina idolorũ de terra, & pſeudoprophetas, & ſpiritũ immundũ auferã de terra. Dicã, populus meus es: & ipſe dicet: Dominus Deus meus.* Ita completũ eſt eiecit Chriſtus Dæmonia multa, & ad præſentiã diſcipulorũ eius corruerũt vbiq; terrarũ idola, ſimulachra, lignea, ænea, lapidea, argentea aurea vt ſcribunt Euſ. Lact. Theo. Ruffin. Chryſ. & hiſtorici omnes; ita, vt ne memoria quidẽ illorũ iam perſtet, vt dixerat Deus prædicto Zachariæ vaticinio: *diſperdã nomina idolorũ de terra, & non memorabũtur vltra.* Quondã in Dei populo vix tale aliquod viſũ eſt, quod legamus, miraculũ. *Tulerunt Philiſtijm arcã Dei, & ſtatuerunt eã iuxta Dagon, cũque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra.* Conſtruxit Ieroboam aureis vitulis altare: *& ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboã ſtante ſuper al-*

Digitized by Google

Idolum vituli aurei corruit altari comminato ad verbum prophetæ.

tare, & thus iacientе, & exclamauit contra altare in ſermone Domini, & ait: Altare, altare, hæc dicit Dominus: ecce altare ſcindetur, & effundetur cinis, qui in eo eſt, Altare quoq; ſciſſũ eſt, & effuſus eſt cinis de altari. Deuenit Elias in certamen cũ prophetis Baal, vter eſſet verus Deus, idolum illud, an cæli, & omnium creator, poſito pro vtraque certaminis parte boue vno in proprio altari, vt verus noſceretur Deus ille, qui ſuper oblatum ſibi ſacrificium ignem è cælis mitteret, quo holocauſtum conſumeretur. *Cecidit autem ignis Domini, & deuorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam. Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus: Dominus ipſe eſt Deus.* Sed iſtæ idolorum euerſiones rariſſimæ fuerunt, in vnoque tantum Iſraëlis populo; nec ſtabilis eorum deteſtatio, Deique cognitio; redeuntibus cito ad idola ſua hominibus illis, fluxa Dei cognitione. Nunc, poſtquam diuinus hic vir in aquam nos iſtam intromiſit, qua & mentes purificat, & animas; generalis eſt vbique terrarum fictorum extirpatio Deorum, indigniſſimique eorum cultus, atque exhibiti eis ſacrificij: generalis cognitio veri Dei, eiuſque generale ſacrificium, & beatiſſimæ adoratio Trinitatis. Tendimus nos per diuinam hanc aquam, non quidem nantes, ſed pedibus fixis, firmiſſima & cognitione, & confeſſione. Hoc eſt principium fundamentumque Eccleſiaſtici iuris, cuius verba ſunt iſta. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & immutabilis, omnipotens, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus; tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino: Pater à nullo, Filius à Patre ſolo, ac Spiritus pariter ab vtroque, abſque initio ſemper, ac ſine fine: Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens, conſubſtantiales, & coæquales, & omnipotentes, & coæterni: vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium, & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium.* Ecce, *Firmiter* (ait) *credimus*: nec nos aquæ profunditas facit fluctuare. Eſtque valde notandum in propoſito Zachariæ textu, quàm luculenter coniungantur in aqua illa infallibilis cognitio Dei Dijs alijs reiectis, & purificatio peccatoris: quæ eſt concionis huius inſtitutum. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Baptizantes ad purificationem animarum, quæ cum diuinæ Trinitatis cognitione diuinitus infunditur. *In illa die erit fons patens, &c.*

3.Reg.18. 38.

Baali oblatum ſacrificium minimè cõſumptum, cùm oblatũ Deo conſumeretur.

Cap. Firmiter de ſumma Trini. & fide Catholica.

Vitia quouſque vigeant in Chriſtiano populo.

Vitia tantoperene vigeant in terra poſt Chriſti aduentum, quantum vigebant ante illum.

Vereor nihilominus, ne quis obijciat, eſſe in mundo, etiam nunc, vaſtiſſimum aquarum flumen vitiorum: quod ingreſſi homines non pauci, inficiuntur ſordibus multis, quibus ſanctæ notitia Trinitatis, imo & Dei cognitio tota ferè eraditur ab eis. Sunt vitia aqua: at aqua turbida, quę hebetat mentem, animamque commaculat, ne Deum clarè agnoſcat, eique adhęreat, cùm ſit ſordida. *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Arguet te malitia tua: & auerſio tua increpabit te.* Neceſſe eſt, nec vtramque bibas, nec vtramque aquã ingrediaris, ſed ab alterutra diſcedas: aut à Deo, aut à vitio. quod ibidem expreſſit Deus ipſe, dicens? *Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit popu-*

Vitia aquis figurantur.

Aqua ſymbolum vitiorum.

Vitia auertunt à Deo, & comunione eius.

Ierem. 2. 18.

Ierem. 2. 12.

Digitized by Google

lus meus: Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. quid dicemus ad hæc? Cultus idolorum iam non extat; at vereor, ne ſit tantus carnis propriæ cultus, vt turbidis vitiorum aquis ſubmerſus, nec Deum noſcat miſer homo, nec mundetur à ſordibus; ſed nouas indies contrahat turpiores. Vereor ne Veneris perſiſtat idolum.

Recolendum eſt, diuinis his perſonis tribus, quæ eſſentia vnica eſt, tres opponi hoſtes, Diabolum, carnem, & mundum, in vnum fœderatos, adſtrictos, ac vnitos. Hi omnes tamquam Dij colebantur olim, proprijſque quilibet adorabatur in ſculptilibus. Diabolus adorabatur in illis, quos diximus ſerpentibus: nam à mundi primordijs in callidum ſe inſinuauit ſerpentem, vt primam ſeduceret fœminam, quam cum coniuge auertit à debita Dei cognitione, ac cultu debito, dicens; *Cur præcepit vobis Deus?* ideo dixit Maximus Vates: *Omnes Dij gentium Dæmonia; Dominus autem cælos fecit.* Mundus etiam Deus habitus eſt, & cultus nimis. Quid enim fuit, quòd homines vbique tamquam ſuos adorarent Deos, prædictos illos magnos heroes, ac inſignes, Saturnum, Iouem, Herculem, Apollinem, Martem, Bellum, Æſculapium, niſi quòd in his rebus, quas mundus magni æſtimat, ſuperbi fuerint, ac primarij; in victorijs nempe, viribus, aſſu, præſtigijs, ædificijs, inuentionibus, artibus, ac machinis? Caro igitur habita fuit ſimiliter Dea: cùm propter elegantiam cum aſſidua luxuria coniunctam habita fuerit Dea turpiſſima Venus: multaque eius ſtructa ſimulachra, templa fuerint multa. Sicut & Flora, quod carnis vitijs delicias adhiberet. His celebrabantur grandia quotannis feſta, ſuo quoque Deo, ac Deæ, ſtatis ei diebus. Inter reliquos enim Græcorum, Romanorumque ludos, ac ſpectacula cunctis Dijs celeberrima, cuiuſmodi, Circenſes, & ſcenici ludi, habebãt locum principem Bacchanalia, coniuncta Floræ, ac Veneris feſto. Pro Baccho enim, ebrietatis Deo, erant menſæ opiparæ, ac lautiſſimæ, varijs, vſque ad effuſionem, plenæ vinis, & mulſo: vbi pro Dea Venere feruebat luxuriæ celebritas, repræſentantibus publicè viris, ac fœminis Veneris actus, ac Cupidinis, patente coram populo corporum commiſtione, in Dei illius, Deæque memoriam, & honorem. Vtque multam libidini adderent voluptatem, delicias multas, incumbebant ſimul cultui Deæ Floræ, quæ floribus redimita ſolebat incumbere laſciuiæ. Sic intrabant fœminæ illa illorum templa Deorum, ac Dearum, redimitæ tempora floreis turpiter ſertis, ibique turpiſſimis in chorea nutibus, nulli parcebant carnis voluptati. Nec ſolus vnicus in anno dies, ſed erat dies ſacer Baccho, in quo fiebat Floræ, Veneriſque commemoratio: ſicut in ſacro Floræ die commemoratio Bacchi, & Veneris: & in die Veneris commemoratio Floræ, & Bacchi. Multa circa hoc indigna, quæ in concione referantur, ſcribunt Maximus Valerius, Volater. Alexander ab Alexand. Sabellicus, Iulius Meter. Clemens Alex. Lactant. Aug. & Lilius Girardus. Eſtque in 2. Sapientiæ capit. *Vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.* Ec-

Geneſ. 3. 1

Pſal. 95. 5.

Vale Maxim. l. 2. c. 6.

Volater. lib. 29.

Alexãder. ab Alex l. 5. cap. 8.

Sabellicus l. 4 cap 1.

Iulius Meter. in lege profanæ relig.

Cle Alex. oratione. ad gentes.

Lact. lib. 1 c 2.

Aug lib. 1. de ciuit. c 32 & l. 2. c 8. l. 4. c. 26. l. 7. c. 2.

Lil. Girard. l. 17 de Dijs gentium.

Sap. 2. 6.

Cognitio Dei valde obnubilatur in vitioſa mente.

Veneris idolam quouſque perſiſtat poſt Chriſti aduentum.

Trinitati diuinæ opponitur hoſtis ternarius, Diabolus, mundus, & caro.

Diabolus adoratus in ſerpentibus, & alijs beſtijs.

Mundus tamquam Deus, cultus à mundanis.

Caro habita Dea à carnalibus: & ab eis culta tamquam Dea.

Veneris ſolemniſſima feſta celebrata.

Græci turpiſſimè celebrabant olim feſta Dijs ſuis.

Baccho Deo celebrata feſta Bachanalia.

Veneris turpitudines celebrabant quondam permiſti actu publicis viri cũ fœminis: coram populo fœda repræſentatione.

ce Dij tres: Bacchus in pretioſo vino: Flora in vnguentis, & roſarum coronis: Venus in luxuriæ pratis. Omnes ſimul in ludo vno. Venit in carne ſecunda perſona Trinitatis in terras: eiecit diabolum, ſuperbaque eius ſimulachra: deuicit & mundum cum ſculptilibus ſuis: neutra iam extant ſculptilia: vereor tamen, ne caro valeat pro tribus illis omni tempore. Eiecit Dei Filius cupidum adorationis diabolum, nam dicenti ad Chriſtum ipſum: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me: dicit ei Ieſus: Vade, Satana, Dominum Deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies.* Mundum item peruicit: mundanos homines, qui multis cum eo contenderunt certaminibus, à quibus victi redierunt ſemper. Quam victoriam expreſſit Dominus ipſe, dicens: *Confidite: ego vici mundum.* Cum carne nullum Dei Filius habuit certamen: quoniam ex quo carnem ſibi vniuit humanam, ita illa fuit ſanctificata, vt nec propria caro ſtimulis eum impetierit vllis, nec mulier vlla auſa ei fuerit, ne ab hoſtibus quidem inſtigata. Ita vt cùm multa æmuli ei opponerent indigna: nullus notare quantæuis eum ſuſpicionis fuerit auſus in cauſa pudicitiæ: eo quòd nulla vlli fuerit anſa. *Deus, qui in vtero Virginis incarnatus in mundum ſine peccato venerat, nihil contradictionis in ſemetipſo tolerabat,* ait S. Gregorius. Videntes ergo diabolus, & mundus, victos ſe à Dei Filio, ſuaque euerſa ſimulachra: omnes ad carnem machinas ſuas, armaque omnia tranſtulerunt. Nos (inquiunt) funditùs deleti ſumus, victi à ſecunda Trinitatis perſona, cui in carne regnanti *Data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra*: demus & nos poteſtatem noſtram omnem ſecundæ ternarij noſtri perſonæ, quæ caro ipſa eſt, nec ab illo deleta, ſed aſſumpta. Eſt in ternario hoc diabolus pater, qui in filiam ſibi adoptauit carnem, cùm nullum naturalem habeat filium. *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: in hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli.* Ex his procedit tertia mundus perſona: (mundum dico mundi vanitatem) mutuus nimirum amor inter diabolum, & carnem: quam amat ille tamquam ſuæ miniſtram artis perdendi carnales ipſos: & amatur ab ea, tamquam miniſter machinarum ipſius carnis, ad ſuæ aſſecutionem voluptatis. Quomodo autem perficeret ſuas diabolus artes, ſuas caro delicias, niſi concurrente cum eis mundo, cibis, potibus, choreis, elegantibus veſtibus, elegantioribus mundanæ conuerſationis ſententijs? Mundus igitur à diabolo ſpiratur: vtitur enim mundo diabolus, ad ſui cultum conſequendum: vt ex prædicto conſtat certamine, in quo cupiens, tamquam Deum adorari à Dei Filio, *Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens, adoraueris me.* Plana res eſt, ſed non minùs plana, mundum illum, qui hoſtis eſt animæ, procedere à carne. Dicit enim hoc Apoſtolus Paulus planis his verbis: *Manifeſta ſunt opera carnis. Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, comeſſationes, ebrietates, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, inuidiæ, & homicidia.* Hæc autem omnia quidnam ſunt, niſi mundus? Magnum igitur eſt deſtitutis adoratione diabolo, mundoque ſolatium, ſi caro adhuc celebretur: eò quòd mūdus, & diabolus in carnalibus feſtis per concomitantiam interſint cum carne, ſicut Flora cum Venere, & Bacchus. Nonne opera carnis ma-

lora cele-abantur ondam lemniſſima feſta, a-untibus minis orido ſer-s capite in onuiuijs.

Luxuria cūbebant lim publicè in conuiuijs, & Deorum templis minina, ac iri ſertis rnati capita, Bacchoque libātes.

Chriſtus deuicit diabolum, & mundum.

Chriſtus nullo vmquam fuit certamine impetitus.

Caro quouſque ſuum omni tempore conſeruet idolum in terris.

Carni data omnis poteſtas à diabolo, & mundo, vt per eā vincant quos per ſe ipſos nequeunt.

Ternarius diuinæ Trinitati oppoſitus, diabolus, mundus, & caro.

Diabolus vtitur miniſterio humanæ carnis contra homines ipſos.

Matth. 4. 9.

Ioan. 16. 33.

Gregor. homil 16. in Euang.

1. Io. 3. 8.

Matth. 4. 8.

Gal 5. 19.

Digitized by Google

niſeſta idolorum ſunt ſeruitus? *Manifeſta ſunt opera carnis. Fornicatio, luxuria, idolorum ſeruitus.* Ecce diaboli, & mundi tamdiu perſtant idola, quandiu propriam homines ſequuntur carnem, tamquam

Philip. 3. 18. — *Caro Dea hominum carnalium.*

Deum ſuum, dicente alibi Apoſtolo ipſo: *Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt.* Dea eſt igitur caro: Deus venter: & ideo data ei poteſtas à falſis illis Dijs, diabolo, & mundo, vt vmbra eius protegantur.

Diabolus caro & mũdus beſtiæ tres, in ternario vno, deſignata tribus beſtijs, quas vidit Daniel, ac deſcripſit.

Vidit in Spiritu Daniel beſtias tres: exitialem hunc diaboli, carnis, & mundi ternarium deſignantes.

Daniel. 7. 4.

Erat prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ. Aſpiciebam, donec euulſæ ſunt alæ eius, & ſuper pedes, quaſi homo ſtetit. Beſtia hæc eſt diabolus, quem ob ſuperbiam, & ferociam, leonem dicunt litteræ ſacræ, vt eſt in prima Petri epiſtola:

1. Petri 5. 8.

Aduerſarius veſter, diabolus, tanquam leo rugiens. Volitat item aquilę alis, cùm ſuperbus ſit, cupiatque eminere ſuper omnes, ſicut ſuper vniuerſas volucres aquila. Huic in ſuperbiæ pœnam euulſæ ſunt pennę, quibus amiſſis corruit velociter in terram miſer: ſtetitque ſuper pedes, tangens terram: nec ſuper aërem iam volare valens.

Diabolus leo alis aquila, ob ſuperbiam, & ferociam pennatus.

Dan. 7. 5. Ia Aluar. de Paz to. 2 l. 1 part. 1. cap. 6. Pierius li. 11 cap. de vrſo.

Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius. Hanc noſter Paz intelligit carnem: meritò: nam vrſus (vt Pierius ſcribit) mera fermè naſcitur caro, informis corpore, abſque oculis hebes, cæteriſque membris indiſtinctis: vt concretum ſine forma ſanguinem dixeritis. Carnis ergo appoſita repręſentatio eſt.

Leo ſymbolum diaboli.

Poſt hæc aſpiciebam: & ecce alia, quaſi pardus: & alas habebat, quaſi auis, quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant in beſtia.

Dan 7. 6.

Hęc (vt reor) mundus eſt, ob alas, ob capita, ob multas pręſertim varietates. Eſt enim varius pelle pręcunctis pardus animantibus: quod non naturales dumtaxat hiſtorici, ſed ſacer etiam Ieremias his ſcripſit verbis:

Aquila ſymbolum diaboli.

Ierem. 13. 23.

Si mutare poteſt pardus varietates ſuas! Quid varium magis, quàm mundus? Ipſa vtique ipſe varietas eſt. Conſtat item hic pennis, ſiquidem tranſit velociſſimus. Cuius quatuor capita confuſam innuunt rectorum multitudinem, qua ordo peruertitur totus.

Caro vitioſa deſignatur vrſo.

Mundus pardo deſignatur aptè.

Cùm ergo beſtię tres conformes ſint, ac vno in ternario cōfœderatę: data eſt ab extremis duabus tota beſtię ſecundę poteſtas, carni ſcilicet in æmulationem ſecundæ perſonę Trinitatis, cui in carne viuenti poteſtas omnis data eſt in terris, & in cęlo. Conſtat ex ipſamet bellug conditione, quę ideo tribus dentium ordinibus mandit, vt pro beſtijs tribus carnes hominum veſci intelligatur, pro diabolo, mundo, & pro ſe ipſa. Tùm pręterea ex ipſamet poteſtatis commiſſione ab eiſdem duabus belluis expreſſa, dicentibus ad ſecundam,

Mundus varius.

Rectorum diuerſorum multitudo noxia valdè.

Dan. 7. 5.

Surge, comede carnes plurimas. Heu deceptos filios carnis! *Aduerſarius veſter, diabolus, tamquam leo rugiens, circuit, quærẽs quem deuoret:* & quos ipſe, quippe ei obſiſtentes, mordere nequit, committit carni degluciendos. Heu vos (inquam) deceptiſſimos! oſculum videtur vobis, quod morſus eſt: oſculum carnis, & illud quidem dulce: cùm morſus ſit dẽtium: dentium trium ordinum, quibus belluina vos diſcerpit caro. Labia quidem carnis ori ſunt duo: dentium ordines tres: quorum duos duo pręſtant ei, mundus, & diabolus, vt mordeat, & glutiat,

Carnis delicia fallaciſſima.

Carne miniſtra aſſequitur diabolus, & mundus aſſequitur, quod intendit.

Caro potentiſſima ad deſtruẽdas vrbes, prouincias, animas, cõſcientias.

Diluuium propter carnis vitia.

Sodoma & finitima vrbes combuſtæ propter carnem.

Fœminarum vehementiſſima vis ad peruincendos fortiſsimos viros.

Omphale, Lydia Regina, deuicit amore potentiſſimũ v ibus Herculem, vt colo, & fuſo ſederit inter fœminas.

Salomon, quem diabolus non euerteret, vt eum in ſimulachris adoraret, victus à mulieribus extruxit dæmonijs fana, & ſimulachra.

& glutiat, dum videtur labijs oſculari. Nec inexperti conceſſerunt carni commiſſariam hanc iſti poteſtatem: nam à mundi principio magni feſtè viderant, quæuis vtriuſque miniſteria, carne perfici miniſtra. Si cupiebat diabolus Deo præferri in eo, quò ei, non Deo, fides haberetur; carnem induebat; vt ſerpentinam induit, primam ſeducturus fœminam, cui Dei dictum negans ratum dixit; *Nequaquam moriemini*. Gen. 3. 4. Si mundus volebat Deus haberi; eamdem in miniſtram vocabat carnem, vt eo ipſo tempore vocauit; quandoquidem, vt homines eſſent *Sicut Dij, ſcientes bonum, & malum* (quod mundanus affectus Geneſ. 3. 5. eſt) medium fuit pomi eſus, qui carne fit auida. Si terra erat diluuialibus aquis delenda tota, id muneris totum committebatur carni; quandoquidem propterea venit generale diluuium, quòd *Videntes filij Dei* Geneſ. 6. 2. *filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant*. Si è diuerſo, erat comburenda igne: id quoque eidem committebatur carni: quod ipſa in Gomorrha, & Sodomis, finitimiſque vrbibus exegit, ob nefariam combuſtis turpitudinem, quando *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur, & ignem à Do-* Geneſ. 19. 24. *mino de cælo*. Si bellis erant vrbes euertendæ: tamquam proprium id carnale opus referebatur in carnem omni tempore: quandoquidem propter adamatas, propter quæſitas, propter raptas fœminas, populos perijſſe multos, hiſtoriæ narrant ſeculares. Vicerat Hercules infernum, vnde & victum, ac vinctum extraxit Cancerucerum: ſuperauerat mundum, quem humeris ſuſtinens depingitur: ſed acceſſit Omphale, Regina Lydiæ, à qua vſque adeo victus manſit, ac vinctus, vt Leonis tegmen, ferreamque clauam in colum mutarit, & calathum: quibus ſedebat fœmineum ad laborem. Scriptor eſt Ouidius. Quid Salo- Ouidius mon? Si acceſſiſſet procaci petitione diabolus, vt in templo eum ado- in Deianira. raret; quidnam ei Rex ille reſponderet, qui totam ſuam curam, totum niſum in magnificentiſſimam diuini templi applicuerat fabricam, innumeris ſumptibus perfectam? Quid ſi & mundus ſatageret, vt mundanas vias approbans Salomon ipſe, mundi ipſius veneraretur idola, poſtquam mirificum illum aduerſus mundi vanitates ſcripſerat librũ, Eccleſiaſtes titulo famoſum? Sed aſſumpſit caro perſuaſionẽ vtramque. Intrauit regium tribunal fœmina, ſicque ſolertiſſimum cultũ in diuino Regem allocuta eſt. Ego filia Regis Pharaonis præſento tibi, ô 3 Reg. 11. 1. magnanime Rex, hanc diaboli nomine petitionem, vt eum adorari facias, adoreſque ipſe, ſculptiliaque facias ſimulachra, dicataque ei conſtruas templa ſumptuoſiſſima: nomine item mundi, vt ſponte fias ſtultus, tuam conſultò fallens ſapientiam: proprio necnon nomine meo, carnis videlicet nomine, vt mille commiſceare mulieribus; quibus innexus, facilè conſtrues multa mundo, & diabolo ſculptilia. Tanta fuit vnius ſuadela mulieris, vt reſponderit facilis Salomon; (ô cælum) fiat. Mille perditus Rex copulatus eſt fœminis, quarum multæ alienigenæ, atque adeo prohibitæ in Dei populo: vnde quæuis ex his mouebat eum, vt proprium nationis ſuæ conflaret ſibi ſimulachrum. Itaque propter fœminas *colebat Aſtarthem deam Sidoniorum: & Mo-* 3. Reg. 11, 5. *loch idolum Ammonitarum: & ædificauit fanum Chamos, idolo Moab,*

& Moloch idolo filiorum Amon. Mundanus etiam factus eſt in ſenectute Salomon; quantùm tot fœminarum indicat & tumultus, & cultus. Quapropter, quamquam *Non eſt ſuper terram, quæ comparetur poteſtati diaboli,* minimè tamen ſola vinceret iſta Salomonem, vt cum in idolis adoraret, niſi fulciret eam poteſtate carnis: quæ tunc apparuit validiſſima in complementum Dominicæ ſententiæ, multis retro ſæculis expreſſæ: *Non ingrediemini ad alienigenas: certiſſimè enim auertent corda veſtra.* Certiſſimè ait: Vis certa eſt, cùm dixerit Deus, vincendos homines ab eis. Ideo depicta fuit in ſymbolo Cæſaris, imago Veneris habentis in manu victoriam. Ideo etiam dicata victrici Veneri myrtus; quòd victoribus deſeruiret coronæ: vt cum alijs multis ſcribit Plinius. Profundo igitur fundamento potuerunt putare diabolus, & mundus, ſibi omnino fore conſultum, ſi excluſi ab idolis ipſi, victique à Chriſto, ſeruatore noſtro, commiſſariam darent carni poteſtatem.

Iob. 41. 24.
Exod. 34. 16.
3. Reg. 11. 2.
Plinius li. 15. c 29.

Victoria dicata Veneri.
Veneri dicata myrtus, in ſignū victoriæ.
Caro anima hoſtis, deuicta à Dei Filio, carnem ſibi vniente.
Cruci affixit Chriſtus carnem noſtram cum carne ſua, vt ſimus cū eo ſancti.

Verum enim verò & hoſtis hic, ſeu hæc inimica, propria caro noſtra; ſui per Chriſtum ſenſit cohibitionem: qui non minus validè omnem compeſcuit carnis furorem, quàm mundi, atque diaboli. Non venit (fateor) in certamen cum Chriſto propria caro, nec cum eo vnquam congreſſa eſt incompoſito motu: cùm ſanctiſſima ſit ſuper omnes caro Seraphinos: at in eo ipſo illuſtris magis fuit victoria hęc, quā de carne tulit, quandoquidem cum pura ſit, & abſque macula, cruci affixit eam ſumma cohibitione, vt carnem noſtram, quæ ſuæ germana eſt, conſequenter cōpeſceret, purificaret, contineret. Apoſtolum Paulum audiamus. *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato.* Ille vetus homo: illa carnis vetuſtas: vetus illa conſuetudo petulandi, laſciuiendi, luxuriandi, colēdi Floram, Bacchum, Venerem. Vtique glorioſiſſima eſt noſtrorum, ex quo prędicauit Dominus, temporum diuerſitas à pręcedentibus temporibus: quando inter diabolum, & mundum diſſoluta currebat caro, Deaque adorabatur à mortalibus. Multa iam vbique ferè caſtitatis cura, multi vbique Religioſi, multi Virgines. Nullibi effręnata illa laſciuiendi publicitas: tametſi occultè fragiles aliqui labantur. Sanè ipſo ferè tempore, quo Dei filius notam facere hominibus diuinam Trinitatem, venit in mundum in ſummo inuenit carnis potentiam, impuritatemque feruore. Eo enim vſque deuenerat inſolentię, vt in medio ipſo Dei populo execrabilis regnaret turpitudo. Nam Iaſon, ſacerdos ſummus. *Auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere: & optimos quoſque epheborum in lupanaribus ponere: nefarium & inauditum ſcelus, ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificijs neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci.* Talem Chriſtus inuenit terram. Quanta (gratias Deo) hodie diuerſitas? Video iam (quod veteres prę ſagiere) in vinculis Venerem. Certè Veneris nomen à vocabulo vinculi deductum: ſiquidem à verbo, viere, quod ligare eſt, dictum ait Varro. Ideo apud Lacedęmonios Venus cognomento Morpha pedicis circa pedes obuolutis depingebatur.

Rom 6.6.
2 Macch. 4 12.
Varro de lingua Latina.

Chriſtus mirifica vi compoſuit perditum mundum.
Triūphus Chriſti inſignis in mūdo ordinando.
Iaſon ſūmus ſacerdos impijſſimus, turpiſſimus, perditiſſimus.
Lupanar Epheborum publicum ſub arce tēpli Ieruſalem paulo antequam Chriſtus veniret in mundum.
Gymnaſium publicum in Ieruſalem ſub templi arce paulo antequam Chriſtus veniret.

Pindarus, & Pauſanias, licet alia, & alia via, pudicitiam interpretati Pyndar.
ſunt: eſtq; piorum admonitio, vt tam Venus, quàm Bacchus honeſta- Pauſan.
tis vinciantur compedibus.

Compedibus Venerem: vinclis conſtringe Lyæum.

Vos, vt ſic conſtringatis, obnixè obſecro, atque obteſtor, auditores; ne
cauſa veſtri inſignis hæc ſeruatoris victoria, atque adeo gloria minua-
tur. Si diligitis Chriſtum, ſi verè Chriſti eſtis, ſi gloriæ eius inhiatis; in
id incidere timete, quod Chriſti gloriam in vobis valde labefactare vi-
detur. Quoniam *qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vi-* Gala. 5. 24
tijs, & concupiſcentijs. Nihil efficax adeo ad retrahendum vos à carna-
lium fonte voluptatum, flumineque vitiorum, ac diuinæ memoria
Trinitatis, cuius cognitione imbuit nos diuinus hic magiſter, & ſalua-
tor. Recolite (rogo) prædicta illa Zachariæ verba: *In die illa erit fons* Zacha. 4.
patens domui Dauid in ablutionem peccatoris: & diſperdam nomina ido- 13
lorum de terra. Planè ſi ſuauiſſimum hunc, qui Deus eſt, ingredimini
fontem; amariſſimum ſentietis oppoſitum fontem deliciarum. *Me-* Eccl. 12. 1
mento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus affli-
ctionis: antequam tenebreſcat Sol, & luna, & ſtella, &c. Antequam con-
teratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam, & re-
uertatur puluis in terram ſuam, vnde erat, & Spiritus ad Deum, qui de-
dit illum. Numerat Eccleſiaſtes omnes hominis partes metaphoricis
vocabulis: commonetque eum, vt antequam deficiant hæ, creatoris
ſui tempeſtiuè recordetur. Omitto reliqua, vt vnam hanc enuclee-
mus hydriæ metaphoram, & rotæ, fontis, atque ciſternæ. Hydriam cor Caiet. ibi.
intelligit Caietanus, ſuper fontem, id eſt, ſuper animam, vitæ fontem. Vatabl.
Vatablus, & Sa; hydriam venas, ſuper fontem, ſuper iecur, à quo venæ Emanuel Sa
ſanguinem eliciunt. Iſidorus Clarius hydriam vaſculum fellis ſuper Iſid Clar.
iecur, fontem ſanguinis, quod à Chaldæo ſumptum videtur. Hugo, & Chald.
Titelmanus hydriam corpus humanum; ſed fontem dicit iuuentutem Hug. Car.
Hugo; animam Titelmanus. Nos hydriam corpus intelligimus: de Titelm.
fonte aliter dicemus ſtatim: ſi prius de ciſterna dixerimus, & rota.
Chaldæus rotam vocat corpus, ciſternam foueam ſepulchri. Vata- Chald.
blus, & Sa, rotam caput hominis ſuper cor, quod eſt ciſterna. Leuinus Vatabl. Sa.
Lemnius rotam currum vitę ſuper profundam ſepulchri foueam. Nec Leuinus
ineptè: nam Seſaſter, Ægypti Rex, videns tres Reges, vinctos ſuos, Lemni.
ſubiugatos currum ſuum ferentes, dixit; *hæc eſt hominum vita.* Scri- Niceph. l. 18. c. 29.
ptor eſt Nicephorus. Idem ſimili in caſu dixiſſe Cyrum narrat Cę- Cedren. in
drenus. Ego hydriam intelligo corpus; quippe quod luteum eſt vas: comp. hiſt
ſeu hominem ipſum, dictum ab Iſaia. *Teſta de Samijs terræ.* Fontem Iſai. 45. 9.
in loco hoc voluptatum fontem arbitror, & vitiorum. Aquam vitia
eſſe, dixi ſupra; vnde & pròprius vitiorum fons eſt, ac deliciarum. Sic
Lucretius: Lucret.

——medio de fonte leporum
Surgit amarì aliquid, quod in ipſis faucibus angat.

Conteri ergo hydriam ſuper fontem, eſt hominem morte pręoccupa-
ri in medio vitiorum, in medio ſuarum voluptatum. Conteritur ſuper
fōtem hydriæ aut cùm plena iam aqua educta eſt, aut in ipſomet aquę

Exemplo ſummi ſacerdotis Iaſonis perditiſſimi, perdiiſſe it Ieroſolymitanos ſacerdotes.

Veneris nomen à ligando.

Venus vinculis vincienda ex propria nominis ethimologia.

Caſtitate, deuincienda Venus.

Sobrietate Bacchus vinciendus.

Chriſtiani veri Chriſti gloriã quærunt, & affectant.

Dei memoria mirum in modum componit homines.

Vitia faſtidio ſunt his, qui in Dei fonte recreãtur.

Conuerſio ad Deum tempeſtiuè facienda, nulla expectata mora.

Hydriam conteri ſuper fontem, eſt hominẽ morte abſumi in medio vitiorum ſuorum.

hauſtu: aut antequam expetitam capiat aquam, quum in crepidine ponitur fontis. Non ſecus conteruntur aliqui in alienarum ianuis domorum; quum expleta exeunt libidine, alij in ipſo libidinis hauſtu; in quo miſerè extincti ſunt ſubitò Phaon, Tigillinus, & ille, quem Regia poteſtas non defendit, Rodoaldus Rex Longobardorum, ferro in ipſo adulterio iugulati: ipſo turpitudinis actu deficientes Speuſippus, Cornelius Gallus, Quintus Heterius, Beltrandus Ferrerius: quorum interitum ſcripſere primum Cælius, Cornelius Tacitus ſecundum, Paulus Diachonus tertium, quartum Tertullianus: Plinius quintum & ſextum, ſeptimum Pontanus Iulianus. Alij in ianuæ ingreſſu, antequàm expetitam hauriant voluptatem. Quotquot item morte intercipiuntur, dum in media ſunt vitioſa vita; ſuper vitiorum fontem conteruntur. Rota ſuper ciſternam, illa quidem rota eſt, quæ ſuper puteum imminens ſuſtinet ſiculorum funem, qui etiam rota eſt congiorum, nomine antlia, ſeu hauſtrum. Iuxta hæc, rota eſt vita noſtra: textus apud Iacobum: *Inflammat rotam natiuitatis noſtræ*: ciſterna eſt puteus voluptatum. Ergo memento creatoris tui, antequàm confringatur vita tua ſuper ciſternam vitiorum. Nam ſicut ab antlia pendent congij multi: ſi à vita multi ſenſus corporis, & animæ, multæque potentiæ: ex quibus maior confringitur pars, quum confringitur vita, ſicut antlia fracta, congij confringuntur. Eleganter Hieronymus: *Antequam implicetur funis, qui ex rota demittitur*: ne te rapiat mors implicationibus irretitum.

Cæl. Rod. Cor. Tac. Paulus Diachon. Tertul. in apolog. Plin. l. 7. Iul. Pont opuſc. de obedient.

Homo hydria teſtea.

Homo immatura cõteritur morte, ſicut hydria ſuper fontem.

Vita hominis currus tendens in foueam.

Seſaſtris Regis Ægypti dictum de miſera hominis vita.

Fons voluptatum, deliciarum, vitiorumq; dicitur.

Mors in medio vitiorum conterens hominem, vna è tribus inſtantijs capit eum.

Facit luculenter propoſitæ prophetiæ contextus: nempe poſtquàm diuinus ille vir duxit per aquam illam Ezechielem, metiens ter mille cubitos, dixit ipſe propheta: *Eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis: & ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraque parte.* Quid hoc? Vtique poſtquam homo ingreditur fide vaſtiſſimam hanc diuinæ aquam Trinitatis, vt ad ripam redeat, oportet; non progreſſus vltra ad profundius myſterij ſcrutinium; ſed in amœna ſedens ripa, contemplatione abſorptus, iucundatus, recreatus, delectatus. O ſuauiſſima Dei Trinitas! o Deus mi! ó bonum meum!

Iacob. 3. 6. Hiero. in Eccleſ. 12. Ezech. 47. 6.

Libidinoſo in actu, extincti homines multi, partim ferro partim ipſa libidine.

Epiloga.

INter ea multa, quæ vnus Trinus Deus condidit ita mirabilia, vt, cum naturalia ſint, diuinam nihilominus Trinitatem eius repræſentent, duo ante omnia conſideraui tam eximiæ celſitudinis ſymbola, artificioſum vnum, vnum à natura confectum: primum peruium Europeis, ſummoperè extraneis, Chinis imprimis admirandum: ſecundum in Peruenſi natum regione admirandum ſummopere Europeis, alijſque quibuſuis mundi nationibus. Primum eſt vitrum triangulare; illud dico, quod, cum diaphanum omnino ſit, nulliuſque coloris, dum ſemotum ab oculis conſpicitur: quum tamen oculis ſuperponitur ipſis, varios colores oſtendit, ac imagines. Omnia nimirum obiecta, ad quæ oculorum extenditur viſus, per vitrum iſtud perſpiciuntur varijs collucentia coloribus inſtar cæleſtis Iridis ac perfuſæ varijs ſplendoribus nubis, aureis Solis radijs coruſcãtis. Imitatur

Phaon extinctus enſe in ipſo libidinis actu.

Tigillinus iugulatus, dum incumberet Veneri.

Rodoaldus Longobardorum Rex occiſus in media libidine.

Digitized by Google

itaque diuinã vitrum Trinitatem in eo, quòd, cùm ſimpliciſſimũ ſit, nec quippiam ſit vitro ſimplicius; eſt tribus angulis mirabile. Nihil adeo ſimplex, ac Deus noſter, natura omnium ſimpliciſſima, perſonæ tres in ſimplici natura. Quæ, dum à noſtris eſt oculis ſemota, fide cognoſcitur ſimpliciſſimus Deus, & vnus Trinus, at quum in cœleſti beatitudine coniũgitur Deus oculis beati; videntur quidem vniuerſæ res per Deum ipſum, imo in ipſomet Deo tantò pulchriores, quàm in ſe ipſis agnoſcuntur, quantò ſpecioſiores, quàm viſæ in ſemetipſis, apparent res per huiuſmodi vitrum oculis obiectæ.

Trinitatis diuina Symbolum flos mirabilis, terra Peruana.

Symbolum aliud eſt flos quidam proprius (vt reor) regionis huius Peruanæ. Quem cum admirabilem fere nationibus cunctis affirmarim; fateor & nobis ipſis, qui in Amenica hac adſpicimus eum, maximè mirabilem. Nec ipſe quidem vſpiam videram eum poſt multos, quibus in regno hoc adſtiteram annos, vſque ad diem hanc, qua in Limenſis domus noſtræ horto, neſcio vnde, inuenio tranſplantatum. Huius haſtile trigonum eſt, tribus nimirum angulis: ſed flos ipſe paulo, quàm roſa, maior; figura ſemiſphærica, ſeu dimidium malum medicum tota medulla vacuum imitante. Ter trina ibi folia ſunt, ſeu tres diuerſi foliorum ternarij, impares valde tam magnitudine, quam colore. Sunt tria folia maxima in triangulo: quibus tria minima intermiſta, alium triangulum conſtituunt, & alium tria mediocria. Foliorum forma lingua humana eſt, ita vt maxima folia paulo ſint linguis hominum maiora: colore item ferme linguæ colore, licet læto magis, ac coccineo. Folia vltimi ordinis, minima videlicet, naphæ referunt foliola: ſed minium adſpectu. Sunt lilij folijs ſimilia mediocria: illius nempe lilij, quod açucena dicimus Hiſpani, ſed colore pallido puriſſimo. Nouem folia hęc æqualia ſunt omnia longitudine vſque ad circulum, ſeu crepidinẽ dimidię ſphęrę, licet latitudine inæqualia, at à circulo illo, & ſurſum eminent folia omnia impari valde latitudine, ac longitudine inæquali, itaque folia omnia vſque ad dimidium ſui coniuncta ſunt penitus, diuiſa omnino à dimidio & ſurſum. Illud quoque mirandum, quòd folia omnia à dimidio & deorſum, dum intra dimidiam ſphæram coniuncta ſunt triplici colore, quaſi penicillo laqueis multis venuſtiſſimè poſito collucent. Ad hęc, è floris centro virgula procedit digiti humani longitudine, recta verſus cælum, triangula item, colore ſubruſa in cuius ſummitate tres rurſus parui aſſurgunt calami: & inter hos tria rurſus fila, palmæ ramos flexione referentia. Benedicta ſit Sancta Trinitas.

Napha eſt ſ mali medici: Hiſpanè Azar.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI DE CALENDA SERMO PRIMVS.

Ezech. 16. 7.

Hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & mane videbitis gloriam eius.

VIDEOR mihi videre auditores curioſa auidos expectatione ſciendi, quidnam Kalenda ſit, quid nomen Kalendæ? Græcè enim loqui videmur, quoties nos Kalendam nominamus. Non miror, ſi videmur græcè loqui, nam kalendæ nomen verè græcum eſt, & græci proprium idiomatis. Qua difficultate ſi nulla occurreret abſtruſior, non quidem multum ſudaremus; cum vocabuli notionem à græcis interpretibus petere valeamus. Sed enim neque ij vocem hanc noſtrum norunt in propoſitum; eò quòd Kalendæ prædicandę noua ſit introductio, ſaltem ſub nomine kalendę. Quid, quòd nec latini, nec aliarum prædicatores nationum, aliquid aliud dicunt de kalenda, quàm quòd Kalendam prædicent; deinde nec nominant eam in concionibus; ſed de occurrenti agunt euangelio, quod grauem Ioſephi ex grauido ſponſæ ſuæ ventre turbationem narrat, animumque poſtmodum ſedatum, annuntiante Angelo, fœtum vteri ſponſæ non opere viri, ſed ſancti ſpiritus, conceptum. Hæc prædicant omnes: nec ſe in kalendas, nec in kalendaria curant intromittere. Nos circumſtantium gratia aliquam vocabuli interpretationem extricabimus, imo vnam, & alteram, propter honorem tanti feſti. Harum priore parituram ſalutabimus virginem: fœlix populo extrema precabimur paſcha. Eſt ergo extrema interpretatio, kalendam eſſe breuem concionem, ſeu breuem ſermonem nominari kalendam. Audio vos iam dicentes; ſi kalenda concio breuis eſt; optima ſunt vocabula græca; & hoc inter optima potiſſimum. Iam quidem te, Pater concionator, grato nos lætificaſſe paſcate puta. Lætor & ego ſuper hoc: pergoque lætiſſimus, vt parturientem nunc virginem ſalutem. Quod ſi & vos mecum feceritis; placido hilareſcetis hodie paſcate, dulcificato ore veſtro diuina ſuauitate verborum, quibus dulciſſimę Virgini dicemus: *Aue Maria.* *Kalenda quid ſit.* *Aue Maria*

Propoſitam primò kalendæ interpretationem adituri, dicimus *Kalenda quid ſit.*

Digitized by Google

kalendam eſſe lætiſſimum quoddam ſalutationis genus, quo parituræ virgini gratulatur eccleſia, in debitam faciundæ naſcituro Regi ſalutationis præuentionem. Fortè ſimilitudine hæc res perſpicuè cunctis innoteſcet. Accidit, vt afflicti obſeſſæ vrbis incolę, è turribus intenti proſpiciant, ſubueniatne aliunde ſuffraganeus aliquis exercitus, cuius ope à diro illo obſidionis rigore liberentur. Quid, ſi tunc naualis in mari appareat claſſis, in auxilium aduenIens obſeſſorum? quanta erit populi lætitia? quantum gaudium? qualis reſpiratio? quid ſi perſpectis obſeſſores triremibus, effugiant protinus, futuram ſubuenientis ducis victoriam agnoſcentes? qualis tūc ab obſeſſis fit accidenti duci ſalutatio? Imo quotnam ſalutationes? Pergit ingrediens portum deaurata magni ducis triremis, varijs ſuper aurum collucens emblematibus, ſericiſque elegans apluſtribus multis, inter inflata tremulis carbaſa Latina, Regio expanſo vexillo, ac velut victoriæ compos triumphans, ſtantibus vtroque in latere militibus, ſpecioſo veſtimentorum ornamento, fulgoreque armorum florentiſſimis, quid tunc facient obſeſſi, qui hoſtilem exercitum fugientem, intrantem nauim cernunt ſubſidiarij? Expectabuntne egreſſurum è naui in littus ducem, vt eum ſalutent egredientem? Imo duplex quidem ſalutatio fit: (quod Hiſpani dicimus *Hazer la ſalua*): altera, qua tenens portum ſalutatur triremis: altera, qua egreſſus ex ea Dux, dum ſcapha in littus venit, ſalutatur. Fit (inquam) in ipſo triremis ingreſſu, cùm vela iam incipiunt colligi, demitti anchoræ, prima è muris vrbis ſalutatio, diſploſis gratiſono murmure bombardis, longeque reboantibus, mutuò ſibi è littore, & è triremi inter clangentes tubas reſpondentibus. Similis eſt ſalutatio ſecunda, qua egrediente è naui in littora ducę in mœnijs iterum perſtrepunt buccinæ, tonant ænea ſtrepitu tormenta. Quid, ſi (vt ego vidi) triremis ingreſſus; atque adeo eius ſalutatio accidat manè orto iam ſole, eiuſque occaſu ſalutatio ſecunda, qua in littus excipitur Princeps? Quis alterutrius ſalutationis repræſentare valeat ſplendorem, iucunditatem, apparatum? Quodnam in terris eſſe poteſt ſpectaculum gratius, aut in mari? Ipſa profectò Solis ſulphureo puluesis fumo obnubilatio gratior eſt ipſis Solis radijs: nec tam ſuaues philomelę, quàm tubæ. Erat terrena vrbs, vniuerſorum populus mortalium terribili obſidione conſtrictus, qua à mundi initio infernis infeſtabatur ab hoſtibus, humana gente fortioribus, tum natura ſua, vtpote ſpiritali, ſine carne: tum ob partam victoriam, qua hominem primum, primamque mulierem, congreſſu primo peruicerunt, vniuerſos atque adeo terrigenas & graui tributo, & moleſtiſſima obſidione funeſtarunt. Eſt nota vbique Iobi lamentatio; *Militia eſt vita hominis ſuper terram*: vbi ſeptuaginta: *Tentatio, ſeu tentationis locus eſt vita hominis in terra.* Locus autem tentationis, obſeſſus hoſtibus eſt locus: cuius obſeſſi homines ipſa ab obſeſſoribus obſidione tentantur, vt ſe tradant. Et tradebant ſe hoſtibus plerique; imo pauciſſimis exceptis, ferè omnes: vt qui cæcę caliginis tenebris obſeſſi. Sed quanam obſidione circundatur, qui à te-

Simile.

Kalenda eſt ſalutatio parturiētis virginis Mariæ.

Obſidione continua infeſtantur ab obſcuris hoſtibus homines.

Iob. 7. 1. Septuaginta.

Digitized by Google

Epheſ. 6. 12. nebrarũ? Sunt quidem hoſtes noſtri tenebrarũ duces, obſcuri, tetri, ac impoſtores: de quibus Paulus: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, & aduerſus Principes, & poteſtates: aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus.* Si à tetris tenebrarũ rectoribus obſidebantur miſeri homines; qualiſnam erat obſidio illa, niſi atris tenebris contexta? *Vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.* Heu miſeros! Illi, qui protectricem prouidentiam Dei, tamquam fugitiui ſerui, reliquerunt, in id incidère periculi, vt ſub tectis concluſi obſiderentur, & ibi quidem compediti, ne aufugerent; vt qui craſſiſſimis tenebris obſeſſi, eiſque (prô dolor) compediti: At quomodo poſſunt tenebræ eſſe vincula pedum? Ad oculos hæ, non ad pedes ſpectant. Fateor ſpectant ad oculos tenebræ: in quo perditio grauior eſt: cùm huiuſmodi homines tenebrarum catenis habeant oculos vinctos: quæ eſt peior quàm pedum, illigatio. *Et dum putant ſe latère in obſcuris peccatis: tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt pauentes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.* Horrendũ eſt. Sunt in obliuionis velamento, & eo quidem tenebroſo; & pauent tamen pauore nimio, horrore ſtupendo, horrido tremore, ac ſtupore perculſi, anguſtiati, conterriti, obrigentes.

Sap. 17. 2. — Cœcitas mentis ſunt compeditæ tenebris oculi.

Sapiæ 17. 3.

Talis erat hominum obſidio; talis calamitas, talis oppugnatio. Quidnam aberat iam, vt ſe hoſtibus dederent; ſi certa ſpes venturi ex promiſſione ſubſidiarij non vigeret? Erat promiſſus ſubſidiarius dux, Dei filius, qui obſeſſos à Dæmonibus filios Adæ ſuo ſoſpitaret aduentu: promiſſus (inquam) verbis illis Micheæ: *Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Nomen, dominator, apud Septuaginta eſt nemen Princeps; apud Kaldæum; *ex te prodibit Chriſtus*; ſed *exiet Dux*, apud Matthæum; qui hodierna Chriſti natiuitate adimpletam dicit promiſſionem. Hęc ſunt verba Matthæi: *Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum, & ſcribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iudæ; ſic enim ſcriptum eſt per prophetam: & tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima eſt in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael.* Venit ergo Chriſtus tamquam Dux, & gubernator, exercitus dux, populi rector. Eſtque functus primùm munere ducis, vt liberaret obſeſſos; quos erutos iam de tenebrarum poteſtate, diuina luce gubernaret. Fit in 21. numerorum capite mentio libri, qui bellorum Domini liber nominatur: *Vnde dicitur in libro bellorum Domini: ſicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.* Quiſnam eſt hic bellorum Domini liber? Nullibi quidẽ inuenitur: ſemel dumtaxat eius legitur mentio; at liber ipſe non comparet. Quemnam dicemus librum hunc? Sacrarum quidem librum ſcripturarum. Hunc Rupertus intelligit verum bellorum Domini librum, totum librum bibliorum. Quoniam omnia, quæ in cunctis ſcripta ſunt biblijs, acerrimum hoc inter ducem Chriſtum, & Diabo-

Mich. 5. 2. Septuagi. Kaldæus. Matt. 2. 6. Matt. 2. 3. — Chriſtus dux promiſſus hominibus, quo ab obſidione diabolica emergerent.

Numer. 21. 14. Rupert. li. 2. de victoria verbi Dei c. 18. — Liber bellorum Domini quiſnam.

Digitized by Google

Diabolicos hoſtes bellum vel inducunt, vel enarrant, ad liberandos à tyrannis obſeſſos. *Dominus mecum eſt, quaſi bellator fortis: idcirco, qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer,* ait Ieremias. Dux igitur hic in Regali ad nos aduentauit triremi, Virgine Maria; digniſſima, qua diuinus dux vteretur cõſorte tam glorioſæ victoriæ, tam pij operis, liberandi ab obſidione vexatos. Eſt quidẽ intrinſecus deaurata triremis, ac extrinſecus; tota vndiq; pulchra; tota exornata, triumphalis tota, ac verè triumphans. Hanc ſapientiſſimus miratus eſt Salomon, qui ſuam verbis his admirationẽ expreſſit: *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cœlo, viã colubri ſuper terram, viam nauis in medio maris, viam viri in adoleſcentiã.* Vbi originale Hebræum habet, *viam viri in adoleſcentula virgine:* quę etiam eſt kaldęi lectio paraphraſtæ. Itaque Dei genitrix virgo naui aſſimilatur, quatenus nec nauis apertam relinquit ſemitam in mari, nec in viripara Maria ſemita vlla relicta eſt, indicans, ex ea virum prodijſſe. Idcirco illud, quod pudicitiam, virginitatemque eius narrat euangelium, in hodierno legitur officio.

Maria triremis in qua diuinus dux aduenauit in terras obſeſſas à Dæmonibus homines ſoſpitare.

Mariæ perpetua virginitas.

Iere. 20. 11.

Prouer. 30. 18.

Hebræa ibi.

Kaldæa.

Veniens igitur in triremi hac potentiſſimus dux, ac dominator, ſimul ac mundo apparuit, fecit animo deficere Tartareos hominum obſeſſores: qui imminens excidium ſuum cœperunt ſtatim præſagire. Præſertim, cùm viderent, naſci eum cœleſti circundatum exercitu, iucundiſſimis vocibus annunciante pacem obſeſſis à Tyranno filijs Adæ. *Facta eſt cum Angelo multitudo militia cœleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Eia Tyranni, eia obſeſſores, eia inſidiantes, ecce multitudo militię cœleſtis: ecce lætiſſima hominibus pacis annunciatio, dum homo dux naſcitur in ſtabulo. Vt quid militiæ nomine vocatur hęc turba, niſi ad inferendum deſcenderet bellum? Sed cuinam bellum inferet? Hominibuſne? Imo ipſemet concinit exercitus, *in terra pax hominibus.* Quibus ergo bellum inferetur? Illis profectò, qui pacem hominum perturbant. Vobis, vobis, Tyrãni, inferendum eſt bellum, quo obſidionẽ deſerentes, aufugiatis. Scitis prędnunciata à prophetis ſigna Meſſiæ, liberaturi à veſtro homines iugo, iſta quidem eſſe, quæ in naſcente nunc perſpicietis puero vt Deus ſit, ſit ſimul & paruulus; vt paruulus ſit, ſit ſimul & fortis. Tandem Princeps pacis: vt qui fortitudine ſua diſſipãs obſeſſores, in pacẽ vindicet obſeſſos. *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur nomẽ eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis.* Dicens Iſaias *Filius datus eſt nobis,* dicit expreſſè Dei filiũ. Non enim apparet alia aliqua cauſa, qua potuerit dicere, Filius datus eſt nobis, præter vnam hanc, quòd Dei filius nomine filij cognoſcendus ſit, quoties nullum eſt adiunctum, quo alius explicatur filius. De quo, ſi quis dubitat; dicat ille nobis, cuiuſnam filius dicatur hic de quo ait propheta, *Filius datus eſt nobis,* cuius imperium ſuper humerum eius, & cętera. *Filius datus eſt nobis,* an filius noſter? Nequaquam. Cuius ergo? Filius igitur eſt antonomaticè. Filius cui vnicè conuenit eſſe filium, ita, vt nequeat eſſe Pater, ſicut cęteri filij,

Chriſtus aduentu ſuo fecit, ante congreſſum, tremere hoſtes animoque deficere.

Lucæ 2. 13.

Chriſtus attulit hominibus pacẽ.

Iſai 9. 6.

Digitized by Google

patres ſunt, nec poſſit aliquando eſſe non filius. quòd, ſi quis velit, filium hunc verbis iſtis dici hominum filium; minimè quidem dicere poterit, vocari eum à Propheta ſingularem alicuius hominis filium; ſed filium, vniuerſæ humanę naturæ communem, eo ſenſu, quo Chriſtus ipſe nominabat ſe ipſum filium hominis, eò quòd omnibus natus ſit. Alioqui non dixiſſet propheta; *Filius datus eſt nobis.* In quo etiam animaduertenda eſt locutionis diſparitas, qua de filio loquitur, & qua de paruulo Iſaias. Paruulum dicit nobis natum, ſed nobis datum dicit filium. Quoniam profectò filius hic, qui nunc naſcitur paruulus, datus nobis eſt: cum antequàm daretur, eſſet filius: ſed nobis ipſe naſcitur paruulus: quoniam ante hodiernum ex virgine ortum, non paruus, non tener, non exiguus, ſed magnus erat Dei filius. Et mirum magis, quòd, qui paruulus dicitur, & filius, dicatur ibidē Deus fortis. Quomodo paruulus, ſi fortis? quomodo Deus, ſi filius paruulus? quis, dum legit hæc, negare poſſit, filium verè eſſe Deum? Videtur vtique myſterium, omnem admirationem excedēs. Tale (fateor) eſt: & ideo vocatur ſimul admirabilis, dum & Deus, & filius appellatur, & paruulus. Dicitur demum Princeps pacis; quoniam Tyrannos ab obſidione profligans, ad pacem reduxit Adæ filios. Et vt munus hoc profligandi ortu ſuo inimicos, hominesque in pacem reducendi, ab eo, tamquam ab obſeſſorum ſubſidiario, & aſſumptum, & obitum ſciremus, dixit idem propheta: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel*: quod interpretatur, nobiſcum Deus. Proprium quidem dictum obſeſſorum, auxiliatorem venientem aſpicientiū. Quum enim venientem à longè vident obſeſſi Regem ſuum, ſolent ouantes conclamare; nobiſcū Rex, nobiſcum Rex, aut alius quiſpiam Dux ſtrenuiſſimus. Pariente ergo Virgine filium; homines (ait Propheta) animo reuocato, excuſſaq; tam valido ſoſpitatore agonia, hilares conclamabunt, nobiſcum Deus, Deus nobiſcū; Emanuel, Emanuel, nobiſcū Deus, quem timebimus? Quanta igitur erit hodierna hominū alacritas? Quanta iubilatio? Quantū gaudiū? quibus excipient ſubſidiarium Regem tripudijs? quanta exultatione, quanta celebritate, quā iucundo ſtrepitu ſalutabunt, tū exeuntē è triremi Principem ipſum, tum ipſam, ex qua egreditur, triremē? In diebus Eliſei prophetæ congregauit Benadad, Syrię Rex vniuerſum exercitū ſuum; & aſcendit, & obſidebat Samariam. Factaq; eſt fames magna in Samaria: & tandiu obſeſſa eſt, donec venūdaretur caput aſini octoginta argēteis. quo tēpore quatuor leproſi, qui erant iuxta introitū portæ, dixerunt adinuicē; quid hic eſſe volumus, donec moriamur? Venite ergo, & tranſeamus ad caſtra Syriæ: ſi pepercerint nobis, viuemus; ſi nos occiderint, ſimili nos afficient morte, quia fames hæc obſumet nos. Cumq; veniſſent ad principē caſtrorū Syrię, nullū ibidē repererunt: ſiquidē Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ curruum, & equorū, & exercitus plurimi; quo fugientes illi, omnia ſua in tentorijs reliquerunt. Quid tunc feciſſe obſeſſi illi putandi ſunt? Tanta in campum alacritate prodierunt, vt hominē in vrbis porta ſtantē conculcantes interemerint. Communē

Iſai.7. 14.

4. Reg. 6. 24.

Simile.
Chriſti natali magna exorta eſt hominum exultatio, malignorū deiectio inimicorum.

populi lætitiam nemo narrare quiuerit; præſertim; cùm plurima hoſtium inuenta tulerint ſpolia, & annona ſtatim abundauerit. *Factuſque eſt modius ſimilæ ſtatère vno, & duo mody hordei ſtatère vno.* quantò igitur maius, quantò amplius, quantò intimius erit nobis gaudiũ quantò hilarior lætitia, cùm exeuntem ex virgine liberaturum obſeſſos ducem ſuſpicimus, & ſuſcipimus? Nec enim tantus ille fuit, qui obſidentes Samariam fugauit ſtrepitus, quantus ad profligandos obſeſſores humani generis hoſtes, Angelicus rumor, ſuauiſſimaque noctis huius harmonia dulciter cõcinentium, *gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quonam poſſunt animo hoſtes hominum conſiſtere, à timidaque fuga ſe abſtinere, tantam naſcentis hominis gloriã ab angelica turba concini audientes? quòd ſi fugiunt hi, quibuſnam obſeſſi homines gaudijs hilareſcent? quibus lætitiæ indicijs liberatorem ſalutabunt? quibus & matrem eius ſalutabunt ornamentis? quum à decenni Troiæ obſidione Argiui feſſi diſceſſerunt: exgrauata iam à tam diuturno iugo, ſuam Troiana gens libertatem, & requiem inenarrabili gaudio celebrauit. 4. Reg. 7. 16. Lucæ. 2. 14.

Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu; Virgi. 2. Æne.
Panduntur portæ: iuuat ire, & Dorica caſtra,
Deſertoſque videre locos, littuſque relictum.

Quantò clarioribus tripudijs exibimus nos, ad ſuſcipiendũ, intuendũ ſalutandum liberatorem noſtrum, vnicumque Dominum, ac Deum. qui tanta nos liberaturus delinitus venit pietate? Ad ſalutandam item diuinam hanc, ex qua, ad tam pium opus, exit matrem?

Excipitur ergo nocte media, exiens à triremi noſter dux ſalutatione celeberrima, reſonantibus è terra Angelorum choreis gratiſſimo illius murmure cantici: *Gloria in excelſis Deo*, reſpondentibuſque comitatoribus ipſius Principis Angelis, *in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quòd ſi exeunti de triremi Principi talis fit nocte ſalutatio, nonne dignum eſt, & valde congruum, vt ſimilis fiat ante meridiem ſalutatio fœliciſſimę triremi, quæ portans eum noſtro iamiam ſiſtit in portu? Eſt vtique congruum, & digniſſimũ, omnique rationi conſentaneum. Salutatio ergo hæc, qua afferens ducem triremis excipitur, kalenda merito appellatur. Maximè cùm kalendarum nomen, tum feſtum ſignificet, tum diem, in quo à prophetis poſtulantur oracula. Nam kalendarum dies, dies eſt nouilunij, menſiſque principium, atque adeo celebris Hebræis. Conſtat ex ipſa inſtitutione, Numer. 10. *Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis: vt ſint vobis in recordationem Dei.* Quòd item fuerit kalendarum dies dies petendi oracula à prophetis, non obſcurè infertur ex verbis viri, qui videns vxorem ſuam euntem, ad conſulendum Elizeum ſuper morte filij ſui, dixit ad illam: *Quam ob cauſam vadis ad eum? Hodie non ſunt Calendæ, neque ſabbatum.* Hodierna igitur dies & dies eſt, in quo venturi ducis prophetatur aduentus verbis thematis noſtri: *hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & manè videbitis gloriam eius*: & dies conſequenter magni feſti, eò quòd vel ſolum tantę lætitiæ nuntium grandis mundo

Calendarum dies dies eſt, tum feſtiuum tũ in quo oracula poſtulantur.

Nu. 10. 10. 4. Reg. 4. 23.

Digitized by Google

celebritas ſit, ac exultatio. Sed præcipue aduenientis triremis feſtiuitas. Nam Domini gloriam viſuri ſumus mane, & conſequenter celebraturi, ad hodiernum pertinet diem feſtiua pariturae virginis celebratio; cùm diuina virgo hęc parturiens iam, quamuis ſine dolore, proponatur.

Accedit, quòd diuini huius ducis aduentus non in id dumtaxat dirigatur, vt ab oppreſſione liberentur obſeſſi, ſed in id etiam, vt poſſeſſores mundanæ arcis Tyranni ab ea poſtmodum eijciantur euicti. Eiectio hæc, atque victoria ad ducem ſpectat naſciturum; ſed victoriæ prȩuentio, & apparatus ad parturientem virginem magna ſpectat ex parte. Id, quod in antiqua teſtamenti arca legimus figuratum eo tempore, quo Ierichuntini muri circunducta arca illa ceciderunt. Narratur latè hiſtoria hæc à 3. Ioſue capite vſque ad 6. hac, cuius ſummam dicam, ſerie. Volens Dominus Deus immenſam Iſraelitarum multitudinem in promiſſa terra Ioſue duce conſtituere, fecit & ducem arcam teſtamenti, quæ in Iordane flumine ſiccam hominibus viam aperiret. Tranſeunte itaque in ſacerdotum humeris arca, *ſteterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe. Et ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant ſuper ſiccam humum in medio Iordanis accincti, omniſque populus per arentem alueum tranſibat.* Tranſuadato ſic flumine hominibuſque in promiſſa terra conſtitutis, actum eſt protinus de expugnanda ciuitate magna Ierichuntina, fundituſque delenda. Pro cuius captura, ac ſubuerſione, circunducta fuit ſepties in gyro vrbis per dies ſeptem illa fœderis arca, lata in ſacerdotum humeris, præcedente exercitu armato, vulgoque ſubſequente. Sed & ſacerdotes tubicines ſeptem præcedebant arcam, tubis clangentes iubilei. Die autem ſeptimo ſepties rurſus circuierunt vrbem ordine prædicto, ſicut fecerant ſepties in hebdomada. Cùmque ſeptimo circuitu clangerẽt buccinis ſacerdotes, dixit Ioſue ad omnem Iſrael: *Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſonituſque increpuit, muri illico corruerunt, & aſcendit vnuſquiſque, per locum, qui contra ſe erat, ceperuntque ciuitatem.* Vrbe Iericho opibus multis, ac theſauris innumeris ſcatente congruè mũdus deſignatur, vt notauit Origenes: Ioſue verò apta fuit figura Chriſti, cuius & nomine honoratus eſt, ſiquidẽ Ioſue idẽ eſt, ac Ieſus, hebraicè dominus ſaluator, q̃uoniã ſicut Ioſue liberauit populũ ſuũ à viſibilibus aduerſarijs, eoſq; populo adiuuãte, peruicit, ac promiſſa tandẽ in terra conſtituit illũ: ſic noſter Ieſus eundẽ liberauit populũ, imo vniuerſos hominũ populos ab inuiſibilibus tyrannis, quos concurrente eorundẽ hominum cooperatione peruicit, deſtructaque hoſtiũ munitione; inſiſtentes veſtigijs eius cœleſtẽ in patriã fœliciter trãsfert. Arca denum teſtamenti B. Deiparam præſignauit, vt Ioannes Damaſcenus contẽplatus eſt meritò. Vnde factum eſt, vt Ieſus noſter aduẽtu ſuo mundana pergama, vanãque altitudinẽ cũ ipſo exæquarit pauimento, non ſecus ac veniente Ioſue Ierichuntina mœnia corruerũt.

Chriſtus aduentu ſuo eiecit ab arca munitos aduerſarios.

Maria Virgo, eiuſque virginitas præſignata quondam in arca teſtamenti Iordanem tranſeunte aquis reuerentibus.

Ioſue. 3. 1.

Ioſue 3. 16

Ioſue 6. 16

Origen. homil. 6. in Ioſue.

Iericho ſymbolum mundi.

Chriſtus Dominus, & ſaluator præſignatur Duce Ioſue.

Damaſce. de dormitione Deiparæ.

Mundanæ vanitatis mœnia veniente Dei filio corruerunt.

Digitized by Google

Auguſtus Octauianus titulũ Domini, naſcente vero Domino Chriſto, vltro depoſuit.

In aduentu Ioſue muri Iericho ſubuerſi ſunt: in aduentu Ieſu vincitur mundus, dixit doctor Adamus. In tantum, vt ille, qui tunc imperabat, Cæſar Octauianus mundanam vanitatem deſpiciens, Domini titulum, naſcente Dei filio, libens abdicarit, motus Sibyllarum vaticinijs, quibus longè ante prædixerat naſciturum ex virgine mundi redemptorem. Sic ſcribit Paulus Oroſius: eſtque conforme ijs, quæ de excellentiſſimo illo imperatore in vita eius tradit Suetonius: Facit ipſius Chriſti dictum: *Hæc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis, in mundo preſſuram habetis: ſed confidite, ego vici mundum.* Confidite, ſi modo in militia hac cooperati fueritis mecum, viriliter pugnantes, non ſecus, ac Iſraëlitæ illi Ioſue ducem ſequebantur. Appoſitè dixit Iſidorus, partam ab Iſraëlitis contra Iericuntinos victoriam, certum victoriæ noſtræ, qua vincimus mundum, ſymbolum extitiſſe. Et quemadmodum Iſraëlitæ ipſi tam ſtrenuum ducem ſubſecuti, videntes deſtitutam muris ciuitatem, *Interfecerunt omnia, quæ erant in ea*; ſic cadentibus, adueniente Chriſto, mundanæ mœnijs celſitudinis, peruincunt filij Adæ hoſtes illos, qui ipſius rectores ſunt mundi; ſæuiſſimos videlicet dæmones, de quibus Paulus: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum.* Quæ victoria naſci quidem cœpit tempore partus, quo dux noſter hominibus apparuit; qui dum ſubuerſo natus eſt ſtabulo, inflatam mundi ſubuertit vanitatem. *Quid ergo ſtabulum elegit? Planè, vt reprobet gloriam mundi, damnet ſæculi vanitatem. In omnibus his mundi iudicium arguitur, ſubuertitur, confutatur*, ait S. Bernardus. Cùm ergo primæ huius victoriæ, qua cadunt muri, feſtum celebretur nocte hac fœliciſſima, qua dux noſter exiens arca ex Virgine, terreos vanitatis muros deiecit, vt Tartareos deinde hoſtes ſuperaret; nonne eſt rationi conſentaneum, vt inſtrumentalis victoriæ dux, arca videlicet virginea, qua præuia peperimus victoriam, præuio à nobis feſto celebretur? Nonne iuſtum eſt, vt ante ipſum ducis noſtri ortum, illa celebretur circunductio, qua virginea arca circunducta eſt, vt vanitatis corruerent muri? Sanè prædictæ illæ ſeptem dierum circuitiones, qua arca illa in murorum gyrum circũdata fuit, hilari alacritate celebrantur per hoſce ſeptem hebdomadę huius dies, in quibus totidem cantantur antiphonæ, magna feſtiuæ exultatione. At extrema illa circuitio, quæ in die extremo iterum ſepties facta eſt, vociferantę alacriter populo, ſeptemque tubis reſonantibus, quando nam in noſtrum celebratur propoſitum? Nonne die hac, quam fœliciſſima nox ſuccedit victoriæ? Illa ergo ſeptena arcæ circuitio, illa vociferatio, tumultus ille, clangorque tubarum perſtrepentium, illa (inquam) calenda eſt, quę virginea celebratur arca, ex qua diuinus dux ad tam glorioſam prodijt victoriam.

Ada. ho. 7. in Ioſue.

Paulus Oroſ. lib. 6. Sueton. Tranq. in Auguſto Cæſar.

Ioa. 16 33.

Iſid. in ca. 7. Ioſue.

Ioſue 6. 21

Vanitas mundi naſcente Chriſto deiecta eſt.

Eph. 6 12.

Ber. ſer. 3. de natali Domini.

Mundi pompa damnata Chriſti natiuitate.

Meritò eſt dictus Princeps pacis: quoniam deſtruens hoſtes, homines liberauit, priuans illa Tyrannum poſſeſſione, qua mundanæ vrbis ſe iactabat rectorem: Quod luculenter dixit ipſemet Dei filius: quum eijciés ab homine dæmonium, ſuam verbis his victoriam commendauit. *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum: in pace ſunt om-*

Chriſtus Princeps pacis.

Luc. 11. 21

Pacem veram peperit nobis pugnans diuinus dux Christus, victorque ab hoſtibus euadens.

Magiſter ſcholaſticæ hiſtor.

Pacis Deæ templum cõcidit Romæ ea nocte, qua Christus eſt natus.

nia, quæ poßidet. Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat; & ſpolia eius diſtribuet. Erat, ecce pacifica arcis poſſeſſione munitus hoſtis; ſed arce priuatus eſt, paceque cõſequenter. Cuius ruinæ, vt naſcente Domino exhiberetur indicium, eadem, qua natus eſt, nocte concidit Romæ Pacis Deæ templum; quod ob ſolidiſſimam firmitatem putabatur æternum. Scriptor eſt Magiſter ſcholaſticæ hiſtoriæ. Ideò, cum tranquilla hæc pax, qua priuatus eſt hoſtis, transferatur ad homines hac nocte: concinunt pacificatori Domino cælites: *Gloria in altißimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Terra autem canit arcæ virgini eandem alacriter gloriam: quòd Iordanem fluuium repreſſis aquis pertranſierit. Nempe concipiens, & pariens, nullum virginitatis detrimentum ſit paſſa: id, quod in noſtro audiſtis Euangelio. Pro mirabili ergo tranſitu hoc, admiranda nempe incolumitate pudicitiæ, proque parturitione, in qua nunc eſt, vt edat hac nocte ducem nobis, & Dominum: fit vociferatio, gloriam concinens ei, iubilanſque tubarum clangor, tibiarumque ſuauitas; quæ omnia Calendam appellamus.

Calenda eſt poſtridiani feſti indictio.

Deſcendo iam ad Calendarum interpretationem ſecundam; qua ſermonem breuem Calendam eſſe præfiniui. Etenim indictio hæc, qua in hora Prima annuntiatur in choro, craſtinum diem eſſe Domini natalem, calenda dicitur, ſicut & calendarium nuncupatur volumen, in quo ſcripta ſanctorum natalitia, die indicuntur præcedente. Hoc autem idem eſt, ac ſi dicamus, craſtina die ſermonem breuem prædicandum.

Verbum Dei eſt Dei ſermo.

Sap. 18. 15.

Christus aduenit debellator hoſtium duriſſimus.

Tert. li. 5. contra Marc. c. 5. Aug. in pſal. 109. 5. Anſel. in Elucidar. Bonau. in c. 18. Sap. Cerealis contra Max ca 5 Heb 4. 12 1. Cor. 1. 23.

Quod vt ex origine explicemus, ſciendum eſt, naſcentem in carne Dei filium, breuem quendam eſſe ſermonem: quem Deus ipſe humano prædicat generi. Cùm enim Dei filius Verbum Dei ſit; eſt conſequenter ſermo eius. Sed ſignanter appellatur hoc nomine, dum nocte media naſcitur ex Virgine; vt in libro legimus Sapientiæ dicentis: *Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipotens ſermo tuus de cælo à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terrã proſiliuit.* Hiſtoricus verborum intellectus illum refert Angelum, qui Ægyptiorum primogenitos media interemit nocte. Myſtica tamen acceptione diuinum intelligitur verbum, à cæleſtibus ſedibus Virginеum veniens in vterum, ex eoque media prodiens nocte. Sic intellexerunt Tertullianus, Auguſt. Anſelm. Bonau. & Cerealis. Eſtque acceptus Eccleſiæ intellectus, quæ textum hunc veſpertinam diei huius canit antiphonam. Faciunt omnia textus vocabula. Imprimis ſermo verbum eſt, non ſolum apud humanos, ſed apud ſacros etiam ſcriptores, Dei filium, qui verbum eius eſt, ſermonem appellantes. Et qui filium hunc ſermonem vocauit, Princeps prædicatorum, dicens: *Viuus eſt enim ſermo Dei, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis: & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo*: ipſemet dixit: *nos autem prædicamus Christum*: quod autem prædicatur, ſermo eſt: non enim dicimus, prædicamus Ioannem, Petrum, aut Iacobum: ſed ſermonem prædicamus. Ideo igitur Chri-

ſtus prędicatur à Paulo: quòd ab eo ſermo nuncupetur. Si enim de alio pręter Chriſtum, ſermone loqueretur, nequaquam diceret: *Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius*: ſermo quippe alius, pręter hunc, oculos non habet: ne metaphoricè quidem, aut vlla alia accommodatione vocabuli: Facit inſuper epithetum omnipotens: quod ſoli conuenit Deo: necnon illud, à *Regalibus ſedibus proſiliuit*. Illud autem, quo dicitur, *durus debellator in mediam exterminij terram proſiliuit*, conforme omnino eſt ijs, quę in concione hac de Chriſto prędicauimus. Eum ſiquidem hoſtium adueniſſe debellatorem acerrimum, vt ab eis ſuos liberaret, toto hoc oſtendimus diſcurſu. Id, quod & durus ille Ægyptiorum debellator effecit; qui non tam vt lęderet Ægyptios, quàm vt ab eis eriperet Hebręos, Ægypti interemit primogenitos.

Verbum Dei ter prædicatum; intra Deum primò: in cælo deinde cunctis ſpiritibus, tandem hominibus in terra.

Sermo igitur hic ter prędicatus eſt. Primò extra creatum orbem, intra Deum ipſum: deinde Angelis in cęlo: in terra tandem filijs hominum, apud quos omnes fuit, & eſt ſemper ſermo breuis.

Primùm itaque prædicauit Deus ſermonem hunc intra ſe ipſum; imo prædicat ſemper, dum verbum ſuum iugiter producit. Mentalis etenim diuini Verbi productio eſt immenſa quædam diuinarum repræſentatio excellentiarum, quam Deus proponit ſibi ipſi, oculis ſuis, & auditui, non ſecus, ac prædicator repræſentat auditoribus eaſdem Dei perfectiones. Non enim poteſt verus, ac viuus eſſe Deus, qui magnalia ſua non cognoſcit, quòd ſi agnoſcit, ea profectò ſibi repræſentat: ſiquidem rerum cognitio repræſentatio quędam eſt rerum earundem, quæ cognoſcentis proponitur menti. Repræſentatio autem hæc cur non appelletur prædicatio? Prædicat ſanè ſibimetipſi Deus, quod mente ſua ſui generat verbum. Sed quiſnam tanti ſermonis fructus? Vtique infinitus eſt; ſicut ſermo ipſe eſt infinitus. Quiſnam eſt apud homines fructus verus ſermonis; niſi ardens amoris accenſio in eas res, quæ diligendæ prædicantur? *Nouit Dominus vulnerare ad amorem. & nemo pulchrius ſagittat, quàm qui verbo ſagittat, vt faciat amantem*: ait Auguſtinus. Similia ſunt Ambroſij verba; nec Bernardi diſſimilia. Quando poſſet Dominus Deus, propoſito oculis, & auribus ſuis diuino hoc, quem generat, ſermone non accendi vehementi in ſermonem ipſum amore: & eo quidem mutuo, qui ab ipſo nimirum genitore, & à genito ſermonę procedat? Cumque amor rerum tantus ſit, quanta earumdem rerum cognitio: amorem quidem hunc immenſum eſſe, ſicut ſermo eſt immenſus, neceſſe eſt. Quòd ſi immenſus; Deũ planè ipſum eum eſſe conſequitur. Et talis certè eſt: ſanctus ſcilicet Spiritus, immenſus Dei amor, tertia Trinitatis perſona, ac Deus ipſe. Fructus autem hic, qui diuinus eſt amor, ita à ſermone iſto procedit: vt ſi ſermo hic ceſſare poſſet: ceſſaret tamdiu totus Dei amor, bonitas tota, tota virtus, quamdiu ſermo à Deo non prodiret. Eſt igitur iugis ſermo hic; ne vno vnquam interruptus inſtanti, ab æterno in æternum ſine fine. Et nihilominus (admiranda res) eſt breuiſſimus ſermo. Conſtat enim verbo vnico; ſeu (vt propriùs loquar) verbum vnicum eſt: quoniam *ſemel locutus eſt Deus*. Quomodo immenſum, & breuiſſimum verbum? Quomodo ſermo infinitus, & breuis? Quomodo iu-

Prædicationis fructus, etiam in Deo ipſo, eſt ardentiſſima erga rem prædicatam amoris accenſio.

Aug. in pſal. 119. Ambr. in exhort. ad Virgin. Bern. ſer. 29. in cãtica.

Prædicati ſermonis ſumma neceſſitas.

Sermo Dei æternus, & breuis.

Pſal 61.12.

Digitized by Google

gis ab æterno in æternum : qui ſummæ eſt ſermo breuitatis? Eſt quidem immenſæ, ac infinitæ velocitatis Dei lingua, quæ breuiſſimo inſtanti, ſermone breuiſſimo proferat verbum tota iugiter æternitate
Pſal. 44. 2. prolatum. *Eructauit cor meum verbum bonum: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.*

Prædicatio ſecunda fuit facta Angelis in cælo, quum Deus ſe ipſum reuelauit eis manifeſtè. Non enim poteſt aperto Deus perſpici intuitu; quin verbum eius audiatur. Hanc, quoniam extra nos eſt, prædicationem omittamus: vt veniamus ad noſtram. *Prædicatio Chriſti Angelis facta.*

Fuit igitur tertia ſermonis huius prædicatio facta in terra noſtra nocte hac: qua diuinus ipſe Dei ſermo, ſumptis carneis labijs, lingua carnis, ex vtero Virginis nobis prædicaturus exiuit. Quàm magna eſt prædicatio hæc? Vtique immenſa, & infinita. Quænam adeo potuit efficax eſſe, quæ adeo longa prædicatio, ac vna hæc, qua æternus Dei filius pro nobis eſt natus temporalis, natus pauper, & egenus, natus in ſtabulo, in præſepio? Si ſermonis huius in Deo ipſo fructus vnicus eſt amor, quænam prædicatio tam intenſum potuit in hominum cordibus amorem accendere, ac natiuitas hæc, qua Deus ſic naſcitur pro
Ephcſ. 2. 4 nobis? *Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto.* quis ſanæ mentis homo amori tanto, ſummum, quem poteſt, amorem non rependat? Quis non ardeat amore erga amantem hunc: qui cùm gloriæ Rex naſcatur à Patre, naſcitur in ſtabulo abiectiſſimus? Quonam poſſunt homines ad humilitatem moueri ſermone efficacia tanta; quanta ſermone hoc, Dei vnigenito, humillimo inter pecora naſcente? Quibuſnam poſſunt concitari ſermonibus ad manſuetudinem, patientiam, ieiunium, paupertatem, ſummamque à delicijs abſtinentiam adeo obnixè, ac ſermone hoc, Dei vnico filio, qui tam naſcitur patiens, manſuetus, eſuriens, pauper in præſepio, ab omni deliciarum amore, ac voluptatum alienus? Sermo igitur hic, nihilominus breuiſſimus, dum *Prædicatio Chriſti robore infinita.*
Rom. 9. 28. homo factus, paruulus pro nobis eſt natus. *Verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram*, ait Paulus. In quo quidem magis mirandum eſt: quoniam quò magis breuiatum, latiùs prædicat, & fortiùs. Eſt efficacior abſque dubio ſermo, naſcens breuis, & paruulus, quàm naſcens infinitus ex Patre, ad perſuadendam charitatem, humilitatem, manſuetudinem, mortificationem, paupertatem, cæteraſque virtutes, integramque vitæ perfectionem. Idcirco citans Iſaiam addit Paulus: *Verbum Dei humanitate breuiatum.*
Rom. 9. 28. *Verbum enim conſummans: & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus ſuper terram.* Ecce breuiatum Dei verbum verbum abbreuians eſt, atque conſummans: quoniam virtutes omnes, omnem vitæ perfectionem ſumma quadam abbreuians, conſummat omnia perfectiſſimè.

Eſt igitur calenda ſermo breuis: quoniam ſermone hoc noſtro matutino naſciturum hac nocte breuem Dei ſermonem annuntiamus. At quis non gaudeat, quis non optet à ſuauiſſimo hoc ſermone non diſcedere? Dignus ſermo eſt, vt ſemper ei inhæreamus. At quomodo breuis, ſi perpetuus? Hæc vtique eſt ſermonis huius eminentia, *Prædicationi adſtantes homines breuem amãt ſermonem, cùm fructum ſentiant quæ vere copioſum.*
adhuc

Digitized by Google

adhuc in Deo,vt nuper dicebamus:vt ſit in eo breuis,& iugis in æternum. In quo valde miror multorum hominum nimiam ſanctitatem; qui dimidiæ horæ ſermone contenti, putant ſe ſuam conſeruaturos perfectionem. Cumque Dei bonitas, & ſanctitas tam ſermoni huic connexa ſit, vt ſi quando hic ſermo poſſet deficere, deficeret quoque tota Dei virtus: ſperant iſti conſeruandam in ipſis ſanctitatem breuiſſimo ſemihoræ ſermone. An Deo ipſo prouectiores virtute homines illi; vt dimidiato ſermone ſanctitatem, cùm ſuam Deus non niſi iugi hoc ſermone, conſeruent? Audio vos iam mutientes, me hinc quærere anſam ad protrahendum præſentem ſermonem; quem breuem ab initio propoſuerim,vt fœlix vobis precer Paſcha. Non quæro anſam;non quæro anſam;ſit quidem breuis,vt propoſui,ſermo. Deus det nobis in proſperum Paſcha, gratiam ſuam in ſæculo hoc: & ſuam in futuro beatitudinem.

DE EADEM CALENDA.

SERMO II.

Exod. 16. 7.

Hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & mane videbitis gloriam eius.

Natiuitatis Christi præconium figuratum præconio mittendi cæleſtibus manna.

FOELIX adeò nuntium filijs hominum nullum eſſe potuit, ac hodiernum hoc, quo thema propoſitum, facit nos certiores, fulgentiſſimam Dei gloriam craſtina à nobis die eſſe videndam. Nam ſi gloria illa, pro qua primitùs dictum eſt thema, cùm typica fuerit gloria, tantum fruentibus ea cordibus ingeſſit lætitiæ: quanta erit hodie cordibus noſtris exultatio, quibus ſuprema hæc apparitura mane indicitur gloria; cuius antiqua illa ſymbolum fuit, & vmbra quædam præfigurans? Etenim thematis verba à Moyſe, & Aaron fuerunt quondam dicta filijs Iſrael in ſolitudine, promittendo è cælis manna, quod iuge Iſraëlitis fuit viaticum. *Dixeruntque Moyſes, & Aaron ad omnes filios Iſraël; Veſpere ſcietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti; & manè videbitis gloriam Domini.* Quãnam gloriam? Copioſiſſimam illam cæleſtis mannæ pluuiam, gloriam Domini dixerunt; eo quòd Regio illo alimento largitoris gloria mirum in modum coruſcarit. Si ergo optatus ille cibi aduentus tam fuit glorioſus largitori, tam accipientibus iucundus, vt vel ipſum venturi cibi nuntium ſummè lætificarit expectantes, quantò intenſius gaudium erit hodie cordibus noſtris, dum tam fœlix, tam gratum, tam ſalutare audimus nuncium; *Hodie ſcietis, quia veniet Dominus: & mane videbitis gloriam eius.* Videbitis planè Domini gloriam, non gloriam in cibi largitate fulgentem; ſed videbitis *gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis.* Hodie igitur ſcietis, quia veniet, non manna, ſed Dominus ipſe: non ad ventris refectionem, *ſed Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos.* Verumtamen proſperum hoc mortalibus nuntium non ſolam cordibus exultationem infundit; ſed debitæ etiam præparationis ſpiritum, qua, ad excipiendum tam magnum ad nos venientem Regem, diſponantur. Nam & Iſraëlitis ipſis volatilia cæli à Domino in eſum accepturis, dixit Dominus ipſe: *Sanctificamini: cras comedetis carnes.* Quantò impenſiùs ſanctificari debemus nos, ad accipiendum Verbum carnem factum: Verbum filium Dei vnigenitum? ſanctificatio autem hæc gratia Dei eſt: & facultas prædicandi ſanctificationem eſt gratia. Dabit hanc nobis veniens Dominus ipſe; patrona verò, vt nobis Deus conferat, erit Virgo illa, quæ vtero eum gerens, edet nobis ex vtero: vt Dei gloriam mane videamus. Hanc igi-

Exod. 16. 7.

Ioan 1. 14

Iſai 35. 4

Nume 11. 18.

Calenda ſolemniter cantatur, vt debitum venturo ad nos Regi hoſpitium preparemus.

Digitized by Google

Aũe Mariæ.

tur humiles inuocemus ſalutatione Angelica dicentes, *Aue Maria.*

Calenda quid ſit.

Calenda, quoad præſens ſpectat inſtitutum, eſt indictio quędam, qua expectatum feſtum pridie populo annuntiatur. Hinc enim calendarium dicimus catalogum omnia ſanctorum feſta per proprios dies diſpoſita continentem. Itaque hodierna calenda eſt feſtiuiſſimæ naſcituri craſtina die Domini ſolemnitatis indictio: quæ ſingulari titulo calenda hodie nuncupatur, quòd feſti huius etiam indictio ipſa feſtiua ſit: imo celeberrima feſtiuitas. Cùm autem feſti cuiuſuis indictionem canonico in choro legat in vigilia Hebdomadarius: diſpiciendum eſt nunc, quiſnam Dominici natalis feſtum populo ſic prælegat: imo quonam die prælegat illud: nam feſti huius, pro ſingulari dignitate, non in ſola vigilia annuntiatur indictio: ſed multis etiam ante diebus, multis ante annis: ante ſæcula multa.

Calenda natiuitatis Dominicæ prædicta in deſerto pridie quàm deſcenderet manna.

Celeberrimam igitur calendam hanc indixerunt tranſacto rubro mari Moſes, & Aaron multis annis ante feſtum hunc diem: quando in deſerto dixerunt ad populum propoſita noſtri thematis verba: *Veſpere ſcietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini.* Nam verba ista hodierno die legit Eccleſia, tanquam Dominicum hunc indicentia natalem. Veniſſe enim Dei filium carni vnitum humanę cibum illo manna prętantiorem. dixit Dominus ipſe expreſſis illis verbis: *Ego ſum panis vitæ: patres veſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt: ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Appoſitè B. Gregor. *Locus enim, in quo Dominus naſcitur, domus panis antea vocatus eſt. Quia futurum profectò erat, vt ille ibi per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna ſatietate reficeret.*

Exod. 16. 7.

Ioan. 6. 48.

Gregor. hom 8. in Euang.

Calenda cantata à Deo; à mũdi initio.

Calenda natalis Chriſti cantata à Deo Angelis in ipſo ſuæ creationis exordio.

Nec excedens videatur, quòd calendam hanc tantò ante pręcinuerint homines: nam multis à Moſe retro diebus, cecinit eam Deus Pater. Indixit quidem ille grande feſtum hoc à mundi exordio: nec in eo ſolo mundi principio, quo terreſtria ſunt facta: ſed in exordio illo, quo cęleſtes creauit Spiritus. Tunc indixit Deus pręſens feſtum in cęlo: beatis illud Angelis pręcinens in ipſo glorię eorum initio. Verba ſunt hæc Apoſtoli: *Mihi autem minimo omnium ſanctorum data eſt gratia hæc, annuntiare in gentibus inueſtigabiles diuitias Chriſti; & illuminare, quæ ſit diſpoſitio, & diſpenſatio ſacramenti, quod fuit abſconditum à ſæculis in Deo, qui vniuerſa creauit: vt innoteſceret Principibus, & Poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei, ſecundum propoſitum ſæculorum, quam fecit in Chriſto Ieſu, Domino noſtro.* Quæ verba enucleans B. Aug. ſic ſcripſit. *Nec Angelos illud latuit myſterium Regni cælorum, quod opportuno tempore reuelatum eſt pro ſalute noſtra. Nec hoc ignorarent: quandoquidem ipſum ſemen, quod opportuno tempore aduenit, per ipſos diſpoſitum eſt in manu mediatoris: id eſt, in eius poteſtate, qui Dominus eorum eſt, & in forma Dei, & in forma ſerui.* Quam doctrinam lâtiùs ibi proſequitur. Eâdem docuit ſententiarum Magiſter: & poſt eum Angelicus Doctor, Scholaſticis ambos conſequentibus. Quinimmo ſenſere non exiguæ auctoritatis doctores, calendam hanc indictam eſſe Angelis vniuerſis ſtatim in ſuæ creationis

Epheſ. 3. 8.

Chriſtum naſciturum indixit Deus Angelis, ſtatim ac creauit eos, præcipiens, vt eum colerẽt, eique parerent.

Aug. lib. 5. de Geneſ. ad litter. c. 19. tom. 3. Magiſt. in 2. diſt. 11. S. Tho. 1. part. q. 57. art. 5. ad 1. & 3. & q. 64. art. 1. ad 4.

inſtanti, ante acceptionem electorum ad gloriam; dictumque ex tunc eis à Deo Patre; naſcetur vobis infans, qui veſter ſit Dominus; cui & obtemperetis, ex nunc præcipio vobis. Damnatorumque peccatum Angelorum in eo ſtetiſſe, quòd eum, qui & homo erat futurus, & paruulus, Dominum ſuum agnoſcere renuerint; ſeu certè venerari recuſauerint. Quæ quidem intolerabilis ſuperbia fuit, propter quam à cæleſtibus fuerunt ſedibus pulſi; tum quòd ille, qui naſciturus homo indicebatur, verus ſimul Deus proponeretur: tùm præterea, quòd execranda ſuperbia ſit, ſupremum Angelum abiecto homini vel obedientiã negare, vel cultum, ſi adorandus proponitur à Deo. Cuius ſententiæ auctores ſunt B. Bernard. Rupert. Dionyſ. Carth. Viguerius, & alij.

Angelorũ lapſus propter repugnantiam adorandi humanandum Deũ.

Adamo, & Eue indicta fuit natiuitas Saluatoris.

Bern. ſer. 16 in cãt. Rupert. in Ioan c 8. Dionyſ. Carth. 2. ſentent. diſt. 5. q. 1 Viguer us c. 3. inſtit. § 2. verſu vltimo. S. Tho 2. 2. q. 2. art. 7.

Indixit deinde idem Deus Pater eandem in terra calendam hominibus primis, Adæ, & coniugi, continuo formatis manu eius. Sicque indixit illam, vt explicitè ſcirent propter naſciturum hunc infantem ſummam eis in cælo paratam eſſe fœlicitatem. Deinde videns Deus illos, ob commiſſum crimen, gloria indignos præparata; indixit rurſus, naſciturum infantem paſſionibus corporis, mortique ſubiectum, propter eundem homines in Dei gratiam, in paratam deinde reſtituendos beatitudinem. Quæ doctrina Theologorum eſt omnium cum B. Thoma, & ſanctis Patribus.

Chriſtus venturus cognitus à Parentibus primis ante peccatum tamquam gratiæ auctor, poſt, tanquam redẽptor.

Noe fruitus eſt explicita notitia venturi Chriſti.

Gen. 6 14 Geneſ. 17. 10. Roma. 4. 10. Gen. 22 1. Gen 22. 13 Geneſ 22. 18 Gen. 28. 12.

Indixit poſtea iuſto Noëto natiuitatem hãc 2957. ante annis; quum ei, vt arcam faceret, præcepit, necnon indixit Abrahamo in terra Chanaam, ante 2015. annos; quando *Signum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*: fidei videlicet infãtis huius naſcituri. Indixit in Geraris Iſaac, quando eum in monte ſuper lignorum ſtruem à parente ſuo ligari iuſſit manibus: vibrantique ad occiſionem eius, gladium, reſtitit brachio, oſtendẽs ei quem pro filio immolaret *arietem inter vepres hærentem cornibus*: dicenſque ad eum: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*. Indixit Iacob in Haran, quãdo *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum. Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ, dicentem ſibi. Benedicentur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ*. Indixit in Ægypto patriarchæ Ioſeph: quando à fratribus venditum, fulgentiſſimam euexit in gloriam: *Fecitque eum* Pharao *aſcendere ſuper currum ſuum: & vocauit eum lingua Ægyptiaca Saluatorem mundi.* Indixit in promiſſæ terræ expugnatione Gedeoni: quando *expreſſo vellere, conchã rore impleuit*, in ſignificationẽ naſcituri ex Virgine infantis; vt explicuit Pſaltes carmine illo: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus*. Indixit in ſancta ciuitate Dauidi memorabili illa pollicitatione: *Ego ero ei in patrem: & ipſe erit mihi in filium*: quem eſſe Chriſtũ expreſſit Apoſtolus. Indixit ibi Salomoni, quum templũ eidem Domino conſtruere iuſſit; quod certa erat infantis huius repræſentatio: vt poſtea notum fecit Dominus ipſe, dicens: *Soluite templum hoc; & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis ſui.*

Abrahamo indicta fuit explicita incarnandi Dei notitia.

Chriſti aduentus explicitè notus ſanctis patribus.

Iſaac cognouit venturũ Chriſtum.

Iacob habuit explicitam futuri Chriſti cognitionẽ.

Ioſeph præſcius fuit aduentus Meſsiæ.

Gedeoni infuſa fuit explicita venturi Chriſti agnitio.

Geneſ. 41. 43 Iudic. 6. 38. Pſal. 71 6. 2. Reg. 7. 14. Hebr 1. 5. Pſal. 88. 27 3. Reg 5. 5. Ioan 2. 19

Indixerunt etiam natiuitatem hanc feſtiuiſſima calenda patriarchæ multi, atq; prophetæ. Indixit in Ægypto moribundus Iacob fœliciſſimo illo præconio; *Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentiũ.* Indixit Iob

Gen. 49. 10.

Digitized by Google

in terra Hus, dicens: *in carne mea videbo Deum meum*: Indixit inter ſolitudinem, & promiſſam terram legiſlator Moyſes verbis illis: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus: ipſum audies.* In Moabitarum terra Balaam, verbis illis: *Dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam altiſsimi, & viſiones omnipotentis videt: qui cadens, apertos habet oculos. Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non propè. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.* Qui quidem amœniſſimus fuit calendæ huius cantus: quo infantem hunc, quem, tamquam fulgentiſſimam ſtellam, ſurculumque iucundum, ex Iacobina ſtirpe naſciturum dixit; verum Deum. Dicens etenim *Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non propè*, & dicens continenter, *orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael*: manifeſte dixit, eum, quem dicebat Deum, poſtea à ſe videndum, ex Iacobina illa natum progenie. Indixit Pſaltes pſalmo 2. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te*: & pſal. 7. & 44. alijſque non paucis. Cecinit Iſaias, dicens cap. 7. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Ezechiel iuxta fluuium Chobar, dicens in 34. cap. *Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſsipatarum: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant.* Indixit in Babylone Daniel ſeptimo cap. *Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.* Indixit Michæas in Samaria, canens; *Tu Bethlehem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui ſit Dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. Et conuertentur, quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terræ: & erit iſte pax.* Indixit Aggæus in diebus Darij Regis, accinens: *Veniet deſideratus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum.* Indixit Malachias, dicens cap. 3. *ecce ego mitto Angelum meum, & præparauit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Ille quippe qui dixit, *mitto Angelum meum*, Deus eſt; nec alius eſſe potuit: qui dicens, *Ante faciem meam*, ſeipſum venturum ſignificauit. Dicenſque, *& ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis*, planè ſignificauit, naſciturum Meſſiam Deũ ipſum fore.

Iob. 19. 26
Deut. 18. 15.
Num. 24. 16.

Balaam prophetia de incarnando Deo eminentiſſima.

Pſal. 2. 7.
Iſai. 7. 14.
Ezech. 34 12.
Dani. 7. 13
Michæ. 5. 2
Aggæ 2. 8
Malac. 3. 1

Nec cœli Angeli hac indicendi calendam dignitate fuerunt exortes. Ex his memorabo Gabrielem, qui indixit eam bis, ſpeciali præeminentia. Primò in Babylone: vbi cùm multò ante indiceret eam: diem nihilominus ſignauit: quod proprium calendæ eſt. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur prauaricatio: & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, &*

Angeli indixerunt calendam natalis Domini.

Dani. 9. 24.

Digitized by Google

impleatur viſio, & prophetia: & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo, & animaduerte: ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt. Secundò indixit in Nazareth Beatiſſimæ Virgini, noſtrum hunc infantem pariturę, dicens humiliter ad eam: *Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur.* Indixit tandem Angelus Ioſepho, ipſius Virginis ſponſo, dicens ei: *Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*

Lucæ 1.31

Finis autem, quo calenda hæc tot retro ſeculis indici cœpit, fuitque per ætates omnes indictio repetita, ille quidem primus fuit, vt verus noſcatur Deus infans hic, qui à mundi initio ſemper, & vbique prænunciabatur naſciturus. Finem hunc aperuit poſtea Chriſtus ipſe, dicens: *Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis, in ipſis vitam æternam habere: & illa ſunt quæ teſtimonium perhibent de me.* Et poſt eum Apoſtolus ſcribens ad Rom: *Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus apoſtolus, ſegregatus in euangelium Dei, quod antea promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundum carnem. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute.* Quibus verbis dicens *ſecundum carnem*, manifeſtè oſtendit, in Chriſto eſſe naturam aliam, præter eam, qua ex Dauidico eſt genitus ſemine, & qua verè homo eſt. Id, quòd ſtatim exprimit verbo illo. *Qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute.* Et quoniam luculenter dicit Apoſtolus, prophetas omnes hanc Chriſti Domini natiuitatem pręcinuiſſe, vniuerſaſque bibliorum ſcripturas ad ortum hunc directas fuiſſe: Ideo epiſtola hæc, quę hoc commendat, in præſenti, vt audiſtis, legitur miſſa, quum ſolemnis Calenda naſcituri Chriſti decantatur. Notarunt item ſancti Patres, præſtituto hoc cognoſcendi Chriſtum verum Deum, ac Meſſiam, fine præcipuo prædictam à Prophetis noſtri huius natiuitatem infantis. Præſertim B. Auguſtin. qui pro fine hoc libros de ciuitate Dei ſcripſit, & S. Cypri. in libro de Idolorum vanitate. Nec non Euſebius Cæſarienſis in lib. de euangelica demonſtratione.

Ioan 5.39. Roma. 1.1

Calenda longiſsime peruigilio cãtanda finis fuit ingerenda hominibus certa in Chriſtum fides.

Fides naſcituri Chriſti finis fuit, quo cunctis retro ſeculis annuntiabatur naſciturus.

Aug li 18. de ciuitate cap. 45. Cypri. lib. de idolorũ vanit. Euſebius Cæſarien. lib. 8. de demonſtratione euangelica. cap. 2.

Præter finem hunc fuit ille alius, primum hunc conſequens, intima hominum hilaritas, iucundiſſimum gaudium audientium Calenda hac, naſciturum indutum carne Deum. Fine hoc indixit Deus Abrahamo, ſicut Chriſtus ipſe expreſſit verbis illis: *Abraham exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* Indixit in Niniue moribundus Tobias verbis illis: *Ieruſalem luce ſplendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes; adorabunt in te Dominum: & terram tuam in ſanctificationem habebunt. Tu autem lætaberis in filijs tuis: quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. Beati omnes, qui diligunt te, & qui gaudent ſuper pace tua. Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam Ieruſalem.* Eodem fine indixit Ieroſolymis Iſaias: *In die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iudæ vrbs*

Ioan. 8.56 Tobi. 13. 13. Iſai. 26. 1.

Calendæ multis retro ſeculis cantandæ finis fuit incuſſa cordibus exultatio.

Digitized by Google

Natiuitas Domini multo ante prænunciata vt homines ſpe lætificaret.

fortitudinis noſtræ Sion: Saluator ponetur in ea, murus, & antemurale. Aperite portas. Anima mea deſiderauit te in nocte ſed & ſpiritu meo, in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis. Viuent mortui tui: interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini, & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus. Et cap. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, & dicetis in illa die, confitemini Domino, & inuocate nomen eius. Cantate Domino, quia magnificè fecit: annunciate hoc in vniuerſa terra. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael.* Eodem fine indixit Ieremias, quum in 31. cap. dixit ad Iudæam: Vſquequo delicijs diſſolueris, filia vaga? *Quia creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circumdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius: cùm conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. Quia inebriaui animam laſſam: & omnem animam eſurientem ſaturaui.* Eodem indixit Zacharias cap. 2. dum ait: *Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa: & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui.* Et iucundius in cap. 9. *Exulta ſatis, filia Sion: iubila Ieruſalem: ecce Rex tuus venit, tibi iuſtus, & ſaluator. Ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum, filium aſinæ.* Eodem denique indixit eandem calendam in montanis B. Virgo Eliſabethæ, & latenti in eius viſceribus infanti Ioanni, cùm in iucundiſſima illa verba prorupit: *Magnificat anima mea Dominũ: & exultauit ſpiritus meus in Deo, ſalutari meo. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.*

Iſai. 12. 3.
Ierem. 31. 22.
Zachã. 2. 10.
Zacha 9. 9.
Lucæ 1. 47

Chriſtus nobis naſcens, omnia nobis bona ſecum naſci fecit.

Chriſti aduentus ad honorandos homines.

Et quidem nulla potuit hominibus cauſa euenire gaudendi tam eximia, ſicut hæc, quòd Deus nuntietur naſciturus homo. Omnia quippe bona indicuntur hominibus: dum Deus homo naſciturus indicitur. Optata enim hac natiuitate ſummum humano generi conciliat honorem: euehitque ad ampliſſimam homines dignitatem: quandoquidem naturæ ille efficitur noſtræ: *Vt diuinæ ſimus conſortes naturæ*, quæ ſunt B. Petri verba, adiecta verbis illis, *Maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit.* Itaque conſortium hoc, quo Deus noſtræ eſt factus naturæ, vt naturæ ſimus diuinæ conſortes; non donum vnum, ſed maxima dona, & ea quidem pretioſa, affirmat Petrus.

2. Petr. 1. 4

Chriſtus natus ad redimendos filios hominũ.

Redemptio Chriſti omnibus quoad efficaciã reſiſtentibus.

Præterea captiuos ſub peccato mortales à peccato redimens, *in libertatem gloriæ filiorum Dei* vindicauit: tametſi, obſtinatione ſua in vinculis manere velint non pauci. Quod egregiè commendat B. Proſper, dicens: *cùm per vnam omnium naturam, & omnium cauſam à Domino noſtro in veritate ſuſceptam, redempti omnes rectè dicantur: non tamen omnes à captiuitate ſunt eruti: redemptionis proprietas haud dubium penes illos eſt, de quibus Princeps huius mundi miſſus eſt foras, & iam non vaſa diaboli, ſed membra ſunt Chriſti.* Quibus verbis dicens *Redemptionis proprietas*, eleganter innuit, homines omnes redemptos quidem eſſe quoad ſufficientiam: quamuis non omnes

Roma. 8.
Proſper. lib contra articulos falſo impoſitos Aug. in reſpon. ad articulum. 1.

quantum ad proprietatem, quæ illis dumtaxat impenditur, qui ad eam recipiendam bonis Dei gratia diſponuntur operibus. Cuius redemptionis emolumentum aliud his exprimit verbis S. Athanaſ. *Vt enim forma aliqua in tabulis depicta, ſordibuſque aliunde ſuperiniectis oblitterata, inſtaurari nequit, niſi eius præſentia adhibeatur, ad cuius ſpeciem primitus tabula depicta fuit: eodem modo ille vndequaque bonus Patris Filius, imago, & character Patris, ad noſtras regiones profectus eſt, vt hominem ad ſui ſimilitudinem factum, denuo reficeret.* Porro ſi Iacob audito nuncio, quòd ille, quem extinctum putabat, filius ſuus Ioſeph ſuperſtes eſſet, mundique ſaluator, & glorioſus, tanta fuit hilaritate gauiſus, vt in illa proruperit verba: *ſufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph, filius meus viuit*: quanta nos debemus lętitia perfundi; cùm naſciturum nobis filium audiamus, qui eſt Deus, & homo; vt defunctos nos ad vitam efferat æternam, verus mundi redemptor & ſaluator? Ille quippe Ioſeph nec mundum vniuerſum, ſed exiguã mundi partem, nec eam quidem ab æterna ſaluauit damnatione, ſed à temporali fame: & ea quidam ſoliti dumtaxat frumenti. *Dixit quoque Rex ad Ioſeph: ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen eius: & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi.* At infans hic, qui naſciturus indicitur, nobis filius nuntiatur naſciturus, in magnum bonum noſtrum, & omnia ſimul bona perpeti fruitione poſſidenda. *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius,* Deus *fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis.* Quanto (inquam) lętior erit nuntio hoc noſtra præ illa Iacob hilaritas, qua nuntio illo affectus perhibetur?

Athan. li. de incarnatio. verbi, & corporali eius ad nos aduẽtu.

Christus venit reformare oblitteratas Dei imagines.

Reformatio hominũ finis fuit aduentus Christi.

Gene. 45. 28.

Gen. 41. 44.

Iſai. 9. 6.

Tertius item annunciatæ calendæ interuenit finis: debita hoſpitij in cordibus hominum præparatio ad excipiendum naſciturum nobis hominem Deum. Si enim pro aduenturo in vrbem quamlibet Rege, non paulò ante prænunciatur aduentus, vt debitum ei præparetur hoſpitium: quantò anteriore tempore debuit fœliciſſima Regis huius noſtri indici natiuitas, cuius tanto excelſior maieſtas eſt, tanto amplior, quæ ſuo nobis bona adducit aduentu? Lego, Auguſtus Cæſar Octauianus, modeſtiſſimus Imperator, *Non temere vrbe, oppidóue vllo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere, aut noctu: ne quem officij cauſa inquietaret*, vt ſcribit Suetonius: at illa apparatus præpeditio tunc fiebat ab eo, quum ad crebras finitimarum vrbium viſitationes exibat, non quum in grandem aliquam ibat ciuitatem, quam aut numquam, aut raro viſitarat: Rex autem noſter nunc primùm venit ex cœleſtibus, terrenam factus homo ciuitatem viſitare. Nedum, quòd petita nobis hoſpitij præparatio, cum in corde ſit: minimè quidem inquietat, imo verò cordis quietem exigit; & ipſemet præſtat animo quietem. Non adſtringit homines ad magnos ſumptus pius hic diuini Regis in ſuam aduentus ciuitatem, ſicut Regum terrę adſtringunt aduentus. *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum*

Calenda cantatur, vt naſcituro ſaluatori debitum in cordibus præparetur hoſpitium.

Præparatio debita ad excipiendum Deũ.

Suetonius Tranq. in Octauian Aug. c. 53

Christus ſupremus Rex venit terrenas vrbes viſitare paruulus venit, ne grauaret homines ſumptibus hoſpitij.

Iſai. 9. 6.

humerum eius. Quidnam eſt principatus ſuper paruuli humeros? Reges terræ, cùm in vrbes aduenıunt, principatum ſuum humeris hominum imponunt ſumptibus multis, ac expenſis: Rex hic paruulus non ſic; ſed factus eſt principatus ſuper humerum eius, vt noſtras ipſe baiulet ſarcinas, noſtra pro nobis ſoluat tributa. Ideo illo naſcitur tempore, quo *exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis*; vt naſcens paruulus pro nobis, debita à cunctis ſolueret ſolus vectigalia. Indicitur ergo natiuitas hęc præueniente multis ante annis calenda; vt naſcituro Regi noſtro debitum in cordibus hoſpitium pręparemus. Lucæ 2. 1.

Simile. Primum, quod præconis voce mandatur, quum magni Regis aduentus indicitur; ad luminaria ſpectat, tectis ſuperponenda in vijs vrbis, per quas enuntiatur tranſiturus. Nihil itaque prius nobis eſt ad magni aduentum Regis neceſſarium, quàm perſpicua in domorum noſtrarum tectis luminaria; candens ſcilicet lux in mentibus noſtris: quę domorum noſtrarum ſuprema ſunt tecta. Candens (inquam) lux, vt profundo cognoſcamus intuitu, quiſnam ſit infans hic, qui ſordido in ſtabulo puriſſima ex Virgine naſciturus indicitur. *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum; & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* O auditores mei! Quanti noſtra intereſt, vt infantem hunc, ſic deſpecto in ſtabulo naſcentem, intima cognitione penetremus? vt intenti omnino perpendamus profundiſſimum myſterium hoc, quo æternus Deus abſque vllo durationis principio, naſcitur homo in tempore: immenſus paruulus, ſumma inter belluas ſapientia, vniuerſi opifex, iacens in præſepio; Rex vniuerſarum Dominus opum, pauper, & egenus: fundens lacrymas ſumma beatitudo; ſummo inter frigus ardens amore offenſorum ſuorum, vt ſuo eos Patri, ſuo Regi, Deo, ac Domino ſuo reconciliet, ac reddat diligibiles! *Hæc eſt vita æterna.* Sed quis accendet luminaria hæc in mentibus noſtris? Solus vtique Deus. Solus ille poteſt, verum luminaribus infundere lumen, ad filij ſui vias pręparandas. Et quoniam in eius cognitione vita æterna conſiſtit, eſtque ſolius Dei tale ad cognitionem hanc lumen luminaribus infundere; exhortatur nos Regius vates, vt lumen hoc à Deo impenſe efflagitemus. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri: vt cognoſcamus in terra viam tuam in omnibus gentibus ſalutare tuum.* Videte, quantò ante implorabat propheta diuinam hanc lucem in luminaribus viarum, per quas ſupremus hic imperator expectabatur tranſiturus. *Vt cognoſcamus in terra viam tuam*: viam, per quam venturus es: viam, per quam ſequemur te vſque ad ęternam beatitudinem, quoniam, *hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum.* Curnam dicit, *Deum verum, & Ieſum Chriſtum*, quaſi Ieſus Chriſtus alius eſſet à Deo? Eſt ne diuerſus Chriſtus Ieſus à Deo vero? Abſit: imo eſt Deus ipſe: ſolaque hic oſtenditur humanitatis à diuinitate diſtinctio. Sunt quæ adſtipulantur his multa ſcripturæ verba, quibus Deus de ſe, tanquam de alio loquitur.

Lux diuina omnino neceſſaria ad intelligenda Chriſti myſteria. Ioa. 17

Gratia Dei illuminatrix mentium, ad cognoſcendum profundiſsimũ incarnati pro nobis Dei myſterium.

Lux mentis obnixè à Deo efflagitanda ad intimam Chriſti, eiuſque in nos amoris cognitionem. Pſal. 66. 1

Chriſtus Deus verus.

M

Gene. 9 1. *Benedixit Dominus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* Ecce non dixit, ad imaginem meam; ſed ad imaginem Dei, quaſi alius eſſet Deus ab eo, qui iſta loquebatur.
Exo. 12. 1. *Dixit quoque Dominus ad Moyſem, & Aaron; faciam iudicia ego Dominus. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum ſolemnem Domino.* Sed præ alijs appoſita verba Numeri illa:
Nu 18 6. *Dixit Dominus ad Aaron: ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrael, & tradidi donum Domino, vt ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius.* Perpendite verba, maximè duo illa: Dominus dicit, tradidi donum Domino, dicit item; ego dedi vobis fratres, vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi eius. Quæ maior diſtinctio, quàm inter donatarium, & donantem: & inter primam, & tertiam perſonam, quales ſunt ego, & eius: & nihilominus nulla diſtinctio eſt, nulla diuerſitas: ſed Hebraica locutio frequens in ſcripturis. Dum ergo dicit Dei filius. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum Verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*: Minimè quidem indicat aliquam inter Deum, & ſeipſum differentiam: ſed propria ſcripturarum, tam verbis his, quàm ſimilibus alijs vtitur locutione. Quæ non parum coagmentatur hoc ipſo vatis Regis carmine: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, vt cognoſcamus in terra viam tuam.* Cuiuſnam viam? Nonne Dei? ſi ergo loquitur cum Deo, dicens, viam tuam; quomodo loquitur de Deo ipſo, tamquam de tertio, dicens: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis?* Nonne videtis, hanc in ſcripturis frequentem eſſe locutionem? Quin etiam, ſi argutè perpendantur hæc verba; alta Pſaltis mens agnoſcetur in eis, perſonas duas vnum verum Deum intendentis oſtendere: & ſecundam quidem humanę naturę coniunctam. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis, illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri: vt cognoſcamus in terra viam tuam.* Viam in terra tuam, ô Rex, qui factus homo per vias graderis terreſtres. *In terra viam tuã.* Summè ergo opus eſt diuina vultus tui illuſtratione, qua Lucernas in noſtris accendas callibus, vt cognoſcamus in terra viam tuam: idque eximia eſt miſericordia; magnæ æſtimationis benedictio. *Vt cognoſcamus in terra viam tuam*; Viam, per quam tu tendis factus homo; & te etiam ipſum, qui vera via es, dicens de te
Ioan 14 6 ipſo. *Ego ſum via.* Tu quidem via es: ſed & finis tu ipſe. Es vtique finis; quoniam Deus verus, qui verus finis es: vnicus finis, Deus vnicus. At quoniam ad ſupremum finem hunc, eiuſdem ordinis exigitur via: factus es homo, vt & ſis nobis via, & viæ finis. Ideo pariter dicis: *ego ſum via, veritas, & vita*: via ad æternam vitam; vita
Iob 40. 14. item æterna, quę finis eſt viæ. *Ego ſum vita*, vt qui Deus verus; & ego ſum via; quippe qui factus homo, factus ſum & viator, oſtendens hominibus verum cœli tramitem. *Behemoth, quem feci tecum ipſe eſt principium viarum Dei*, dixit Dominus ad Iobum. Qua ratione eſt principium viarum Dei Behemoth, primus Angelus? Varie interpretantur doctores. Ego cum Philippo: *quod ad vias Do-*
Philip. ibi. *mini ambulandas, & præcepta Dominica obſeruanda, hic inter cæteras*

Chriſti locutio de ſe ipſo & alia quanis, quæ de ipſo eſt, tam quam de diuerſo à Deo qua ratione accipienda ſit.

Chriſtus via, & finis via noſtra.

Behemoth qua ratione principium viarũ Dei.

creaturas rationabiles primus à Deo ſit conditus; & inde dictum eſt, ipſe principium eſt viarum Dei. Sicut enim, inter homines conſtituit Deus quoſdam aliorum Rectores, à quibus in via dirigantur ad finem; ſic & inter Angelos conſtituit initiò tam aliorum Angelorum quàm hominum gubernatores; vt docuit Beatus Dionyſius, quoad mutuum Angelorum regimen: quoad hominum verò directionem docuerunt B. Auguſtinus, & Gregorius & vtrumque homo Angelicus Thomas. Supremus autem Angelorum Rector Lucifer fuit; cùm ſit natura ſupremus, ac conſequenter principium viarum Dei. Sed errauit hic in viæ greſſu primo, adeo, vt lapſus ibi, præceps ceciderit in tartara. Quid faceret Deus? Quem conſtitueret rectorem, qui poſitus in via principio, homines tuto duceret tramite? An ducem alium, Lucifero excelſiorem? Erat ille quidem creatura: & quæuis alia, quę poſſet in munere hoc creata conſtitui, defectui ſimiliter ſubiecta eſſet, lapſibus, & errori: *Vanitati enim creatura ſubiecta eſt*: id eſt inſtabilitati, ac defectioni. Se igitur ipſum conſtituit Deus viæ ductorem beatitudinis: non quidem viarum initium, ſicut Luciferum, ſed viam integram, perfectam, conſummatam, per quam vſque ad finem deueniamus: & quæ nos perducat vſque ad finem. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Nonne debitum eſt, vt, ad talem ducem ſuſcipiendum, viam in nobis ipſis præparemus? Si vt nobis ille oſtendat viam, via nobis factus eſt ipſe: nonne debitum eſt, vt quum ei viam pręparamus, corda noſtra fiant ei via? Noſtris ergo in mentibus luminaria præparemus: ſed obnixè orantes Deum ipſum, vt accendat ea ipſe, *illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri vt cognoſcamus in terra viam tuam.*

Angeli rectores ſunt aliorum Angelorum, & hominum.

Chriſtus initium, medium, & finis viæ noſtræ.

Dionyſ. c. 7 & 15 de cœleſti hierar. & de diuinis nominibus cap. 4. Aug. lib 3. de Trinit. cap 4. Greg. li. 4. dialog ca. 5. S. Tho 1. p. q. 107 art. 4 & q. 11... art. 1. Rom. 8. 20.

Deinde ſunt ſcopendæ, irrigandęque viæ, ad tanti Principis aduentum: quòd ſi via hæc præparatur in cordibus, corda vtique ſunt purificanda. Et verò valde mirandum eſt quòd cùm aduentus hic tantam viarum exigat puritatem, ſordidum hoſpitio elegerit ſtabulum. Ideo quidem, vt nimia loci immunditia nimio purificatorum cordium ornatu ſuperetur, oſtendaturque in eo tanti Regis maieſtas, quòd ſuorum munditia ſeruorum totum loci ſqualorem nullatenus apparere faciat. Hac enim de cauſa ſimile quid quondam in ſolitudine diſpoſuerat, antequam naturæ vniretur humanæ. Miramur, quòd ſapientiſſimus, idemque clementiſſimus gubernator populum ſuum 600000. hominum annis 40. per deſertam terram iter agere compulerit: ſed quis abſque altiſſimo factum credat fine? quis neget, ſupremam in terra Regis maieſtatem non magis in aurato lucere palatio, quàm ita præparatis ei in itinere hoſpitijs, maiori ad diem vnum ornamento formatis, quàm nobilium domibus in vrbe? Hic finis fuit, vel vnus, vel potiſſimus, quo Dominus Deus duxit tot annis populum ſuum per deſertum. Illa ſiquidem in via conſtruebatur Deo itinere quolibet ſumptuoſa domus, in qua à comitante populo colebatur. Statim videlicet, ac eductis ex

Natiuitas Chriſti ideo in ſtabulo, vt maiorē ibi maieſtatem oſtentaret.

Deus cur iuſſerit fieri in deſerto portatile ſibi tabernaculum.

Iſraelitæ cur per deſertum 40 annis deducti.

Simile.

Exod 25 1 Ægypto Iſraelitis viaticũ præſtitt manna de cœlo; præcepit Moyſi, vt & conditam à Domino ipſo legem eis intimaret: & conſtruendum ei, antequam vltra pergerent, in deſerto illo magnum artificio, pretioque materiæ, tabernaculum. Quonam fine? Num vt in illo, in quo ſtructum fuit, loco permaneret? Imo, vt per omnia portaretur itinera, vt ſcriptum eſt in libro Numeri, *ipſi portabunt* Num. 1. 50. *tabernaculum, & omnia vtenſilia eius: & erunt in miniſterio: ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Cùm proficiſcendum fuerit, deponent leuitæ tabernaculum: cùm caſtra metandum, erigent. Fecerunt ergo filij Iſrael iuxta omnia quæ præceperat* Dominus *Moyſi.* Qua ratione ligneum fieri iuſſit tabernaculum illud, vt portatile eſſet: ſed Exod. 25. 10. pretioſiſſimis ex lignis ſetim, auro coopertis: vt expreſſum eſt in libro Exodi. Eſtque ſupra modum admirabile, quod portabilem domum tantis extrui iuſſerit impenſis, tanto auro, tanto thymiamate, tot onychinis lapidibus, tot pretioſiſſimis vnionibus, tot margaritis, tot odoramentis, tanto hyacintho, tanto cocco, tanto byſſo, tot aromatibus, tot pellibus, tam exquiſito artificio, partiumque domus varietate, vt Deus ipſe typum, ſeu graphidem delineauerit. Quam vt ad amuſſim exprimerent. *Impleuit Beſeleel Spiritu* Dei, *ſapientia, & intelligentia, & ſcientia, & omni doctrina, ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, ſculpendiſque lapidibus,* Exod 35 31. *& opere carpentario. Quidquid fabrè adinueniri poteſt, dedit in corde eius. Oliab quoque, filium Achiſamech, de tribu Dan. Ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij, de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo: & texant omnia: ac noua quæque reperiant.* Nullus ex principibus, ac imperatoribus terræ tam aut opulentam, aut artificioſam, totve rerum varietate diſtinctam, ac collucentem domum in vrbe ſibi fabrefecit ſicut conſtruxerunt illi tabernaculum Deo, in itineribus quotidie Exod 25. 1 [illegible] componendum. Eratque videre, quanto apparatu portabantur per viam tot ſolutæ tabernaculi partes, in itineris fine connectendæ. Tot tabulę in caſtratura compingendæ: tot ſigna, columnę tot, tot vaſes argenteæ, aureaque capitella, tot vectes, tot annuli, tot aureę laminæ, quibus tam columnæ, quæ plurimæ erant, quàm parietum tabulæ operiebantur, tot aurei circuli, tot pretioſiſſimæ cortinæ, tot tentoria, tot vaſa, tot thuribula, tot coronę: præter coopertam auro arcam, auro operta Cherubim, menſam auro contextam, aureũ magnum candelabrum, & reliqua, quę nec mens, nec concio poſſet capere. Quid, quod omnia hæc non plebeijs hominibus committebantur portanda: ſed leuitis ipſis, Deo ad munus iſtud conſecratis, Nu 3. 39. nec exiguo numero? nam *omnes leuitæ, quos numerauerunt Moyſes, & Aaron, fuerunt, viginti duo millia.* Et (quod mirabilius) cùm in ordines tres ad tabernaculi tranſlationem diſtri- Num. 4 1. buerentur Leuitæ: filij Caath ad portandam arcam, menſam propoſitionis, thuribula, mortariola, cyathos, & crateras, aureum candelabrum, forcipes, lucernas, emunctoria, olei ſacri vaſa, aureum altare, ſanctuarij vaſa, vectes eorum, ignium receptacula, fulci-

Tabernaculum fœderis ſummis in deſerto conſtructum ſumptibus.

Beſeleel repletus ſpiritu Dei ad fabricam tabernaculi fœderis.

Oliab ſapientiſſimus artifex infuſa Domino ſapientia.

Tabernaculum portatile, & quæ in eo erant, magna ex parte baiulabantur primariorum humeris leuitarum per itinera longa.

Digitized by Google

nulas,tridentes,vncinos,& batilla;velum,& omnia horum operimenta;filij Gerſon, ad portandas cortinas, tectum fœderis operimentum, velamen Ianthinum, velamen pendens in introitu, omnia ad altare pertinentia.funiculos,& vaſa miniſterij; filij Merari ad ferendas tabulas tabernaculi,& vectes eius,columnas,baſes,atrijque columnas cum paxillis, & funibus: cumque ad horum omnium tranſlationem obtuliſſent Principes ſex cum duodecim bobus plauſtra, duo pro familia vna portitorum: noluit tamen Dominus, vt quæque ex tribus illis familijs duo acciperent plauſtra:ſed iuſſit dari duo filijs Gerſon,qui ſola portabant ornamenta:quatuor reliqua filijs Merari, qui columnas,& tabulas ferebant:nullũ filijs Caath,eò quòd,cum ſacra ipſa accepiſſent portanda,altare,arcam,Cherubim,menſam,candelabrum, & vaſa,dignum,& congruum fuerit, humeris ipſi baiularent. Tanta eſt debita diuino cultui reuerentia. *Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filijs Gerſon,iuxta id,quod habebant neceſſarium: quatuor alia plauſtra, & octo boues dedit filijs Merari,ſecundum officia,& cultum ſuum,ſub manu Ithamar, ſacerdotis: filijs autem Caath non dedit plauſtra, & boues: quia in ſanctuario ſeruiunt, & onera proprijs portant humeris.* Cuinam ex terræ Principibus,talem vmquam domum tales baiulauerunt portitores,per tam longa,præſertim quadraginta annorum, itinera in deſerto? Quærunt ſæpe Doctores,quidnam eſt, quòd cum ea, quæ in ſacro ſcribũtur volumine,adeo eximia ſint,adeo digna memoriæ:minime tamen in humanis ſcribantur hiſtorijs, alijſve humanis libris: cùm magnalia hæc ſcriptoribus multis nota non fuiſſe, incredibile videatur? ſuam quiſque Doctorum reddit rationem,ego vnam hanc:voluiſſe Deum, hæc nequaquam interſeri humanis narrationibus, ne quis Principum ſimile quid eorum, quæ in ſcripturis narrantur, in ſui honorem æmulari, aggredive præſumeret. Scimus enim multos mundi Reges eouſque cupiditatis gloriæ proceſſiſſe, vt nihil, quod à Regibus alijs magni legerent factum, prætermiſerint ipſi exceſſu aliquo perficere. Id quod Philoſtratus, & Silius ſcribunt de Cæſare Iulio: qui cùm Gãdeis veniens Magni Alexandri circumſpiceret ſtatuam, intimè ingemuit: quòd Cæſar ipſe non omnia effeciſſet, quę Alexander magnalia:ſtatuitque protinus,ad ſimilia progredi: &, ſi ampliora poſſet, ampliora. A quo periculo longè ſunt, quæ grandia Dei in ſacris ſcripturis legunt Principes: eò quòd verbis Dei ſcripta, ita ab eis, etiam Ethnicis,ſuſpiciuntur, vt minimè veniat eis in mentem, ſimilis quoad diuinum Regem æmulatio. Itaque nullus, præter gloriæ Regem,tali eſt vſus portatilis domus apparatu:ne non ſupremè fulgeret gloria ſupremi in eo, quòd & in ſolitudine tam regale quotidie conſtrueretur ei tabernaculum. Decuit autem,vt illuſtriſſima hæc,præcelſaque gloria,tùnc coruſcaret ampliùs,quum Dominus ipſe in ſua propria viſibilis venit maieſtate,atque ſubſtantia. Nam in deſerto quidem non in propria perſona habitabat in oraculo præſentia diuerſa ab ea, qua vbique ſemper aſſiſtit: ſed in figura quadam: nempe in columna tum nubis, tum ignis,qua minimè erat ipſe Deus. Ibat ſiquidem ipſe, ductor hominum illorum ſpecie illa, quæ aptior erat ad ducendum.

Marginal notes: Num. 4. 22. — Num. 7. 7. — *Scripturarum ſacrarum hiſtoria cur in libris humanis non ſcribantur.* — *Iulij Cæſaris ardor animi.* — Philoſt. l. 6. de vita Apolonij. Silius Italic. l. 3. — *Deũ quoad maieſtatem, ſapientiamve æmulari nemo ex Principibus tentauit.*

Digitized by Google

Exod. 13. 21. *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis: & per noctem in columna ignis.* Atque adeò in eadem columna habitabat in tabernaculo inter eos: *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud. Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas: ſi pendebat deſuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo: & ignis in nocte.* Non ſic venit Dominus natiuitate hac, qua naſciturus indicitur præſenti calenda: ſed venit Deus ipſe in propria ſubſtantia: ſecunda ſanctiſſimæ Trinitatis perſona, Dei Verbum, filius Dei, Patri conſubſtantialis, ac Deus verus, viſibili vnitus humanitati, viſibilis carne, viſibilis corpore: *In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Tantò igitur ampliori maieſtatis oſtenſione decuit hoſpitium ei pro aduentu hoc, hacque natiuitate præparari: quantùm Dominus ipſe in carne veniens, excedit ſpeciem, qua in columna nubis, columnaque ignis apparebat. Si ergo quantò à gloria fuerit remotior locus, in quo excipitur Dominus, tantò vberiùs gloria ipſius Domini reſplendet, dum ornamenta tali appoſita loco, pompa ſua, grandique apparatu infimam loci conditionem exuperant: optimè quidem conſultum fuit, vt naſcēti inter homines in carne Deo vilior præ deſerto locus eſſet hoſpitij: vt gloria eius in eo ampliùs niteret: quòd tantus loci ſqualor tanta euanuerit ornamenti puritate. Ornamenta autem hæc non alia ſunt, quam innumeræ, tam Angelorum, quàm hominum, in ſtabulum concurrentium virtutes, tamquam pretioſiſſima aulæa, totum vndique locum decorantes: ardentiſſimique animorum affectus, quibus ſuauiſſima fragrantia ſuffitus eſt locus. Qua prouidentia diuinitùs diſpoſuit, vt illa, ex qua egreſſus eſt, mater, incomparabili excederet præſtantia eum, in quem ingreſſus eſt, locum: quantauis ſqualidum brutorum, ac ſordium ſpurcitia. Virgo enim hæc verum eſt fœderis tabernaculum: non quidem expers, vt primum illud, mentis, & vitæ: ſed animatum mente pluſquam Angelica. Imo Virginem hanc & templo illo, & cunctis eius ornamentis, & partibus myſticè deſignatam, meritò prædicauit S. Tho. Verba eius ſunt hæc: *Ipſa enim eſt templum Dei, mirabile præ omnibus ſanctis. Primùm, quia mirabiliter magnum ſecundum longitudinem, & latitudinem charitatis. Secundò, quia deſiderabiliter pulchrum, & deauratum.* 3. Reg. 6. *Nihil erat in templo, quod non auro tegeretur: quia nihil in virgine, quod non ſanctitate plenum eſſet.* Cantic. 5. *Tota pulchra es amica mea. Tertiò, quia varijs picturis depictum: quia omnium ſanctorum, & Angelorum virtutibus decoratum.* 3. Reg. 6. *Fecit in templo Cherubim, & picturas. Quartò, quia columnis miris, & magnis ornatum.* Prouerb. 9 *Sapientia ædificauit ſibi domum: excidit columnas ſeptem: Per ſeptem columnas poſſunt intelligi ſeptẽ virtutes.* Cùm ergo tale intra illum belluarum locum poſitum fuerit naſcenti Regi tabernaculum: minimè quidem debito hoſpitio detractum eſt quidquam. *Quis Deum non honoret in virgine?* ait Laurentius Iuſtin. Quis naſcentem hominem Deum non honoret in ſordido ſtabulo; ſi ornatum eſt virgine aureis templis puriore? *Qui Virginem Dei voluit eſſe*

[Marginal notes: Exod 40. 32. — Coloſ. 2. 9 — S. Thom. ſerm. 1. de purificat. tom. 16 — 3. Reg. 6. — Laurent. Iuſtin. ſermo. de natiu. Virg. — *Maria. Virgo tabernaculum Dei in ſtabulo poſitũ, vt Dei maieſtas magis coruſcaret.*]

genitricem, reparatricem ſæculi, lucem mundi ſpeculum ſanctitatis, fidei magiſterium, peregrinationis ſolatium, immaculatum templum, fœderis arcam, diuinis manibus fabricatam, ait Laurentius ipſe. Imo longè ſplendidior aduenientis honor imperatoris, quòd in brutorum habitaculo tabernaculum ei præparetur cælico purius: cælico pretioſius domicilio.

Ecce igitur cauſa, qua tanto ante Regius hic aduentus indicitur: Calenda eius dulciter concinitur: vt debitum ſcilicet hoſpitium purus quiſque fidelis, & imprimis illa, quæ prima eſt, Virgo mater eius, præparetur. Illa quidem præparata eſt puriſſimum tabernaculum; fœlix etiam quiſquis ex adſtantibus habitaculum ei inuentus eſt. Quòd ſi (quod Deus auertat) aliquis eſt ſtabulum potius belluarum, quàm tanto idonea Principi habitatio: oret obnixè is eundem principem venientem, vt cùm largiter munificus veniat, magnum hoc præſtet ei donum, vt vera pœnitentia, ſanctis virtutibus, charitate feruenti, hoſpitium ei fiat in hoc ſæculo: vt quando fuerit in futurum tranſlatus, tranquillum in Rege ipſo Deo inueniat habitaculum, æterna poſſidendum beatitudine.

Digitized by Google

DE EADEM CALENDA

SERMO III.

IN VIGILIA NATIVITATIS DOMINI.

Math. 1. 18. *Cùm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph : antequam conuenirent : inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.*

IVCVNDISSIMVS nuptiarum dies: in quo ſponſa inuenta eſt habens de Spiritu ſancto : probatiſſimus vera ſponſus iuſtitia. Hanc adſtantes omnes exoptamus, eſt enim hæc conſummata virtus, vniuerſas virtutes amplectēs: qua proinde homo dicitur iuſtus : ſicut præditus hac virtute Ioſephus, noſtro in textu iuſtus appellatur. Eſt ergo iuſtitia gratia Dei magna, vt quæ à ſancto diuinitùs Spiritu infuſa, prout Apoſtolus dicit verbis illis : *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* O fœlix Ioſeph ! qui multa Dei gratia inuentus es iuſtus ! At quomodo eris copioſa hac iuſtitia deſtitutus, cùm ſponſus ſponſæ illius ſis, quæ inuenta eſt habens de Spiritu ſancto ? Quid Ioſephum dixerim ? Vos, auditores, vos quoq; hac ex parte eſtis fœlices, tam locupletem Spiritu, tam Spiritu plenam habentes patronam, quæ inuenta eſt habens de Spiritu ſancto. Habet de ſancto Spiritu Maria : habet mater Ieſu de ſancto Spiritu. Habet & ſibi, & ſponſo ſuo de Spiritu ſancto : id eſt tantam Spiritus habet affluentiam : vt ipſe quoque ſponſus eius inde ſpiritu multo inuentus ſit iuſtus, quòd tam plenæ Spiritu ſponſæ electus fuerit in ſponſum. Habet ergo de Spiritu ſancto puriſſima ſponſa & ſibi, & ſponſo, & nobis inſuper clientibus eius ; quatenus plena Spiritu aduocata, hunc à Deo nobis largitorem gratiæ implorat Spiritum, dum verbis eam ſalutamus Angelicis, humili ſpiritu dicentes, *Aue Maria.*

Maria implorat nobis gratiam, ac ſpiritum.

Iuſtitia virtus conſummata omnes virtutes amplectens.

Rom. 3. 24.

Iuſtitia eſt gratia Dei.

Maria cōſortio Ioſeph inuentus eſt iuſtus.

Ioſeph repletus ſancto Spiritu ex conſortio puriſsima ſponſa ſua.

Celebratura cras mater Eccleſia expectatiſſimum Domini, ſeruatoriſque noſtri natalem, quo verus homo, Deus verus, à Maria exijt genitrice; celebrat in hodierno peruigilio integerrimam, puriſſimamque eiuſdem Mariæ virginitatem: eamq; cum vero matrimonio coniunctam: vt ea, quæ matrimonio minuenda videbatur, perpetuo flore illæſa commendetur. Nec ſine magno conſilio perpetuitatem hanc virgini-

Aue Maria.

Maria perpetua virginitas.

virginitatis hodierno celebrat die: vt ea, quæ nocte media proponitur mater, integerrima virgo propoſita iam ſit, ac commendata: atque adeo mater ſimul & virgo deſcribatur.

Placet autem dilectiſſimo tantæ Reginæ filio perpetuam hanc puriſſimæ matris ſuæ virginitatem perſpicuitate tanta commendare, vt ante filium ipſum in ventre conceptum, & poſt conceptum iam ac ex tumidi ventris ſignis manifeſtum, illam expreſſis verbis, eiſque ore expreſſis angelico ſcribat. Ante conceptum quippe commendata eſt intemerata hæc Mariæ virginitas, dum Mariæ ipſi ex nuntiato conceptu conturbatæ protinuſque dicenti: *Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco*, reſpondit Archangelus, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*; poſt conceptum verò fuit ſimiliter eadem deſcripta aureis his Euangelij noſtri verbis: quibus turbati ſponſi ſedatum eſt cor, dicente ad eum Angelo: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt*. Ideo verba hæc in hodierno peruigilio cantātur, quū prægnans Maria, iam iamque ex vtero editura proponitur filium. Sed & poſt eam filij editionem, ſtatum Mariç perpetuò conſtitiſſe virgineum, manifeſtauit ſæpe idem filius eius, tum verbis multis, tum miraculis plurimis: quibus virgineam hanc dilectiſſimæ matris ſuæ conſtantiā glorioſiſſimè illuſtrauit. Sumo verba intermedia: quç ſcilicet pronuntiata ſunt inter prima illa, quç eidem Virgini dixit Angelus Gabriel, & ea, quç ſponſo dixit itidem Angelus: nempe verba illa, quç viſitanti ſe eidem Mariç dixit Eliſabetha: *Beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino*. Quçnam erant illa Domini dicta, in matre eius perficienda, creditu adeo difficilia; vt propter adhibitam eis fidem Maria debeat dici beata? Erant illa quidem, quibus Mariç dictum fuit, filium ab ea, Virgine concipiendum, & ab ea, Virgine naſciturum. Cumque eo tempore, quo hçc dixit Mariç Eliſabeth, filium virgo concepiſſet, conſequens eſt, vt verbum illud, *Perficientur in te*, dictum ſit pro partu, quo & Dei dictum, & factum ipſum erat perficiendum. Alioqui dicant mihi auditores, quid adeo magnum credidiſſet Maria, vt pro ea fide beata diceretur, ſi ſolum credidiſſet, verè ſe parituram, non item permanſuram inuiolatam in partu? Hçc quidem conſtans ſemper virginitas perfecit virgineum conceptū, qui prçceſſerat iam, quū dixit cognata, *Perficientur in te quæ dicta ſunt tibi*. Quin etiam dicēs, *Perficientur*, non obſcurè innuit, permanſuram perpetuò virginitatē: quç ſi, poſt filium editum, maritali deſtrueretur amplexu, non eſſet omnino perfecta, non digna tali matre virginitas, non conſummata, non digna aureç virginum coronç. Quid, quòd ſeruandç virginitatis propoſitum tam fuit intrepidum, tam fuit in Maria firmum, ac ſtabile, vt etiam ante nuntiatum ei mirabilem hunc, quo Dei filium genuit, conceptū, & partum, virginei huius propoſiti ſui oſtenderit firmitatem? Quæ non expreſſiùs ex ipſius Virginis expreſſis verbis intelligitur, quàm ex illis, quibus eam certiorem fecit Paranymphus. Hic enim dixit: *Ecce concipies in vtero, & paries filium*: illa reſpondit, *quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco*. Planè verba

Luc. 1. 34. — Luc. 1. 45. — Luc. 1. 31.

Maria firmo ſemper fuit ſeruādæ virginitatis propoſito.

ſunt hæc, quibus firmitas liqueat propoſiti: ſed illa notatu digniora, quibus Angelus dixit, *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Quid neceſſe fuit, dicere, *in vtero*? In quonam poſſet, niſi in vtero concipere? Num de mentali conceptione Angeli verba poſſet accipere? Quo enim fine nuntium afferret Angelus ad virginem, quòd bonā aliquam cogitationem mente eſſet conceptura? Nec tamen fruſtra dixit, in vtero: quoniam Virgineum illud cor tam alienum à carnali agnouit cogitatu: vt niſi diceret, in vtero, certò intellexerit ipſe, conceptum illum minimè cogitandum à Virgine vterinum, niſi ipſe vterinum explicaret. Vnde & addidit ipſe: *& paries filium.* Vbi ergo tam conſtans erat, etiam ante conceptum vtero Deum, tuendę virginitatis intentio: quis ambigendi relictus eſt locus, permiſeritne puriſſima Dei genitrix, ſe, poſt editum ex vtero Deum filiū, ex tam ſublimi honoris gradu ad communem fœminarum vitam maritali deijci complexu? *Nec te moueat,* Ambroſius hæc loquitur, *quòd frequenter ſcriptura coniugem dicit. Non enim virginitatis ereptio: ſed coniugij teſtificatio, nuptiarum celebratio declaratur.* Cum quo doctore audiendus eſt B. Hieronymus, qui notus virginitatis amator ait: *Sola Virgo Domini Maria hoc ſe facere non poſſe reſpondit, dicens, ſe quidem, & parentes ſuos Domini ſeruitio mancipaſſe: & inſuper ſe ipſam Domino virginitatem vouiſſe: quam numquam viro, aliquo commixtionis more, cognito violare vellet.*

Ambr. l. 2. Luc. ca. 1.

Hiero. in hiſtor. de ortu B Virginis.

Zelotypia iuſta in honore fundata.

Zelotypia iuſta non ſolo proprio ardet amore; ſed etiam honore cognatorum.

Isboſeth exarſit zelotypia concubina non ſua, ſed patris ſui, ab alio viro tacta.

Reſpha cōcubina Saul, cùm poſt eius mortē acciperetur ab Abnere, magnum in Saulis filio zelum incendit.

Porrò ſi videns Iſboſeth concubinam Regis, patris ſui, ab vnico protectore ſuo Abner ſimiliter tangi, tantoperè infremuit, vt regnum ſuum periculo exponi paſſus fuerit potiùs, quàm illatam defuncto iniuriam parenti; quomodo ſupremus gloriæ Rex pateretur, eam, quæ ſuum peperit filium, à viro aliquo tangi? vllusve virorum tale aliquid auderet? Fuit autem talis illa Abneris hiſtoria. Defuncto Saule, Iſraëlis Rege, ſuſcepit Abner, primarius regni dux, extincti Regis filium, nomine Iſboſeth, fideliter protegendum, conſeruandumque in accepto hæreditatis regimine, aduerſus Dauid, qui vnicus pro Saule Rex à Domino Deo electus erat. Cumque Abner ille totius eſſet diſpenſator regiminis, totumque (vt aiunt) continens; accepit ſibi defuncti Saulis concubinam, nomine Reſpham, filiam Aia. Quod adeo ægrè tulit Iſboſeth, vt minime ſe potuerit continere, quin ad eum acerbè diceret; *Quare ingreſſus es ad concubinam patris mei?* Quæ verba quoties lego, non modicè admiror; videns tantum zeli circa debitum in re hac Regibus reſpectum; vt ægriùs tulerit Iſboſeth iſtum in cauſa patris ſui defectum, quàm ſceptri ſui, coronæque periculum, cui expoſuit hæc, dum Abnerem obiurgauit: cuius periculi confeſtim vidit effectum, derelictus ab Abnere; qui vniuerſum protinus tranſtulit regnum ad Dauidem. Quo igitur animo ferret Deus virginem illam, quam ipſe ſibi accepit ſponſam, quęque peperit ei filium ſuum, filium hominem Deum, à viro vllo tangi; præſertim, cùm ipſamet, qua genuit, & peperit, fœcunditate virgineam matri ſuæ auxerit Deus pudicitiam.

2. Reg. 3. 8.

Huic quidem Virginis dignitati maximè conſulendum eſt; qua nimirum perpetuò perſtitit virgo, nulli, ne poſt Chriſtum natum, viro

Digitized by Google

vnquam adhærens. Nam quoad virginitatem, qua Dei filium concepit, ac peperit, nemo ne hæreticus quidem vnquam dubitauit: cùm id & ad filij Dei maieſtatem pertineat: & expreſſum ſit ſæpe in Euangelio. Nullum quippe aliud hodiernæ eſt lectionis Euangelicæ inſtitutum, quàm vt hanc oſtendat puritatem. Hac enim de cauſa dicit diuinus ſcriptor: *Antequam conuenirent, inuenta eſt habens de Spiritu ſancto*: hac deſcribit Ioſephi turbationem: quòd ſponſa eius abſque vllo prægnans maritali complexu inueniretùr: hac denique narrat Angeli nuntium, ſedantis animum ſponſi, verbis illis: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Sed quoniam puriſſima hæc virginitatis perpetuitas, qua, ne poſt editum Dei filium, viro ſuo adhæſit Dei genitrix, non adeo expreſſa eſt in Euangelio; ideo potiſſimè inſiſtendum putamus, vt perpetuitas hęc nullam in fidelium cordibus hęſitationem admittat. Nec de dubio loquimur; hac quippe in parte nullum eſſe poteſt, cùm certa ſit Eccleſiæ definitio in Synodo 5. 6. & 7. ex generalibus: Lateranenſi item, ac Romana: ſed loquimur de hæſitatione præuenienda: cùm curioſos aliquos mentem impingere videamus in verbum hoc thematis noſtri, *Antequam conuenirent, inuenta eſt habens de Spiritu ſancto,* quaſi coniuges hi poſtea conueniſſe videantur. Multoque magis in vltimum illud capitis verbum: *Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit, ſicut præcepit ei Angelus Domini: & accepit coniugem ſuam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.* Nec deſunt, qui conturbentur audientes, aliquos ex diſcipulis fratres Domini dici in Euangelio illis admirantium ipſum Dominum verbis; *Vnde huic ſapientia hæc, & virtutes? Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas: & ſorores eius nõne omnes apud nos ſunt? vnde ergo huic omnia iſta?*

Maria perpetua virginitas nonnullis, quæ facilè diluuntur, argumentis in controuerſiam adducta.

5. Sy. can. 6. 6. Sy act. 11. 7. Sy act. 13. in conf. Taraſij. Con. Lat. ſub Martino 1 canon. 3. Concil. Rom. in epiſt. dec. Siricij Papæ: quæ habetur to. 1. conc. Matth. 13. 55.

Verum enim verò facilis eſt benigni animi ſedatio, quum res aliunde plana eſt; licet aliquis obiter offeratur ſcrupulus. Eſt autem ex ſe nota admirabilis hæc virginitatis perpetuitas, vel ex ipſa (vt dictum eſt) filij dignitate; cùm ne terrenus quidem Princeps eam fœminam, quæ ſibi peperit filium, ab alio viro tangi patiatur. Sintque viri multi, qui ſuas moribundi legant fortunas vxoribus ſuis ea lege, vt in perpetuum à virili, etiam maritali abſtineant congreſſione. Nec prętereire licet illud, quod his præſentis hiſtoriæ verbis interſerit dictum Chronographus noſter; quo admirandam Iſaiæ prophetiam virginali partu, atque conceptu teſtatur adimpletam. *Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per prophetam, dicentem: Ecce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emanuel: quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.* Quibus verbis cùm expreſsè dicat Chriſtum Deum verum, ideòque dici Deum nobiſcum, quòd humanam ſibi in virgineo vtero naturã copularit: non ſine magno quidem ſacramento vaticinium hoc interpoſuit his hiſtoriæ verbis: ſed diuino afflatu: vt habeamus ante oculos, minimè decuiſſe, vlli poſtea viro commiſceri Virginem illam, quæ Deum verum peperiſſet. Attamen ſuprema illa prouidentia, quæ virgineam hanc in conceptu, & partu integritatem his Iſaiæ verbis prædici: & Matthæi voluit verbis

Emanuel interpretatus eſt à Matthæo nobiſcum Deus, proprium incarnati Dei nomen, quoniam per aſſumptam carnem nobiſcum eſt Deus.

Matth. 1. 22.

applicari: fecit ſimiliter, vt eiuſdem virginitatis conſtantia non argumentis ſolis fulciretur; ſed expreſſis etiam verbis prophetæ illius, qui Iſaiæ ſucceſſit, nempe Ezechielis: vt cùm ille integerrimam dixiſſet in partu, ſicut in conceptu, Virginis firmitatem; diceret hic perpetuam eiuſdem virginitatis conſtantiam: Loquens igitur Ezechiel de templo illo, quod Deus oſtendit ei prophetico in ſpiritu, dixit de Orientali templi porta: *Conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam: eritque clauſa Principi. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem corã Domino. Per viam portæ veſtibuli ingredietur, & per viam eius egredietur.* Quod vaticiniũ, quamuis in propoſitum hoc proferatur ab omnibus, dixerintque Hieron. Ambroſ. Aug. Chryſoſt. & Damaſc. litterali verborum ſenſu perpetuam Mariæ virginitatem prophetari: minimè tamen erubeſcimus, illo nos quoq; vti: tum propter firmitatem probationis inſtituti noſtri: tum, vt verba hæc enucleemus omnia: vt perſpicuè fulgeat, quod intendimus. Imprimis enim porta hæc nulla alia poteſt intelligi præter illã, qua Deus ingreſſus eſt in virginem: & à virgine itidem egreſſus. Nam templum illud: illaque porta Ezechieli oſtenſa, non fuit materialis, nec materiale templum aliquod; ſed menti prophetali viſione propoſitum. Præterea dicitur porta illa reſpexiſſe ad orientem: quoniam conſtructa erat ad excipiendum Regem illum, qui Sol oriens eſt, & Sol iuſtitiæ. Dicitur item porta *Sanctuarij exterioris*, ad deſignandam corporalem Virginis portam: eo quòd corpus ſanctuarium exterius ſit comparatione mentalis, quod eſt internum ſanctuarium. Inſuper cauſa, qua nemo virorum per portam illam tranſiturus cõſtituitur, vnica illa eſt, *quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.* Quomodo ingreſſus per eam Deus? Eſt quidem Deus ſpiritus purus; quomodo per templi portam, portamve aliam corporalem aut ingredi dicitur, aut egredi? Sed eſto, aliquo modo exiret Deus, aut intraret; quidnam cauſæ eſſet, qua quiuis alius. aut ingreſſu eius interdiceretur, aut egreſſu; cùm Dominus Deus vbique ſpiritaliter aſſiſtat; nec ideo cuipiam prohibeatur ingreſſus, nec egreſſus cuipiam? Ad hæc, verbum illud, *eritque clauſa Principi*, nulla poteſt interpretatione ſubtrahi à Principe Chriſto, vterum Virginis ingreſſo, vt ab eodem egreſſo Virginis vtero. Nam Princeps ille non potuit eſſe alius præter vnum Dei filium. Quiuis enim alius, purus vir à portæ huius tranſitu arcetur verbis illis: *Vir non tranſibit per eam*: ac conſequenter quilibet Princeps prohibetur, qui ſolùm vir fuerit: manetque illi dumtaxat ſeruata, qui non ſolùm vir, ſed eſt Deus pariter, & homo. Itaque dicens, *eritque clauſa Principi*, manifeſtat propheta, Principem illum fore Deum ipſum; cum rationem, qua nemo virorum per eam tranſiturus permittatur, eam ſolam exhibeat, quòd Dominus Deus per eam ingreſſus ſit. Quæ ratio omnes ex æquo viros comprehendit; cùm Dei comparatione nulla ſit inter Principem, plebeiumque diſtantia. Eſt ergo Princeps ille Deus ipſe, qui per eam ingreſſus perhibetur. At nominatur alia nominis formula, appellatus videlicet Princeps, eò quòd Deus virgineam ingreſſurus po-

Ezec. 44. 1.

Hier. ibi. & in dial. 2 contra Pelagi. Amb. ep. 81. Aug. ſer. 2 & 40. de Natiu. Chryſoſt. homil de Ioanne Bapt. to 8. Damaſc. l. 4 de fide cap. 15.

Maria perpetua virginitas egregio prædicta vaticinio Ezechielis.

Chriſtus homo Deus prophetali vaticinio promiſſus per Ezechielem.

ab eademque egreſſurus, corporali erat egreſſurus ſpecie, natura ſibi rationali coniuncta. Eſtque valde notanda dictio illa. *Eritque clauſa Principi.* Quare Principi clauſa? Numquid, ne ille ingrederetur? Minimè quidem capit textus. Tum quoniam: cùm dictum eſſet, *vir non tranſibit per eam*, eſſet ſuperuacaneum, ibi adijcere, *eritque clauſa Principi*, ſi ille etiam prohiberetur tranſire, eò quòd eſſet vir, ſicut ſunt viri reliqui: tum maximè, quòd ibi expreſſum ſit: *Princeps ipſe ſedebit in ea: per viam portæ veſtibuli ingredietur, & per viam eius egredietur.* Ecce Princeps ille non ſolum tranſiturus; ſed ſeſſurus etiam in porta iſta prænunciatur. Nec alia eſt veſtibuli porta, per quam ingreſſurus perhibetur, à porta ſanctuarij exterioris, per quam Deus dicitur ingreſſus. Exterius quippe ſanctuarium veſtibulum eſt, vt ipſa templi deſcriptione cognoſcimus. Facit Chaldaica verſio, *eritque Principi*, relicto nomine illo, *Clauſa*, quo dicendi genere manifeſtè oſtendit, portam illam, quæ cunctis prohibetur viris alijs, ſoli Principi eſſe deſtinatam. Vbi autem de Principe Chriſto ſermonem ibi fieri, ſemel definitum eſt; portam item illam eſſe matrem eius, conſequenter manet definitum. Nam in templo illo manu facto, quod Chriſtus ſæpe fuit ingreſſus, nulla profectò porta fuit ei dumtaxat reſeruata; nec talem Iudæi ſeruauerunt Chriſto reuerentiam. Quod ſi porta aliqua reſeruanda eſſet; potiùs reſeruaretur interior porta, quàm atrij porta exterioris, quippe quam cunctis eſſe communem oportebat. Fuit igitur porta, de qua Ezechiel vaticinatur, ipſamet Dei mater, quam ipſe introiuit, & à qua fuit diuinitus egreſſus. Tandem ſi de lapidei porta ſanctuarij ſermonem faceret propheta; nihil profectò eſſet, quòd diceret: *Vir non tranſibit per eam*, fœminis nequaquam excluſis. Quoniam ſi de lapideo ſanctuario ageretur: æquè quidem exigeret reuerentia Dei, vt tam viris, quàm fœminis tranſitus eſſet interdictus. Solos ergo prohibuit viros; quoniam de Virgine tractabat, nullius viri tranſitu tangenda. Nunc profundiore vos intentos volo intellectione. *Porta hæc clauſa erit: non aperietur; vir non tranſibit per eam: eritque clauſa Principi: Princeps ſedebit in ea; per viam portæ huius ingredietur, & per viam eius egredietur.* Quomodo dicitur, *porta hæc clauſa erit, non aperietur, eritque clauſa Principi:* cùm mox adijciatur, *Princeps ſedebit in ea: per viam eius ingredietur, & egredietur per eandem?* Nonne planè cernitis propoſitum noſtrum? Ecce per clauſam portam ingreſſus eſt Princeps pacis, qui, *Cùm fores eſſent clauſæ, vbi erãt diſcipuli congregati, venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis: pax vobis.* Quòd ſi (vt planè exploratũ manet) porta hæc, de qua loquitur propheta, virgo mater eſt, quam Chriſtum dixit ingreſſurum & ab ea egreſſurũ Chriſtum Principem; eadem quidem perſpicuitate exploratum relinquitur, eam virginitatẽ eſſe perpetuã; cùm manifeſtè inibi dicatur. *Porta hæc clauſa erit, non aperietur: & vir non tranſibit per eam.* Fuit apud Romanos templum Iani celeberrimum; cuius porta ſolo belli tempore aperiebatur, inſtante petendi à Iano auxilij neceſſitate: finito bello perſtabat clauſa, eò quòd Deus Ianus pro ſola

Chaldæa in Ezechi. 44.1.

Ioan. 20. 19.

Chriſtus factus homo in vtero virginis perficit infernos hoſtes, relinquens nobis pacem Princeps pacis.

bellorum victoria inuocaretur, nec quid præterea numinis ei eſſet attributum. Quapropter Imperator quiſque, cuius parta victoria, pacifica populus tranquillitate fruebatur abſque vlla aperiendi templi neceſſitate, relinquebat ſcriptum in teſtamento ſuo, Ianum à ſe clauſum, nec apertum amplius ſui tempore regiminis: cuius rei & monumentum aliquod in ſui gloriam erigebat. Sic ſcribunt Varro, Plutarch. Seruius, & L. Flor. Sic clauſum ſemel à Numa templum illud, ſcribit Titus Liuius. Poſt hunc, parta in primo bello Punico victoria, clauſit illud ſenatus, tres ſcilicet conſules, qui victoriæ illius fuerunt compotes ipſi, Luctatius, Marcus Atilius, Titus Manlius; Auctor eſt Paulus Oroſius. Tertio clauſum fuit ab Auguſtiſſimo Cæſare Octauio poſt bellum Actiacum, Antonio, ac Cleopatra deuictis, pace terra, marique obtenta, & conſeruata, ſicut ſcribit Tranquillus Suetonius. Quid dicemus de ſupremo cœli, terræque imperatore, omnium regum Domino, omnium Principe Principum, vero Deo, vnico Creatore? Numquid non peruicit ſolus hic vniuerſas vno impetu aduerſas copias, infernis hoſtibus fuſis, deſtructis, profligatis? *Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.* Quo trophæo pacatum reliquit populum ſuum, Chriſtianum populum, quem ab obſidione liberauit, & nece, vt ibidem teſtatur Apoſtolus ipſe dum ait: *Et vos, cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta.* Id, quod et ipſe triumphator notum fecit hominibus, dicens: *Pacem relinquo vobis.* Verus pacis Princeps, quem Iſaias prænuntiarat, dicens: *Paruulus enim natus eſt nobis, & vocabitur nomen eius Deus fortis. Princeps pacis.* Fortis Deus: qui, deuictis, dum natus eſt paruulus, infernis Principibus, Pacis Princeps factus eſt nobis. Merito igitur dixit, *Pacem relinquo vobis.* At quodnam victor hic pro triumpho iſto ingreſſus eſt templum? Mariam vtique introiuit, templum Dei verum, venerabile templum, templum viuum. Hoc templi nomine appellant eam Sancti Patres: inter quos Irenæ. Epipha. Athan. Cyril. Nazian. Leo, & Auguſt. Quod quidem templum ingreſſus eſt Princeps ille, de quo dictum fuerat, porta *erit clauſa Principi*, qui per eam ingredietur, & egredietur, vt in templo hoc pro obtinenda oraret victoria, non Deum Ianum, ſed Deum verum, Patrem ſuum. Niſi cum templum hoc ingrederetur, vt in eo fieret homo, nequaquam precaretur Deum, quandoquidem ante aſſumptam hominis naturam erat purus Deus, Patri vndecumque æqualis, nec alius Deus ab ipſo Deo Patre. Factus verò homo, cùm verus Deus, homoque verus ſit, potuit orare Deum Patrem, non quatenus Deus, ſed ex ea parte, qua verus eſt homo. Quin etiam in id naturam ſibi vniuit humanam, vt humilitate tanta, qua factus eſt homo, exaudiretur à Deo pro victoria hac in defenſionem hominum, aduerſus tenebrarum Principes reportanda, *Qui in diebus carnis ſuæ, preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Quàm

Varro li. 4 de lingua latina. Plutar. de Fortuna Romano. Seruius in Vergi. li. 1 Æneidos. Luc. Flor. lib. 4. epitomarum. Liuius. Decada 1 li 1 Pau Oroſ. lib 4 c. 10 Sueton in Aug. c 22 Coloſ. 2 13. 15. Coloſſ 2 13. Ian. 14 27 Iſai. 9 6.

Maria templum Dei viuum.

Irenæ. li. 3 cap. 27 & 32 Epiph. lib 3. hær. 78. Atha. concione de ſanctiſſima Deipara. Cyr. homil 6. contra Neſtor. Nazian. in carm 100. epiſt 83 & 97. Aug. ſerm. 2. de annuntia. Hebræ. 15 7.

Chriſtum fuiſſe Deum antequam fieret homo commẽdatur obiter quibuſdam Pauli verbis.

eleganter dixit, obtuliſſe Principem hunc lacrymas, & preces in diebus carnis ſuæ! Vt palam oſtenderet, nullam ante dies carnis ſuę deprecationem, nullas lacrymas ab eo offerri potuiſſe; cùm eſſet purus Deus. Id, quod protinus ſubdidit, dicens: *& quidem cum eſſet filius Dei, didicit ex his, quæ paſſus eſt obedientiam.* Vtque partam ordine hoc victoriam aſſerere non omitteret, ſubiunxit vlteriùs, *& conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ,* Ad hoc ecce Princeps hic noſter virgineum ingreſſus eſt templum, in quo humanam ſibi copulauit carnem. Et plus vltra. Nam, quoniam templum viuum eſt, Deoque gratiſſimum: ita quidem eſt locus orationis, vt templum ipſum, Virgo ſanctiſſima, offerat ſimul cum ingreſſo eam Principe preces, ſupplicationeſque, pro reportanda à nobis de horribilibus victoria infeſtatoribus, tranquillaque proinde pace poſſidenda. Loquatur hic deuotiſſimus virginis Bernardus: *Ad Patrem verebaris accedere: Ieſum tibi dedit mediatorem. Aduocatum habere vis ad ipſum, ad Mariam recurre, exaudietur & ipſa pro reuerentia ſua. Exaudiet vtique matrem filius: & exaudiet filium Pater. Quid enim? poteſtne filius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam?* Repellere matrem, repulſam à Patre ſuſtinere? *Non audire, aut non audiri filius poteſt? Neutrum planè.* Si ergo Maria templum eſt, quod ingreſſus eſt Princeps, vt eum, qui in ea habitat, oraret Deum, peperitque proinde expectatam victoriam glorioſiſſimus, quis credat, permiſiſſe Principem hunc, vt puriſſima templi huius porta alicui viro aperiretur, nec maneret perpetuò clauſa; pro glorioſiſſimo trophæi ſui monumento? Eo vel maximè, quòd excellentius ſit triumphatoris inſigne, matrem ſuam virginea integram reliquiſſe clauſura, quàm lapidei templi fores reliquiſſe concluſas. Vt quid enim virgineum hoc templum, egreſſo iam Principe, alij viro aperiretur? Num vt nouam aliquam nouus vir conſequeretur victoriam? Abſit. Magna profectò Principi, Dei filio, irrogaretur iniuria, ſi templum hoc alij viro pro victoria obtinenda aperiretur, quaſi Princeps hic noſter non conſummatam peperiſſet victoriam; non perfectam pacem reliquiſſet. Nec ſiluit Paulus diſcrimen hoc inter noſtrum, & reliquos Principes, alios, & noſtrum Pontificem ſummum. Ait enim de quolibet alio præceſſore Chriſti Pontifice ſummo: *In ſecundo autem tabernaculo introibat ſemel in anno ſolus Pontifex: Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta,* verba (rogo) intenti contemplamini *introiuit ſemel in ſancta*, in ſacratius nempe tabernaculum, *æterna redemptione inuenta.* Ecce ingreſſu vnico ęternam inuenit hominum redemptionem, perpetuo aduerſus hoſtes triumpho glorificatus, abſque vlla templum rurſus introeundi neceſſitate. Quare ergo porta eius cuipiam virorum deberet aperiri? Quare portam hanc aperire liceret? Si dicat quis, potuiſſe Deiparam adhærere marito, non vt ex eo congreſſu naſceretur filius, qui nouam pro communi hominum defenſione victoriam obtineret, ſed vt coniugali vitæ ſatisfa-

Maria Deipara templum in quo Rex gloriæ Deo obtulit preces, & ipſa ſimul obtulit cum eo.

Maria precibus nihil non concedit Deus.

Chriſtus ſemel ingreſſus in ſancta; vt victoria vnica pacem relinqueret perpetuam.

Bernard. ſermone de Natiui. Mariæ.

Hebræ. 9. 7.

ceret, indecens eſſet cogitatio, nec rationi quidem conſentanea. Cur enim diuinum illud templum, quod ad generalem hominum liberationem ingreſſus eſt ſupremus Princeps, & id quidem abſque læſione clauſuræ, permitteretur aperire pro eo vſu, qui plebeijs hominibus, etiam viliſſimis, eſt vbique communis? Gratias Deo; qui perpetuam hanc templi ſui clauſuram verbis notam fecit expreſſis, dicens; *Porta hæc clauſa erit: non aperietur: & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam.* Sunt & alia dogmatis huius fundamenta: quorum paruam illam ediſſeram partem, quam ceperit concio, poſt quam propoſitis ſcrupulis ſatisfecero.

Matt. 1. 18 Hiero. cõtra Heluidium. S. Tho. 3. p. q. 28. art. 1. 2. & 3.

Antequam non denotat effectũ ſecutum fore, aut fuiſſe poſtea.

Et quidem à primo facile difficultatem expediam, palam oſtendens, locutione illa, qua dicitur, *antequam conuenirent, inuenta eſt habens de Spiritu Sancto*, minimè ſignificari, eos poſtea conueniſſe. Id, quod B. Hieronymus & S. Thomas annotarunt. Hæc enim locutio, *Antequam*, ſolum denotat eſſe aliquid actum ante terminum conſtitutum rei, de qua tractatur; ſiue peruentum ſit poſtea ad talem terminũ, ſiue minimè peruentũ. Cuius probatio nullo indigebat auctore alio, præter Matthæum ipſum, qui his vſus eſt verbis; cũ ipſemet referat ſimilia à Chriſto Domino prolata; nimirum; *Scit Pater veſter, quid opus ſit vobis, antequam petatis.* Non enim ſequitur ex verbis his, petijſſe vos poſtea, quod opus eſt vobis. Sunt & appoſita Matt. 6. 8. illa Dei verba, quæ de militibus Zenacherib dixit Iſaiæ: *Facti ſunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ areſacta eſt, antequã* 4. Reg. 19. 26. *veniret ad maturitatem.* Ecce dicens, antequam perueniret ad maturitatem, minimè innuit, herbam illam poſtea ad maturitatem perueniſſe. Imo ex profeſſo ad maturitatem perueniſſe negat, eò quòd antequam matureſceret, aruerit. Sic, quamuis è contrario, virentiſſima arbor, Maria noſtra, germinauit Virgo florem, qui fructus eſt, antequam illum ederet fructum, quem editura eſſet, ſi à Sancto Spiritu non præuenta, daret operam coniugio. Locutio certè indubia eſt tum in alia quauis paſſim materia, tum in hac eadem coniugali. Dicimus ſiquidem, Alexius ducta vxore, antequam In vita Sancti Alexij conſummarent matrimonium, reliquit eam. Non ſequitur conſummatum fuiſſe poſtea matrimonium illud, ſed fuiſſe conſummandum, niſi vxorem ille reliquiſſet. Eſt textus canonico in iure cap. Ex publico, de conuerſione coniugatorum, vbi ſancitum eſt, ſponſam quamlibet antequam carnaliter cognoſcatur à ſuo viro, poſſe licitè religionem ingredi intra menſes duos à die initi coniugij. Suntque verba hæc gloſſæ, *Ante carnalem copulam poteſt alter coniugum religionem intrare.* Quis autem dicat, fœminam hanc poſt religionis ingreſſum à viro eſſe cognoſcendam, ex eo, quòd dicatur, integrum ei eſſe, religionis vitam inſtituere, antequam à viro cognoſcatur? Et quoniam ad fulgentiſſimam hanc Deiparæ Mariæ Virginitatem glorificandam, faciunt mirificè quædam libri Regum primi, 1. Reg. 3. 3. tertij capitis verba, non grauabor, ea prædictis adnectere: *Lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini.*

Cap. Ex publico de conuerſione coniugat.

Sponſus tã vir, quam fœmina, fruitur duobus continẽtia menſib. vt intra eos poſſit religionem ingredi. Cuius profeſſione manet liber ſponſus alter ad aliud coniugium.

Quidnam

Lucerna Dei noctis tota fulgebat in templo, numquam extingui permiſſa.

quidnã colligitis ex eo, quòd Samuel dormiturus ingrederetur in tẽplum, antequã Lucerna extingueretur? An, quòd ante extinctã accubaret lucẽ, ne poſtea accubaret in tenebris? abſit. Imo ante extinctam accubabat Lucernã, vt eam extingui non fineret: ſed foueret oleo, & concinnaret. Hoc enim vno fine dormiebat in tẽplo. Conſtat abſque dubio ex eo, quòd Lucerna templi ex præcepto Dei numquam permittebatur extingui vel vnico noctis inſtanti, quouſque Solis ſuccederet lumen. Textus apud Exodum: *Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, vt ardeat Lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij: vt vſque ad mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum.* Sanè cùm lucerna numquam extingueretur vſque ad Solaris luminis ortum; fatuum eſſet dicere, conſuetum Samuelem ingredi templum ad cubandum, antequam orto ſole extingueretur lucerna templi; eò quòd orto Sole eſſet extinguenda. Nos ergo meritò dicemus: *Inuenta eſt diuina ſpõſa habens de Spiritu Sancto, antequam conuenirent*; antequam extingueretur candidiſſima illa ſponſę virginitas: antequam virili obſcuraretur amplexu: antequam fulgor congreſſione langueret, inuenta eſt habens de Spiritu Sancto. Non quod poſtea extincta ſit virginitas illa, candor ille, decus luminis illud: imo inuenta eſt habens de Spiritu Sancto, ne lux illa poſtea extingueretur, ſicut illuc vſque nec fuerat vmquam extincta, nec languida. Exod. 27. 20.

Donec quẽnam terminum denotet.

Satis fecimus vni ſcrupulo, venio ad alterum. *Accepit coniugem ſuam; & non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.* Hærent curioſi aliqui, exiſtimantes dictionem, *Donec*, præfixum denotare terminum, quo adimpleto, adimpletur quoque res, quę ante illum pronuntiatur ſuſpenſa. At nihil tale inducit huiuſmodi locutio, Solùm enim affirmat, vt Aug. ait, quid ſit intra talem terminum factum; nihil vel negans, vel affirmans, quod elapſo termino factum ſit, vel non ſit factum. Cauſa autem deſignandi terminum non eſt rei, de qua agitur ſuſpenſio, elapſo termino complenda, ſed ſuſpenſio intra talem terminum ad rem pertinens: quidquid poſt terminum illum fiat circa talem rem; quę elapſo termino eſt extra propoſitum. Sic in præſenti hiſtoria proprium ſcriptoris inſtitutum eſt, oſtendere, Chriſtum filium eſſe Dei, non ſponſi Mariæ; quod neceſſario exigit narrationem, qua Mariam hanc vſque ad partum illum virginem permanſiſſe referatur, nulla circa reliquum vitæ eius narratione facta Virginitatis. Difficultas enim tota erat in eo, quòd nullum, vſque ad partum, cognoſceret virum: poſt partum nulla difficultas, quòd virum non cognoſceret. Ideo narrandum fuit illud dumtaxat, quod diuina ſcriptoris auctoritate difficultatem ſuperaret. Eſt ſimilis apud Iſaiam de filio Virginis locutio; *Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium.* Numquid poſt ſtatutum iudicium triſtis fuit, aut turbulentus? Abſit. Narrat propheta, eum à turbatione, & triſtitia alienum eo tempore, quo ad ſtabiliendum in terra iudiciũ, multis, ob contradictionem, turbationis mœrorisque occaſionibus circundabatur: poſtea hominibus iam iudi-

Matt 1.24 — Aug. li. 83. quæſtionum q. 69. — Iſaiæ. 42. 4

Digitized by Google

cio ſubditis, nulla quidem talis occaſio fuit. Eadem igitur de cauſa, expreſſit ſcriptor noſter Marię vſque ad partum virginitatem, nulla circa reliquum vitæ eius additione ſubſcripta. Quid enim ad hoc, vt Chriſtus Patrem haberet Deum, attinebant, quę poſt partum hunc parenti eius acciderunt? Scripſit ergo terminum Virginitati Deiparæ competentem: non vt completo termino virginitatem defeciſſe; ſed vt ante completum minimè eam defeciſſe narraret. Confluunt multæ huius tenoris locutiones, quæ minimè præſcribunt terminum in eis pronunciatum. Sufficiat, quoniam in propoſitum nota eſt, ſimilis alia diuinarum locutio ſcripturarum, quæ habetur cap. Geneſis 8. *Aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.* Numquid eſt mens autoris narrare reditum corui, ſeu coruorum ad arcam, poſtquam aquæ expeditam dimiſerunt terram? Quonam fine? Solùm vtique intendit, notum facere id, quod è contra eueniſſe videretur, niſi narraret ipſe. Narrat, non redijſſe ad arcam coruum, quandiu terra tegebatur aquis: Quod niſi ſcriptum eſſet, minimè putaremus: ſed illum potiùs redijſſe. Eſtque propterea narratio hæc integritati hiſtoriæ conſentanea. Maria ergo minimè eſt cognita à marito, donec peperit Dei filiũ; quod niſi ſcriberetur: iudicanda eſſet cognita à viro, quæ peperit filium coniugata. Poſt partum autem, quid neceſſe erat, eam intactam ſcribi: cùm minimè ſcribatur poſt partum hunc, filium genuiſſe? Quidue pertinet hoc ad Chriſti ex Virgine naſcentis hiſtoriam? Sunt & appoſitiſſima Danielis verba: *Non peruenerunt vſque ad pauimentum laci, donec arriperent eos Leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.* Sequiturne, quod poſt comminuta oſſa peruenerint?

Gen. 8. 6. — *Coruus emiſſus à Noe ab arca, quo ſenſu intelligatur non reuerſus donec aquæ ſiccarentur.*

Daniel. 6. 24.

Nec obeſt nomen primogeniti: quo exiſtimetur genitus poſt eum filius alius. Quoniam primogeniti nomen non ideo Chriſto applicitum eſt, quòd à matre ſit genitus prior, quaſi alios genuerit poſt eum: ſed quòd propria ſcripturarum locutio ſit, vocare Chriſtum primogenitum cauſa maioratus, comparatione non ad fratres, ſed ad Reges terræ omnes. Hæc ſunt verba Dei in 88. pſalmo. *Ipſe inuocauit me, pater meus es tu: & ego primogenitum ponam illum, excelſum præ Regibus terræ.* Nemo autem dixerit, primogeniti nomen ad ætatem referri hoc in loco. Eſſe autem primogenitum hunc, de quo loquitur Deus, Chriſtum filium eius, manifeſtis verbis teſtatur Apoſtolus. Sed eſto, loqueretur de Dauide, qui ibi in perſona introducitur Chriſti: certum item eſt, primogeniti nomen minimè ad relationem pertinere fraternam; cum Dauid inter ſeptem minor fuerit natu: tantum abeſt: vt primogenitus ætate. *Adhuc reliquus eſt paruulus.*

Primogenitus Mariæ filius Chriſtus quo ſenſu intelligatur.

Pſal. 88. 27.

Hebræ. 1. 5.

1 Reg. 16. 11.

Iam quòd aliqui nominentur fratres Chriſti, multò minùs debet auditores turbare. Nam, cùm ex quatuor illis nominatis fratribus duos ſaltem non eſſe filios matris Chriſti ex ipſomet conſtet euangelio: facilè apparet, nec duos alios eſſe filios eius, ſed eſſe ali-

Fratres Chriſti qua ratione dicti ſint aliqui.

Digitized by Google

Chriſtus nullum habet germanū fratrē.

ter Chriſti fratres; cùm omnes quatuor eodem modo, eademque dictione ſimul fratres nominentur. Duos etenim priores, Iacobum, & Ioſephum, conſtat filios eſſe alterius Mariæ, quæ propterea Maria Iacobi, & Ioſeph nominatur; ac eos ſubinde fratres Chriſti, quòd Maria hæc Mariæ Chriſti gradu fuerit proximo cognata. Et

Maria Iacobi, & Ioſephi cognata Deiparæ Mariæ.

quidem, qui matrem Iacobi, & Ioſeph aliam narrat Mariam, ipſe Matthęus eſt, qui duos hos Chriſti vocari fratres enarrauit. Ait enim 27. cap. tempore mortis Domini, *erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſecutæ fuerant Ieſum à Galilea, miniſtrantes ei: Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Eadem ſunt Marci verba, excepto vltimo, quo vocat proprio nomine Salome eam, quam Matthæus matrem filiorum Zebedæi. Hinc manifeſtè conſtat, eam Mariam, quæ à Matthæo, & Marco appellatur Iacobi & Ioſeph mater, aliā omnino fuiſſe à matre Chriſti, eiuſque gradu aliquo ſororem. Quod omnia vndique euangeliſtarum verba manifeſtant. Imprimis hanc Ioſephi, & Iacobi matrem numerat Ioannes ſimul cum Maria matre Domini adſtantem iuxta crucem. *Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ.* Ecce eam, quam Matthæus, & Marcus vocant Mariam, Iacobi matrem & Ioſephi, appellat Ioannes Mariam vxorem Cleophæ, ſtantem iuxta matrem Domini. Non enim poteſt Maria hæc eſſe illa, quam Marcus vocat Salome; cùm hæc dicatur à Matthæo vxor Zebedęi, non vxor Cleophæ, vt dixit Ioannes. Vnde relinquitur, eam Cleophæ vxorem matrem fuiſſe Iacobi, atque Ioſephi, atque adeo diſtinctam à Dei matre. Præterea, ſi Maria illa, quam Matthęus dicit matrem Iacobi, atque Ioſephi, eſſet mater Ieſu; potiùs vocaret eam matrem Ieſu, quàm Ioſeph matrem, & Iacobi. Pro qua locutione duplex eſſet titulus; cùm nullus fuerit, quo illorum mater vocaretur. Alter titulus eſſet dignitatis Chriſti. Cur enim vocaretur mater inferiorum hominum ea, quæ mater ſupremi Regis eſt, & nominatur? Titulus alter eſſet ſubiecta materia. Tunc enim de ſolo agebatur Chriſto, in cruce moriente; minimè de Iacobo, nec Ioſepho. Sanè quando fratres eſſent, ac inter ſe æquales, Chriſtus, Iacobus, & Ioſephus; non eſſet appellanda mater Ioſeph, neque Iacobi, ſed Chriſti mater; cùm de ſolo tunc Chriſto tractaretur. Quis veſtrum narrans in Petri interitu matrem eius ad defuncti ipſius caput perſtitiſſe, dicet nobis; ſtetit iuxta moribundum Petrum mater Illefonſi, eò, quòd illa Illefonſum quoque habeat filium? Nemo quidem quippiam tale dixerit: ſed dicet: mater eius ſtetit ad ipſius caput, nempe, moribundi filij. Sed eſto peregrina hac locutione vſus fuiſſet Matthæus: mirum certè, & valdè mirum, quòd & eadem fuiſſet vſus Lucas, & hic quidem non pro deceſſus, ſed pro reſurrectionis narratione. *Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant.* Ioannā vocat eam, quā alij vocarunt matrem filiorū Zebedæi, eo quòd mater fuerit Ioannis: ſicut vocat Mariā Iacobi, quod Iacobi fuerit mater. Cur ergo hanc nō

Maria Cleophæ mater Iacobi, & Ioſephi.

Salome mater filiorum Zebedæi, non vocatur Maria.

Matt. 27. 55.
Marci. 15. 40.
Ioa. 19 25.
Lucæ. 24. 10.

matrē Ieſu, ſed Iacobi matrē appellaret; ſi ipſa eſſet Ieſu genitrix? Inſuper alienum prorſus eſſet à debita Reginæ, Domini matri, reuerentia, ſi numerantes eam cum fœminis alijs, non primo loco, ſed ſcriberent vltimo, vel medio; ſicut medio poſuit Matthæus, Lucas vltimo; & in eo quidem cum mulierum turba, dicens; *Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cætera.* Accedit, quòd lo-

Matt. 28. 1 quens de Chriſti reſurrectione Matthæus, ſcripſit verba hæc; *Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum.* Quęnam eſt altera Maria, quę poſt Mariam Magdalene deſcribitur? Non vtique alia, niſi mater Iacobi, atque Ioſephi: hanc enim Matthæus ipſe, paulo ante de paſſione loquens, poſt Magdalene numerauerat, dicens; *erant autem ibi mulieres multæ: inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater.* Si ergo Maria hæc Ioſephi mater & Iacobi, eſſet ipſa Maria mater Chriſti, diceretne Cronographus hic, *Venit Maria Magdalene, & altera Maria*? quænam eſſet hæc erga Dei matrem reuerentia? Quis ſanę mentis poſſet ſibi perſuadere, ſcriptorem aliquem, non dicam ſacrum, ſed ne profanum quidem, niſi barbarum, eo fuiſſe dicendi genere vſum, vt Domini matrem quaſi alij potiori adiectam deſcriberet, dicens:

Matt. 28. 1 *Venit Maria Magdalene, & altera Maria?*

Minime profectò cauſam hanc tam obnixè in prædicatione diſcuterem, niſi (iterum dico) diſertos homines hærentes circa hoc non paucos vidiſſem, ac turbatos. Ideo, nec grauabor illam adijcere probationem, qua vſi ſunt Sancti Patres Epiphanius, Ambroſ. & Hierony. nimirum, ſi Chriſti mater alios haberet filios, non dixiſſet ei moribundus filius eius, Chriſtus, *Mulier, ecce filius tuus*, deſignato Ioanne; nec illa habitaret vſque ad mortem in domo eius, proprijs dimiſſis filijs, nec filij ipſi tale quid permitterent: cùm eſſet in magnum corū dedecus, ſi ex quatuor filijs nullus eſſet vel dignus, vel ſollicitus ſeruiendi domi ſuę tam dignę, tam ſuaui, tam honorificę parenti. Cui rationi non erubeſcam addere, quam ex euangelico ſcribendi genere deprehendo: quo ſcilicet ſcribentes Apoſtolorum cathalogum ſacri euangeliſtę, quatuor hos, qui vocantur fratres Domini, non primo loco, nec cum primis, ſed in copiæ deſcribunt calce, ſolo traditore Iuda poſtpoſito. Inſuper numerans Matthæus duodecim, ait. *Iacobus Alphæi, & Thadæus. Simon Cananæus.* Ecce ex tribus his, qui fratres dicuntur Chriſti, alius dicitur filius Alphæi, alius Cananæus, alius abſolutè dicitur Simon: Quomodo igitur Mariæ filij eſſe potuerunt? Plana quidem res eſt. Sed illud non diſſimulabo, ſi Chriſtus aliquos haberet fratres, nequaquam proponeret ei Salome Iacobi maioris, & Ioannis mater petitionem illam: *Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Eſſet enim veſana, impudens, procaxque petitio. Nōne contenta eſſet Domina illa, ſi vnus ex filijs ſuis latus Domini teneret vnū, latus aliud vnus ex fratribus ipſius Domini? Quod non exiliter confirmatur ex eo, quòd *audientes decem indignati ſunt de duobus.* Et (vt Lucas ſcribit) *Facta eſt autē contentio inter eos: quis eorū videretur eſſe maior.*

Epipha. hæreſ. 78. Ambro in c. 1. Lucæ. & epiſt. 79. Hieronymus contra Heluidiū.

Matt. 10. 3.

Matt. 20. 21.

Matt. 20. 24. Lucæ 22. 24.

Digitized by Google

Si enim ex eis aliqui eſſent Domini fratres; tunc quidem, nec alij diſcipuli de primatu cum eis contendere præſumerent; nec fratres ipſi Domini contenderent cum alijs; vtpote qui Chriſti fratris ſui, & matris ſuæ Mariæ humilitatem, manſuetudinemque verè imitarentur. Igitur locutio hæc, qua diſcipuli quatuor, fratres dicuntur Domini, minimè quidem innuit germanos, ex eidem fratres parentibus. Nam nomen *Fratres* apud Hebræos non arctatur ad primum conſanguinitatis gradum collateralem; ſed ad omnes extenditur gradus, etiam tranſuerſales, etiam remotiores. Eſt textus 13. Geneſis cap. *Dixit ergo Abraham ad Lot: Fratres enim ſumus*: & tamen conſtat præcedente ex capitulo, Lot fuiſſe filium fratris Abrahami. *Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran: porro Aran genuit Lot.* Similiter Iacob appellatur frater Laban: *Indicauit Iacob Racheli, quòd frater eſſet patris ſui.* Qua locutione vſus eſt Laban ipſe erga Iacob, dicens ad eum: *Num, quia frater meus es, gratis ſerui es mihi?* Et tamen inibi explicatur Iacob filius ſororis Laban, auunculi ſui. *Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oueſque Laban auunculi ſui: indicauit ei: quod frater eſſet patris ſui.* Et continenter, *Cùm audiſſet Laban veniſſe filium ſororis ſuæ.* Longè quidem erunt ab hæſitatione hac, quicumque Peruanæ conſcij ſunt linguæ. Indi enim hi cùm & dictis multis vtantur, & factis, quibus deſcendentes videntur ab Hebræis, ſeu certè eis coniunctiſſimi; Fratrum, inter alia, nomen vſurpant pro omni cognationis gradu; ita vt niſi nomen gradus apponant, minimè intelligantur, de quonam loquantur conſanguineo. *Vauqui* eſt nomen hoc per V, vocalem; quod Latinè eſt frater: & tamen quum Indus dicit *Vauqui*, nempe frater meus; interrogamus eum, quonam gradu eſt frater tuus? Tunc gradum explicat Indus: ſi germanus eſt, ex eiſdem parentibus, dicit, *llocſic maſſij:* conſanguineus ex eodem vtero, ac genitore; ſicque gradus alios expendit.

Fratris nomen in ſcripturis ad omnes extenditur cognatos.

Gen. 13 8.
Geneſ. 11. 27.
Geneſ. 29 12.
Geneſ. 29 15.
Geneſ. 29 10.
Geneſ. 29 13.

Sed quid ego tandem fundamenta doctrinæ huius quæram alia, præter ipſummet decus virginitatis, ipſamq; eius celſitudinem? Num permitteret Deus, vt mater ſua virtute careret aliqua, quæ in fœminis alijs inuenitur? Permitteret, eam deſtitutam eſſe ornamento illo, quod fœminas egregiè condecorat; magnaque facit dignas reuerentia? Infudiſſetne Deus tot millibus virginum ſpiritum hunc imitandi in hoc gradu matrem ſuam; ſi mater ipſa ab eo eſſet ſpiritu aliena? Coluit quidem Chriſtus virginitatem perpetuam, de qua dubitat nemo, eſſetque impudentiſſima blaſphemia de puritate hac dubitare: magnum ergo decus, magnum eſt virginitas ornamentum: permitteret ille parentem ſuam ornamento hoc non decorari? Quod ſi quis turpiter exiſtimet, ante legem gratiæ minimè fuiſſe virginitatem in honore; nobis ſatis eſt, diuinam Deiparam matrem eſſe legiſlatoris gratiæ, & veritatis: ſed & abſurdum eſt putare, ante Chriſti legem non fuiſſe magno habitam pretio, magna æſtimatione virtutem hanc virginitatis. Adeo, vt ſacrificium Iephte, quo filiam Deo obtulit holocauſtum, intellexerint multi in eo ſtitiſſe, vt recluſerit eam perpetuæ virginitatis cultricem. Sic cenſuere Ioſephus Chamius, Dauid Chamius, Rabbi Leui

Virginitas apud omnes nationales omni tempore fuit magni habita.

Iephte ſacrificauerit filiam occidendone, an recludẽdo.

Iud. 11 30
Iud. 11 34
Ioſeph Chamius.
Dauid Chamius in Thanak

Digitized by Google

R. Leui Ben Gerſon. R. Aben Melech. R. Dauid in Thanah. Moſes Plaxerus ibi. Pagninus in cap. Iudic. 11 4. Reg 2. 11.

Ben Gerſon, R. Aben Melech, R. Dauid, & ex eo Pagninus, Moſes Plaxerus, & alij non pauci. Quo facilè apparet, temporibus illis magno habitam pretio virginitatem, cum Iudæi iſti ſapientiſſimi, eam acceptum Deo exiſtimarint holocauſtum. Nec in fœmina ſolùm, ſed & in viro Elia virtutem hanc ſuſpexerunt omnes; & tamquam cæleſtem, peneque ſeraphicam admirati collaudarunt. Quid ni? Raptum igneo in cæleſtia curru ob virtutem hanc, viderunt eum. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum*. Dixi ob virtutem hanc; quoniam profectò idoneum eſt virginalis præmium pudicitiæ. Quidnam facit hæc? Quidnam hæc patitur? Certè vrentibus concupiſcentiæ probatur flammis: quumque euadit integra, & illæſa, ſe cuiuſuis ignis victricem fore, merito iactat. Maior vtiq; vis ad comburendam carnem in carnali ipſo reſidet igne naturali: quàm in elementali flammarum caumate. Hac propter tulit igneo Deus curru prophetam, quaſi dicens: ecce homo hic non comburitur flammis: in medio ignis integer conſtat. Vt videntibus cunctis innoteſcat, ne carnalibus quidem fuiſſe cum ignibus aduſtum.

Virginitas quoniam igne probata igneo triumphans excipitur curru.

Elias propter virginitatem igneo raptus curru.

Quis, dum audit hæc, non amabit conſeruari diuina hîc candidum puritate? ſed quoniam prædicatio communis eſt omnibus: non inſiſtam nunc his, quæ ad ſingularem, ſelectiſſimumque ſpectant Virginum ſtatum. Vtinam id, quod cunctis eſt hac in parte debitum, cunctis perſuaſiſſe videamur. Vt eam quiſque, quæ ad ſuum ſpectat inſtitutum, perfectè obſeruet caſtitatem. Ignis in vtroque extremo eſt, terra in medio flaueſcẽs. In extremo (inquam) virginitatis eſt igneus currus, quo Virgo tam fœmina, quàm vir demonſtratur angelicus, ſicut oſtenſum diximus Eliam. Hac enim de cauſa ignei dicuntur Angeli:

Caſtitas obnixè obſeruanda inter flammas probationis.

Luxuria ignis.

Pſal 103. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*. Au-

Sap. 3 6. rum vtique purum, quoniam *tamquam aurum in fornace probauit eos: & inuenit eos dignos ſe*. In oppoſito extremo ſunt carnales, tam viri:

Iob 31. 12 quàm fœminæ: qui nullius ſpeciei colunt, nec attendunt caſtitatem. In his illa dominatur libido, quæ *ignis eſt vſque ad perditionem deuorans: & omnia eradicans genimina*. Ignis vſque ad conſumptionem deuorans, deuorans iugiter ſine fine in torrido infernorum clibano, vbi

Iſai. 66. 24 *Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur*. Miſeri, qui neſciunt, quid faciunt: cùm ſcientes omnem carnem fœnum, fœnum arentem laſciuis ſe ſcintillis tangi patiuntur, nec excutiunt eas: imo ardenti ſe igne vri delectantur, non conſiderantes, ignem hunc perpetuo in tartaris futurum tormento. Non incautè appellandos putaui terram eos, qui coniugali inſeruiunt caſtitati, nihil extraneum admittentes. In his etenim nec ignea illa eſt virginitatis approbatio, nec reprobatio tradita infernis comburenda flammis, cùm nullum hic peccatum interueniat. Eſt tamen terra, quia naturalis terræ, carniſque cõditio. Verumtamen ſicut terra boni ferax eſt germinis, ſic & humana caro licito ex cõiugio, benedictionis procreat filios. Vnde conſequenter Deo accepta eſt coniugalis caſtitas, germinans quippe virtutes, ſicut filios. Dixit ſiquidem Deus ipſe hominibus primæuis: *Creſcite, &*

Virginitas Angelica collata puritati.

Concupiſcentia ignis omnia exurens.

Coniugatos viuere terreſtri vita.

Gen. 1 28 *multiplicamini: & replete terram*. Ecce terra eſt, ſed bene dicta: *Benedi-*

xitque illis Deus, & ait: creſcite, & multiplicamini: & replete terram. Qua benedictione terreſtres coniuges transferuntur in cælos.

Sed quid Dei genitrix? Numquid terra eſt? Numquid Angelicis inferior hominibus? Imo omnium vtique ſuprema. Non hominum dicam Angelicorum, ſed & Angelorum omnium ſupremam, Deo proximam. Tulit illa quidem vtero germen, vt haberet eam dignitatem, qua terra bona eſt, at germen cælicum: pluſquam cælicum, diuinum: cuius ferax mater perſtitit puriſſima. Vnde & dignitatem habuit angelicam, habuit & ſeraphicam: probata igne, non libidinis: numquam enim puncta fuit ictibus carnalis appetentiæ: ſed diuino igne, Deo ipſo, *quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt*: qui in Mariam diuinitùs irrepſit in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti præueniens id, quod ad ſuſcipiendum vtero Deum, deberet conſumi, niſi eſſet præuentione diſpoſitum. Igne igitur Deo, in ſe ipſa corporaliter ſuſcepto manſit probatiſſima Maria, Virgo probatiſſima, vt nullo vnquam libidinis igne, ne dum tactu libidinis, florem ſuum marceſcere pateretur. Eſt perpetua Virgo Maria hæc, probata ſeptuplum puriſſima: in conceptione, in præſentatione, in conceptu, & partu, in purificatione, in virginei incorruptione cadaueris, in miraculis multis, editis in perpetuæ virginitatis eius teſtimonium. Sufficit illud, quo orantem in templo, ſacerdotali veſte induit defenſorem virginitatis eius Ildefonſum. Subſequenſque aliud, notum magis, vt quod coram Rege Receſuintho, omnique Toletana multitudine patratum. Quum ſcilicet Leocadia Virgo diu iam humata, exiens inter miſſarum ſolemnia ex ſepulchro, dixit: *O Ildefonſe! per te viuit Domina mea: quæ cæli culmina tenet: ad quæ nos perducat.*

Deut. 4. 24.

Laurent. Sur. in vita S. Ilde. tom. 1. In Breuiario 9. Decembris.

Digitized by Google

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO I.

Lucæ 2.7. *Peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit: & reclinauit eum in præſepio.*

HODIERNÆ concionis tractatus tener eſt totus, totus ſuauis, totus glorioſus, totus hilaris, totus in ſumma paupertate ditiſſimus, locuples inter paleas: hilaris inter lachrymas naſcentis Dei hominis: in equorum ſtabulo glorioſus: ſuauis in parturientis affectibus; qui cùm dolores ſint cæteris in matribus, in vna hac ſunt iubilationes, tener in duro præſepij lectulo, nimioque glaciei, gelu, & imbrium rigore. Parit filium virgo: naſcitur Deus homo: incipit eſſe filius fœminæ, qui æternus eſt altiſſimi filius: gloriæ Rex naſcitur in ſtabulo, ductus vtero matris, vt deſcribatur tributarius: Iacet in præſepio infans Dei verbum: immenſus inuoluitur pannis: euangelizat magnũ Angelus gaudium, *quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus*: Circumfulget Dei claritas paſtores: præbet Angelus ſignum nati Meſſiæ: *Hoc vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio: Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: gloria in altiſsimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quanta in vno infantulo magnalia! Quanta prodigia ex vtero puellæ! Quanta belluino in præſepio myſteria! Immenſus planè theſaurus eſt hic: in quo tot, & tanta inueniuntur admiſta. At quis dubitet theſaurum eum, qui ſapientia ſumma eſt? infantulum dico, qui eſt Dei ſapientia, cùm eius ſit verbum. *Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam*, dicit Apoſtolus. Quod ſi Dei ſapientia: *Infinitus theſaurus eſt hominibus*, ait ſapiẽtia ipſa. Bene ergo theſaurus his inuolutus eſt pannis; nam theſauri nomen, ſi ethimologiam requiramus, Græco-Latinum eſt, à Græco Thes, quod eſt abſcondere, & auri nomine Latino, vt ex origine prompſit Iſidorus, & legis-conſultus Paulus indicauit. Eſt ergo infans hic theſaurus infinitus, & ideo abſconditus: primò in vtero Virginis, deinde in præſepio, inuolutus ab ipſa Virgine pannis. Defodit quondam ſubterraneis in foueis ingentem Sichæus auri copiam, quam cùm Dido, vxor eius, eduxiſſet, occuluit ipſa rurſus occultiſſimus in ſpecubus, hocque verſu Poëta;

Chriſtus theſaurus Dei.

Sapientia theſaurus infinitus.

1. Cor. 1. 24

Sap. 7. 14

Chriſtus Dei ſapiẽtia.

Chriſtus pannis inuolutus in præſepio, theſaurus abſcõditus.

Iſid. l. 16. origin.

Paul. l. 1. C. vt ſit.

Theſaurus eſt aurum abſconditũ.

veteres

Sichæus defodit magnam auri copiam.

Dido effodiens abſconditos à Sichæo theſauros, refodit rurſus in cauernis.

Theſauros, quos abſcõderunt Sichæus, & Dido, auidus Nero irrito labore quæritauit.

Chriſtus continuo natus quouſque Diabolo notus.

Maria theſauraria totius diuini theſauri, per quam Deus hunc largitur hominibus.

Aue Maria.

—— *veteres tellure recludit*
Theſauros, ignotum argenti pondus; & auri: Virgil 1. Æneid.

Quos vt ſibi inueniret, nullam non artem, ſed labore irrito, adhibuit Nero: vt ſcribunt Cornelius Tacitus, & Tranquillus Suetonius. Supremus cæli Rex abſcondit theſaurum hunc ſuum virgineo in vtero menſibus nouem; quem ſponſa eius, vniuerſi Regina, in lucem edens partu ſuo, abſcondit rurſus in præſepio, infantilibus pannis obuolutum. Quæ adeo abſtruſa eſſe potuit abſconſio? Quis theſaurũ Deum in viſceribus Virginis deliteſcere putaret? Quis inuolutum pannis in equili? Hodie, ſicut in cæteris alioqui concionibus, præſtandam à Deo, Virgine matre intercedẽte, ſapientiam ad loquendum, verbaque prædicata intelligenda, perſpicuam exoptamus, quæ magna Dei gratia, magnum eſt nobis Virginis donum. Inuenit nobis integrum ſapientiæ huius theſaurum Virgo ipſa Deipara, nobiſque edidit inuentum; quid ſi recondit iterum ipſa? Recondit (fateor) infantilibus pannis; at non vt nobis ignotus ſit, ſed nobis potius aſſeruatus. Recondit Neroni, inferno nempe Principi vt lateret; nobiſque conſequenter innoteſceret. Datur enim ex gratia his, quos in ſuam Deus gratiam acceptat: *Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei.* Ad hanc igitur gratiam, theſaurum hunc, ſapientiam iſtam inueniendam, theſaurariam Mariam adeamus, eamque reuerenter ſalutemus eis, quibus Gabriel verbis ſalutauit, dicens: *Aue Maria.*

Cor. Tac. in Neron. Suet. in Nerone.

Sap. 7. 14

Moyſes quouſque particeps diuini intuitus in terra.

Iſraëliticus populus vnde notus, & habitus populus Dei.

Chriſtianus populus notus vbique populus Dei multò glorioſior, multoque altior, quàm Iſraëliticus

Cùm ductor Dominici populi Moſes aliquod ſibi à Deo dari infallibile cuperet ſignum, quo Iſraëliticus populus hæreditas Dei; ac populus eius noſceretur; dixit ad Deum ipſum verba hæc, quæ in 33. Exodi cap. ſunt ſcripta: *In quo enim ſcire poterimus ego, & populus tuus, inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambules nobiſcum: vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram? Oſtende mihi gloriam tuam. Reſpondit: ego oſtendam omne bonum tibi. Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & viuet. Ecce eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram: cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam: tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* Hoc ſignum fuit, quod præbuit Deus paſtori Moyſi, ad manifeſtandum, eſſe populum ſuum, ſibique gratum Iſraëliticum populum: videamus nunc, quod hodie ſignum Chriſtiano oſtendit populo. *Dixit paſtoribus Angelus, ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus Dominus: & hoc vobis ſignum.* Cuiuſnam rei ſignum: vt magnum ſit gaudium? Signum, quòd aſſiſtat Deus populo ſuo, iacens in ſtabulo, in quo cunctis patens, inueniatur ab omnibus. Hoc vobis ſignum, non ſolùm inuentæ à populo gratiæ, ſicut tempore Moſis; ſed gratiæ etiam impenſæ à Chriſto ipſo: quia *Lex per Moyſem data eſt: gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Hoc vobis ſignum: quodnam ſignum? *Inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.* O admirabile ſignum! Quiſnam ex ſigno hoc, ex eo nimirum, quòd

Exod. 33. 16.

Luc. 2. 10.

Ioan. 1. 17

Digitized by Google

infans ſit, quòd pannis inuolutus, quòd iacens in præſepio, ſuſpicaretur, infantem hunc mundi eſſe remedium, mundi Saluatorem, promiſſum Meſſiam, Deum verum? Imo ſignum iſtud ſignatæ rei videtur oppoſitum: quare ergo dicit paranymphus: hoc vobis ſignum? Planè, ſi exhibendum eſſet ſignum, quo ſciremus aliquem non eſſe Deum: nullum adeo notum poſſet oſtendi, quàm ſi diceret Angelus, minimè Deum eſſe infantem illum, qui inuolutus pannis reperiretur in præſepio. Et dicit paſtoribus Angelus: hoc vobis ſignum. Sed *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! Quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: & inueſtigabiles viæ eius.* Hoc vobis ſignum, ait: hoc vobis ſignum inueſtigabilibus vijs inuentum: ſignum altitudinis diuitiarum Dei: ſignum ſapientiæ, & ſcientiæ infinitæ: ſignum theſauri immenſi, infantilibus pannis, præſepijque paleis inuoluti. Hoc vobis ſignum: vobis, vobis, non Neroni. Vobis, quibus diuinitùs reuelo; non Neroni Diabolo, qui myſterio tanto, tam abſtruſa altitudine obnubilatus, theſaurum attonitus indagat. Hoc vobis ſignum: non illud, quod Moſi indicatum fuit quondam. Illo etenim tempore incluſit Deus hominem in petrâ, vt illac tranſiens, cerneretur ab eo: hodie incluſit Deus, non hominem, à quo videndus eſt: ſed ſemetipſum, non in petræ vacuitate, ſed fœmineo in vtero: non claudens manu petræ foramen: ſed perſtante integerrimo prægnantis clauſtro: non amouens manum à rupis porta, vt incluſus homo per eam aſpiciat, ſed exiens ab vtero Deus ipſe, perſiſtéte adhuc intemerata Virginis clauſura. Vnde hodierna Dei oſtenſio tantò præ antiqua illa manifeſtior eſt, tantoque nobilior, ac iucundior: quantò faciei aſpectus præclarior eſt viſione ſcapularum: aſpectus gloriæ vmbratili figura. Quod Moyſes videre concupiuit, gloria Dei fuit, cuius à Deo aſpectum poſtulauit: *Oſtende mihi gloriam tuam*: ac conſequenter vultus oſtenſionem, in quo fulget gloria, non in ſcapulis: ſed nec faciem videt, neque gloriam: quoniam gloria omnis relucet in facie, cum gloria Græcè, Latinè ſit claritas. Omne profectò conceſſit ei bonum, cùm Dei conceſſerit aſpectum, qui omne bonum eſt, ſiue à tergo perſpectus, ſiue à facie: at bonum omne in ſemetipſo: non omne bonum homini aſpicienti, quandiu gloria non videtur in vultu. Reſponſionem (obſecro) notate. *Ego oſtendam omne bonum tibi: non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Cum tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec tranſeam: tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea.* Faciem negat: tergum viſioni concedit, negata gloria: quippe quæ in facie eſt, & relucet in facie. Hodie in naſcente homine Deo conſpicua gloria cælitùs coruſcat, & perſpicitur: quoniam diuina eius perſpicitur facies. *Claritas Dei circumfulſit paſtores* nocte media: & canit ſimul Angelicus chorus: *Gloria in altiſſimis Deo.* Sed inquiro ego: ſi hodie in altiſſimis eſt gloria, ibique eſſe canitur, contrapoſita datæ hominibus paci verbo illo, *& in terra pax hominibus*, quaſi nulla in terris gloria luceat: cur ſimul dicitur: *Claritas Dei*, nempe Dei gloria, *homines circumfulſit*? Claritas enim illa non aliunde quidem fuit: ſed à nato ipſo infante procedens,

Rom. 11. 33.

Hominum genus minus nobilitatū Christo Deo homine.

Chriſtus auctor gratiæ, & veritatis.

Mariæ virginis perpetua integritas.

Gloria Græcè, Latinè claritas.

cùm nominetur Dei claritas. Alioqui ſuperflua ibi eſſet dictio illa, Dei, qua dicitur: *Claritas Dei circumfulſit illos.* Certè naſcentis gloria tanta hodie eſt, vt plenè refulgeat in cælis: ſed terram vſque penetrant radij, ſeruata naſcentis conditione. Eſt enim hic verus Deus, homo verus: Deus gloria ipſa: homo gloriam habens, humanam in naturam ex diuinitate deriuatam: & ideo ſeruata proportione, coruſcat plenè in cæleſtibus gloria, eò quòd ibi reſplendeat diuinitas: in terra, cuius eſt humana natura, deriuata à cæleſti nitet gloria, dum *Claritas Dei circumfulget paſtores*: quæ verè gloria eſt, cùm ſit Dei claritas. Quid morabor? Expreſſus eſt textus: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius: gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Vidimus, vidimus nos gloriam eius; non ſicut Moſes, cui negata gloria, oſtenſæ ſunt ſcapulæ: Vndè & negato cum viſione gloriæ, vultus adſpectu: nunc conceſſus nobis manifeſtus faciei cum gloria adſpectus. *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* Planè (quod & eſt ſolerter aduertendum) negari hominibus faciei diuinæ conſpectum, & gloriam, fuit quidem negari propriam Dei ipſius intuitionem. Dixit hoc manifeſtè relatis Deus verbis: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.* Ecce palam, ex eo, quòd Deus ipſe videri ab homine non poſſit, faciem eius ab homine videri non poſſe, conſequenter inferri, teſtatur Deus ipſe, etiam ſi ſcapulæ videantur ab homine. Nos qui Deum hominem videmus, faciem eius conſequenter adſpicimus: veram & gloriam eius intuemur: quique è conuerſo eius vidimus gloriam, eius vidimus faciem: atque adeo vidimus Deum ipſum. Nam Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: *Hic eſt Deus noſter: hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt,* ait Baruch in 3. cap. Poſt hæc, ait, in terris eſt viſus. Poſtquam tradidit Iacob diſciplinæ viam, Iſraëlitico videlicet populo: poſtquam item Moſi, petræ incluſo in cauerna, ſe oſtendit à tergo: poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus. Illo Moſis intuitu non Deus ipſe, ſed Dei vmbra viſa eſt: viſumque eſt omne bonum in figura: ſiquidem *Omnia in figura contingebant illis.* Poſt hæc, poſt hæc, in terris eſt viſus, viſus manifeſtè, viſus corporaliter, & conuerſatus cum hominibus, qui vidimus gloriam eius: gloriam quaſi vnigeniti à Patre.

Ioan 1.14

Chriſtus Deus verus.

Baruch 3. 36.

1. Cor 10. 11.

Ex quo patet eximia Chriſtiani populi præſtantia, qua naſcens Deus homo, hunc, & nos in eo nobilitauit. Illa enim Moſaica poſtulatio, qua gloriæ Dei petijt intuitum, eo quidem tetendit, vt populus ille gloriaretur, notus populus Dei ab omnibus populis: *Vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram, oſtende mihi gloriam tuã.* Oſtenſa eſt nobis gloria hæc, Dei vultus oſtenſus: nitet ergo in nobis, in Chriſti populo, Chriſtiana in Eccleſia honor hic, gloria iſta, nobilitas vera, ſuprema dignitas, & titulus. Pulchra, quibus B. Gregorius noſtram hanc gloriam exprimit, verba referre libet. *Quia enim cæli Rex terram noſtræ carnis aſſumpſit: infirmitatem noſtram illa iam angelica celſitudo non deſpicit. Ad pacem noſtram Angeli redeunt: & quos*

Gregor. hom. 8. in Euang.

Gen 19 2. *prius infirmos, abiectoſque deſpexerant, iam ſocios venerantur. Abra-* *Homines*
Gen.19 1 *ham quidem, & Ioſue Angelos adorant, nec tamen adorare prohibentur:* *reuerenter*
Ioſue 5 15 *Ioannes verò in Apocalypſi ſua adorare Angelum voluit, ſed tamen* *alloquun-*
Apoc.19. *eumdem hunc Angelus, ne ſe debeat adorare, compeſcuit, dicens: vide, ne* *tur Angeli,*
10. *feceris: conſeruus enim tuus ſum, & fratrum tuorum. Quid eſt, quòd* *poſtquam*
ante Redemptoris aduentum, Angeli ab hominibus adorantur, & tacent: *Deus homo*
poſtmodum verò adorari refugiunt? Niſi, quòd naturam, quam priùs *factus eſt.*
deſpexerant, poſtquam ſuper ſe aſſumptam conſpiciunt, proſtratam ſibi
videre pertimeſcunt. Nec habere dedignantur hominem ſocium, qui ſu-
per ſe adorant hominem Deum. Ecce experimentis probat Gregorius
nobilitatum Dominico natali totum hominum genus gloria illa,
quam Moſes expetiuit, nec adeptus eſt; nulluſque eam adeptus ex
illis, qui fœliciſſimum hunc diem præceſſerunt. Ecce ſuperni Ange-
li iacenti inter paleas adminiſtrant infanti Deo; portant ad homines
fœlix nuntium eius: & fiunt muſici paſtorum: *Ecce euangelizo vobis*
gaudium magnum: quia natus eſt vobis hodie Saluator mundi: & hoc
vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præ-
ſepio. Certè, auditores Chriſtiani, parum abeſt iam, vt fœlicia vo-
bis precer paſchata fundamento hoc euectæ ſuper ſydera, nimiſque
Luc 2.18. auctæ naturæ noſtræ, nimia etiam pace à peccati iugo vindicatæ. Ta-
Ioan.1.14 men differo paululum, donec euoluto Dei verbo, quod pannis iacet
Luc.2 12. inuolutum, magnalia illa, quæ multa in eo latent, agnoſcatis. *Hoc*
Lucæ 2 7 *vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præ-* *Paſtoribus*
Pſal. 109. 4 *ſepio.* Vobis, vobis, paſtores: vobis, hoc vobis ſignum, qui paſto- *Eccleſiæ in-*
Luc.1 33. res eſtis; vt inuolutum myſterium euoluentes, alijs expeditum oſten- *cumbit ex*
Pſal. 2.7. datis. Sic fecerunt paſtores iſti: *& omnes qui audierunt, mirati ſunt:* *munere e-*
Luc.2 11. *& de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos.* Fungens nunc ego pa- *uoluere, ac*
Luc.1 38. ſtoris vice, tamquam is, cui ex munere competit, verbo ſaltem paſ- *extricare*
Athanaſ. in ſymb. cere auditores, verbum hoc euoluens, hæc vobis ſigna, ſigna mul- *inuoluta*
fidei. ta agnoſcendi indicauero infantis; quæ propria ſunt eius, nulli præ- *myſteria.*
Ioan. 14 28. terea apponi queunt.

Eſt puer hic verbum ſimul, & infans: quaſi dicamus, expers lo- *Chriſti ſi-*
Matt.1.18 cutionis eloquium. Eſt natus hodie, natuſque ab æterno abſque tem- *gna multa,*
Ioan.1.3. poris principio: natus à Patre, priùs quàm à matre in vtero genitus. *quæ ei ſoli,*
Luc.1 31. Gignitur iugiter, & iugiter naſcitur: natus nocte hac, nouem ab hinc *nec alij præ-*
Luc 1 33. genitus menſibus. Patri ſuo æqualis magnitudine: non minor ætate *terea com-*
Mat 1.20 Patre ſuo; & tamen Patre ſuo minor magnitudine, & ætate. Proce- *petunt.*
Matth.1.1 dit verè filius à matre: ſed ipſemet filius prius creauit matrem ipſam
Ioan.8 58 ſuam. Genuit eum mulier, & eum peperit: ſed virgo quum genuit,
Ioan 1 3. quum peperit, virgo, & virgo poſt partum in æternum. Eſt Abrahæ
Rom.1 2. nepos naturalis: longè antiquior Abrahamo, factor rerum omnium
Ioan 3.13. 16 26. nulla excepta: *& factus Deo ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* Eſt
Pſal. 109 8. comprehenſor, & viator: tendit per viam, cuius finem ſemper tenet
Marc 15. 38. immotus. Naſcitur mortalis: ipſe eſt *via, veritas, & vita.* Eſt vndique
Ioan.14.5 immenſus, & quem totus non capit orbis: cùm paruulus paruo ca-
Luc.2 12. piatur præſepio. Eſt *brachium Domini*, eſtque in Virginis brachijs.
Iſaiæ 53 1. Iob 38 9. *Ponit nubem veſtimentum maris, & caligine illud, quaſi pan-*

nis infantiæ obuoluit: & eſt ipſe infantilibus *pannis inuolutus* manibus Lucæ 2.12
tenerę puellæ. Accipitur manibus Ioſephi, *& in manu eius ſunt omnes* Luc 2.16.
fines terræ. Non poteſt creſcere; & creſcit tamen: infinitus, & ge- Pſal 94 4
nitus ad crucis menſuram. Eſt ipſum gaudium indeficiens, & affli- Pſal.101.
ctus lachrymas effundit. Iacet in ſtabulo inter pecora: & cœleſti à 28.
choro glorificatur. Alget hyemis frigore: *& ignem venit mittere in* Luc. 2.52.
terram. Eſt leo, & agnus, agnus, & paſtor: paſtor, & paſcua, paſcua, Luc.10 23 Lucæ. 19.
& *fons aquæ in vitam æternam ſalientis.* Eſt ſummus theſaurus, & in 42.
ſumma ipſe paupertate; humilis, & excelſus: glorioſus, & abſcondi- Luc.12 49
tus: legiſlator, & factus ſub lege: conteṗtor mundi, mundi exaltator. Apoc. 5.5.
Eſt, vt adoretur, quæritatus à Regibus, & quæſitus à Rege, vt extin- Apoc. 5.6.
guatur. Indutus linteo pietatis: & cinctus faſcia iuſtitię. *In ſimili-* Ioa.10 11
tudinem carnis peccati: & longè omnino ab ſpecie peccati. Largitor Ioa 6.48.
gratiæ, & medium, quo hominibus impenditur gratia. Supremus Ioa. 4.14.
Regum Rex: & habens *formam ſerui.* Clauſis oculis infans, & ſa- Coloſ.2.3 Lucæ 2 7.
pientia ſumma. Ligatis manibus, & triumphator manibus ligatis, Matt 1.29
expolians principatus, & poteſtates, palam triumphans illos in ſemet ip- Hebr. 7.
ſo. Minutus paulominùs ab Angelis: *& tanto melior Angelis effectus,* 26.
quantò differentius nomen præ illis hæreditauit. Eſt candidus, & rubi- Ioa 8 34.
cundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum; Oculi eius ſicut Iſai 33.22.
columbæ ſuper riuulos aquarum. Genæ illius, ſicut areolæ aromatum, Gal 4. 4.
conſitæ à pigmentarijs: Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Phili 2.6.
Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis: Venter eius eburneus, Apoc 1 6
diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt Matth 2 1.16.
ſuper baſes aureas: Guttur illius ſuauiſſimum, & totus deſiderabilis. Ezech 9. 2.
Talis eſt dilectus, qui nocte hac natus eſt nobis. Hæc ſunt ſigna eius, Iſai. 11 5.
ſi vnum illud ſignum euoluamus, quod dat Angelus dicens; *Hoc vo-* Rom. 8 3.
bis ſignum: quod ſcilicet infans pannis ſit inuolutus in præſepio. *An* 1. Petri. 2. 22.
mediocribus ſignis Deus probatur? Quòd Angeli miniſtrant? Quòd Ioa. 1.16.
Magi adorant? Ex vtero funditur: ſed coruſcat. Terreſtri in diuerſo- 1. Tim.2.5
rio iacet: ſed cœleſti lumine fulget. Nupta peperit: ſed Virgo concepit, Apoc 9. 14.
nupta concepit: ſed Virgo generauit, inquit Ambroſius. Hoc vobis Phili. 2 6.
ſignum: Vobis paſtoribus ſignum hoc: tibi autem, fœliciſſima puer- 1 Cor.1. 24
pera, quodnam ſignum oſtenditur? Quid quæro? Imo tu ipſa ſignũ Ioa.18.13.
es, paſtoribus datum, & cœleſtibus. Signum magnum apparuit in Colo.2 15
terra, cœleſtis vir pannis amictus infantibus. *Et Signum magnum* Pſal 8.6
apparuit in cœlo, mulier amicta Sole. Hebr. 1 4

Christus verus Deus oſtenditur.

Maria Deipara qualibus affectibus exarſerit quũ peperit filiũ quibus etiã verbis fuerit eum allocuta.

Quòd ſi nos, qui minimè adſpeximus infantem, multa, dum Cant.5 10
eum inuolutum euoluimus, ex hoc vno ſigno deducimus ſigna: Ambr. lib. 2. in Lucã
quotnam & quanta vidiſſe in eo ſigna exiſtimabitur illa, quæ illum cap.2.
edidit ex vtero? quę cum oculis aſpexit? Quæ in manibus habuit?
Quę inuoluit pannis? Quæ fouit in gremio? Quæ labijs labia
guſtauit? Dederat Deus quondam præclariſſimum ore Iſaię ſi-
gnum, aſſerentis: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum: ecce virgo con-*
cipiet, & pariet filium: ſignum adeo expreſſum in textu, vt non ſo-
lum catholici omnes fateantur expreſſum cum B. Chryſoſtomo, Apoc. 12 1
Hieronymo, Gloſſa, & Galatino: ſed hæretici quoque ipſi, veram Iſai. 7.14.

Mariæ Virginitas cum fœcunditate tam expreſſo notata vaticinio, vt eam, & Iudæi confiteantur, & hæretici.

ac integerrimam Virginem aſſirmantes verè genitricem, & matrem, & (quod magis miror) Hebræi ipſi cum R. Haccados, & Ionatas Kaldæus. quòd ſi omnes hi verum Meſſiam ex hoc cognoſcunt ſigno, quòd ex Virgine eſſet naſciturus, ſitque ex Virgine natus: quàm perſpicuo myſterij intellectu exultaſſe exiſtimanda eſt virgo ipſa, quę certo ſui experimento videbat, ſe eſſe virginem, & matrem? quæ, & qualia verba, lepôres, quæ blandimenta, quas illecebras dulciter protuliſſe, dixiſſeque ad infantulum filium puerpera virgo prçſumetur? O dulcis amor mi! O bonum meum! O fili Patris, qui pater eſt omnium, ſed omnium pater titulo creationis: pater generationis titulo tuus, qui te ex vtero ſuo genuit, & peperit, parit ſemper, & gignit, deditque te mihi ex meo vtero gignendum, meo edendum ex vtero verum Deum, & hominem verum! Quid vidiſti in me, fili? quid in me vidiſti, ancilla tua, vt, cùm multas creaueris, quas eligere poſſes, multas creare poſſes, quas eligeres; me infimam, pauperem, indignam, in matrem elegeris tuam, tuam acceperis genitricem? Quidnam ſum ego apud te merita, vt me ſupparem tuo feceris Patri, Patri omnipotenti, Patri Deo, naſcens ex me hodie, qui ex Patre ab æterno gigneris, & naſceris? O ſumma gloria beatorum! O vnica gloria Patris tui! gloria mundi vniuerſi, terrarum, pelagi, & cœlorum! O vnicum humani generis remedium, ſalus vnica hominum, ſpes vniuerſæ hominum proſapiæ! O expectata à cunctis mortalibus vita; à qua vita omnium deriuatur, omnium ſalus elicitur; omnia omnibus ſemper manant bona! Tu es lux oculorum matris tuæ: imo & Patris tui lumen de lumine. Tu Dominus meus, & meus filius: meo natus ex vtero, & Rex meus. Quibus te ego verbis alloquar? Quid dicam tibi? quid pronunciabit lingua mea? Video te meo ex vtero natum: video, & vix, cùm videam, crederem, niſi certa me fides faceret certiorem de eo, quod oculi, quod aſpectus, quod tactus, certum mihi facere non poſſent. Manus quidem hę manus ſunt carneæ, manus filij Iacob, manus filij mei, quem genui, & peperi, ſed vox eſt Dei Patris, Patris Dei vox, quæ eſt verbum eius, eius filius. Non crederem verbum, niſi verbo crederem: non crederem, infimo hoc ex vtero natum eum, qui Dei verbum eſt, ac filius eius; niſi crederem verbo, quo me certiſſimam facit verbum ipſum: nec tantum valet apud me euidentia ipſa, quòd nullo concurrente genuerim viro, nullo viro pepererim agente: cùm maior ſit inter Dei quem genui, maieſtatem, & meam abiectionem diſtantia, quàm ſenſibus patens euidentia. Verbo me verbum facit indubiam; ſenſus non tam certam facere poſſent. Tune filius meus? Filius meus es: ecce nunc te meo ex vtero pperi, quem eodem vtero concepi, nouemque aluo geſtaui menſibus: ſed quomodo audeam, meum te filium appellare, quem vnicum ſcio Dei filium, verumque Deum, meum creatorem? Dormio, an euigilo? Sumne ipſa, quæ ſum; an alia ab ea, quam me agnoſco? Puerum hunc Deum eſſe verum, meque eſſe eius matrem; quomodo poſſunt conuenire? Scio hunc Deum eſſe; non ergo ſum ego illa Maria,

Geneſ. 27. 22.

quam me agnoſco? Quod prodigium eſt hoc? quæ eſt hæc adinuentio? quæ innouatio? Egone Deum peperi? O fœlicem me! O me beatiſſimam! *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Venite, concurrite, videte, admiramini, filij Euæ vniuerſi, omnes cœli Angeli. Venite ruſtici paſtores, qui in circuitu eſtis: qui nuntium ab Angelo accepiſtis; congaudete mecum, tantam mecum gloriam celebrate; omnes ex cunctis hortis in ſtabulum hoc afferte flores, omnia ex pomarijs omnibus poma. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis:* nam fructum meo ex vtero prodidi, qui cùm fructus ſit fructus vnicus vitæ, eſt candidiſſimus: *Flos campi, & lilium conuallium.* Ecce nunc paradiſus; ſtabulum hoc paradiſus eſt vnicus, in quo fragrat flos campi, meo ex vtero naſcens, virginea prodiens ex radice. Hæc, & alia multa dicebat puerpera: dicenſque diuinis ardebat affectibus, amore ardentiſſimo æſtuabat. Circunſpiciebat iugiter filium: hærebat abſorta: eleuabatur, muſſitabat. Nunc oſculabatur filium ſuum, nunc altiſſimi filium reuerebatur: nunc amplexabatur, nunc adorabat: nunc flectebat genua, manibus iunctis, nunc ponens eum ſuper genua, blandiebatur ei hilari vultu, verbis dulcifluis, gratis canticis, manibuſque pannis inuoluebat.

Lucæ 1. 48

Cantic. 2. 5.

Cant. 2. 1.

Meditatio viuus aqua diſponens corda ad ignem amoris.

O ſi diuinum verbum hoc, ſi hic virginis filius ſtillaret hodie in corda noſtra guttam aliquam illius dulcedinis, in qua virgineum cor, tanquam in dulciſſimo nabat abyſſu! O ſi ex ignito virginis corde aliqua reſultat noſtra in corda ſcintilla: quæ ſuauiſſimorum matris affectuum nos, filios eius, participes faciat! ſed quomodo ardebunt animi amore, ardebunt paleis præſepij: niſi priùs roſea meditationis irrorentur aqua? Arida palea reſiduum eſt virentis ſpicæ: priùs rore imbuta, quàm diſpoſita ad ignem. Non eſt diſpoſitum cor noſtrũ, ad ardendum ignitis paleis ſtabuli: niſi in amœna priùs tantę maieſtatis, in abiectione tanta refulgentis, meditatione perſiſtens, cœleſti rore perfundatur. Nam quod dixit Pſaltes contemplator, *in meditatione mea exardeſcet ignis;* omnium profectò conditio generalis eſt cordium. Gradus ſunt hi mirifico ordine diſpoſiti: quos ſi ex ore Bedæ audire iuuat, dixit ille ſapienter; *Iuſti eſt ordinis, vt cognita, amata, & honore digno celebrata Verbi incarnatione, ad ipſam quandoque verbi gloriam contuendam, capaciori longo exercitio mentis cacumine pertingatur.* Cùm magna fieret contentio inter prophetam Dei Eliam, & prophetas Baal, quem illi adorabant, populoque adorandum proponebant: hoc ab eis petijt pactum Elias, vt extructo vtrimque altari lapideo, altero pro Baal, pro Deo altero, illi bouem vnum, vnum Elias immolaret, quorum combuſtio cœleſti ab igne expectaretur. Itaque ille agnoſceretur verus Deus, cui oblatus bos, miſſo è cœlis igne, nullo in altari manibus poſito, diuinitùs abſumeretur. Quam conuentionem cùm prophetæ Baal, ne falſi à Rege haberentur, & à populo, recuſare non poſſent; iuſſit Elias oblatum holocauſto bouem ſuum aqua nimia infundi, dicens: *Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna: rurſumque dixit: etiam ſecundò hoc facite: qui cùm feciſſent ſecundò, ait, etiam*

Amor ignis eſt talis, vt eius diſpoſitio ſit fluuius aqua.

Pſal. 38. 3.

Beda li. 1. in Lucam. 6.

Deus cognitus à tota Samaria verus Deus miraculoſo valde teſtimonio abſumpti cœlico igne ſacrificij, multa aqua indiſpoſiti.

3 Reg. 18. 34.

tertiò id ipſum facite: feceruntque tertiò, & currebant aquæ circum altare; & foſſa aquæ ductus repleta eſt. Et accedens Elias propheta, ait. Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie, quia tu es Deus Iſrael: vt diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus, & tu conuertiſti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & deuorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens. Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus: Dominus ipſe eſt Deus. Bouem autem alterum, quem nulla tetigit aqua, nullus tetigit ignis: ſed frigidus in altari permanſit. quotquot adſumus hodie iuxta nati Domini præſepium, intimè cupimus, noſcere eum verum Deum non ſola mente, non ſola fide, non ſola intellectus cognitione; ſed ſuaui etiam cordis affectu, amore flammifero exardentis: quid faciemus, vt diuinus ignis in oblata hodie infanti Deo corda deſcendat? Meditatione myſterij tanti mentes noſtras infundere oportet; vt diſpoſitione hac corda ignis inflammet. Eſt decurrens flumen meditatio; cùm diſcurſus ſit quidem, quo mens per myſteria ſuauiter diſcurrit; contemplatio quies, terminuſque meditationis; in quo exardet cor amore tantæ bonitatis, quã meditatione funditus agnouit. Itaque in mentali tam excelſę præſentia maieſtatis amœniſſimũ diſcurſus flumen ad torridum currit amoris ignem, qui eſt fluminis terminus iucundus. Mirabile dictu: aqua tendit ad ignem, ignis terminus aquæ; & quo gratiùs aqua refrigerat mentem, eò eſt ignis ſuauior in pręcordijs. Quid mirum? Iacens nunc infans in præſepio, aquæ torrens eſt, & ignis torridus in paleis. Ipſe ſe fontem aquæ profitetur: *Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam?* profitetur & ignem: *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt.* Vt ergo diuinus hic amoris ignis in cubilibus veſtris veſtra inflammet corda; euoluens nunc ego ſignum hoc, duo dumtaxat eius exeram ſigna, quæ enumerat textus, vt dulcem eorum meditationem ex nunc inchoatam deferentes, in cubiculis veſtris proſequamini.

** Elias qua arte vſus ad oſtendendum verum Deum.*

Chriſtus fons aquæ viuæ.

Deus fons aquæ, & flamma ignis.

Ioa.4 14.

Deut.4 24.

Ex duobus his alterum erit ad fœliciſſimam ſpectans viam, qua in vtero matris in Bethlehem naſciturus venit Dei filius ſoluendi occaſione tributi, pro quo vniuerſum orbem deſcribi Auguſtus iuſſit Cęſar: alterum ad ipſam natiuitatem, qua verbum caro factum proſiliens ex Virgine, vniuerſam carnem, homines nimirum vniuerſos à tributo eximens, nimis nobilitauit. Hæc duo ſunt, quæ ſumma poſſunt ab inuictiſſimo quoque, nobiliſſimoque expectari Rege triumphatore. Eſt triumphator, qui à iugo eruens tributarios, non procedit vltra glorificans eos; ſed gloriam ſibi vendicat, contentus, eos in libertatem vindicaſſe: & eſt triumphator, qui non contentus, oppreſſos eruiſſe, nobilitat eos, ad ſuperos euehens gradus dignitatis. Vtrumque exegit diuinus Rex triumphator noſter; & eruit nos à diro peccati, mortiſque æternę iugo, & honorificentiſſima gloria ſublimauit. *Cùm eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum principem poteſtatis aeris huius: Deus, qui*

Chriſtus eruens homines à tyrannico tributo, eximia eos nobilitate ſublimauit.

Epheſ.2.1

qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati: & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu: vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Dei enim donum eſt.

Chriſtus vt nos à tributi iugo liberaret, venit naſciturus in Bethlehē occaſione ſoluēdi Auguſto tributi.

Quantum igitur attinet ad donum primum, ideo dicitur hodierno in textu, veniſſe Dei filium materno in vtero in Bethlehem naſciturus occaſione ſoluendi Auguſto Cæſari tributi, vt cum pro nobis debitum ab hominibus ſoluiſſe tributum, agnoſcamus. *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Aſcendit autem & Ioſeph, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore pregnante.* Ecce Dei filius nondum materno ex vtero egreſſus, ducitur vtero, vt tributarius deſcribatur. Alioqui cur diceret ſcriptor: *Aſcendit Ioſeph, vt profiteretur cum Maria pregnante.* Scribitur (inquam) temporalis tributi Regi tributarius temporali: vt Adæ filios à tyrannis tenebrarum principibus oppreſſos liberaret. *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quod & ipſe Dominus non obſcurè innuit, dum dicentibus ad Petrum vect galium exactoribus: *Magiſter veſter non ſoluit didrachma*: dixit ad eum Dominus: *Quid tibi videtur, Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Dixit: ab alienis. Dixit illi Ieſus: ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterem. Illum ſumens, da eis pro me, & te.* Quo expreſſit Chriſtus, ſe, minimè tributi debitorem, pro alijs ſoluere tributum. Mirum, quòd dicat ſcriptor: *exijt edictum, vt ſcriberetur vniuerſus orbis.* Quo enim iure poſſet orbis ſub vno deſcribi Principe totus, qui in tot diuerſa diuiſus eſt regna? Loquitur (fateor) humano more de vniuerſo orbe pro magna illius, qui tunc erat notus, orbis parte, quę Romano imperio ſubdebatur. At certè altiori poſſumus ſuſpicari myſterio, ipſum Dominum Chriſtum vniuerſum orbem appellari: *quoniam in ipſo ſunt omnia.* Vt facile inde intelligatur, debitum ab vniuerſis hominibus cenſum, vnum integrè ſoluiſſe Chriſtum. In quo & aliud latet arcanum: nempe ex eo ipſo, quòd tributa omnium ſoluerit Dei filius, manſiſſe omnes adſtrictos Chriſto ipſi, ad ſoluendum ei, quod ille pro cunctis ſoluit tributum. *Vt ſcias, cenſum non Auguſti eſſe, ſed Chriſti: totus orbis iubetur profiteri, quando naſcitur Chriſtus. Quis ergo poterat totius profeſſionem orbis exigere, niſi, qui totius habebat orbis imperium? Non Auguſti, ſed Domini eſt terra, & plenitudo eius. Gothis non imperabat quidem, & dominabatur Auguſtus, non Armenijs, ſed potius Chriſtus*: ait Sanctus Ambroſius. Profunda hic conſideratione perpendendum, multa ab ſcriptoribus narrari illius temporis portenta, quæ illi in naſcituri Auguſti fatum referebant: cùm verè naſciturum mundo pręſagierint ſaluatorem. Quod, vt funditùs ſciatur certum:

Lucæ 2. 1.

Galat. 4. 4.

Tributum ſoluit Chriſtus pro omnibus hominibus.

Math 17. 23.

Chriſtus dictus eſt orbis vniuerſus.

Rom. 11. 36.

Chriſtus eſt omnia.

Chriſto debemus tributū, quod ipſe pro nobis ſoluit.

Ambr. in Lucā ca. 2.

Chriſti nati tempore portenta multa, & prodigia, aliaque ſigna plurima oſtenſa ſunt mūdo

Q

Dio li 55. hiſtoriæ Romanorum Paulus Oroſius lib 6 cap. 22.

preponenda primùm eſt, tanquam reliquorum fundamentum, voluntaria illa, quam Dominici tituli fecit Auguſtus, renunciatio: Publico enim edicto vetuit, ne Dominus à quopiam diceretur, vt ſcribunt ex Romanis ipſis Dio, ex Chriſticolis Oroſius. Facta autem temporum computatione, renunciationem hanc eo factam die, quo adoratum ſummum in præſepio Regem venerunt Reges Magi, non obſcurè deducitur, vt ſupremum Regem ſuum, hinc, illinc agnoſcerent Reges: Magi quidem Reges adorando, ducti ſtella ab oriente: in occidente autem cedendo iuri Dominici tituli maximus illorum temporum Imperator Octauianus Auguſtus, referens illud in verum Dominum, ac Regem, tunc hominibus natum: ſiue ignorans, quid faceret, ſicut Caiphas, qui *cùm eſſet pontifex anni illius prophetauit*, dicens, ab vno Chriſto vniuerſalem deriuari ſalutem, ſiue conſcius quid ageret ex diuino impulſu, aut certè Sibyllarum vaticinio. Eo enim tempore ſibyllina celebrari carmina, Tullius eſt ſcriptor: fuitque diligentiſſimus Auguſtus in veteribus libris euoluendis, etiam extraneis, vt ſcribit Suetonius. Qui etiam ſcribit verba hæc notatu digna: *Quo Auguſtus natus eſt die, nota, ac vulgata res eſt, Publium Nigidium* (aſtrologiæ peritiſſimum) *affirmaſſe, Dominum terrarum orbi natum.* Addit Tranquillus ipſe, idem Octauius *videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem cum fulmine, & ſceptro, exuuiiſque Iouis optimi maximi, ac radiata corona ſuper laureatum currum, biſſenis equis candore eximio trahentibus.* Vbi notare auditores volo, Auguſtum iſtum non Regem natum, ſed multos poſt annos electum Romæ imperatorem. Marcus item Cicero narrauit, ſe inter ſomnia vidiſſe puerum facie liberali demiſſum cœlo catena aurea ad fores capitolij conſtitiſſe. Sunt, quæ huiuſmodi narrat portenta Suetonius, non pauciora ſeptemdecim. Sed illud magis adſtipulatur propoſito, quòd, cùm Auguſtus ipſe collata ſibi à ciuibus pecunia ad imagines faciendas, nullam ſibi, ſed ſaluti publicæ, concordięque Deæ vnicam poſuerit. Scriptor eſt Dio. Super omnia ad noſtrum accedit inſtitutum permutatio illa tributorum facta ab Auguſto ipſo, quam poſt Suetonium ſcripſit Oroſius. Nempe tabulas veterum debitorum, ad publicum ærarium ſpectantium, exuſſit, omnem delens materiam calumniandi. Quis non videat, facto hoc viſibili inuiſibile diuini imperatoris deſignari factum, abolitionem ſcilicet antiqui debiti communis, in ſoluendum Chriſto ipſi ſpiritale tributum permutati, ſicut edicto hoc, quod noſter narrat Lucas, vetera in noua mutauit Auguſtus vectigalia? *Et vos, cùm mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum Chriſto, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. Et expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter: palam triumphans illos in ſemetipſo.* Id eſt, expolians infernos Principes illo humanę oppreſſionis iugo, traduxit ius illud in ſe ipſum, vt ſoli Regi huic omne tributum perſoluatur.

Hæc dicta ſint quoad primum nati Domini donum, quod eſt

Ioa 11.49 Cicero de diuinatione, lib 2. Sueton in Octauio. c 79. & 93. Sueton. in Octauio. cap 94. Idē Sueto. eodē c 94. Dio li 56. Sueton. in Aug. c 32. Oroſ li 6. c. 20. 21 22. Coloſ. 2. 13.

Chriſto naſcente depoſuit ſupremus terræ imperator Auguſtus titulum Domini. *Sibyllarum vaticinia ſedulo celebrabantur tempore naſcentis Chriſti.* *Natiuitatis Dominicæ tempore dixit Romæ Nigidius Aſtrologus, natum mũdo vniuerſalem terrarum Dominum.* *Chriſti nati tempore vidit in ſomnis Octauius puerũ, qui erat pluſquam homo.* *Chriſti naſcentis tempore vidit in ſomnis Marcus Cicero puerum demiſſum cœlo mirabilẽ.* *Auguſtus Cæſar tradita ſibi à populo ad imagines faciendas pecunia multa, non ſibi, ſed Deæ concordiæ fecit imaginem.*

tributi tranſlatio in Chriſtum ipſum: reſtat donum ſecundum, quod eſt ſecuta libertatem nobilitas, qua nos à iugo erutos, faciens ſeruos ſuos, exaltauit. Donum hoc ſublimiſſimum ipſa natiuitatis narratione pleniſſimè deſcribitur. *Peperit Maria filium ſuum.* Quibuſnam verbis ponderare poſſumus ſupremam hanc, qua naſcens Deus homo exaltauit humanos, celſitudinem, poſtquam hoc vno verbo dictum eſt, omnipotentem Deum ipſum, hominem verum inter homines naſci, eſſeque verè hominem, noſtrumque cognatum? Quod ſi libeat retorquere donum; conſiderate, primo hoc dici præſentis euangelio Deum hominis filium enarrari; euangelio tertio homines Dei filios; ſi modo recipiant filium Dei naturalem. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri; his, qui credunt in nomine eius.* Quæ verba expendens Auguſt. ait: *Hanc adoptionem facere ſolent, qui filijs carent: verùm cùm Deus filium habeat, velle quoque ſibi homines in filios adoptare, plurimi quidem æſtimandum eſt à nobis hoc tantum beneficium: atque ampliſſimas pro tanto munere gratias Deo agere debemus.*

Chriſtus naſcẽs Deus homo, homines eximiè nobilitauit. Chriſti cauſa adoptat Deus homines in filios, cùm ipſe ſit filius proprius Dei naturalis.

Ioa 1. 12. Auguſt. Tract 2. in Ioan. Tom 9.

Fuit ad vtrumque effectum admiranda ſupremæ ars ſapientiæ pius hic incarnati Dei ortus ex Virgine. Nam ex parte belli, quo deſtruendus erat, ad liberandos à tyrannide homines, tyrannus; militare ſtratagema fuit occultatio hæc, qua Deus ſe in carneo abdidit corpore ea arte, qua bellatores duces in occultis ſe latebris, minimèque ſuſpectis abſcondunt, vt inde inopinato ſe proruant incurſu, ad capiendos incautos aduerſarios. Quis ſuſpicaretur, omnipotentem exercituum cœleſtium ducem carnali corpuſculo incluſum hypoſtatica vnione, ita vt Deus puerulus naſceretur? Quis eum in vtero Virginis factum hominem putaret abſconditum? Tale quidem fuit ſtratagema, vt hoſtes noſtri, Dæmones & mundus, Deum ibi latere non agnouerint, quoniam ab illis eum, ſaltem in vitæ primordijs oportebat ignorari. Quod ad Dæmones attinet, eſt patrum conſenſio, eos myſterij huius diu ignaros fuiſſe, eamque ignorantiam expedientem omnino; vt eſt apud Ignatium, Ambroſium, Baſil. Hieronymũ, Leonem, Damaſcen. Bernar. Ruper. Thomam, & Suarium. Nec cognouit mundus; dicente Ioanne: *in mundo erat: & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit.* Eſt verumtamen in hoc propoſito perpendendum magnum inter vtroſque hoſtes diſcrimen, Dæmones, & humanos: pro quorum vtriſque artificium hoc Dei ſummè expediens agnoſcetur. Dæmones venit Deus & vincere, & fugare, tamquam ſuos, & hominum hoſtes, hominumque oppreſſores, homines venit vincere, non profligans, ſed reducens à tyrannica ad ſuam ſeruitutem. Quemadmodum in Ægyptũ deſcendens miſſus à Deo Moſes, vt filios Iſrael ab Ægyptiaco liberaret imperio, recepit ab eo non ſolum confundendi oppreſſores Ægyptios poteſtatem, ſed idoneam etiam artem, ad reducendos Iſraelitas ipſos, vt Deo potiùs, quàm tyrannis ſeruire præferrent: ita videns Deus adeo obcæcutientes filios hominum, vt oppreſſorem ſuum Diabolũ ſequerentur libentiùs, quàm Deum ipſum, creatorem

Gratitudo debita Deo propterea, quod cum filium habeat naturalẽ, acceptat homines in adoptiuos filios.

Chriſti incarnatio militare ſtratagema quo Dei omnipotentia ſe in carne abdidit, ne ab hoſtibus agnoſceretur.

Inimici Dei & hominũ Diabolus, & mundus, diuerſa ratione.

Ignatius apud Hie. in Matt. 1. Amb. li 2. in Lucam initio. Baſil. ho. de humana Chriſti generatione. Hier. in Matth. cap. 1. Leo ſer 2. de Natiuitate Domini. Dã. li 4 de fide cap. 15. Bern ſer. 3 in Miſſus eſt. & ſer. 4 in vigilia Natiu. Ruper li. 11 de victoria verbi. c 19. S. Tho. 3. p. qu 29. art. 1. Suarez ibi in commentario. Ioa 1. 10. Exod 3 11 4. 1.

Digitized by Google

ſuum, conſeruatorem, benefactorem, glorificatorem, ſummum eorum bonum, decus vnicum, vſus eſt arte hac naſcendi in carne ex vterò Virginis, vtpote ſummè idonea & ad profligendum expoliatum Diabolum; & ad erutos ab eo mortales ad obſequium ſuum conuertendos. Solertiſſima Iudith, cùm eſſet Bethulina, tranſijt compoſitò ad Aſſyria hoſtium caſtra, compoſita ipſa *indumentis iucunditatis ſuæ*, congruoque laſciuis hoſtium moribus fuco; ſicque aduerſas tranſiens ad factiones, deuicit eas, ac deſtruxit. At tranſiens ſimiliter Sextus Tarquinus ad rebellatos aduerſus Tarquinum, patrem eius, Gabinos, ſimulanſque ſe à ſæuo transfugam parente; electus ab eis dux, ac Princeps, deuicit eos, non interimendo ſed reducendo ad parentis ſui ditionem, & imperium. Scriptor eſt Liuius. Vtrumque peregit ſolertiſſimus Chuſai: qui ad hoſtiles Dauidi, Regi ſuo, copias transfuga, creditus ab eis fidus fautor, inſtruxit illas ita, vt tyranno Rege interempto, reduxerit eas, omnem ſcilicet populum Iſrael, ad legitimum Regem, cui iuſto iure obſequium debebatur. O diuina ſapientia! poteſtas ſumma! Dei fili Qui videns omnes hominum turbas à naturali, atque diuino Patris ſui imperio perfida deſcitos iniuria; ad noſtram pius tranſijſti factionem, infimum noſtrum induens habitum carnalem; vt te noſtrum videntes, te ſequamur: ſicque mundum totum ad patris tui imperiũ, amicitiam, beneuolentiam, deuicto aduerſario, reduxiſti. Erat Diabolus aduerſarius tuus; erant & homines aduerſi, Diabolum ſecuti ſeductorem; tu ad humanam tranſiens factionem, profligaſti Diabolum, tributorum rapina ſpoliatum: erutos ab his tributis homines ad ſuauiſſimum legitimi Regis, Patris tui, traducens obedientiam, & obſequium; atque adeo ad eximiam celſitudinem; tum, quòd te noſtrum, verumque, ſicut nos, hominem habeamus: tum quòd à tam vili ad tam nobile obſequium tranſierimus.

Iudith.10 3.

Titus Liu. decad 1. lib 1

2 Reg.15 33.

Iudith ſtratagema ad deſtruendos hoſtes.

Sexti Tarquini ſtragema, quo reduxit rebellatos patri ſuo Gabinos.

Stratagema optimũ duces tranſire ad factionem hoſtium.

Chuſai tranſiens ficto animo ad hoſtiles factiones, reduxit eas ad verum earum Regẽ Dauidem.

Chriſti incarnati ex Virgine diuinum ad reducendos homines ſtratagema prophetali Iſaiæ vaticinio deſcriptum.

Videte iam, pij auditores, quam firmo diſtulerim fundamento debitam vobis fœlicis paſchatis precationem vſque ad punctum hoc quum iam vt cumque audiſtis, quanta nobis bona virgineus conciliauerit partus, Dei hominis natiuitas. Fuit appoſita valde percelebris illa Iſaiæ prophetia, cuius verba ſunt talia, vt non futuram, ſed perſpectam iam natiuitatem hodiernam, hoſceque effectus eius, deſcripſiſſe videatur. *Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Lætabuntur coram te, ſicut, qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſeculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: & ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo, & vſque in ſempiternum.* Omnia hęc perſpicua ſunt adeo, vt nulla egeant interpretatione, quod ad Chriſtum attinet paruulum nobis natum, factamque ab eo hominum re-

Iſai.9 2.

Victoria glorioſiſſima Chriſti præfigurata triumpho Gedeonis.

Gedeonis victoria inaudito ſtratagemate parta

Digitized by Google

demptionem, relicta nobis, deuictis Dæmonijs hoſtibus, pace. Tamen quod ad noſtrum ſpectat propoſitum, mirabile nempe ſtratagema, quo diuinus dux in occultiſſimis ſe latebris, vt ſubito in hoſtem proſiliret, abſcondit; perpendere oportet dictum illud, *ſicut in die Madian.* Quiſnam fuit dies iſte? Quidve in die iſto ad propoſitum hoc illi populo accidit? Scitote, nullam in terris illuſtriorem accidiſſe victoriam illa, qua populus Madian cecidit coram ſeruo Domini Gedeone. Tum, quòd numerus hominum impar omnino fuerit, trecentorum videlicet ex Dei populo; *Madian autem, & Amalec, & omnes orientales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo:* tum ob diuinam victoris induſtriam, inauditumque ſtratagema; quod tale quidem fuit. *Dedit tubas in manibus virorum, lagenaſque vacuas, ac lampades in medio lagenarum, & dixit ad eos: quod me facere videritis, hoc facite. Ingreſſuſque eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo in partem caſtrorum incipientibus vigilijs noctis mediæ; & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas; clamaueruntque, gladius Domini, & Gedeonis, ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt; & vociferantes, vlulanteſque fugerunt.* Magna aduerſariorum ſtrages facta eſt, *Caſis centum viginti millibus bellatorum. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana, & tulit ornamenta, ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari ſolent. Dixeruntque omnes viri Iſraël ad Gedeon: Dominare noſtri.* Venit diuinus Gedeon, Chriſtus dux noſter, liberare homines ab oppreſſione duorum Regem tyrannorum Diaboli, & carnis, quæ tyrannica vi raptabat ſpiritum: deuicitque vtrumque cum agminibus ſuis, Diabolum nempe cum dæmonijs: & cum ſenſibus carnalibus carnem. Nam Salmana interpretatur Pax ligata: victima Zebee: id quod duobus his hoſtibus noſtris ob Chriſti victoriam planè conuenit. Diabolo ligata pax, vt qui, teſtante Chriſto ipſo, pacifica mundanæ arcis poſſeſſione fruebatur: carni victima; quoniam iuſtorum caro mortificatione mactatur in victimam exemplo ducis Chriſti, dicentis ad omnes, ſicut ad ſuos dixit Gedeon, *Quod me facere videritis, hoc facite.* Eiecit Dei filius vſurpatorem humanæ arcis diabolum, pacifica priuans poſſeſſione, vt ipſemet Dominus glorians teſtatur verbis illis: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſsidet: ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* Reliquit eum manibus ligatum, ne hominem violenter poſſit offendere, iuxta typum illum, quo Raphaël Angelus eijciens è Saræ cubiculo dæmonium, ligauit illud, priuans ea, qua intruſus pace fruebatur. *Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.* Parta item aduerſus carnem victoria, qua ad Chriſti exemplum eam mactant mortificatione victores, liquet ex Pauli textu: *Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. Semper mortificationem Ieſu in*

Incarnatio Verbi diuini præfigurata teſtaceo Gedeonis vaſe.

Diabolus, caro, & mundus hoſtes animæ noſtræ deſignati Zebee, & Salmana, ac ornamẽto, & bullis eorum.

Salmana interpretatur Pax ligata.

Zebee interpretatur victima.

Mortificatio carnis victoria inſignis, qua triumphant homines ſecuti ducem Chriſtum.

Raphael Angelus eijciens, ac ligans dæmonium, figura Chriſti Domini.

Iudic. 7. 6
Iudic. 7. 12.
Iudic. 7. 16.
Iud. 8. 10.
Iud. 8. 21.
Luc. 11. 21
Tob. 8. 3.
2. Cor. 4. 7.

corpore noſtro circumferentes. Vincens ita glorioſè carnem, & diabolum Dei filius, tulit ornamenta, & bullas eorum; quæ ſunt tertius animæ noſtræ hoſtis, videlicet mundus. Mundus etenim hic, qui animarum hoſtis nominatur, quid eſt aliud, quàm vana carnis ornamenta, bullæque diaboli, quibus tamquam mundi rector, & princeps, inſolentiſſimus triumphabat? Hæc eſt Christi victoria: qui ideo in orbe vniuerſo acceptus eſt Rex libentiori longè hominum aſpectu, quàm Gedeon ab Iſraëlitis. Qua igitur arte, quo ſtratagemate peperit dux hic noſter glorioſam adeo victoriam, niſi ante perſimili ei, qua vſus Gedeon peruicit exercitus aduerſos. Incluſit ſe ipſum, qui vera lux eſt, fictilem in lagenam, corpus ſcilicet luteum, dum *Verbum caro factum*, naſcens homo, factum eſt vas fictile; intra quod recondit diuinum theſaurum, lumen candidiſſimum, quod eſt Verbum ipſum, verus Deus, de quo hodie Chronographus: *Deus erat Verbum: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem: & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius*, quæ eſt lux candidiſſima. Dies ille, in quo caro factus, luce in luto abſcondita, naſcitur homo Dei filius, hodiernus eſt dies; vt in die extremo, ſuæ ſcilicet mortis, confracta lutea corporis lagena, appareat ſplendidiſſima diuinitatis lux, fugans inimicos, conuerſos ad eum homines exhilarans. Quamuis enim nullum eius os confractum fuerit; verè tamen confracta fuit caro, comminuta lagena, iuxta Iſaiæ vaticinium; *Dominus voluit conterere eum.* Tunc contrito corpore refulſit diuinitatis lux, velato cæli Sole ob ſui creatoris interitum, apertiſque antiquis monumentis, ex quibus *Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*; reſonantibuſque vndique verbis illis, quibus tum alij plurimi, tum *Centurio, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes: Verè filius* Dei *erat iſte.* Multoque nitidiùs reſplenduit lux reſurrectione, confitente eo, qui fuerat incredulus, Thoma; *Dominus meus, & Deus meus.* Cùm igitur ad illuſtriſſimam illam Gedeonis victoriam conſultiſſima fuerit huiuſmodi ars, qua producendam ſubito lucem, in lutea abdidit lagena; quantò conſultior prædicanda eſt ducis noſtri incarnatio, qua fulgentiſſimam diuinitatis lucem in luteo abdidit corpuſculo? Quis diuinum Verbum intra infantis corpus ſuſpicaretur abſconditum? quis in Virginis vtero? quis à Virgine natum, corpore ſibi hypoſtaticè vnito? Adeo profectò abſcondita ars, vt præſcius myſterij diuinitùs Salomon, nihil adeo cognitu dixerit difficile: *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia.* Sic legit vulgatus cum ſeptuaginta, & B. Ambroſ. At lectio Symachi habet *Viam viri in adoleſcentula.* Luculentiùs Chaldaica: *Viam viri in virgine.* Eadem eſt Pagnini, Iſidori Clarij, & Lyræ verſio. Sed firmatur egregiùs originali ipſo Hebræo textu. Ibi enim vtrumque nomen, viri, & adoleſcentulæ, magna ſcribitur emphaſi. Nomen etenim vir hoc in loco ſcribitur *Geber*, quod eſt fortis vir, bellator, victor; nomen puellæ ſcribitur *hhalmah*, id eſt, abſcondita, ignota viro. Sic explicuerunt Hebræi ipſi.

Chriſtus dux noſter eſt ad conſequendam carnis mortificatione victoriam.

Ioan. 1. 1.

Iſaiæ 53. 10.

Matth. 27 54.

Ioan. 20. 29.

Incarnatis Verbi ars occultiſſima.

Maria virginitas cum fœcunditate prædicta à Salomone.

Prou. 30. 18.
Septuaginta.
Ambroſ. ibi.
Symach. ibi.
Chald. ibi.
Pagninus ibi.
Iſid Clar.
Lyra ibi.
Hebræa.

Digitized by Google

Hadarſan in Bereſchith Rab ba.
Salomon Iarr. in Geneſ. 24.
Rab. Haccados in Prou. 30. 18
Philo ibi.
Hier. ibi.
Chryſos eodem c. 30.
Leo Caſtrius ibi.

Hadarſan, Salomon Iarrius, Rab Haccados, Philo: & ex noſtris B. Hieron. Chryſoſt. Leo Caſtrius, & reliqui Hebrææ linguæ gnari lectionem hanc certam, ratamque intelliget, quicumque perpendet, nihil eſſe, quod Salomon, ſi de iuuenum via loqueretur, diceret, ſe eam ignorare multo magis, quàm viam auis in aëre, nauis in mari, & colubri in petra: loquitur ergo de via viri in vtero Virginis, quæ ſummè admirabilis eſt; præſertim viri fortis, bellatoris, victoris. Quam viam propterea ſibi ignotam fatetur, quòd Virginis nomen apud Hebræos proprium ſit abſconditæ nomen, deductumque à radice verbi abſcondendi. Atque ideo vſurpat in hoc loco nomen hhalmah, quòd abſconditæ ſit nomen. Cùm igitur nomen Virginis ſit in Hebręo idem, quod abſconditæ, & hoc competat Virgini Mariæ, tum in prouerbio hoc, tum Iſaiæ verbis; ſatis quidem pulchrè elucet Dei ars in abſconſione hac diuinæ lucis lutea in lagena humani corporis; quæ eouſque procedit, vt ipſa, ex qua naſcitur, mater penitus ſit abſcondita; Virgo concipiens, Virgo pariens, & poſt partum virgo, & in æternum: abſcondita adeo, vt nullum conceptus, nullum in ea partus veſtigium poſſit deprehendi. Pulchra ars abſcondendi lucem in abſcondita matre: teſtacea in lagena, qua confracta clauis, cruce, tunſionibus, appareret lux diuinitatis: concreparent Apoſtoli vniuerſum per orbem: ſicque diuinus triumphator noſter à cunctis vltrò acciperetur in Regem. Pulchra item ars abſcondendi cæli theſaurum teſtacea in amphora: qua in die largitatis confracta, effunderetur nobis theſaurus infinitus, auro candidior, lumen diuinum, perterrens hoſtes, nos illuminans, exhilarans, ditans, glorificans, beans.

Ecce, auditores, veram cauſam, qua inuitans in die hac ad exultationem Iſaias, dixit, fractum à Chriſto iugum noſtrum, *ſicut in die Madian*. Ecce vera iubilandi cauſa, qua ibidem dixit: *Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam*: quandoquidem naſcente in carne Dei filio, *Claritas Dei circumfulſit paſtores, & facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis exercitus laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus.* Gloria Deo in tali ſtratagemate, tali artificio, tali victoria: hominibus pax, à iugo ſeruitutis importabili erutis. Ideo dixit ibidem Iſaias, gaudendum eſſe hodie proprijs fruentium pace tripudijs, proprijs fruentium victoria. *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe; ſicut exultant victores capta præda*. Lætemur, Chriſticolæ, lætemur: exultemus, gaudeamus. *Paruulus natus eſt nobis: & factus eſt principatus ſuper humerum eius*, vt grauiſſimum iugum imponens ſuis, noſtris excutiat ab humeris: noſque inſuper grandi nobilitet celſitudine. Eſt pater hic futuri ſæculi, videlicet noſtri; eſt Deus noſter; noſtræ Princeps pacis: bonum noſtrum omne: noſtra beatitudo, noſtra gloria. Ad quam nos perducat.

Digitized by Google

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO II.

Luc. 2. 15. *Paſtores loquebantur adinuicem: tranſeamus vſque Bethlehem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt: quod Dominus oſtendit nobis.*

NATO in Bethlehem Dei filio, habitaque Paſtores notitia eius à nuntiante Angelo, quòd natus eſſet mundi Saluator, iacêretque humilis, pannis inuolutus in præſepio, de tam mirabili mutuò loquebantur arcano, ſeque inuicem, ad videndum hoc verbum, concitarunt concitati ipſi non ſolo nuntij Angeli dicto, ſed harmonia etiam, qua à cæleſti Angelorum choro recreati, ad quærendum tantæ gloriæ Dominum, properauere feſtini. *Tranſeamus* (inquiunt) *vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt.* Iam eſt viſibile hominibus verbum: *Videamus* (aiunt) *verbum iſtud*: quis vmquam tale quid putaret? Verbum quidem audibile eſt, aurium dumtaxat ſentitur auditu, ſolo auditu cognoſcitur; viſu non item: quo ergo myſterio dicunt iſti, *Videamus hoc verbum*? Scio, iuxta Hebræum textum, dixiſſe Paſtores. *Videamus hanc rem*: at in hoc mirabilior norma loquendi: cùm ex eo ipſo, quòd ſcribat Vulgatus, dixiſſe eos, Verbum videamus, Hebræus, Videamus hanc rem, quam fecit Dominus, manifeſtè doceamur, id ipſum iam eſſe, videre verbum, ac verbum auribus audire. Iam videtur Verbum, quod verè res eſt; quoniam videtur verbum illud, quod eſt filius Dei, quod eſt Deus ipſe, quod eſt non ſolùm res, ſed res ſimul omnes eminentiori quadam excellentia. Ideo adijciunt paſtores; *Videamus hoc Verbum, quod factum eſt.* Verbum dicitur factum, quoniam re vera factum eſt homo, factum caro, ſcribente Ioanne: *Verbum caro factum eſt.* Sed mirum etiam, quòd paſtores Angeli monito quærentes infantem, Dei Verbum pannis inuolutum, *Inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio.* Verbũ quærunt paſtores, & hoc quidẽ pannis inuolutũ, non Mariã; & tamen Mariam primùm inueniũt cum Ioſeph; deinde Verbũ, puerum, infantẽ. Hodie puerũ quærimus: quærimus verbũ omnes: Verbum puerum factum, factum infantẽ Verbum: ego

Verbum diuinum audibile, & viſibile.

Hebræa.

Ioan. 1. 14.

Lucæ 2. 16.

Maria offert ſe obuiam ad hoc, vt Chriſtum inueniamus: quum quærimus eum.

ego Verbum, quod loquar: Verbum vos, quod audiatis: ſed eſt interpoſita Maria; quam, ante omnia, inueniamus, ſi verbum ſumus inuenturi. Maria vtique primùm inuenienda eſt; quoniam quod pater Deus verbum exprimit ore, hæc promit ex vtero: à qua accipiunt paſtores, vt auditoribus exprimant. Verbum caro factum, pannis inuolutum eſt; quis hoc nobis euoluet, niſi ea ipſa, quę pannis inuoluit infantibus? Edit nobis hæc ex vtero verbum; & rurſus extricat ex pannis; totum igitur prębet nobis ſermonem; factum iam ſermonem præbet nobis. Sermo verbum eſt: illa ergo, quæ nobis verbum dat euolutum; factum prębet nobis ipſa ſermonem. Plana libri Sapientię verba dicunt vtrumque. *Cùm enim quietum ſilentiũ contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet: omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedibus proſiliuit.* Ecce verbis his nominatur ſermo Dei verbum: vnde & in ore poſitum, vocatur ſermo verbum Dei. *Viuus eſt enim ſermo* Dei, *& efficax*, ait Apoſtolus. Igitur quæ iuxta illam paſtorum locutionem, *Videamus hoc verbum, quod factum eſt*, factum carnem præbet Dei verbum; factum nobis præbet ipſa ſermonem, factum prodit ex vtero; factum infantilibus euoluit ex pannis. Quid iam poſt hęc expectandum reſtat, vt vobis fœlicia precer paſchata: cùm factum iam integrum ſermonem ex vtero Virginis, Deiparę manibus, ex puerperæ gremio accipiamus? Accipiemus autem magna illum noſtra cum vtilitate, ſi Virginem ipſam inuocantes, Angelicis verbis inuocauerimus, dicentes, *Aue Maria.*

Maria dat prædicatoribus ſermonem iam factum.

Verbum Dei ſermo eſt.

Sap 18. 14

Hebr. 4. 12.

Aue Maria

Profundiſſimum myſterium eſt, & quod ſumma in propoſitum noſtrum enucleari oportet diligentia, illud quod ab Iſaia circa hodiernam celebritatem ſcriptum noſter chronographus Matthęus, tamquam pręclariſſimam retulit Dominici ortus prophetiam. *Adiecit Dominus loqui ad Achaz dicens: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Et dixit Achaz, non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.* Tria in ſigno hoc mirabilia texuntur. Primum vltronea ſigni exhibitio, qua motu Deus proprio, propria voluntate exhibet ſignum hoc naſcituri Dei ex matre Virgine, melque edituri cum butyro. Cùm enim diceret ad Achaz, vt petendum ab eo ſignũ peregrinum prorſus excogitaret, quod nec in orco vnquam, nec viſum eſſet in cœleſtibus, mirabile nimis, & quod ſola poſſet infinita fieri potentia ſapientia immenſa adinueniri: videns nullum aliquod ab Achaz poſtulari, obtulit ſeipſum, ad oſtendendum tam mirabile, tam excelſum, tam ſolius proprium omnipotentiæ, atque ſapientiæ, vt manifeſtum eſſet ſummæ ſapientiæ, ſummæ bonitatis, ſummæ dilectionis, ſummæ potentiæ, ſummæ ſignum pietatis. Ecce, Achaz, ecce: renuis petere tale aliquod à Domino ſignum? Ecce *Dominus ipſe dabit vobis ſignum.* Ipſe ipſe dabit: Dabit ipſe quidem tale vobis ſignum, quod proprium ſit Dei: ſignum ſcilicet

Incarnationis verbi diuini mirabile ſignũ datũ prius hominibus à Deo ipſo, nemine petente, ſignũ proprium datoris Dei.

Incarnatio diuini verbi proprium Dei ſignum, quo ipſe cognoſcitur.

Iſai. 7. 10.

Matt. 1. 23.

Digitized by Google

Dei.: ſignum planè oſtendens, quid Deus ſit, & quis ſit Deus. *Nam, quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* Profert verbis his B. Apoſtolus luculentiſſimam hanc, ac ſaluberrimam doctrinam. Dederat Deus multa hominibus ſigna ſapientiæ ſuæ, ſuæ bonitatis, ac potentię, tum mirabili hoc orbis opificio, tum alijs crebrò operibus ſuis, quę homines admirentur abſorpti: nec tamen ideo acquieuerunt illi tantæ maieſtatis cognitioni, ſed deſiderabant adhuc plura, vt verum agnoſcerent Deum, verumque faterentur: Iudæi nimirum plura ſigna, cùm ſtupendis à principio docti fuiſſent miraculis: Græci, quorum totum rerum momentum in ſcientiæ argumentis ſitum erat, inculcabant argutijs ſuis naturales res, non attingentes veri Dei cognitionem. Ait igitur Deus: itane? In ſapientia mea non agnoſcitis me per ſapientiam veſtram? Expectate paulisper: faciam, me à mundo glorioſè cognoſci, non ſapientia, ſed ſtultitia; ita vt prædicato myſterio illo, in quo nulla nitet apud ſapientum oculos ſapientia, ſed ſimplex potiùs ignorantia, agnoſcatur in eo ſapientia mea, publicoque præconio ſublimetur. Faciam me humillimum: naſcenſque ſic ex muliere homo, iacebo pro cunis in pręſepio, tandem moriens pro hominibus, in abiecta me locabo cruce, crucique affixus prędicabor vbique: in qua cùm initio futurus ſim ſcandalum Iudæis his, qui pro petito omnipotentiæ ſigno vident ſignum crucis, ſignum imbecillitatis, & opprobrij: ero tamen poſtea ab eiſdem Iudæis cognitus Dei virtus, vigor, atque poteſtas: Græcis ſumma ſapientia, tametſi initio videar eis ſtultitia. Eritque multò egregiùs meritum eorum, qui talem me videntes, vera crediderint fide: quàm ſi ſolis omnipotentiæ ſignis, ſolis ſapientię operibus perſpectis, verum me Deum agnouiſſent. Hæc prædicat Paulus relatis his verbis. quibus conſona ſunt, quæ, cùm Simeon acciperet in vlnis infantem, dixit ad Patrem eius: *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael:* deinde ad matrem: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum: & in ſignum, cui contradicetur.* Hoc ſignũ eſt quod dedit Deus ex propria hominibus mente.

1 Cor 1. 21. Luc. 2. 32.

Secundum, quod in ſigno hoc notandum occurrit, eſt ipſummet ſignum, quoad Virginem parentem. Profitetur enim Deus ipſe, ſe quidem dare ſignum hoc, quòd nempe à Virgine eſſet naſciturus: ſignum profectò non niſi inuſitato miraculo poſſibile. Eſtque Virginis nomen, quo hac in parte vtitur Iſaias hhalmah, quod integerrimam ſignificat Virginem: vt non ſolus vulgatus noſter, ſed Hebræi etiam ipſi intellexerunt, falſi perſpicua nominis vi, ex integerrima naſciturum Virgine Meſſiam. Sic R. Haccados cum reliquis: ſic & Ionathas Kaldæus, ſic & ſeptuaginta. Sic fideles noſtri vniuerſi ab antiquiſſimo Ignatio vſque ad Chryſoſtom. & Hierony.

Hebræa ibi. in Iſai. 7. 14. Rab Haccados ibi. Kaldæus ibi Septuaginta Ignatius ep. 8 ad Phili Chryſo. in Iſai. 7. Hier li. 1. contra Iouinian.

Mariæ virginitas cum puerperio ſignum datum à Deo naſcituri ab ea Dei in humana carne.

Virginis integerrimæ nomen Hebraum, & punicum, hhalmah.
Maria integerrimã Virginitatẽ ipſi etiam hæretici concedunt.

qui id latiùs comprobat: & ab his vſque ad omnes noſtri ſæculi catholicos: imo & hæreticos Lutherum, Caluinum, Oecolampadiũ, Muſculum, & reliquos: qui quantumuis aliàs pernicioſi, intactam hanc B. matris pudicitiam linguis ipſi ſuis minimè tangunt: ſed affirmant potiùs, his Iſaiæ verbis eam integerrimam promitti. Et quidẽ cùm Hebræa ad deſignandas puellas nomina ſint tria; vno hoc ſemper vtitur ſcriptura, quoties illibatam, integerrimam, puram intendit Virginem dicere; vt perſpicuè liquet Geneſ. 24. pro Rebecca, vt ibi notauit Hebræus Hadarſan, & Salomon Iarrius; & pro Maria, ſorore Aaron Exod. 28. quod idem Iarrius, atque Iudæus Philo, & ſeptuaginta animaduertunt. Sic etiam in Pſalm. 9. & 46. & in cap. 1. canticorum. Imo & Punica lingua, quæ ab Hebræa deducta eſt, Alma ſignificat intactam Virginem. Ideo ſcribens Mattheus verbi in vtero Virginis conceptum, turbatique ſponſi eius ſedationem incuſſam ab Angelo affirmante, eum, quo erat grauida, fœtum eſſe à Spiritu Sancto, non à viro: affert præclariſſimum hoc Iſaiæ vaticinium, dicens; *Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per prophetam, dicentem: Ecce Virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel; quod eſt interpretatum nobiſcum Deus.*

Geneſ. 24. 44 Hadar. in Bereſc. Rabba. Salomon Iarrius in Geneſ. 24. 44. Exod. 28. Salo. Iarr. ibi. Philo Iudæus ibi ſeptuaginta ibi. Pſal. 9. Pſal 46. Cantic 1. Matt. 1. 22

Emanuel nobiſcum Deus.

Tertium eſt ſignum ipſum ex parte paruuli naſcentis. Duo in parte hac deſcribuntur inſignia: alterum nominis Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus; vt nunc ex ipſomet Spiritu Sancto per Matthæi os audiſtis interprete: alterum in paruulo ipſo: quòd eſſet butyrum, & mel manducaturus: & id quidem, *Vt ſciant reprobare malum, & eligere bonum.* Circa tertium hoc dati ſigni punctũ, indictio illa, quæ attinet ad nomen, exprimens, quòd nobiſcum ſit Deus, adeo fœlix eſt mundo, adeo glorioſa, adeo hilaris; vt nullam deſideret additionem, ſed iucundum potiùs nobis afferat paſcha, quo & auditoribus dicat prædicator: fœlicia vobis, dilectiſſimi infantis noſtri cultores, precor paſchata multa. Nobiſcum Deus; Deus nobiſcum: gaudeamus, lętemur, exultemus. Nobiſcum Deus: Deus omnipotens nobiſcum: nec vtrumque nobiſcum, ſed factus homo, ſicut & nos homines ſumus, carne ſibi, & anima hypoſtaticè vnita. Nobiſcum Deus; quid iam deerit nobis? *Si Deus pro nobis; quis contra nos?* Quantò magis cùm ſit nobiſcum, noſtram conditionẽ habẽs, factus nobis naturaliter frater, vt ſit ſupernaturali fraternatione. Planum (inquam) eſt hoc, quod ad nomen attinet naſcentis cùm Deum ipſum habeat interpretem perſpicuum: at quod ad ipſum ſpectat infantem, ſummè quidem difficile. Quæ enim eſt eminentia ſigni prædictus mellis eſus, & butyri; vt ſigno hoc verum ſciam Deum infantem illum, qui duo iſta lac cum melle manducauerit? Nonne altius aliud, aliud potuit Dei ſignum honorabilius indici, quàm vnum hoc, quòd Deus, factus infans, eſſet mel, & butyrum comeſturus? Sed eſto, idoneum fuerit ſignum; vndenam melli virtus eſt tanta, tanta butyro, vt in eorum eſu vera ſit, ad reprobandum malum, bonumque eligendum, ſcientia, cognitio, ac

Rom 8. 31

Butyri, & mellis eſus cur ſignum Deitatis in puero, iſta manducante.

verus intellectus? Quis aperiet nobis abſtruſum adeo butyri myſterium, atque mellis? Ad quemnam ſpectat mellis ars? atque butyri?

Auditores Chriſticolæ, hodiernæ natiuitatis, eiuſque gloriæ, atque fulgorum narratio commiſſa eſt ab Angelo paſtoribus. Nemini quem ſciamus niſi paſtoribus nuntiata eſt natiuitas in die hac naſcentis Dei hominis. *Peperit Maria filium ſuum primogenitum: & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio. Et paſtores erant in regione eadem, vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce Angelus* Domini *ſtetit iuxta illos: & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit Angelus: nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus* Dominus *in ciuitate Dauid. Et hoc vobis ſignum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Dominum, & dicentium: Gloria in altißimis* Deo, *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hucuſque Dominicæ natiuitatis hiſtoria; quam ab Angelo audierunt paſtores. Sequitur nunc, quod dixerunt paſtores ipſi, atque fecerunt: quod noſtræ eſt concionis inſtitutũ. *Et factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum: Paſtores loquebantur ad inuicem: tranſeamus vſque Bethlehem: & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes; & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. Et omnes, qui audierunt mirati ſunt de his, quæ dicta erant à paſtoribus ad illos.* Ecce auditores, nati Saluatoris ſignum indicatur paſtoribus: ipſi narrant alijs, & aperiunt. *Hoc vobis ſignum.* Quodnam? Illud profectò ipſum, quod promiſerat Deus ore Iſaiæ: *Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel.* Datur, ecce, paſtoribus ſignum hoc: *hoc vobis ſignum*, ait Angelus: cæteris narrant ipſi; remque, vt viderant, expendunt. Aperient ergo hi totum nobis myſterium, curnam mellis eſus, & butyri ſignum ſit nati Saluatoris, nati Dei? Eſt vnuſquiſque ſua doctior in arte, ſuo in munere gnarior reliquis omnibus ab illius artis profeſſione alienis: atque adeo ſapientiores nobis in cauſa mellis, & butyri paſtores. Butyri, caſei, ac reliquorum cuiuſuis ſpeciei lacticiniorum munus, officium, ars, ad paſtores attinet: mulgent hi capras, mulgent oues: faciunt ipſi butyrum. Eſt quidem expoſita erroribus actio, quæcumque ad coquendum ſpectat lac, quod facilè glebeſcit, & perditur, niſi periti manibus tractetur: oportet ergo ad paſtores recurrere, quorum eſt munus iſtud, & officium. Accedit, quòd cum lacte ad ipſos ſpectat & gaudium: ipſi ſunt hodie gaudij diſpenſatores, ſicut & lactis, ac butyri. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Commune, en, totius populi gaudium ſolis ante omnes pronuntiatur paſtoribus: vt ipſi cæteris communicent. Quum animi

Lucæ. 2. 6.

Luc. 2. 10.

Gaudium magnum in ortu Saluatoris.

Digitized by Google

gratia exeunt turmatim homines in campeſtria: nullum tunc gratius, nullum iucundius recreationis genus illo, quo ad paſtorum tuguria, caulaſve accedentes, comedunt cum melle, lac, adipem, butyrum, recentem caſeum, & lac coagulatum. Eò vel maximè, ſi paſtores affabiles ſunt, ac bonæ indolis: multoque magis, ſi in ſuis tunc verſantur tripudijs paſtores, & paſtrices: ſuis exultationibus, choreis, & tympanis. Sunt hodie in ſumma exultatione paſtores, ſumma paſtrices hilaritate: ſumma vtrique in lætitia incuſſa cordibus angelico nuntio: *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum: quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Quali putabimus eſſe hodie in chorea hoſce paſtores, & paſtrices, tanto eos gaudio, tanta vrgente lætitia, tantis incitantibus pedes tympanis, lyris, fiſtulis, ſambucis? Præſertim, cùm Angelicus chorus indicauerit eis cantici tonum, & choreæ, quum cecinit: *Gloria in altiſsimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Vobis, ô paſtores, qui bonæ eſtis voluntatis, ſimplices, ac ſinceri, pax tranquilla ſit, ex Dei gloria deriuata. Pax cum gaudio coniuncta magno; vt tamquam in ſummæ die pacis hilares cantetis, exultetis, iubiletis. Quem illi tonum proſequuti, tota nocte hac, die tota, ac deinceps in lætiſſimis verſantur choris, & tripudijs; vt qui in tranquilla pace vita fruuntur iucundiſſima. Eſt proprius infantis huius titulus *Princeps pacis*, quietam mundo pacem concilians, vt præcinuit, dicens Iſaias: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, Princeps pacis.* Pacis autem tempore magna incumbitur agricultui lætitia, magno gregibus gaudio; id quod tempore hoc nati nobis Meſſiæ eminentia magna præſtandum fuiſſe, prædixit Iſaias ipſe gratis his verbis: *Conflabunt gladios ſuos in vomeres: & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltra ad prælium.* Erat Romæ celebre quõdam Iani templum, in quo, quum belli inſtabat occaſio, orabant Romani, ſuaque Iano pro victorijs offerebant ſacrificia: parta victoria adeo conſummata, vt perfecta pace, nullo aduerſante, potirentur, claudebatur omnino templum illud, tamquam minimè Romæ neceſſarium. Scribunt hoc Varro, Plutarch. L. Florus, & Seruius. Qui etiam addunt, maximos quoſque triumphatores reliquiſſe in ſuis ſcriptum teſtamentis Ianum ab eis clauſum; quo redactum à ſe ſummam populum in pacem, teſtarentur. Clauſit Numa ſemel, vt Liuius eſt author. Rurſus poſt primum bellum Punicum, clauſerunt Conſules Luctarius, Marcus Attilius, & Titus Manlius, vt ſcribit Oroſius. Tandem Cæſar Auguſtus, quo tempore infans noſter natus eſt in pacificum Principem, vt cum Dione ſcribit dicens Suetonius Tranquillus, clauſum à Cæſare iſto poſt bellum Actiacum, Antonio, & Cleopatra deuictis, pace terra, marique parta. Quanta ergo alacritate exiſtimandi ſunt, iubilaſſe paſtores; choriſque & ludis alijs ſecuti datum ab Angelo tonum ouantes incubuiſſe? Quàm placidi, ad excipiendos, inuitandoſque iucundè quoſcumque infantis huius cultores, ſi ad ſe accedentes intueantur: Imo & prętereuntes conuocabunt ipſi inuitabunt-

Pax allata mundo à Dei filio.

Luc. 2. 14.

Iſai. 9. 6.

Iani templum extructum Romæ pro victoria petenda quum belli ingruebat occaſio.

Iſai. 2. 4.

Iani templum claudebatur Romæ, parta victoria.

Numa ſemel parta victoria clauſit Ianum.

Luctarius Marcus Atilius, & Titus Mãlius poſt primum bellum punicum clauſerunt Ianũ.

Varr. l. 4. de lingua Latina. Plutar. de Fortuna Roman. Luc. Flor. l. 1 epit. Seruius in l. 1 Æn. Tit. Liu. dec. 1. l. 1. Paulus Oroſ. l. 4. c. 10. Dio l. 55. hiſt Rom. Sueton. in Aug. c. 22.

Digitized by Google

que ad omne lactis pingue, dulci admiſtam melli. Quantò magis, ſi videant vos, pij auditores, in medias eorum choreas proſilire, pſallereque cum eis, ac ſaltare? Nullam non lacticinij prodent vobis ſpeciem, adiecto melle, quod eis hodie affatim ſuppeditat; cùm hodierna pluuia, quæ, hyberna quippe, copioſa eſt, tota ſit mellis: ſiquidem *Hodie per vniuerſum mundum melliflui facti ſunt cæli.* Eo vel maximè, quòd & aluearium cultores ſua inter gregum caulas aluearia, aut certè non longè ab his habentes, Angelici nuntij cenſentur participes: ſiue quòd paſtorum nomine deſcribantur & ipſi, ſiue quòd paſtoribus vicini, nuntium hoc ab eis acceperint primi. Vnde ſit mel: certum eſt, magna hodie copia mel affluere, in lætiſſimum prophetiæ Amos complementum: *Ecce dies veniunt, & ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.* Quapropter, priuſquam paſtorum audiamus reſponſum, matre ego ex Eccleſia ſciſcitabor, quibusnam ſcripturarum verbis canat hac die: *Hodie per vniuerſum mundum melliflui facti ſunt cæli*: Vtique ex verbis his, alibi in ſcriptura repetitis, quibus dicuntur montes ſtillare dulcedinem, infert planè Eccleſia; mel iſtud è cælis euenire. Si videns è montibus imbres fluere puer, diceret, aquas has ab eiſdem montibus oriri, quidnam vos diceretis? Tace, paruule, tace. Nonne vides aquas has, etſi à montibus veniunt, à nubibus altiùs exoriri, naturalem ibi originem habere? Diſtillant hodie montes dulcedinem; ſed eſt cæleſte mel, à cælorum veniens cacuminibus. At numquid in cælis aluearia? Nonne? Sanè, ex quo ſe hominem fieri decreuit. Deus, nullum omiſit dulcedinis genus hominibus in cælo præparare: amœniſſimum florum paradiſum, ex quibus cæleſtes mel elicerent apes: vt hodierna, qua naſcitur, die guttæ iam per montes ad nos confluant ſuauiſſimæ. Guttæ quippe iſtæ, quæ comparatæ cæleſtibus aluearijs ſunt guttæ, adeo copioſæ ſunt, vt montes imbrem ſtillent dulcedinis. Ad montes ergo recipiamus nos; vt tanta fruamur ſuauitate. Quinam ſunt montes hi? Sunt quidem ipſi Eccleſiæ doctores; quos & paſtores diximus gregum. Vtrumque ergo nobis dicent iſti. Quare ad congruam huius, quo alitur paruulus, butyri, & mellis intelligentiam, paſtores adire oportet; quos cæli Angelus, quòd eorum munus ſit, hodierni fecit myſterij certiores.

Auguſtus Cæſar clauſit Ianum, poſt bellum Actiacum, Antonio, & Cleopatra deuictis. Chriſti nati tempore clauſus Ianus in ſignum pacis ex victoria. *Naſcente Domino, mel ſtillarunt cæli.* *Lac & mel ſtillarunt montes, naſcente in carne Dei filio.*

Amos 9. 13.

A paſtoribus igitur legitimum mellis cum butyro myſterium requiramus. A paſtoribus, dico, orthodoxæ Eccleſiæ: quibus iſta Deus reuelauit myſteria, vt ipſi cæteris ediſſerant. Omnes in vnam hanc ſententiam confluunt, quòd hac ciborum diſcretione mirabilem infantis noſtri ab incunabulis diſcretionem, prudentiamque vates prænuntiarit. Cùm enim recens nati pueruli inter bonum, & malum minimè diſpiciant, atque ideo quamcumque oblatam rem comedere aggrediantur: hic vnus infans ſelectiſſimum ætati ſuæ nutrimentum, quale eſt mel, & lac, reiectis quibuſuis noxijs, diſertus manducauit. Quo myſticè indicauit infans, eſſe quidem ſe ſolertiſſimum bonorum, impiorumque hominum dijudicatorem; vt reſpuat hos, tamquam lethales, illos, tamquam ſalubres, ſibi concorporet vnitos. Litteralis quidem expoſitio, quam poſt Patres accepit Montanus; & ego ſimuli-

Paſtores Eccleſiæ requirendi pro legitima ſcripturarum interpretatione.

Arias Mõtan. in Iſai. c.7.10.

Iuſti homines cibus Deo electus.

ter comprobo. Nam iuſti homines cibus Chriſti ſunt: ſicut ipſe innuit diſcipulis, dicens: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*: erant autem cibus homines multi ex Samaritanis, quos iam iam erat, ad ſe conuertens, adducturus. Quantùm verò impios à cibis explodat ſuis, dixit planè ipſe Epiſcopo Laodiciæ: *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus; incipiam te euomere ex ore meo*. Perpendite, rogo, quàm venuſtè prophetiæ ſatisfaciat executio. Butyrum prædicitur noſtro ab infante manducandum, in appoſitum reprobationis, electioniſque ſignum, quo ſuſcipiens probos, prauos improbat: & ipſo executionis tempore reprobat tepidos, ac reijcit. Quid propriùs lacte, atque butyro? Sanè frigidum lac, nec vmquam igni coctum, iucundè, ac ſuauiter comeditur; quamquam hauſtum, ſolet eſſe lethiferum; adhibito igne requiſito, diſponitur lac ad quæuis lacticinia, iuxta cuiuſuis conditionem: at ſi ſemiextinctus ſupponatur ignis, tota perditur res; lac confunditur totum; vt nec iam ſit lac, nec butyrum, nec caſeus, ſed latex ad vomitum prouocans. Homines impij Deo (fateor) frigeſcunt, at non ſunt ei inſipidi: quoniam cùm ſint ab eo remotiſſimi, numquam admouentur ori eius: atque adeo non exeunt ab ore, quod non ingrediuntur. Probi, ac frugi quique Deo iucundi ſunt, atque gratiſſimi: ideoque numquam reſpuuntur ab eo. Talis eſto tu, tunc eris ei gratiſſimum edulium. Appoſite Pazius noſter. *Cogita Dominum eſſe conuiuam tuum, cui debes offerre cibos, quibus libenter veſcitur: vt benedicat tibi anima eius. Hi autem cibi non tam ſunt conſiderationes intellectus, quàm voluntarij affectus. Vnde in prouerbijs dicit: prabe, fili, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. Quare primo loco cor petit: & poſtea oculorum functionem depoſcit: cùm mentis oculi greſſus cordis natura pracedant.* Tepidos ergo, eo quòd nullis ſint lethalibus vitijs ab eo diſiuncti, incipit tangere ore ſuo, ſed ori admotos reſpuere incipit, vtpote eos, quos lentitudine, ac deſidia diſponi ad peccandum incipientes agnouit. Dolendum eſt, valdeque deflendum: ſi tam eximia, quæ Deus naſcens homo affert nobis, dona, arctam præſertim noſtri ſecum vnionem, ſtulti amittamus, vel ob aliquod Deo ipſi repugnans flagitium, vel ob ignauiam, ac ſocordiam, qua tam præcelſæ maieſtati pigri ſeruimus, ac remiſſi. Hoc ego vnum cunctis indubium eſſe, impensè optarem: homines, qui aut frigidi, aut inſulſi ſunt Deo: eos quidem & Angelis, & hominibus crudos, inconditos, inſulſos, ac faſtidioſos vniuerſis. Putant perperam multi, multos, qui Deo ſunt tædio, inſuaues, ingrati, ac importuni, eos quidem aliter apud homines eſſe dulces, lepidos, acceptos, magnæ oblectationi, ac voluptati. Vident hi, qui ita iudicant, viros paſſim, ac fœminas mutuò ſibi impuris eſſe delicijs, inuicem acceptiſſimos, vt nihil, niſi fœminam illam, placidum ſibi ſentiat amaſius: nihil illa iucundum, præter virum illum: & tamen Deo ſunt horrori vtrique, atque faſtidio, ea ipſa ratione, qua ſibi ſunt tantopere grati: cùm turpis voluptas illos à Deo faciat auerſos. Sed enim & his ipſis dilectis, ac dilectoribus faſtidioſi ſunt, ac inſuaues: quamtumuis primo

Impij reſpuuntur à Deo, vtpote lethalis cibus.

Simile.

Impij homines eò quòd Deo diſplicentes ſint, cunctis conſequenter faſtidioſi ſunt Angelis, & hominibus.

Voluptas turpis viri & fœmina facit eos ſibi mutuò abominabiles.

Ioan. 4. 32

Apoc. 3. 16

Iaco. Alu. de Paz de perf. tom. operum 2. l. 3. par. 5 sect. 1. c. 5.

Digitized by Google

aſpectu aliter indiſcretis videatur. Quidquid enim corruptum eſt, nemini eſſe poteſt ſapidum, nemini dulce, atque iucundum: eſt autem corruptus in ſe ipſo quiſquis Deo diſplicens, quiſquis eius palato non probatus. Pſaltem intento animo auſcultemus: *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Simul ac ſtultus, quiuis, nimirum peccans, dixit, *Non eſt Deus,* peccatum aliquod admittens; penitus corrumpitur, putrida vt caro: eſtque conſequenter, vtpote caro putris, cunctis abominabilis. Etenim ſtulti nomine peccantem quemque nominare, ſapientes quique concordes conſueuerunt, adhuc ethnici; vt primus eorum Socrates; cuius ſententia habetur diſticho illo:

Impij homines corrupti ſunt, ac putres, atque adeo abominabiles omnibus.

Impij omnes inſipiētes ſunt.

Pſal. 13. 1.

Socrates.

Sapiens eſt ſolus ille, qui peccatum fugit.

Solus (ait) bonus eſt, cuius ſapientia fulget:
Solum ignorantem credidit eſſe malum.

Aug. tract. 34 in Ioānem.

Nedum Chriſtiani ſapientes, vt Auguſtinus, cuius axioma eſt: *impij habent oculos in ſola carne.* Quantò magis diuinæ ſcripturæ? Multi exprimunt textus: ex quibus ille, *Sapiens cor, & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis.* Hic planè docet Eccleſiaſticus, ſapientem quemque à peccato diſcedere. Sed valde penſandum nomen illud, *cor intelligibile*: eo enim graphicè indicat cauſam, qua peccans quiſque ſtultus eſt. Nimirum peccans homo à nemine eſt intelligibilis, quemnam in finem tendat prauo illo opere, ſeu actu. Finis quippe rerum Deus eſt vnicus: atque adeo quicumque actus in Deum non tendit, nullum tendit in finem: quæ extrema hominis ſtultitia eſt. Appoſitè Salomon in prouerbio: *Oculi ſtultorum in finibus terræ.* Quod duobus modis poteſt intelligi, vel quia non aſpiciunt ad propoſitum, vel certè (quod elegantius intelligitur) quia intenti ſunt terreſtribus finibus, terreſtribus ſcopis, quod ſumma abſque dubio dementia eſt, cùm nullus ſit præter Deum finis, reliqui à ſtultis conſtituti. Vnde ſequitur: *Sapiens abſtinebit ſe à peccato: & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.* A contrario nullum ſucceſſum habebit homo iniuſtis in operibus, quantumcumque videatur acceptus multis, amatus, iucundus, expetibilis. Cùm igitur Pſaltes ait, *Dixit inſipiens,* id eſt peccans homo, *non eſt Deus,* peccantem vocat inſipientem, qui operibus dicit, non eſſe Deum, quatenus in Deum actus ſuos, tamquam vltimum in finem dirigere non curat. Vnde ſequitur, *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Suis, ecce, in ſtudijs ait. Non ſolùm quoad Deum, quoad Dei amatores, quoad diuina quæque, ac ſpiritalia, ſunt abominandi, quia corrupti, ſed in ipſis etiam ſtudijs ſuis, humanis, delicioſis, vrbanis, plenis ſuadela, gratia, ſalibus, illecebris. Quod enim corruptum eſt, cunctis eſt abominabile, nō varium, ita vt corruptum huic, alij ſit incorruptū. Sunt cibi nonnulli, quin & multi cibi, qui cùm guſtui huic nimis ſint horridi, alijs ſunt acceptiſſimi, ac ſuaues, ſolus cibus corruptus cunctis abſque diſcrimine eſt abominabilis, cùm corruptus ſit cunctis, qui in ſe corruptus eſt. *Corrupti ſunt, & abominabiles.* Prima quidem ſpecie ſentiuntur amœni, mox, minima mora, deteſtandi. Explicat ſequens verſus, *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Eſt proprium hoc

Eccl. 3 32.

Peccans nullum dirigit in finem actus, quibus peccat.

Prou. 17. 24.

Deus finis eſt rerum omnium, & operum.

Impius nullo verè proſperabitur euentu.

Pſal. 13. 3.

aſpidis

Aſpidis venenum ſub iucundis abſconditũ labijs. aſpidis veneno, vt cùm ſub labijs lateat, labia dulcia ſint, protinus, dum ſuauitas adhuc ſentitur labiorum, erumpat peſtiferum virus. Subindicauit dicens Moſes: *De vinea Sodomorum vinea eorum. Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi. Fel draconum vinum eorum: & venenum aſpidum inſanabile.* Deut. 32. 32. *Voluptatum conditio, venenum ſub dulcedine latens.* Delicatiſſimus impiorum cibus, & potus, qualis eſt vua, & vinum, & hæc quidem Sodomorum, multa nempe libidinis voluptate permiſta, vua quidem eſt fellis, & draconum fel vinum eſt horum: nec draconum ſolummodo, ſed & aſpidum virus: quod eſt omnino immedicabile. Nam profectò in medijs Sodomorũ delicijs ſulphureus oblectamenta omnia deuorauit ignis. Clariùs Sophar ad Iob: *Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram: quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ* (id eſt impij) *ad inſtar puncti. Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua. Caput aſpidum ſuget: & occidet eum lingua viperæ.* Iob 20. 4. *Gaudia impiorum ad punctũ.* Ecce impij duo mutua ſe amantes voluptate. *Deliciæ lethales.* Defert alter alteri abſconſum ſub lingua dulce malum: ſugenſque ipſe alterius ſuauitatem, ſugit quidem aſpidis caput: quod cùm citiſſimi ſaporis ſit, eſt latente plenum aconito, quod ſub lingua eſt, qua ſubitò morſus cadit mortuus. *Voluptas quomodo mortifera.* Pandunt effectus multi crebris veritatem hanc experimentis: quandoquidem neuter ex his, qui Deo ingrati ſunt, permanet diu gratus alteri: ſed quum ardentiùs mutua feruet voluptas, tunc in amarum fel, in virus, in odium conuertitur tota. *Aſpides oua ſubitò rupta occidunt eos, qui ad captandam aſpidis voluptatem, accidunt.* Nam, vt Nicander, & Buſtamantius ſcribunt, aſpidis oua aſpide ipſa noxiora ſunt. Nicãder, Buſtamãt. l. 3. cap. 14. Ex quo fit, vt quiſquis ad ſugendum dulce caput aſpidis accedit: calcans oua, incluſos eis catulos educat: à quibus incautus ſubitò interimitur. Quod non obſcurè innuit Haias, dicens: *Oua aſpidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum.* Iſai. 59. 5. Itaque ſi nondum confota ſint oua, nec animati conſequenter pulli: occidunt oua manducantes: ſi confota ſint, occidunt pulli. Mors igitur eſt modo vtrouis aſpidis effectus. *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.* Rom. 6. 21. Solus hic ſentitur fructus peccati: ſolum hunc præbet amatori ſuo fructum peccati, qui ob impiam amatur ſuauitatem. Qui ſibi ipſi inſulſus eſt, acer, & horribilis: quomodo alij cuipiam placidus erit, ac iucundus? *Impij, cùm diſplicentes ſint Deo, ſibi etiam ſunt, & omnibus alijs diſplicentes.* At quomodo ſibi placidus, qui diſplicens Deo, approbatori, reprobatorique vnico? Egregiùs dicet Auguſtinus: *Peccatoribus non eſt locus in his, quæ foris ſunt: quia ibi patiuntur tribulationes, vbi conſcientia illos non conſolatur. Non eſt bene illis ſecum; quia benè eſſe cum malo non poteſt. Quiſquis autem malus eſt: male ſecum eſt. Torqueatur neceſſe eſt, ſibi ſe ipſo tormento.* Auguſt. ad Pſal. 36. in id. *Quoniam peccatores.* *Impiorum, iuſtorumq; diſcrimen, quoad iucũditatem, quæ grati ſunt hi, faſtidioſi illi.* quàm alius Deo cibus homo iuſtus, pius, integerrimus? *Mel, & lac ſub lingua tua:* ait Dominus ipſe dilectiſſimę ſponſæ, ſibi placidæ, gratæ, & applauſibili. Cant. 4. 11. Fœlix anima. Extremum animaduertite diſcrimen: *Venenum aſpidum ſub labijs impiorum: mel, & lac ſub lingua ſponſæ.* quis non fugiet peccata: quibus diuino eſt reprobus palato? Quis non properet ad Deum: qui adhærentem ei animam adeo dulcem ſentit, adeo gratam, vt palam vocans ſponſam, accinat, *Mel, & lac ſub lingua tua.*

Digitized by Google

Nec ex hoc, quòd puer hic malos reprobare, bonos ſciat eligere,
exiſtimandus eſt minùs vtilis nobis, minùs opportunus, neceſſarius, ſa-
lutifer, glorioſus. Quoniam ideo in humana nobis naſcitur carne, vt
non ſolùm approbet, quos inuenerit probos, ſed etiam, vt à prauitate
Luc. 19. 10 conuertat iniquos. *Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere*
quod perierat: atque ad perficiendos, quos inuenerit pios: ad demul-
cendos conſummatos. Dona hæc, & ſimilia naſcentis Dei plurima
propoſito hoc Iſaiæ vaticinio commendantur, dum dicitur, *Butyrum,*
& mel comedet.

Chriſtus venit approbare probos: improbos à prauitate conuertere.

Chriſti aduentus à mundi initio in dies clariori forma prænūtiatus.

Quorum expenſioni meum ego de prophetia hac interſeram ar-
bitratum; non à conſtituta Patrum expoſitione diuerſum, ſed aliud
aliquid abſque illius innouatione commendans. Hoc eſt: cùm ſacra-
tiſſimus Dei in carne aduentus ſupremum ſit hominibus bonum, glo-
ria Dei ſuprema; incepit ille ab ineunte mundo alias huius promiſſio-
nes indicere, quas ſemper currentibus ſæculis adauxit. Dedit itaque
(vt antiquiora prætermittam) domui Iacob, populo ſuo, lætiſſimam
collocandi eos vberrima in terra pollicitationem, qua auo eorum A-
Gen. 12. 2 brahamo magnam terræ illius eminentiam, & obſeruandos in ea ri-
tus, ſigna ac ſacrificia, quæ venturi in carne Dei congruæ eſſent figu-
ræ, patefecit. Poſtea viuentibus in promiſſa illa terra, ſub promiſſa
lege filijs Iacob, ipſius Abrahæ nepotibus, rituſque illos, ac ſacrificia
conſeruantibus, perſpicuas iam de ipſomet venturo Meſſia, Dei viui-
co filio, addidit promiſſiones. Ex ſignis autem, quibus dedit vtraſque,
duo hæc aut potiſſima, aut ferè fuerunt capitalia; pro quouis duorum
temporum vnum. Primum fuit illud, quod dedit Moyſi in Horeb,
Exod. 3. 7 dicens: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto: & ſciens dolorem eius,*
deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum: & educam de terra
illa in terram bonam, & ſpatioſam; in terram, quæ fluit lacte, & melle.
Num. 13. Quæ promiſſio ter ſupra decies repetita fuit Moyſi, Ioſueto, & proce-
28. 14. 8. ribus alijs; ſæpeque memoratur adimpleta, confitentibus eiſdem Iſ-
Eccl. 6. 10 raelitis poſſeſſoribus. Habita iam pacifica terræ poſſeſſione, vigente-
Ier. 32. 2 que lege, ac ſacrificiorum, rituumque obſeruantia, reſonuit ſigni ſe-
Baruch. 1. cundi vaticinium hoc, quod nunc proſequimur; *Butyrum, & mel co-*
20. *medet.* Fiat (quæſo) nunc vtriuſque ſigni, vtriuſque collatio prophe-
tiæ: videbitis planè, noſtrum hoc, quod à nato Chriſto ſæculum elu-
ceſcit, tantùm præſtare cunctis retro ſæculis, ac ætatibus, quantùm la-
cti butyrum. Intelligent hoc facilè auditores, ſi conſtituamus tam-
quam certum, vtramque Dei promiſſionem myſticè accipiendam,
de myſtico nempe lacte, & melle, myſticoque butyro: tametſi extre-
ma hæc potuerit, vt ſonat, adimpleri. Eſt euidens hoc, quoad anti-
quam illam de lacte, ac melle fluituro. Nunquam ſiquidem illa pro-
miſſionis terra lacte, & melle fluxiſſe ſcribitur; ſed eſt dicendi phraſis,
vberrimam terræ fertilitatem ſignificans. Quod manifeſtè liquet ex
ipſiſmet Iſraëlitarum verbis expreſſis, qui à Moyſe ad explorandam
Num. 13. terram miſſi, indeque reuerſi protulerunt. *Pergenteſque vſque ad tor-*
24. *rentem botri, abſciderunt palmitem cum vua ſua: quem portauerunt in*

Status ſeculi noſtri præ omnibus alijs fœliciſſimus.

Lex Chriſti excellentiſſima præ alijs quibuſlibet.

Eccleſia Chriſti ſtatus longè nimis præſtat Iſraelitico.

Lacte, & melle fluens terra myſticè intelligēda.

Vbertas terræ ſignificatur lactis, melliſque affluentia. Allegoria.

Digitized by Google

vecte duo viri. De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt. Reuerſique exploratores, venerunt ad Moyſem, & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Iſraël, locutique eis, & omni multitudini. oſtenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes: Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ re vera fluit lacte, & melle; vt ex his fructibus cognoſci poteſt. Dicite, amici exploratores; quiſnam mel, & lac cognoſcet ex vuis, aut granatis? Quis cognoſcet ex ficis? Numquid ex vuis lac? Num ex granatis, aut ficis elicietur? Ecce, auditores, dictum hoc, quo lacte, ac melle fluere dicitur terra, non ſolum in ſpecie ſignificat lac; non mel ſolum in ſpecie; ſed vberrimam fructuum vniuerſorum copiam, & præſtantiam. Quo etiam facilè intelligitur promiſſa illa fructuum abundantia, atque pinguedo, ſpiritalium fructuum fuiſſe pinguedo, & abundantia; qua populus ille ſpiritu erat ſaginandus. Qua dum enucleator ſpiritalium rerum Dauid affatim frueretur, gratias largitori Deo referens, dixit, *Lauda Ieruſalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion. Qui poſuit fines tuos pacem; & adipe frumenti ſatiat te. Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi: & indicia ſua non manifeſtauit eis.* Videtis verbis his, hunc tritici adipem, pro quo Rex agit gratias Deo, non tam naturalem ipſum adipem tritici, quàm ſpiritalem deſignari pinguedinem: quamuis illa potuerit ſimul deſignari. Verba enim ſequentia ſpiritalem manifeſtè explicant, nimirum: *Annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael.* Nec pro naturali diceret Rex ille: *non fecit taliter omni nationi*: cùm regiones aliæ opimioribus fruerentur edulijs. Quod cùm in vaticinio illo ita ſe habuerit: conſequens eſt, vt extremo iſto mel ſpiritale, ſpiritale deſignetur butyrum. In hoc enim eximia ſæculi noſtri præſtantia indicabatur. Etenim lac tribus conſtat quaſi partibus: ſero, butyro, & fæcibus: duplici fauus parte, melle, & cera. In illo igitur Iſraëlitico populo abundabat lac, & mel abundabat, ſed nondum ſelectiſſima cibaria: imo lac cum fæcibus, ac ſero. Erant namque in regione illa, ſeu illa lege, fæces multæ: ipſa nimirum carnalis circumciſio, naturalia animantia, hœdus, agnus, vitulus oblata ſacrificio, quæ conditione ſua fæces ſunt in comparatione ad ſpiritalia. Serum erat ipſamet legis executio: quæ ægrotantibus crimine applicabatur animis, ſicut ſerum propinatur ægrotis nimio vſtis calore. Sed erat butyrum myſtica legis, ac ſacramenti, ſacrificiorumque ſignificatio, qua omnibus illis indicabatur, prædicabatur promittebatur naſciturus ex populo illo diuinus mundi ſaluator, magnificator, ſublimator. Similiter ipſamet lex, & cæremoniæ craſſa faui erant cera: mel erat ſpes venturi Meſſiæ, illis incluſa ritibus, inſtar mellis in cera. Naſcens nobis Dei filius purum ex lacte bibit butyrum: purum præſtitit nobis, ſanis, ac infirmis vtiliſſimum. Quantum vtriuſque ſæculi diſcrimen! Scriptum eſt enim ad Romanos: *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum. & bonum*: ſed ad Hebræos item ſcribitur: *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Conſequenter ad Galat. *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt.*

Lactis partes tres quid myſticè in veteri lege.
Simile.
Sacrificia veteris legis fæcibus miſta.
Sacrificia veteris legis pro ægrotis curandis.
Butyrum lactis in lege veteri ſignificatio erat venturi Chriſti.
Simile.
Legis nouæ, & veteris diſcrimen.
Sacrificia veteris, ac nouæ legis quàm diuerſa.

Pſal.147.1.
Rom.7.12.
Heb.7.19
Gal.3.19.

Digitized by Google

Iam naturalem ipſam ſacrificiorum illorum conditionem proprias fuiſſe ſtatus illius fæces, non ſola indicat carnalis ipſa illorum conditio: ſed & Apoſtolus, dum ait: *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem.* Butyrum autem myſticam ſignificationem fuiſſe Meſſiæ, cùm ex multis ſcripturæ verbis poſſit educi, non ab alio, quàm ab eodem petam Apoſtolo, qui & ſeri nobis, & fæcis oſtendit conditionem. Eſt textus eius ad Roma. *Finis enim legis Chriſtus.* Quod latiùs B. Hieron. latiùs & Anſelmus. Quibus, & alijs multis ſcripturæ verbis liquet. eam ſalutem, qua per circumciſionem, aliaque ſacrificia ſanabantur tunc homines, non quidem propria eorum virtute: ſed ſignificationis venturi Chriſti, fideique, qua ex illa Abrahæ progenie ſperabatur naſciturus, datam illis fuiſſe. Vnde nec ſacrificia ipſa conferebant ſalutem, ſicut nec circumciſio: ſed infundebat eam Deus ipſe homini ſacrificijs illis ritè, & rectè incumbenti. Indicant concilia Florentiæ, & Tridentinum, latiuſque proſequuntur ſcholaſtici doctores. *Comedit igitur infans noſter butyrum*, omiſſo ſero, fæcibus reprobatis: quatenus *reprobatio fit præcedentis mandati*: quoniam venit *reprobare malum, & eligere bonum.* Similiter comedit mel, relicta cera. Pro cuius eſu ſciuit infans hic, quod multi ex ſenibus ignorant. Alioqui, probent ſe ipſos auditores, ſi norunt hoc, quod ſcribit in propoſitum Dioſcorides. *Si quis comedens lac, m inducet ſimul, aut poſtmodum ceræ particulam non maiorem decem millij granis, liquidum perſiſtet lac: nec fiet ex eo coagulatio.* Qui non habuerit Dioſcoridis ſcripta: leget apud Plinium lib. 22. c. 24. ſicut igitur infans elegit, reiectis fæcibus, butyrum: ita elegit mel, reiecta faui cera: quæ cùm lactis coagulationem impediat, butyrum fieri non ſinit. Mel autem lacti tam amicũ eſt, quàm aduerſa cera: cùm ſit & dulcis, & ſalubris mellis, & butyri commiſtio.

Heb. 7. 18

Rom. 10. 4

Hier l. 1. in epiſt. ad Galat.

Anſel in c. 4. epiſt. ad Rom.

Con Flor. in decreto Eugen 4. Con Tri. ſeſ 7. can. 6. 7. & 8 ſeſſ 6. c 7.

Dioſcor. l. 2 c. 75. de cera.

Plin l. 22 c. 24.

Prodit nobis ex his propoſitis à principio gaudij fundamentum, ob ampliſſimam ſtatus noſtri excellentiam, natam nobis cum ipſo Deo in carne nato. Ante huius enim natiuitatem homines veſcebantur oleribus, multi etiam paleis: lacte, & melle perquam pauci, rari puriſſimo butyro. Hoc eſt, futuri ſeruatoris cognitio apud pauciſſimos extra Iſraeliticam vigebat coloniam: apud eam confuſa: diſtincta apud raros. Sicut enim qui purum ex lacte ſciant elicere butyrum, reperiuntur ex millibus duo: ſic temporibus illis rariſſimi Patres, ſelectiſſimi, notiſſimi, puram, perſpicuam, integram naſcituri Meſſiæ habebant cognitionem: vt dixit Beatus Epiphanius, Origen. Hieronymus, & Theologi; Pineda item noſter incipiens ab Adamo: quod & indicat ſcriptura apud Matthæum. At naſcens nobis infans diuinus, non ſolùm ſibi ex lacte ſcit elicere butyrum, mel ex faui cauernis: ſed nobis etiam, populo ſuo; vt & nos cum eo bonum eligere, malum ſcientes reprobare, tanta oblectemur præſtantia eduliorum. *Audite, audientes me, & comedite bonum: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* Quibus verbis loquitur propheta de bonis à naſcituro in carne Deo præſtandis: vt explicuit in actibus Paulus. Tunc (ait) delectabitur craſſitudine animus: dulci butyri craſſitudine,

Epip init. Panarij

Orig. tra. 22 in Mat.

Hier on in Matt. 2.

Theol 1. p. q. 94 & in 22 q 2

Pineda de rebus Sal l. 3 c. 26. § 3. nu 8.

Matth. 22 14.

Iſai 55 2

Act. 13 34

quod magna nobis copia afferens paruulus noſter, libauit ipſe prior, docens nos, illud manducare, vt reiectis noxijs, bonum eligere ſciamus. Eſtque notanda dictio illa *bonum*: qua nullum ſpeciale bonum nominat Vates; ſed ſimpliciter bonum: quoniam reuera omne nobis bonum affert infans hic naſcens propter homines homo. Verè delectat animas opima bonorum omnium pinguedine, medulla, craſſitudine. Quot hodie videmus viros, quot fœminas, nulli prætcrea exercitationi incumbentes, quàm ſuauiſſimo huic oblectamento, quo deliniuntur contemplantes Deum tum hominem factum; tum ſua in diuinitate, ac maieſtate; cuius cognitioni mirum cõmodum præſtat ipſa Dei in carne natiuitas, vt animus pinguedine incraſſetur; etiam quum ſola conſideratur diuinitas, abſque contemplatione humanitatis. Hoc enim donum præſtitit nobis maximum naſcens homo Deus, vt Deum ipſum altiori notitia cognoſcamus; vberiori animæ pinguedine, ac ſucco meditemur. Nihil boni eſt, nec eſſe poteſt, quod naſcens in carne ſimilis nobis Deus, non præſtiterit nobis affatim, magnificè, affluenter. Sic magnus ille paſtor Ambroſius prædicat, dicens verba hæc, tanto digna paſtore; *Ille igitur paruulus, ille infantulus fuit, vt tu vir poſſis eſſe perfectus: Ille inuolutus in pannis, vt mortis laqueis abſolutus ſis. Ille in præſepibus, vt tu in altaribus: Ille in terris, vt tu in cœlis. Ille alium locum in eo diuerſorio non habebat: vt tu plures haberes in cœleſtibus manſiones. Qui cùm diues* (inquit) *eſſet; propter vos pauper factus eſt; vt illius inopia ditaremini. Meum ergo paupertas illius patrimonium eſt, & infirmitas Domini mea virtus eſt. Maluit ſibi egere: vt omnibus abundarem. Me illius infantia vagientis abluunt fletus: mea lacrymæ illa delicta lauerunt.* Cunctis ergo nos impinguat bonis diuinus hic infans nobis natus, nobis datus. Et inter illa, duobus his, quę propoſuimus; quòd ſcilicet non ſolum approbet, reprobatis impijs, iuſtos omnes: ſed prę ſtet etiam prauis pingues ad reſipiſcendum vires; iamque in gratia conſtitutos mira impinguet craſſitudine.

Quę, vt dilucidiùs agnoſcantur, impenſiuſque æſtimentur, volo, auditores ſcire, ſpiritali hac, qua puer nos imbuit, craſſitudine duo ſimul includi; intimam animi delectationem, & integræ ſummam probitatis. Conſtat ex Eccleſiaſtici verbis iuncta pinguedini delectationis magnitudo; *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virũ ſuum: & oſſa illius impinguabit*, ſed comes delectamenti probitas latiùs enucleatur ab Arboreo dicente, pinguedine hac ſignificari, eũ hominé, qui Deũ timuerit, & à peccatis abhorruerit, paulatim de virtute ad virtutem adoleſcere, & euadere in virum conſummatũ. Meritò: nam quiſquis vitiorum compungitur ſpinis: is minimè poteſt leni butyri adipe, dulci mellis ſapore ſuaueſieri. Quin nec qui tepido eſt charitatis calore: cùm ad butyri digeſtionem deſideretur intenſus. Ideo ante natum mundo Saluatorem lacte vtebantur homines, non niſi paucissimi, butyro. Erant illi, etiam Iſraelitæ, tunc paruuli, vt qui ſub pædagogo, nempe lege, vt dixit Apoſtolus: *Lex pædagogus fuit*: ideo addit: *Quanto tempore hæres paruulus eſt: ſub tutoribus,*

Chriſtus naſcens attulit nobis bonum.

Chriſti ſeculo contemplationi diuinorum incumbunt ingiter multi.

Ambr li. 2. in Lucã 2.

2. Cor. 8. 9

Timore Dei præditus homo dicitur ſpiritalis referctus craſſitudine.

Spiritalis pinguedo timorem Domini includit.

Eccli 26. 16.

Arboreus in prouerbi. cap 3. verſ. 8.

Galat. 3. 24

Galat. 4 1.

Digitized by Google

eſt vſque ad præfinitum tempus à Patre. Quod graphicè dixit ipſemet Dei filius diſcipulis ſuis, vtens portandi verbo, ad oſtendendum, neminem, niſi multo refertum ſpiritu, ſufficienti vigere calore, vt portet mentis ventre craſſam hanc ſpiritus pinguedinem: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Adhuc poſtquam ſpiritali doctrinæ meæ butyro ac melle cibati eſtis, nondum eſt in mentium veſtrarum vteris tantus ſpiritus calor, quo perfectam ſpiritus craſſitudinem digerere valeatis, donec veniat increatus ſpiritus, quem ego poſtmodum emittam in conſummationem virtutis, quam mentibus ego veſtris ingeſſi. Prędicti illi Iſraelitarum exploratores, cùm opimos ex promiſſa terra adduxerunt fructus, atque dixerunt: *Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle; vt ex his fructibus cognoſci poteſt:* addiderunt verba hæc. *Sed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes, atque munitas.* quo audito, magnum populi fuit exortum murmur conclamantium: *Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt.* Senſerunt ſe quidem homines illi ad talem lactis, & mellis eſum imbecillos, ſi tam robuſtos exigeret animos, qui grandes difficultates peruincerent: *Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa.* Sanè diuinum ſtatus noſtri butyrum cum melle homines tantò præ hominibus illis exegit fortiores, tantò ardentiores animo Chriſticolas, quantò butyri digeſtio intenſiorē, quàm digeſtio lactis, deſiderat ſtomachi calorem. Sed Chriſti donum eſt, vt naſcens nobis, melque dulce manducans cum butyro, ipſius nos faciat butyri participes, & mellis: ſimulque intenſum internis mentium noſtrarū ventribus calorē infundat charitatis. Nemo igitur ploret, ſicut fleuerunt homines illi, vides ab infante hoc reprobari malos, ſicut pij placidè eliguntur, manducarique ab eo ad electionem hanc cum melle butyrum, quandoquidē ipſemet, qui dat butyrum melli miſtū, dat feruentem quoq; charitatis calorem cunctis ab eo humiliter petentibus. Nemo igitur defleat: ſed omnes cum paſtoribus, quibus datur hoc ſignum, collætemur. Tranſeamus omnes cum paſtoribus his vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod Dominus oſtendit nobis. Solo cuius aſpectu ſuauiſſimo delectabitur in craſſitudine anima noſtra. Faciēt paſtores iſti participes nos eius, qua fruuntur ipſi craſſitudine: exultabimus valde in eorum tugurijs, melle recreati atque butyro: ſed multò intenſiùs multoque alacrius delectabimur craſſitudinę butyri, ac mellis illius, quę diuinus ipſe comedit infans, vt eorum participes efficiat. Faciet nos, ſi ad eum acceſſerimus, participes dulciſſimę iucūditatis, ac leporis: participes ſalutis, & virium; participes omnium abſque exceptione bonorum: participes gratię, & gloriæ ſempiternæ.

Ioā 16. 12

Nu. 13. 29

Nu 13. 32

Nu 14. 1.

Tepidi homines ſpiritali craſſitudine frui non poſſunt.

Difficultates plurimæ ſuperandæ ad fruendū ſpiritus pinguedine.

Digitized by Google

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO III.

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius. Ioa. 1. 14

Chriſti natiuitatis feſtum triplex

DIGNVM, & congruum eſt, vt pręcelſum hoc
Dominici natalis feſtum tribus feſtis diebus cele-
bretur, tribus in primo miſſis die, iuxta tria præ-
clariſſima dona, quæ naſcens in carne Dei filius,
largiter præſtitit vniuerſę carni. Tria in re quali-
bet pro fine quouis adipiſcendo ſunt requiſita:
principium, medium, & effectus: quæ fœliciſſimo
hoc ſeruatoris natali perfectiſſimè completa reſonant verbis the-
matis noſtri: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vi-*
dimus gloriam eius: vt ſint tria feſti fundamenta. Finis hominis ſum Pſal. 16. 15
ma eſt beatitudo; & hæc in claro *D*ei gloria immenſa fulgentis, conſi
ſtit intuitu. *Satiabor, quum apparuerit gloria tua.* Sed quodnam
ad tam immenſum finem potuit eſſe principium? Homo caro eſt:
Omnis caro fœnum; & omnis gloria eius, quaſi flos agri. Quænam Iſai. 40. 6.
conuentio fœni ad Dei gloriam? *Q*uænam gloriæ floris agreſtis
ad æternam gloriam conuentio? *Q*uo igitur in principio fundabi-
tur congrua ad tam excelſum finem proportio? Quodnam ad talem
finem medium eſſe poteſt idoneum? Fiat Deus caro; ecce ſolidiſſi-
mum principium: habitet in nobis; ecce idoneum medium: inde
vtique ſequetur effectus, vt gloriam eius videamus. Etenim qui in Iſai. 46. 3.
gloria Dei ſunt, in Deo habitant ipſo. *Qui portamini à meo vtero,*
ait ipſemet Deus: aptiſſimum ergo medium eſt, quo homines ha-
bitent in Deo: ſi priùs habitet in hominibus Deus. Igitur firmiſſi-
mum beatitudinis noſtræ fundamentum eſt Verbum caro factum: 1. Cor. 3. 11
Ideoque *Verbum caro factum eſt:* quoniam *Fundamentum aliud ne-*
mo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus.
Medium eſt perſonalis eiuſdem Chriſti in nobis habitatio; idcirco
Habitauit in nobis. Poſito enim fundamento hoc iſtoque medio
adhibito, optatus inde ſequitur effectus: *& vidimus gloriam eius.*
Eſt ecce poſitum principium: effectus inde certus eſt, niſi medium
deficiat. Medium eſt prædicta Chriſti in nobis habitatio; iam ille in

Incarnatio Verbi medium ad vltimum cō ſequenda gloriæ finē.

Digitized by Google

nobis habitauit; certus ergo nos expectat effectus? Certus; ſi in nobis integrè habitauit. Duplici habitat in hominibus Chriſtus aſſiſtentia; viſibili altera, qua verbum caro factum, conuerſatus nobiſcum habitauit: altera, qua aſſiſtit intra homines ipſos, ſuperiore habitatione, qua ſcilicet habitat gratis ſibi in animis, quos ipſamet habitatione facit ſibi gratos, & gratiſſimos ipſe: atque adeo habitatio hæc gratia maxima eſt: gratia, quæ facit homines gratos: gratia, quæ eiſdem impenditur gratis. Adhibito itaque medio hoc ſuper hoc fundamentum, eſt infallibilis effectus, æterna diuinę gloriæ fruitio, adeo vt gloriæ huius gratia ſit pignus, quo à Deo repetitur gloria. *Signati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto: qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* quàm eleganter dixit contemplator Rex: *Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo; ſatiabor, cùm apparuerit gloria tua.* Domine, quum tuo me conſpectui in iuſtitia ſtitero, tunc acceptabis me, tuaque gloria ſatiabis. Apparere ante Deum in iuſtitia, eſt apparere in gratia, quæ iuſtificat hominem, vt iuſtus ſit, quiſquis eſt gratus: gratus, quiſquis eſt iuſtus. Plus vltra. Cùm ad finem iſtum beatitudinis, qua in Deo inhabitant homines, medium hoc ordinauerit Deus ipſe, vt ipſe in nobis priùs tum caro factus, tum per gratiam aſſiſtens, habitaret: præſtitit conſequenter cum medio hoc medium aliud adiunctum, vt fœmineo priùs habitaret in vtero, in quo *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* Factum enim caro in arce hac diuinum verbum, inuenit & ſibi virgineum habitaculum; & ſuauiſſimum, ad eleuandos gratia multa homines, incitamentum. Ad hanc nos arcem confugiamus, diuinam Virginem ſalutatione Angelica inuocantes. *Aue Maria.*

Gratia Chriſtus in nobis habitat.

Eph. 1. 14.

Gratia pignus eſt gloria.

Pſal. 16. 15

Aue Maria

Si hęrerem nunc ego, cogitans, quidnam ſit, quòd diuinus Chronographus dixerit; *Verbum caro factum eſt*, cùm potuerit dicere: Verbum homo factum eſt; omnes fortaſſe, me iure optimo hærere, diceretis. Verè enim Dei filius, qui verbum eſt eius, *homo factus eſt*, vt in fidei ſymbolo, diuinis ſcripturis innixa confitetur Eccleſia. Videbatur ergo congruum magis, ſi diceret ſcriptor, Verbum homo factum eſt, quàm Verbum caro factum eſt; vt perſpicuè magis explicaret, Dei filium integræ hominis naturæ vnitum, vt verè vnitus eſt non carni ſolùm; ſed animæ, & cunctis hominis partibus, excepta ſubſiſtentia, quam minimè aſſumpſit; ſed diuinæ ſuæ humanam naturam diuinitùs vniuit, vt vna dumtaxat perſona ſit Chriſtus Deus homo. S. Cyrillus animaduertens punctum hoc, luculenter reſoluit; ideo dici verbum carnem factum, quòd carnis nomine integer homo pronuntiari ſoleat in ſcripturis. Cùm enim duabus conſtet partibus homo, carne, & anima: nominatur nũc à parte vna, nũc ab alia; nunc ſcilicet anima, nũc caro. Dixit 40. in c. Iſaias: *Videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum eſt.* Vbi dicit Lucas: *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* quæ eſt ſeptuaginta interpretũ lectio in hanc Iſaię prophetiam. Certum eſt autem, nomine carnis ſcribi hominem; cùm non ſoli carni, ſed hominibus ſuum Deus indulſerit ſalutare. E diuerſo homines appellantur animæ à parte altera.

Verbum cur dicatur caro factũ, cùm poſsit verè dici factum homo.

Cyrillus Alexan. in ſcholiis de incarnatio cap. 25.

Homo nominari ſolet caro.

Carnis nomine aliquando intelligitur homo.

Iſai. 40. 5.
Lucæ 3. 6.
Septuag. in Iſai. 40. 5.
Gene. 46. 16.

Homo nominari ſolet nomine anima.

Digitized by Google

Animæ quandoque ſumitur pro homine.

ra, vt legimus Geneſ. 46. *Cunctæ animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex.* Vbi vocabulum, *animæ*, manifeſtè intelligitur homines: ſiquidem animæ ipſę nec de femore egreſſę ſunt hominis, nec habent vxores, neque liberos. Dicens igitur ſcriptor, *Verbum caro factum eſt*, planè dixit; homo factum eſt. Gen 46. 26.

Perſtat nihilominus perplexitas. Nam conceſſo, vt concedimus, carnis nomen hominem totum deſignare: nulla videtur apparere ratio, qua voluerit ſcriptor, nomine potiùs carnis, quàm vti hominis nomine: cùm extremum hoc ſignificantius ſit, vſuque frequentius, ſitque ex ſua conditione ad exprimendum hominem impoſitum. Nec leuis difficultas: ſed quæ præſentem exigat concionem totam. Qui cauſam hanc extricant doctores, in vnum hunc ferè omnes conſpirant intellectum: Chronographi mentem eſſe ponderare eximiam myſterij celſitudinem, ſummam Dei ſapientiam in eo, quòd diſtantiſſima vnierit extrema. Nihil enim miramur magis omnes, quàm quòd vnierit tàm diſpares Deus vno naturas in ſuppoſito, quales ſunt ſuprema Dei, & hominis infima. In quo cùm tantopere reſplendeat diuina virtus, & ſapientia: tunc quidem impenſiùs commendantur hęc, quum diſtantia maior enarratur. Eſt autem carnis vocabulum abiectius nomine creaturæ rationalis, nempe homine: & ideo ad intenſiorem admirationem, vnitam Deo carnem dixit hiſtoricus. Hanc & ego veram, ac propriam puto huius dicendi generis, quo ſcriptor vſus eſt, cauſam. At cùm rei, ſeu dicti cuiuſque plura incitamenta, plures cauſas, fundamenta plura eſſe contingat: duas nunc libet cauſas adijcere: vnam pro myſterij fide, pro ſuauitate alteram, qua facto carne verbo recreamur.

Incarnatio admirabile vnionis opus.

Spectat ergo ad fidei veritatem explicare, integram hominis naturam Deo eſſe diuinitus vnitam, animam, & carnem, quæ eſſentiales ſunt hominis partes. Quod, vt expreſſius innoteſceret, diuinitus conſultum fuit, vt Deus homo factus, tum nuncuparetur nomine hominis tum carnis, tum animæ, ne quis de vtrauis parte vnita verbo dubitaret. Hominem vocauit ſeipſum ipſemet Chriſtus, dicens: *Filius hominis, qui eſt in cœlo*, ſcriptor eſt Ioannes, qui & Verbum carnem factum dicit. De anima eiuſdem Domini ita luculenter loquitur Ioannes ipſe, vt & diuinam naturam eius ſimul oſtendat. Dicit prima in epiſtola verba hæc. *In hoc cognoſcimus charitatem Dei: quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit.* Ecce Chriſti expreſſè nominatur anima: ſimulque diuinitas mirificè indicatur. Is enim, qui dicitur Deus, animam habere dicitur, quo manifeſtè Chriſtus dicitur Deus, ſicut eſt verè. Deus enim ex ſe ipſo animam habet minimè, habet ergo ex aſſumpta humanitate. Qui igitur Deus animam habere dicitur, Chriſtus homo eſt, qui & Deus eſt verus. Præſertim cùm animam pro nobis poſuiſſe perhibeatur, morte ſcilicet: quod Deo abſque aſſumpta humana natura repugnat omnino. Animam enim ponere, fundere vitam eſt, vt B. Chryſoſtomus notauit. Mirè ergo fulcit fidem Ioannes vſus nomine tum carnis, tum ho-

Ioa. 3. 13.

Chriſti diuinitas humana vnita natura ſcribitur verbis manifeſtis.

in Ioan. 3. 16.

Chryſoſt. in Ioh. c. 8

E

que ad omne lactis pingue, dulci admiſtum melli. Quantò magis, ſi videant vos, pij auditores, in medias eorum choreas proſilire, pſallereque cum eis, ac ſaltare? Nullam non lacticinij prodent vobis ſpeciem, adiecto melle, quod eis hodie affatim ſuppeditat; cùm hodierna pluuia, quæ, hyberna quippe, copioſa eſt, tota ſit mellis: ſiquidem *Hodie per vniuerſum mundum melliflui facti ſunt cæli*. Eo vel maximè, quòd & alueariorum cultores ſua inter gregum caulas aluearia, aut certè non longè ab his habentes, Angelici nuntij cenſentur participes: ſiue quòd pastorum nomine deſcribantur & ipſi, ſiue quòd paſtoribus vicini, nuntium hoc ab eis acceperint primi. Vnde ſit mel: certum eſt, magna hodie copia mel affluere, in lætiſſimum prophetiæ Amos complementum: *Ecce dies veniunt, & ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt*. Quapropter, priuſquam paſtorum audiamus reſponſum, matre ego ex Eccleſia ſciſcitabor, quibusnam ſcripturarum verbis canat hac die: *Hodie per vniuerſum mundum melliflui facti ſunt cæli*: Vtique ex verbis his, alibi in ſcriptura repetitis, quibus dicuntur montes ſtillare dulcedinem, infert planè Eccleſia; mel iſtud è cælis euenire. Si videns è montibus imbres fluere puer, diceret, aquas has ab eiſdem montibus oriri, quidnam vos diceretis? Tace, paruule, tace. Nonne vides aquas has, etſi à montibus veniunt, à nubibus altiùs exoriri; naturalem ibi originem habere? Diſtillant hodie montes dulcedinem; ſed eſt cæleſte mel, à cælorum veniens cacuminibus. At numquid in cælis aluearia? Nonne? Sanè, ex quo ſe hominem fieri decreuit. Deus, nullum omiſit dulcedinis genus hominibus in cælo præparare: amœniſſimum florum paradiſum, ex quibus cæleſtes mel elicerent apes: vt hodierna, qua naſcitur, die guttæ iam per montes ad nos confluant ſuauiſſimæ. Guttæ quippe iſtæ, quæ comparatæ cæleſtibus alueariјs ſunt guttæ, adeo copioſæ ſunt, vt montes imbrem ſtillent dulcedinis. Ad montes ergo recipiamus nos; vt tanta fruamur ſuauitate. Quinam ſunt montes hi? Sunt quidem ipſi Eccleſiæ doctores; quos & paſtores diximus gregum. Vtrumque ergo nobis dicent iſti. Quare ad congruam huius, quo alitur paruulus, butyri, & mellis intelligentiam, paſtores adire oportet; quos cæli Angelus, quòd eorum munus ſit, hodierni fecit myſterij certiores.

Amos 9. 13.

Auguſtus Cæſar clauſit Ianum, poſt bellum Actiacum, Antonio, & Cleopatra deuictis: Chriſti nati tempore clauſus Ianus in ſignum pacis ex victoria. Naſcente Domino, mel ſtillarunt cæli. Lac & mel ſtillarunt montes, naſcente in carne Dei filio.

A paſtoribus igitur legitimum mellis cum butyro myſterium requiramus. A paſtoribus, dico, orthodoxæ Eccleſiæ: quibus iſta Deus reuelauit myſteria, vt ipſi cæteris ediſſerant. Omnes in vnam hanc ſententiam confluunt, quòd hac ciborum diſcretione mirabilem infantis noſtri ab incunabulis diſcretionem, prudentiamque vates prænuntiant. Cùm enim recens nati pueruli inter bonum, & malum minimè diſpiciant, atque ideo quamcumque oblatam rem comedere aggrediantur: hic vnus infans ſelectiſſimum ætati ſuæ nutrimentum, quale eſt mel, & lac, reiectis quibuſuis noxijs, diſertus manducauit. Quo myſticè indicauit infans, eſſe quidem ſe ſolertiſſimum bonorum, impiorumque hominum dijudicatorem; vt reſpuat hos, tamquam lethales, illos, tamquam ſalubres, ſibi concorporet vnitos. Litteralis quidem expoſitio, quam poſt Patres accepit Montanus; & ego ſimili-

Paſtores Eccleſiæ requirendi pro legitima ſcripturarum interpretatione.

Arias Montan. in Iſai. c. 7. 10.

Iuſti homines cibus Deo electus.

ter comprobo. Nam iuſti homines cibus Chriſti ſunt: ſicut ipſe innuit diſcipulis, dicens: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis*: erant autem cibus homines multi ex Samaritanis, quos iam iam erat, ad ſe conuertens, adducturus. Ioan. 4.32.

Impij reſpuuntur à Deo, vtpote lethalis cibus.

Quantùm verò impios à cibis explodat ſuis, dixit planè ipſe Epiſcopo Laodiciæ: *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus; incipiam te euomere ex ore meo.* Apoc. 3.16. Perpendite, rogo, quàm venuſtè prophetiæ ſatisfaciat executio. Butyrum prædicitur noſtro ab infante manducandum, in appoſitum reprobationis, electioniſque ſignum, quo ſuſcipiens probos, prauos improbat: & ipſo executionis tempore reprobat tepidos, ac reijcit.

Simile.

Quid propriùs lacte, atque butyro? Sanè frigidum lac, nec vmquam igni coctum, iucundè, ac ſuauiter comeditur; quamquam hauſtum, ſolet eſſe lethiferum; adhibito igne requiſito, diſponitur lac ad quæuis lacticinia, iuxta cuiuſuis conditionem: at ſi ſemiextinctus ſupponatur ignis, tota perditur res; lac confunditur totum; vt nec iam ſit lac, nec butyrum, nec caſeus, ſed latex ad vomitum prouocans. Homines impij Deo (fateor) frigeſcunt, at non ſunt ei inſipidi: quoniam cùm ſint ab eo remotiſſimi, numquam admouentur ori eius: atque adeo non exeunt ab ore, quod non ingrediuntur. Probi, ac frugi quique Deo iucundi ſunt, atque gratiſſimi: ideoque numquam reſpuuntur ab eo. Talis eſto tu, tunc eris ei gratiſſimum edulium. Appoſite Pazius noſter. *Cogita Dominum eſſe conuiuam tuum, cui debes offerre cibos, quibus libenter veſcitur: vt benedicat tibi anima eius. Hi autem cibi non tam ſunt conſiderationes intellectus, quàm voluntarij affectus. Vnde in prouerbijs dicit: præbe, fili, cor tuum mihi: & oculi tui vias meas cuſtodiant. Quare primo loco cor petit: & poſtea oculorum functionem depoſcit: cùm mentis oculi greſſus cordis natura præcedant.*

Iaco. Alu. de Paz de perf. tom. operum 2. l. 3. par. 5 ſect. 1. c. 5.

Tepidos ergo, eo quòd nullis ſint lethalibus vitijs ab eo diſiuncti, incipit tangere ore ſuo, ſed ori admotos reſpuere incipit, vtpote eos, quos lentitudine, ac deſidia diſponi ad peccandum incipientes agnouit. Dolendum eſt, valdeque deflendum: ſi tam eximia, quæ Deus naſcens homo affert nobis, dona, arctam præſertim noſtri ſecum vnionem, ſtulti amittamus, vel ob aliquod Deo ipſi repugnans flagitium, vel ob ignauiam, ac ſocordiam, qua tam præcelſæ maieſtati pigri ſeruimus, ac remiſſi.

Impij homines eò quòd Deo diſplicentes ſint, cunctis conſequenter faſtidioſi ſunt Angelis, & hominibus.

Hoc ego vnum cunctis indubium eſſe, impensè optarem: homines, qui aut frigidi, aut inſulſi ſunt Deo: eos quidem & Angelis, & hominibus crudos, inconditos, inſulſos, ac faſtidioſos vniuerſis. Putant perperam multi, multos, qui Deo ſunt tædio, inſuaues, ingrati, ac importuni, eos quidem aliter apud homines eſſe dulces, lepidos, acceptos, magnæ oblectationi, ac voluptati.

Voluptas turpis viri & fœminæ facit eos ſibi mutuò abominabiles.

Vident hi, qui ita iudicant, viros paſſim, ac fœminas mutuò ſibi impuris eſſe delicijs, inuicem acceptiſſimos, vt nihil, niſi fœminam illam, placidum ſibi ſentiat amaſius: nihil illa iucundum, præter virum illum: & tamen Deo ſunt horrori vtrique, atque faſtidio, ea ipſa ratione, qua ſibi ſunt tantopere grati: cùm turpis voluptas illos à Deo faciat auerſos. Sed enim & his ipſis dilectis, ac dilectoribus faſtidioſi ſunt, ac inſuaues: quamtumuis primo

Digitized by Google

aſpectu aliter indiſcretis videatur. Quidquid enim corruptum eſt, nemini eſſe poteſt ſapidum, nemini dulce, atque iucundum: eſt autem corruptus in ſe ipſo quiſquis Deo diſplicens, quiſquis eius palato non probatus. Pſaltem intento animo auſcultemus: *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Simul ac ſtultus, quiuis, nimirum peccans, dixit, *Non eſt Deus*, peccatum aliquod admittens; penitus corrumpitur, putrida vt caro: eſtque conſequenter, vtpote caro putris, cunctis abominabilis. Etenim ſtulti nomine peccantem quemque nominare, ſapientes quique concordes conſueuerunt, adhuc ethnici; vt primus eorum Socrates; cuius ſententia habetur diſticho illo:

Pſal. 13. 1. — *Impij homines corrupti ſunt, ac putres, atque adeo abominabiles omnibus.* — *Impij omnes inſipiẽtes ſunt.* — Socrates. — *Sapiens eſt ſolus ille, qui peccatum fugit.*

Solus (ait) bonus eſt, cuius ſapientia fulget:
Solum ignorantem credidit eſſe malum.

Aug. trac. 34 in Ioãnem.

Nedum Chriſtiani ſapientes, vt Auguſtinus, cuius axioma eſt: *impij habent oculos in ſola carne.* Quantò magis diuinæ ſcripturæ? Multi exprimunt textus: ex quibus ille, *Sapiens cor, & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis.* Hic planè docet Eccleſiaſticus, ſapientem quemque à peccato diſcedere. Sed valde penſandum nomen illud, *cor intelligibile*: eo enim graphicè indicat cauſam, qua peccans quiſque ſtultus eſt. Nimirum peccans homo à nemine eſt intelligibilis, quemnam in finem tendat prauo illo opere, ſeu actu. Finis quippe rerum Deus eſt vnicus: atque adeo quicumque actus in Deum non tendit, nullum tendit in finem: quæ extrema hominis ſtultitia eſt. Appoſitè Salomon in prouerbio: *Oculi ſtultorum in finibus terræ.* Quod duobus modis poteſt intelligi, vel quia non aſpiciunt ad propoſitum, vel certè (quod elegantius intelligitur) quia intenti ſunt terreſtribus finibus, terreſtribus ſcopis, quod ſumma abſque dubio dementia eſt, cùm nullus ſit præter Deum finis, reliqui à ſtultis conſtituti. Vnde ſequitur: *Sapiens abſtinebit ſe à peccato: & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit.* A contrario nullum ſucceſſum habebit homo iniuſtis in operibus, quantumcumque videatur acceptus multis, amatus, iucundus, expetibilis. Cùm igitur Pſaltes ait, *Dixit inſipiens*, id eſt peccans homo, *non eſt Deus*, peccantem vocat inſipientem, qui operibus dicit, non eſſe Deum, quatenus in Deum actus ſuos, tamquam vltimum in finem dirigere non curat. Vnde ſequitur, *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* Suis, ecce, in ſtudijs ait. Non ſolùm quoad Deum, quoad Dei amatores, quoad diuina quæque, ac ſpiritalia, ſunt abominandi, quia corrupti, ſed in ipſis etiam ſtudijs ſuis, humanis, delicioſis, vrbanis, plenis ſuadela, gratia, ſalibus, illecebris. Quod enim corruptum eſt, cunctis eſt abominabile, nõ varium, ita vt corruptum huic, alij ſit incorruptũ. Sunt cibi nonnulli, quin & multi cibi, qui cùm guſtui huic nimis ſint horridi, alijs ſunt acceptiſſimi, ac ſuaues, ſolus cibus corruptus cunctis abſque diſcrimine eſt abominabilis, cùm corruptus ſit cunctis, qui in ſe corruptus eſt. *Corrupti ſunt, & abominabiles.* Prima quidem ſpecie ſentiuntur amœni, mox, minima mora, deteſtandi. Explicat ſequens verſus, *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Eſt proprium hoc aſpidis

Eccl. 3 32. — *Peccans nullum dirigit in finem actus, quibus peccat.* — *Deus finis eſt rerum omnium, & operum.* — Prou. 17. 24. — *Impius nullo verè proſperabitur euentu.* — Pſal. 13. 3.

Digitized by Google

Aſpidis venenum, ſub iucundis abſconditũ labijs.

aſpidis veneno, vt cùm ſub labijs lateat, labia dulcia ſint, protinus, dum ſuauitas adhuc ſentitur labiorum, erumpat peſtiferum virus. Subindicauit dicens Moſes: *De vinea Sodomorum vinea eorum. Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi. Fel draconum vinum eorum: & venenum aſpidum inſanabile.* Delicatiſſimus impiorum cibus, & potus, qualis eſt vua, & vinum, & hæc quidem Sodomorum, multa nempe libidinis voluptate permiſta, vua quidem eſt fellis, & draconum fel vinum eſt horum: nec draconum ſolummodo, ſed & aſpidum virus: quod eſt omnino immedicabile. Nam profectò in medijs Sodomorũ delicijs ſulphureus oblectamenta omnia deuorauit ignis. Clariùs Sophar ad Iob: *Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram: quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocri æ* (id eſt impij) *ad inſtar puncti. Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abſcondet illud ſub lingua ſua. Caput aſpidum ſuget: & occidet eum lingua viperæ.* Ecce impij duo mutua ſe amantes voluptate. Defert alter alteri abſconſum ſub lingua dulce malum: ſugenſque ipſe alterius ſuauitatem, ſugit quidem aſpidis caput: quod cùm citiſſimi ſaporis ſit, eſt latente plenum aconito, quod ſub lingua eſt, qua ſubitò morſus cadit mortuus. Pandunt effectus multi crebris veritatem hanc experimentis: quandoquidem neuter ex his, qui Deo ingrati ſunt, permanet diu gratus alteri: ſed quum ardentiùs mutua feruet voluptas, tunc in amarum fel, in virus, in odium conuertitur tota. Nam, vt Nicander, & Buſtamantius ſcribunt, aſpidis oua aſpide ipſa noxiora ſunt. Ex quo fit, vt quiſquis ad ſugendum dulce caput aſpidis accedit: calcans oua, incluſos eis catulos educat: à quibus incautus ſubitò interimitur. Quod non obſcurè innuit Iſaias, dicens: *Oua aſpidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum.* Itaque ſi nondum confota ſint oua, nec animati conſequenter pulli: occidunt oua manducantes: ſi confota ſint, occidunt pulli. Mors igitur eſt modo vtrouis aſpidis effectus. *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt.* Solus hic ſentitur fructus peccati: ſolum hunc præbet amatori ſuo fructum peccati, qui ob impiam amatur ſuauitatem. Qui ſibi ipſi inſulſus eſt, acer, & horribilis: quomodo alij cuipiam placidus erit, ac iucundus? At quomodo ſibi placidus, qui diſplicens Deo, approbatori, reprobatorique vnico? Egregiùs dicet Auguſtinus: *Peccatoribus non eſt locus in his, quæ foris ſunt: quia ibi patiuntur tribulationes, vbi conſcientia illos non conſolatur. Non eſt bene illis ſecum; quia benè eſſe cum malo non poteſt. Quiſquis autem malus eſt: male ſecum eſt. Torqueatur neceſſe eſt, ſibi ſe ipſo tormento.* quàm alius Deo cibus homo iuſtus, pius, integerrimus? *Mel, & lac ſub lingua tua:* ait Dominus ipſe dilectiſſimę ſponſæ, ſibi placidæ, gratæ, & applauſibili. Fœlix anima. Extremum animaduertite diſcrimen: *Venenum aſpidum ſub labijs impiorum: mel, & lac ſub lingua ſponſæ.* quis non fugiet peccata: quibus diuino eſt reprobus palato? Quis non properet ad Deum: qui adhærentem ei animam adeo dulcem ſentit, adeo gratam, vt palam vocans ſponſam, accinat, *Mel, & lac ſub lingua tua.*

Voluptatum conditio, venenum ſub dulcedine latens.

Gaudia impiorum ad punctũ.

Deliciæ lethales.

Voluptas quomodo mortifera.

Aſpides oua ſubitò rupta occidunt eos, qui ad captandam aſpidis voluptatem, accidunt.

Impij, cùm diſplicentes ſint Deo, ſibi etiam ſunt, & omnibus alijs diſplicentes. Impiorum, iuſtorumq; diſcrimen, quoad iucũditatem, qua grati ſunt hi, faſtidio ſi illi.

Deut. 32. 32.

Iob 20. 4.

Nicãder, Buſtamãt. l. 3 cap. 14.

Iſai. 59. 5.

Rom. 6. 21.

Auguſt. ad Pſal. 36. in id. Quoniam peccatores.

Cant. 4. 11.

Digitized by Google

Nec ex hoc, quòd puer hic malos reprobare, bonos ſciat eligere, exiſtimandus eſt minùs vtilis nobis, minùs opportunus, neceſſarius, ſalutifer, glorioſus. Quoniam ideo in humana nobis naſcitur carne, vt non ſolùm approbet, quos inuenerit probos, ſed etiam, vt à prauitate

Luc.19.10 conuertat iniquos. *Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat*: atque ad perficiendos, quos inuenerit pios: ad demulcendos conſummatos. Dona hæc, & ſimilia naſcentis Dei plurima propoſito hoc Iſaiæ vaticinio commendantur, dum dicitur, *Butyrum, & mel comedet.*

Chriſtus venit approbare probos: improbos à prauitate conuertere.

Quorum expenſioni meum ego de prophetia hac interſeram arbitratum; non à conſtituta Patrum expoſitione diuerſum, ſed aliud aliquid abſque illius innouatione commendans. Hoc eſt: cùm ſacratiſſimus Dei in carne aduentus ſupremum ſit hominibus bonum, gloria Dei ſuprema; incepit ille ab ineunte mundo alias huius promiſſiones indicere, quas ſemper currentibus ſæculis adauxit. Dedit itaque (vt antiquiora prætermittam) domui Iacob, populo ſuo, lætiſſimam collocandi eos vberrima in terra pollicitationem, qua auo eorum A-

Gen.12.2 brahamo magnam terræ illius eminentiam, & obſeruandos in ea ritus, ſigna ac ſacrificia, quæ venturi in carne Dei congruæ eſſent figuræ, patefecit. Poſtea viuentibus in promiſſa illa terra, ſub promiſſa lege filijs Iacob, ipſius Abrahæ nepotibus, ritusque illos, ac ſacrificia conſeruantibus, perſpicuas iam de ipſomet venturo Meſſia, Dei vnico filio, addidit promiſſiones. Ex ſignis autem, quibus dedit vtraſque, duo hæc aut potiſſima, aut ferè fuerunt capitalia; pro quouis duorum temporum vnum. Primum fuit illud, quod dedit Moyſi in Horeb,

Exod 3 7 dicens: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto: & ſciens dolorem eius, deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum: & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam; in terram, quæ fluit lacte, & melle.*

Chriſti aduentus à mundi initio in dies clariori forma præuntiatus.

Status ſæculi noſtri præ omnibus alijs felicisſimus.

Lex Chriſti excellentiſſima præ alijs quibuſlibet.

Eccleſiæ Chriſti ſtatus longè nimis præſtat Iſraëlitico.

Num 13; 28.14 8. Eccl 6 10 Ier 32 2 Baruch 1 20. Quæ promiſſio ter ſupra decies repetita fuit Moyſi, Ioſueto, & proceribus alijs; ſæpeque memoratur adimpleta, confitentibus eiſdem Iſraëlitis poſſeſſoribus. Habita iam pacifica terræ poſſeſſione, vigenteque legis, ac ſacrificiorum, rituumque obſeruantia, reſonuit ſigni ſecundi vaticinium hoc, quod nunc proſequimur; *Butyrum, & mel comedet.* Fiat (quæſo) nunc vtriuſque ſigni, vtriuſque collatio prophetiæ: videbitis planè, noſtrum hoc, quod à nato Chriſto ſæculum eluceſcit, tantùm præſtare cunctis retro ſæculis, ac ætatibus, quantùm lacti butyrum. Intelligent hoc facilè auditores, ſi conſtituamus tamquam certum, vtramque Dei promiſſionem myſticè accipiendam, de myſtico nempe lacte, & melle, myſticoque butyro: tametſi extrema hæc potuerit, vt ſonat, adimpleri. Eſt euidens hoc, quoad antiquam illam de lacte, ac melle fluituro. Nunquam ſiquidem illa promiſſionis terra lacte, & melle fluxiſſe ſcribitur: ſed eſt dicendi phraſis, vberrimam terræ fertilitatem ſignificans. Quod manifeſtè liquet ex ipſiſmet Iſraëlitarum verbis expreſſis, qui à Moyſe ad explorandam

Num.13. 24. terram miſſi, indeque reuerſi protulerunt. *Pergenteſque vſque ad torrentem botri, abſciderunt palmitem cum vua ſua: quem portauerunt in*

Lacte, & melle fluens terra myſticè intelligenda.

Vbertas terræ ſignificatur lactis, melliſque affluentia. Allegoria.

vecte duo viri. De malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt. Reuerſique exploratores, venerunt ad Moyſem, & Aaron, & ad omnem cœtum filiorum Iſraël, locutique eis, & omni multitudini, oſtenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes: Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ re vera fluit lacte, & melle; vt ex his fructibus cognoſci poteſt. Dicite, amici exploratores; quiſnam mel, & lac cognoſcet ex vuis, aut granatis? Quis cognoſcet ex ficis? Numquid ex vuis lac? Num ex granatis, aut ficis elicietur? Ecce, auditores, dictum hoc, quo lacte, ac melle fluere dicitur terra, non ſolum in ſpecie ſignificat lac; non mel ſolum in ſpecie; ſed vbertimam fructuum vniuerſorum copiam, & præſtantiam. Quo etiam facilè intelligitur promiſſa illa fructuum abundantia, atque pinguedo, ſpiritalium fructuum fuiſſe pinguedo, & abundantia; qua populus ille ſpiritu erat ſaginandus. Qua dum enucleator ſpiritalium rerum Dauid affatim frueretur, gratias largitori Deo referens, dixit, *Lauda Ieruſalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion. Qui poſuit fines tuos pacem; & adipe frumenti ſatiat te. Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Videtis verbis his, hunc tritici adipem, pro quo Rex agit gratias Deo, non tam naturalem ipſum adipem tritici, quàm ſpiritalem deſignari pinguedinem: quamuis illa potuerit ſimul deſignari. Verba enim ſequentia ſpiritalem manifeſtè explicant, nimirum: *Annuntiat verbum ſuum Iacob: iuſtitias, & iudicia ſua Iſrael.* Nec pro naturali diceret Rex ille: *non fecit taliter omni nationi*: cùm regiones aliæ opimioribus fruerentur edulijs. Quod cùm in vaticinio illo ita ſe habuerit: conſequens eſt, vt extremo iſto mel ſpiritale, ſpiritale deſignetur butyrum. In hoc enim eximia ſæculi noſtri præſtantia indicabatur. Etenim lac tribus conſtat quaſi partibus: ſero, butyro, & fæcibus: duplici fauus parte, melle, & cera. In illo igitur Iſraëlitico populo abundabat lac, & mel abundabat, ſed nondum ſelectiſſima cibaria: imo lac cum fæcibus, ac ſero. Erant namque in regione illa, ſeu illa lege, fæces multæ: ipſa nimirum carnalis circumciſio, naturalia animantia, hœdus, agnus, vitulus oblata ſacrificio, quæ conditione ſua fæces ſunt in comparatione ad ſpiritalia. Serum erat ipſamet legis executio: quæ ægrotantibus crimine applicabatur animis, ſicut ſerum propinatur ægrotis nimio vſtis calore. Sed erat butyrum myſtica legis, ac ſacramenti, ſacrificiorumque ſignificatio, qua omnibus illis indicabatur, prædicabatur promittebatur naſciturus ex populo illo diuinus mundi ſaluator, magnificator, ſublimator. Similiter ipſamet lex, & cæremoniæ craſſa faui erant cera: mel erat ſpes venturi Meſſiæ, illis incluſa ritibus, inſtar mellis in cera. Naſcens nobis Dei filius purum ex lacte bibit butyrum: purum præſtitit nobis, ſanis, ac infirmis vtiliſſimum. Quantum vtriuſque ſæculi diſcrimen! Scriptum eſt enim ad Romanos: *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum*: ſed ad Hebræos item ſcribitur: *Nihil enim ad perfectum adduxit lex.* Conſequenter ad Galat. *Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt.*

Lactis partes tres quid myſticè in veteri lege.
Simile.
Sacrificia veteris legis fæcibus miſta.
Sacrificia veteris legis pro ægrotis curandis.
Butyrum lactis in lege veteri ſignificatio erat venturi Chriſti.
Simile.
Legis nouæ, & veteris diſcrimen.
Sacrificia veteris, ac nouæ legis quàm diuerſa.

Pſal. 147. 1.
Rom. 7. 12.
Heb. 7. 19.
Gal. 3. 19.

Digitized by Google

Iam naturalem ipſam ſacrificiorum illorum conditionem proprias
fuiſſe ſtatus illius fæces, non ſola indicat carnalis ipſa illorum condi-
tio:ſed & Apoſtolus, dum ait: *Reprobatio quidem fit præcedentis man-*
Heb.7.18 *dati,propter infirmitatem eius, & inutilitatem.* Butyrum autem myſti-
cam ſignificationem fuiſſe Meſſiæ, cùm ex multis ſcripturæ verbis
poſſit educi,non ab alio, quàm ab eodem petam Apoſtolo, qui & ſeri
nobis,& fæcis oſtendit conditionem. Eſt textus eius ad Roma. *Finis*
Rom.10 4 *enim legis Chriſtus.* Quod latiùs B. Hieron. latiùs & Anſelmus. Qui-
Hier l.1. bus, & aliis multis ſcripturæ verbis liquet. eam ſalutem, qua per cir-
in epiſt.ad cumciſionem, aliaque ſacrificia ſanabantur tunc homines, non qui-
Galat. dem propria eorum virtute: ſed ſignificationis venturi Chriſti, fidei-
Anſel in que, qua ex illa Abrahæ progenie ſperabatur naſciturus, datam illis
c.4. epiſt. fuiſſe. Vnde nec ſacrificia ipſa conferebant ſalutem,ſicut nec circum-
ad Rom. ciſio: ſed infundebat eam Deus ipſe homini ſacrificijs illis ritè, & re-
Con Flor. ctè incumbenti. Indicant concilia Florentiæ,& Tridentinum, latiuſ-
in decreto que proſequuntur ſcholaſtici doctores. *Comedit igitur infans noſter*
Eugen 4. *butyrum*, omiſſo ſero, fæcibus reprobatis: quatenus *reprobatio fit præ-*
Con Tri. *cedentis mandati*: quoniam venit *reprobare malum, & eligere bonum.*
ſeſ 7 can. 6.7.& 8 Similiter comedit mel, relicta cera. Pro cuius eſu ſciuit infans hic,
ſeſſ 6.c 7. quod multi ex ſenibus ignorant. Alioqui, probent ſe ipſos auditores,
ſi norunt hoc, quod ſcribit in propoſitum Dioſcorides. *Si quis come-*
Dioſcor. *dens lac, manducet ſimul, aut poſtmodum ceræ particulam non maiorem*
l. 2 c.75. *decem millij granis, liquidum perſiſtet lac: nec fiet ex eo coagulatio.* Qui
de cera. non habuerit Dioſcoridis ſcripta:leget apud Plinium lib. 22. c. 24. ſi-
Plin l.22 cut igitur infans elegit,reiectis fæcibus,butyrum: ita elegit mel, reie-
c.24 cta faui cera: quæ cùm lactis coagulationem impediat, butyrum fieri
non ſinit. Mel autem lacti tam amicū eſt, quàm aduerſa cera: cùm ſit
& dulcis,& ſalubris mellis, & butyri commiſtio.

Prodit nobis ex his propoſitis à principio gaudij fundamentum,
ob ampliſſimam ſtatus noſtri excellentiam, natam nobis cum ipſo
Deo in carne nato. Ante huius enim natiuitatem homines veſceban-
tur oleribus, multi etiam paleis: lacte, & melle perquam pauci, rari
puriſſimo butyro. Hoc eſt, futuri ſeruatoris cognitio apud pauciſſi-
Epip init. mos extra Iſraeliticam vigebat coloniam: apud eam confuſa: diſtin-
Panarij cta apud raros. Sicut enim qui purum ex lacte ſciant elicere butyrum,
Orig. tra. 22 in Mat. reperiuntur ex millibus duo: ſic temporibus illis rariſſimi Patres, ſe-
Hieron in lectiſſimi, notiſſimi, puram, perſpicuam, integram naſcituri Meſ-
Matt.2. ſiæ habebant cognitionem: vt dixit Beatus Epiphanius, Origen.
Theol 1. Hieronymus, & Theologi; Pineda item noſter incipiens ab Adamo:
p.q.94.& quod & indicat ſcriptura apud Matthæum. At naſcens nobis in-
in 22 q 2 fans diuinus, non ſolùm ſibi ex lacte ſcit elicere butyrum, mel ex
Pineda de rebus Sal faui caueruis: ſed nobis etiam, populo ſuo; vt & nos cum eo bo-
l 3 c 26. num eligere, malum ſcientes reprobare, tanta oblectemur præſtantia
§ 3. nu 8. eduliorum. *Audite, audientes me, & comedite bonum: & delectabitur*
Matth.22 *in craſſitudine anima veſtra.* Quibus verbis loquitur propheta de bonis
14. Iſai 55 2 à naſcituro in carne Deo præſtandis: vt explicuit in actibus Paulus.
Act.13 34 Tunc (ait) delectabitur craſſitudine animus: dulci butyri craſſitudine.

Digitized by Google

quod magna nobis copia afferens paruulus noſter, libauit ipſe prior, docens nos, illud manducare, vt reiectis noxijs, bonum eligere ſciamus. Eſtque notanda dictio illa *bonum*: qua nullum ſpeciale bonum nominat Vates; ſed ſimpliciter bonum: quoniam reuera omne nobis bonum affert infans hic naſcens propter homines homo. Verè delectat animas opima bonorum omnium pinguedine, medulla, craſſitudine. Quot hodie videmus viros, quot fœminas, nulli præterea exercitationi incumbentes, quàm ſuauiſſimo huic oblectamento, quo deliniuntur contemplantes Deum tum hominem factum; tum ſua in diuinitate, ac maieſtate, cuius cognitioni mirum cōmodum præſtat ipſa Dei in carne natiuitas, vt animus pinguedine incraſſetur; etiam quum ſola conſideratur diuinitas, abſque contemplatione humanitatis. Hoc enim donum præſtitit nobis maximum naſcens homo Deus, vt Deum ipſum altiori notitia cognoſcamus; vberiori animæ pinguedine, ac ſucco meditemur. Nihil boni eſt, nec eſſe poteſt, quod naſcens in carne ſimilis nobis Deus, non præſtiterit nobis affatim, magnificè, affluenter. Sic magnus ille paſtor Ambroſius prædicat, dicens verba hæc, tanto digna paſtore; *Ille igitur paruulus, ille infantulus fuit, vt tu vir poſſis eſſe perfectus: Ille inuolutus in pannis, vt mortis laqueis abſolutus ſis. Ille in præſepibus, vt tu in altaribus: Ille in terris, vt tu in cælis. Ille alium locum in eo diuerſorio non habebat: vt tu plures haberes in cæleſtibus manſiones. Qui cùm diues* (inquit) *eſſet; propter vos pauper factus eſt; vt illius inopia ditaremini. Meum ergo paupertas illius patrimonium eſt, & infirmitas Domini mea virtus eſt. Maluit ſibi egere: vt omnibus abundarem. Me illius infantiæ vagientis abluunt fletus: mea lacrymæ illa delicta lauerunt.* Cunctis ergo nos impinguat bonis diuinus hic infans nobis natus, nobis datus. Et inter illa, duobus his, quę propoſuimus; quòd ſcilicet non ſolum approbet, reprobatis impijs, iuſtos omnes: ſed prę ſtet etiam prauis pingues ad reſipiſcendum vires; iamque in gratia conſtitutos mira impinguet craſſitudine.

Christus naſcens attulit nobis bonum.

Christi ſeculo contemplationi diuinorum incumbunt ſinguler multi.

Ambr li. 2 in Lucā 2.

2. Cor. 8. 9

Quę, vt dilucidiùs agnoſcantur, impenſiuſque æſtimentur, volo, auditores ſcire, ſpiritali hac, qua puer nos imbuit, craſſitudine duo ſimul includi; intimam animi delectationem, & integræ ſummam probitatis. Conſtat ex Eccleſiaſtici verbis iuncta pinguedini delectationis magnitudo; *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virū ſuum: & oſſa illius impinguabit*, ſed comes delectamenti probitas latiùs enucleatur ab Arboreo dicente, pinguedine hac ſignificari, eū hominé, qui Deū timuerit, & à peccatis abhorruerit, paulatim de virtute ad virtutem adoleſcere, & euadere in virum conſummatū. Meritò: nam quiſquis vitiorum compungitur ſpinis: is minimè poteſt leni butyri adipe, dulci mellis ſapore ſuaueſieri. Quin nec qui tepido eſt charitatis calore: cùm ad butyri digeſtionem deſideretur intenſus. Ideo ante natum mundo Saluatorem lacte vtebantur homines, non niſi paucíſſimi, butyro. Erant illi, etiam Iſraelitæ, tunc paruuli, vt qui ſub pædagogo, nempe lege, vt dixit Apoſtolus: *Lex pædagogus fuit*: ideo addit: *Quanto tempore hæres paruulus eſt: ſub tutoribus,*

Timore Dei præditus homo dicitur ſpiritali referens craſſitudine.

Spiritalis pinguedo timorem Domini includit.

Eccli 26. 16.

Arboreus in prouerbi. cap 3. verſ. 8.

Galat. 3. 24

Galat. 4. 1.

Digitized by Google

eſt vſque ad præfinitum tempus à Patre. Quod graphicè dixit ipſemet Dei filius diſcipulis ſuis, vtens portandi verbo, ad oſtendendum, neminem, niſi multo refertum ſpiritu, ſufficienti vigere calore, vt portet mentis ventre craſſam hanc ſpiritus pinguedinem. *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo: cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Adhuc poſtquam ſpiritali doctrinæ meæ butyro ac melle cibati eſtis, nondum eſt in mentium veſtrarum vteris tantus ſpiritus calor, quo perfectam ſpiritus craſſitudinem digerere valeatis, donec veniat increatus ſpiritus, quem ego poſtmodum emittam in conſummationem virtutis, quam mentibus ego veſtris ingeſſi. Prędicti illi Iſraelitarum exploratores, cùm opimos ex promiſſa terra adduxerunt fructus, atque dixerunt: *Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle; vt ex his fructibus cognoſci poteſt:* addiderunt verba hæc: *Sed cultores fortiſſimos habet, & vrbes grandes, atque munitas.* quo audito, magnum populi fuit exortum murmur conclamantium: *Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt.* Senſerunt ſe quidem homines illi ad talem lactis, & mellis eſum imbecillos, ſi tam robuſtos exigeret animos, qui grandes difficultates peruincerent: *Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa.* Sanè diuinum ſtatus noſtri butyrum cum melle homines tantò præ hominibus illis exegit fortiores, tantò ardentiores animo Chriſticolas, quantò butyri digeſtio intenſiorē, quàm digeſtio lactis, deſiderat ſtomachi calorem. Sed Chriſti donum eſt, vt naſcens nobis, melque dulce manducans cum butyro, ipſius nos faciat butyri participes, & mellis: ſimulque intenſum internis mentium noſtrarũ ventribus calorē infundat charitatis. Nemo igitur ploret, ſicut fleuerunt homines illi, vidēs ab infante hoc reprobari malos, ſicut pij placidè eliguntur, manducarique ab eo ad electionem hanc cum melle butyrum, quandoquidē ipſemet, qui dat butyrum melli miſtũ, dat feruentem quoq; charitatis calorem cunctis ab eo humiliter petentibus. Nemo igitur defleat: ſed omnes cum paſtoribus, quibus datur hoc ſignum, collætemur. Tranſeamus omnes cum paſtoribus his vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod Dominus oſtendit nobis. Solo cuius aſpectu ſuauiſſimo delectabitur in craſſitudine anima noſtra. Faciet paſtores iſti participes nos eius, qua fruuntur ipſi craſſitudine; exultabimus valdè in eorum tugurijs, melle recreati atque butyro: ſed multò intenſiùs multoque alacrius delectabimur craſſitudine butyri, ac mellis illius, quę diuinus ipſe comedit infans, vt eorum participes efficiat. Faciet nos, ſi ad eum acceſſerimus, participes dulciſſimę iucũditatis, ac leporis: participes ſalutis, & virium; participes omnium abſque exceptione bonorum: participes gratię, & gloriæ ſempiternæ.

Ioã 16 12 — *Tepidi homines ſpiritali craſſitudine frui non poſſunt.*

Nu. 13. 29 — *Difficultates plurimæ ſuperandæ ad fruendũ ſpiritus pinguedine.*

Nu 13. 32

Nu 14 1.

IN NATIVITATE DOMINI.

SERMO III.

Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius. Ioã. 1. 14

Chriſti natiuitas feſtum triplex

DIGNVM, & congruum eſt, vt præceſſum hoc Dominici natalis feſtum tribus feſtis diebus celebretur, tribus in primo miſſis die, iuxta tria præclariſſima dona, quæ naſcens in carne Dei filius, largiter præſtitit vniuerſę carni. Tria in re qualibet pro fine quouis adipiſcendo ſunt requiſita: principium, medium, & effectus: quæ fœliciſſimo hoc ſeruatoris natali perfectiſſimè completa reſonant verbis thematis noſtri: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius:* vt ſint tria feſti fundamenta. Finis hominis ſumma eſt beatitudo; & hæc in claro *D*ei gloria immenſa fulgentis, conſiſtit intuitu. *Satiabor, quum apparuerit gloria tua.* Sed quodnam ad tam immenſum finem potuit eſſe principium? Homo caro eſt: *Omnis caro fœnum; & omnis gloria eius, quaſi flos agri.* Quænam conuentio fœni ad Dei gloriam? Quænam gloriæ floris agreſtis ad æternam gloriam conuentio? Quo igitur in principio fundabitur congrua ad tam excelſum finem proportio? Quodnam ad talem finem medium eſſe poteſt idoneum? Fiat Deus caro; ecce ſolidiſſimum principium: habitet in nobis; ecce idoneum medium: inde vtique ſequetur effectus, vt gloriam eius videamus. Etenim qui in gloria Dei ſunt, in Deo habitant ipſo. *Qui portamini à meo vtero,* ait ipſemet Deus: aptiſſimum ergo medium eſt, quo homines habitent in Deo: ſi priùs habitet in hominibus Deus. Igitur firmiſſimum beatitudinis noſtræ fundamentum eſt Verbum caro factum: Ideoque *Verbum caro factum eſt:* quoniam *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus.* Medium eſt perſonalis eiuſdem Chriſti in nobis habitatio; idcirco *Habitauit in nobis.* Poſito enim fundamento hoc iſtoque medio adhibito, optatus inde ſequitur effectus: *& vidimus gloriam eius.* Eſt ecce poſitum principium: effectus inde certus eſt; niſi medium deficiat. Medium eſt prædicta Chriſti in nobis habitatio: iam ille in

Pſal. 16. 15

Iſai. 40. 6.

Incarnatio Verbi medium ad vltimum cõſequendæ gloriæ finẽ.

Iſai. 46. 3.

1. Cor. 3. 11

Digitized by Google

ra, vt legimus Geneſ. 46. *Cuncta animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius, ſexaginta ſex.* Vbi vocabulum, *animæ*, manifeſtè intelligitur homines: ſiquidem animæ ipſę nec de femore egreſſę ſunt hominis, nec habent vxores, neque liberos. Dicens igitur ſcriptor, *Verbum caro factum eſt*, planè dixit; homo factum eſt. Gen 46. 26.

Anima quandoque ſumitur pro homine.

Perſtat nihilominus perplexitas. Nam conceſſo, vt concedimus, carnis nomen hominem totum deſignare: nulla videtur apparere ratio, qua voluerit ſcriptor, nomine potiùs carnis, quàm vti hominis nomine: cùm extremum hoc ſignificantius ſit, vſuque frequentius, ſitque ex ſua conditione ad exprimendum hominem impoſitum. Nec leuis difficultas: ſed quæ præſentem exigat concionem totam. Qui cauſam hanc extricant doctores, in vnum hunc ferè omnes conſpirant intellectum: Chronographi mentem eſſe ponderare eximiam myſterij celſitudinem; ſummam Dei ſapientiam in eo, quòd diſtantiſſima vnierit extrema. Nihil enim miramur magis omnes, quàm quòd vnierit tam diſpares Deus vno naturas in ſuppoſito, quales ſunt ſuprema Dei, & hominis infima. In quo cùm tantopere reſplendeat diuina virtus, & ſapientia: tunc quidem impenſiùs commendantur hęc, quum diſtantia maior enarratur. Eſt autem carnis vocabulum abiectius nomine creaturæ rationalis, nempe homine: & ideo ad intenſiorem admirationem, vnitam Deo carnem dixit hiſtoricus. Hanc & ego veram, ac propriam puto huius dicendi generis, quo ſcriptor vſus eſt, cauſam. At cùm rei, ſeu dicti cuiuſque plura incitamenta, plures cauſas, fundamenta plura eſſe contingat: duas nunc libet cauſas adijcere: vnam pro myſterij fide, pro ſuauitate alteram, qua facto carne verbo recreamur.

Incarnatio admirabile vnionis opus.

Spectat ergo ad fidei veritatem explicare, integram hominis naturam Deo eſſe diuinitus vnitam, animam, & carnem, quæ eſſentiales ſunt hominis partes. Quod, vt expreſſius innoteſceret, diuinitus conſultum fuit, vt Deus homo factus, tum nuncuparetur nomine hominis, tum carnis, tum animæ, ne quis de vtrauis parte vnita verbo dubitaret. Hominem vocauit ſeipſum ipſemet Chriſtus, dicens: *Filius hominis, qui eſt in cœlo*, ſcriptor eſt Ioannes, qui & Verbum carnem factum dicit. De anima eiuſdem Domini ita luculenter loquitur Ioannes ipſe, vt & diuinam naturam eius ſimul oſtendat. Dicit prima in epiſtola verba hæc. *In hoc cognoſcimus charitatem Dei: quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit.* Ecce Chriſti expreſſè nominatur anima: ſimulque diuinitas mirificè indicatur. Is enim, qui dicitur Deus, animam habere dicitur, quo manifeſtè Chriſtus dicitur Deus, ſicut eſt verè. Deus enim ex ſe ipſo animam habet minimè, habet ergo ex aſſumpta humanitate. Qui igitur Deus animam habere dicitur, Chriſtus homo eſt, qui & Deus eſt verus. Præſertim cùm animam pro nobis poſuiſſe perhibeatur, morte ſcilicet: quod Deo abſque aſſumpta humana natura repugnat omnino. Animam enim ponere, fundere vitam eſt, vt B. Chryſoſtomus notauit. Mirè ergo fulcit fidem Ioannes vſus nomine tum carnis, tum ho-

Ioa. 3. 13.

Chriſti diuinitas humana vnita natura ſcribitur verbis manifeſtis.

in Ioan. 3. 16.

Chryſoſt. in Ioh. c. 8

Digitized by Google

minis: necnon animæ nomine, quum loquitur de Chriſto.

Venio ad cauſam alteram, quæ ad affectum pertinet, poſtquam de fide actum eſt. Oſtendit enim intimum Deus in homines affectũ, & amorem, dum verbum carnem dicit factum. Hac quippe dicendi ratione homines in ore ſuo ſe tandem poſuiſſe indicat Deus, qui eos antea in cunctis ſui partibus collocarat. Nullas (fateor) Deus habet partes: puriſſimus eſt, ac ſimpliciſſimus ſuper Cherubinos, ſuper Seraphin: tamen partes in eo eſſe dicuntur, eo quòd omnibus fungatur officijs, quę partium ſunt propria noſtrarum. Dicitur Deus habere manus, quoniam cuncta operatur: pedes, quia in omni loco reperitur: pennas, propter eius ſubtilitatem: aures quoniam audit; oculos, quoniam videt; os, quia loquitur: vterum, quia generat: & tenerum cor, quia noſtris miſerijs deliniturˀ. Habet igitur homines Deus in manibus ſuis pro magna indulgentia, atque cuſtodia; ſiquidem *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis*. Habet, & geſtat eos in alis; *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans: expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum*. Et in humeris geſtat, vt eſt in textu ipſo: *atque portauit in humeris ſuis*. Quid plura? Vultiſne tenerum magis amoris indicium? Maius foret (diceretis) ſi haberet homines in oculis Deus. Fortè maius. Sed quis hominum habet alium in oculis, quãtumcumque dilectum: filium, patrem, aut parentem? Verumtamen, vt Dei pietatem agnoſcatis, habet ille homines (quod nemo alius facit) in oculis ſuis. *Cuſtodiuit eum, quaſi pupillam oculi ſui*. Plus vltra: ipſemet Deus notante Zacharia, homines ipſos ipſas eſſe ait Dei pupillas; *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*. O ſuauiſſime, O dulciſſime Deus! Quis vnquam putaret, ad extrema hæc amorem tuum peruenturum? Sed peruenit planè; & plus peruenit vltra. In vtero geſtas filios hominum: vtero tuo foues, & cuſtodis. *Audite me, Domus Iacob: qui geſtamini à mea vulua. Ego feci, & ego feram: ego portabo, & ſaluabo*. Heu me, Deus mi! Quàm ſtrictè me obligas, vt pro tua me dilectione diſijciam! Quam longè ſum à tantæ obligationis ſolutione! Quid deerat iã; niſi vt in ore tuo nos haberes? Minùs tener videtur locus hic, ad locandos in eo homines tuos, poſtquã in vulua geſtas eos; poſtquam fies poſtquã portas, poſtquam foues in manibus, in alis, in humeris, in oculis: tamen & in ore habere eos, complacet tibi, ne vllus tui maneat locus, in quo non habeas filios hominum. Habes & in facie; imo intra faciem ipſam tuam. Qui ſe in ea poſitum expertus eſt, nobis planè teſtatur, deuotiſſimus Rex pſaltes; *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum*. O benigne hominum Pater! Et in facie tua ponis homines: quod omnino videtur impoſſibile. Imo intra ipſam faciem tuam: impoſſibile magis: *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ*. Si in faciei tuę abſcondito occulis eos, intra faciem quidem tuam abſcondis, & cuſtodis. Sed quodnam eſt illud faciei tuæ latibulum? Quiſnam locus eſt in facie abſconditus? Imo patens eſt locus, cunctiſque manifeſtus faciei cuiuſuis locus, ac ſitus. Eſt igitur os lati-

Deus collocat homines in cunctis partibus ſuis.

Iuſtus homo in Dei manibus eſt.

Sapi. 3. 1.

Deut. 32. 11.

Deut. 32. 11.

Iuſti homines in Dei oculis locati cuſtodiuntur.

Deut. 32. 10

Zachar. 2. 8

Iſai. 46. 3.

Iuſtos homines geſtat Deus vtero ſuo.

Iuſti homines cuſtodiuntur à Deo in tuto faciei ſuæ latibulo.

Pſal. 30. 21

bulum iſtud faciei tuæ. Nihil etenim poteſt in faciei abſcondito conſtitui, niſi in ore ponatur, quod vnicum eſt faciei latibulum. Accedit contextus dicti huius; *Quàm magna multitudo dulcedinis tua, Domine: quam abſcondiſti timentibus te! Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ.* Sanè, cùm ad fruendum abſcondita Dei dulcitate, abſcõdantur homines in faciei abſcondito diuinæ: in ore Dei abſcondi videntur, qui proprius eſt dulcedinis locus, ac leporis. Verumtamen, quoniam verbis his non expreſſa ſit mentio oris Domini: placuit ipſi altiore arte locare homines in ore ſuo. Legitimus enim Dauidicæ huius ſententiæ intellectus ad defenſionem ſpectat iuſtorũ qua ab incurſoribus tutatur amicos. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ a conturbatione hominum*; id eſt, ex ibis eorum defenſor, interponens faciem tuam inter dilectos tuos, & eorum aduerſarios, ita vt facie tua terreas hoſtes, ne irruere valeant in amicos tuos: id, quod Hiſpani dicimus, *Hazer noſtro*; nimirum, *Hareis ſenor roſtro a los aggreſſores de vueſtros amigos, defendiendolos de ellos con ſolo mirar los.* Altiorem igitur excogitauit immenſa bonitas modum, quo Adæ filios in ore ſuo collocaret: faciens nimirum, vt verbum ſuum fieret caro. Qua enim alia arte poſſet humana caro eſſe in Dei ore, quod occupat verbum: niſi verbum ipſum caro fieret ipſa?

Psal. 30. 20.

Ars hæc vt egregiùs eluceſcat, conſiderandum eſt, diuinum Dei os verbo ſuo diuino penitus impleri: atque adeo nihil præter verbum ipſum immenſo ore eius capi poſſe. Scimus, Dei verbum ore eius iugiter pronuntiari: eſt enim propria verbi conditio, ore vt pronuncietur. Id, de quo verbum ipſum gloriatur, dicens: *Ego ex ore altiſſimi prodiui.* Implet autem os Dei verbum hoc, eo quòd *Deus erat Verbum*, & eſt ſemper? ac conſequenter verbum eſt infinitum: cùm ſit infinitum id, quod eſt Deus. Quod ſi verbum infinitum eſt, omnia conſequenter implet, quæ eſt propria infiniti conditio. Quæ res, ſi ab origine penſetur, luculentiùs innoteſcet. Vnuſquiſque loquitur de re illa, quam intimè agnoſcens, ſummè æſtimat, tantoque eſt crebrior locutio, quanto altior æſtimatio. Deus, cum immenſus ſit, poſitus coram ſuæ oculis mentis, replet omnem cognitionem; totam videlicet cognoſcendi, ac ſciendi facultatem. Quod ſi agnoſcit, & callet res in ſe ipſis vniuerſas, non ſolas, quæ ſunt, ſed eas etiam, quæ eſſe poſſunt: videt profectò, & callet in ſe ipſo, quandoquidem in Deo ipſo ſunt omnia eminentiori quodam modo, quã in ſemetipſis: cùm Dei natura ſimplex omnino ſit, vt præfiniuimus. Sic docuerunt B. Dionyſ. Grego. Nyſ. Aug. Anſel. & Theologi: eſtque expreſſus ad Romanos textus: *in ipſo ſunt omnia.* Si ergo Deus obiectus menti ſuæ, replet eam totam, verbum quidem eius, quod de ſe ipſo loquitur, conſequenter replet os eius totum. Eſt porrò tantus amor eius in homines, vt placeat Deo ipſi, habere eos ſemper in ore ſuo. Amoris quippe propria conditio eſt, vt is, qui verè amat, nunquam non habeat in ore ſuo dilectam rem, ſiue perſonam. Sic Plautus: *quaſi columba pulli, in ore ambæ meo vſque eratis: meo de ſtudio ſtudia erant veſtra.* Et quoniam intimus erat erga Iudith, liberatricẽ,

Eccli. 24. 5.
Ioan. 1. 1.
Dion. de diuinis nominib. c. 5. Greg. Nyſſen. oratione, quæ habetur inter tranſlatas à Franciſ. Zino.
Aug. lib. 1 in Ioan. cap 5.
Anſel. in monolo. ca. 33 & 34.
Rom. 11. 36.
Plaut Aſi. actu. 5. verſu. 57.

Deus cognoſcit omnia in ſeipſo

Deus in ſe continet res omnes.

Amatores loquuntur ſemper de re quam diligunt.

ac gloriam ſuam, Iſraelitici populi amor, & affectus; dixit ad eam Princeps populi Ozias: *Benedictus Dominus, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum.* Quorum verborum memor B. Bernardus, dixit ad eam, cuius Iuditha illa typus fuit, vniuerſi orbis liberatricem, & gloriam, virginem Deiparam: *in æternum, & vltra non deficiet laus tua de ore hominum, etiam & Angelorum.* Quo igitur modo poſſent homines iugiter, eſſe in Dei ore, cùm illud repletum ſit verbo vnico ſuo? Modus enim ille, quo res vniuerſæ in ore Dei ſunt, quatenus omnes ſunt in verbo cunctas eminenter continente: rebus quidem omnibus communis eſt modus, nec qui ſpecialem aliquem indicet in res ſic notas, ſicque in ore habitas amorem; cùm & eas res, quas nunquam in lucem edet creator, modo iſto communi in verbo ſuo eſſe dixerimus. Qua ergo arte propria, ſpeciali, ac glorioſa, poſſent homines eſſe in ore Dei, quod plenum eſt ſemper verbo ſuo? O altitudo ſapientiæ! O amoris adinuentio! Fiat (ait Deus) Verbum caro, ſit caro ipſa ipſum verbum: arte hac erit ſemper homo in ore meo ea ipſa ratione, qua verbum meum in ore meo perſtat iugiter. Hęc Dei ars; hic eius amor. Et quamuis vnum idem ſit verbum fieri carnem, ac fieri hominem, ſitque verè homo factum, dum factum eſt caro: nihilominus attenta ratione hac perſtandi ſemper in Dei ore, proprior eſt locutio, qua dicitur caro factum, quàm ſi factum homo diceretur; eò quòd quãtum attinet ad os, caro eſt propriè cibus, ad os pertinens; hominis nomen non denotat cibum; quanquam & cibus eſſe poſſit ex ea parte, qua eſt caro. Quæ doctrina eleganter fulcitur eiuſdem Chriſti locutione, qui faciens nos certiores, ſe ipſum eſſe cibum noſtrũ, carnem ſignanter nominauit, dicens: *Caro mea verè eſt cibus*: & iterum: *niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis.* Altior adhuc eſt amoris oſtenſio phraſis hæc, qua verbum caro dicitur factum. Nam illud, quod quis ſemper habet in ore, ideo ſemper in ore habet, quòd in eo delectetur, ſapidumque ſentiat, ac ſuaue. Placuit Deo propterea, verbum fieri carnem, atque adeo eſſe in ore ſuo carnem iugiter ipſam; quòd ſuauiſſimo delectetur ſapore, guſtans ſemper ipſam hominis carnem. Nec longè petita ſunt verba, quibus ſuam hanc oblectationem notam facit, dicens: *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Tenerrimum ergo Dei in homines amorem notum fecit Chronographus, dum carnem ſignanter nominauit, dicens; *Verbum caro factum eſt*: vt qui pientiſſimus Deus poſuerat in ſuis hominem manibus, in alis, in humeris, in oculis, in vtero, & in facie, tandem in ore poſuiſſe agnoſcatur, excogitata mirabili hac adinuentione, qua in Dei ore poſiti, nimis honorarentur, nimis ſublimarentur Adæ filij.

Iudith. 13. 24.

Bernard. Serm. 3. ſuper Salue Regina.

Ioa. 6. 56.

Ioa. 6. 54.

Prouer. 8. 31.

Permutemus hunc præſentis locutionis finem, ac ſcopum: ita vt verum incitamentum, quod dicit ſcriptor factum carnem Dei verbũ, ſit dicere nobis, Verbum Dei eſcam eſſe noſtram, dum vnita verbo humana caro, cibus Dei facta eſt. Etenim creaturæ rationalis alimentum vnicum eſt Deus; & eius verbum; à quo relicti, pro-

Verbum diuinum vnitum carni alimentum eſt hominum.

tinus perimus. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quòd ſi in verbo ſcripto, & à prophetis pronuntiato: quantò magis in verbo ipſo, quod ipſamet Dei ſubſtantia eſt, verbo conſubſtantiali æterno Patri? *In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus*, vt dicitur in actis Apoſtolicis. Quid, quòd ethnicus Poëta in hoc fuerit non ethnicus, dicens;

Deut 8.3. Matt.4.4. Act.17.28

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.

Ouid.l 6. Faſtorum

Trinitatis perſonis tribus attribuuntur tria hæc, viuere, moueri, & eſſe noſtrum.

Et quidem, quamuis in Deo, vt Trinus eſt, ſimus, viuamus, & moueamur, ita vt in quauis trium perſonarum habeamus motionem, eſſe, & alimentum; per quamdam nihilominus attributionem dicimur ali diuino ſigillatim verbo. Verba ſunt hæc B. Cypriani, prædicta Actorum verba enucleantis: *In Patre ſumus, in Filio viuimus: in Spiritu ſancto mouemur.* Eſt igitur verbum cibus noſter, atque adeo vita: vnde & ſuauiſſimus ſupra eſcas omnes. *Guſtate, & videte; quoniam ſuauis eſt Dominus*, dixit Rex contemplator. Verumtamen, quia carne induti homines adeo carnales ſunt plerique vt cibum quemque non carnalem vix ſentiant cibum, vix alimentum, annonam, & vitam: ideo prouidit ſapientiſſimus Deus, vt carni vniretur Verbum: qua vnitum congrua ſit carnis eſca mortalibus. Pauciſſimi ſunt, qui ſpiritali recreentur alimonia: pauciſſimi, qui cibum alium noſcant, præter carnalem, aut certè carneo congruum palato. Vnus ille Dauid, qui expertus dicebat: *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus*, percipiebat certè tam carne quodammodo, quàm ſpiritu ſcitiſſimum hunc Dei ſaporem, de quo poſtea dixit: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*: ante eum pauci, pauci poſt eum. Carnalis homo vix ſentit, vix percipit, vix ſpiritalia guſtat ſcitamenta, quantumcumque diuina, niſi carnem ſapiant, & redoleant. Erat ſpiritale ferè manna illud, quo cibauit Deus Iſraëliticas turbas in deſerto: quæ eo ipſo, quòd eſſet parùm corporale, appellabant leuiſſimum, dicentes, *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Non placebat eis cibus leuis, qualis eſt edulium ſpiritale, ſed craſſus; carni, guſtuique carnali conſentaneus, pro quo lugebant clamitantes: *Quis dabit nobis, ad veſcendum, carnes? Recordamur piſcium, quos comedebamus in Ægypto gratis.* Deplorabant iſti propter amiſſum carnium eſum, eſum piſcium: nos tantam deploramus hominum hebetudinem, qui ſola leuitate cibi faſtiditi, ſuauitatem nimiam deſpiciebant. Erat enim vniuerſi ſaporis cibus ille, ita vt quem quiſque ſaporem appeteret, illum perciperet in manna illo, è cælis fluente. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat: & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur.* Nec refert ad propoſitum, omneſne qui manna illo veſcebantur, optatum ſibi ſenſerint ſaporem, vt opinatur Victorinus Hugo, minimè (vt videtur) diſſentiente Gregorio Nazianz. nec Hieronymo, eò quòd reliqua Dei beneficia toti fuerint populo communia: an verò piorum tantum fuerit donum, qui ſoli ſaporem ſibi placitum inuenerint in

Spiritales cibos vix percipiunt guſtu homines carnales.

Meditationi Dei multum præſtat Chriſti meditatio.

Cõtemplatio pura Dei pauciſſimis eſt ſuauis, niſi Chriſti contemplationi permiſta.

Manna omnis generis ſapore ſimul ſciit vniuerſos Iſraelitas, an ſolos iuſtos.

Cypr.l de Baptiſmo Chriſti. Pſal 33.9. Pſal 83.3. Num.11.5 Num. 11. 4. Sap.16.20 Hugo de S. Vict.in c.16.Exo. Gregor. Nazianz. oratione de comp. differ.rat. Hier in pſal.147.

Digitized by Google

Greg. l. 6. mor. c 9. Aug. li. 2. Retr c 20 Toſtat. Exod. 9 q. 5. c. 16 & Nu. 21 4. 6. Lyra Exo. 16. & Nu. 11. & Sap. 16. Roffenſ. l. 1 de ſacr. Euchariſt. cap. 12 Carthuſ. Exod. 16. Leo ſerm. de omnibus ſanctis c. 5.

cibo, vt iudicauerunt Gregor. Magnus, & magnus Pater Auguſt. magnus necnon librorum magnitudine Toſtatus: adhærentibus Lyra, Roffenſi, Dionyſ. Carthuſ. quibus fauent verba textus illa; *Quam in filios habes.* Sat propoſito noſtro, quòd homines illi, quibus diſplicebat cæleſtis cibus, ob eam illum reſpuerint cauſam, quòd leuis, quòd facilis, quòd ſubtilis, quòd exigui fuerit corporis, non craſſus, ſicut carnes, quas auidiſſimi appetebant ipſi. Sunt itaque rariſſimi inter homines, qui ſpiritali acquieſcant alimento puro; nulla ex parte corporeo, ſicut ipſi corporei ſunt. Appoſitè B. Pontifex Leo: *Fœlix mens, quæ talem concupiſcit cibum, & ad talem æſtuat potum: quem vtique non expeteret, ſi nihil de eius ſuauitate guſtaret.* Fœlix (ait) mens; ſed rara, ac penè peregrina. Quid ergo faciendum (ait Dominus Deus) vt congruum ſibi ſentiant homines ſpiritali in Verbo ſaporem? Grato eis condimento, corporeo nimirum, condiatur. Carnes appetunt hi: nullus, niſi carnalis, eſt his ſapidus cibus: ſit igitur eis diuini Verbi caro condimentum: carnem verbo apponamus: fiat Verbum caro: ſed catenus caro, quatenus in ſua Verbum integritate perſiſtat, ſitque hominum eſca, in qua omnium vita conſiſtit: ſine qua omnino deficit: quæ ne deficiat, proficiet valde appoſita in condimentum Verbo caro, humanæ ſymbola appetentiæ. Quæ ſententia mirificè fulcitur, ſequentibus verbis, quæ ſcriptor noſter ſubijcit, dicens; *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius.* Quum caro factum eſt Dei Verbum; tunc quidem in omnibus habitauit, non ſolum mutua conuerſatione, ſicut homines reliqui; ſed in nobis ipſis, in mentibus noſtris, noſtris in animis, percipientibus nobis mente, atque palato eius æſtimationem, eius maieſtatem, eius ſuauitatem, ac leporem. Tunc itaque *Vidimus gloriam eius*: tunc percepimus eam, tunc guſtauimus, tunc ſenſimus: tunc *De plenitudine eius nos omnes accepimus:* Ioan. 1. 16. *& gratiam pro gratia.* Omnes (ait) accepimus: non vnus, aut alter, qui valdè ſpiritalis Deum ſatis agnoſcit nulla corporali interpoſita ſpecie: ſed omnes, tam ſpiritales, quàm qui exiguo contemplantur ſpiritu, de hac accipiunt plenitudine. Non aëreum quidem profero dictum: nimirum dictum ſpeculatiuum, quod expenſioni textus poſſit apparere cōcinnum, non item ſit perſpicuo ratum experimento. Frequens ſanè experientia eſt: conſule tu te-ipſum; doctrinam hanc ſatis benè conſultam comprobabis. In tuum te recipe ſolitarius cubile; eleua mentem; Deum ſuſpice; conſidera eum; contemplando perſiſte: quantum (rogo) percipis diuini? Quàm fixa eſt Deo mens in eum fixa? Dicis mihi, Pater, nitor profectò, quoad poſſum, vt Deum noſcam, ſciam, intelligam, percipiam; dulcique in eo meditatione delector: & tamen quum vehementiùs feror in eum, tunc video me in medio foro, media in negotiatione, in medio tumultu, in medijs (quod peius eſt) rebus ad carnem, ad voluptatem, ad vitia properantibus; eò quòd humana mens, cùm annexa ſit carni, Deus ſit purus ſpiritus, non poſſit proprium eius formare cōceptum, nec propriam aliquam, cui mens ipſa inhæreat, figuram comminiſci. Credo equidem, amice. Ne tamen ideo deiecto angaris animo. Eſt Chriſtus noſter verus

Deus: eſt Deus, & homo: eſt in quantum Deus ſpiritus purus; ſed eſt corporeus, quatenus Verbum caro eſt factũ. Hunc (crede mihi) ante oculos ſtatue: conſidera candidiorem Sole infantem, natum ex puriſſimis viſceribus Virginis, integræ in conceptu, in partu intemeratæ, & integerrimæ poſt partum: filium Dei naturalem, Deum ipſum, ipſam pulchritudinem, diuitiarum theſaurum inexhauſtum, ſummè ſapientem, ſummè bonum, pium, omnipotentem, immortalem; cuius adſpectu ſuſpenſi æternum Angeli omnes nullam appetunt adiectionem beatitudinis: cuius intuitu contentus Deus ipſe ſummè æternùm glorioſus eſt, ſummè beatus; infantilibus pannis inuolutum, poſitum in ſtabuli præſepio, inter bruta pecora, in ſumma egenũ paupertate; frigori, æſtui, alijſque id genus cæli ſubiectum inclementijs, tãdem morti, ac effectu mortalem. Dicito mihi, nonne talem conſiderans infantem, ei mente defigeris? ei animo hæres? cum contemplatus, eleuaris? in eum eleuatus, tanto caperis ſtupore, tanta ſuauitate, dulcedine tanta, vt ab eo mente diuelli vix poſſis: adeo vt aliò vocatus, vix vocãtem ſentias; vix rerum tuarum recorderis? Quid dulcius, quid iucundius, quid gratius infante hoc? At quid mirabilius? Quid in tantum mentes ſtuporem inducens? Cuius rei præſcius, ſancto afflatus ſpiritu dixit Malachias: *Veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* Hic eſt, hic eſt, quem vos optatis, quem vultis, quem petitis. Deſiderabatis vobis Deum, qui homo ſit ſimilis vobis, quem oculis veſtris videatis, percipiatis mente, cogitatione apprehendatis. Ecce habetis iam hominem Deum, cui quum figitis mentem, minimè fugacem ſentiatis, ſed teneat potiùs ipſa vos defixos ei captos ſuauitate, atque dulcedine. Quærebatis huc vſque corporalem Deum, eò quòd carnales vos perfectam ſpiritalis Dei nullam habeatis ſpeciem, nullam propriam; nullam proinde captui commodam veſtro, nullam applauſibilem, atque hęrentem cognitionem, adeo vt ex lignis, quòd corporea ſint, Deos ſculpſeritis, & ex lapide: ex ære necnon conflaueritis: ecce, ecce Deus corporalis, Deus indoli veſtræ, ac conditioni appoſitus magis, quàm conflatiles Dij, argẽtei, & aurei. *Ecce Dominator, quem vos quæritis: Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Hic veniet ad templum ſanctum ſuum*, at in ſordidum priùs veniet præſepium. Veniet ad ſanctum templum adorandus: ſed priùs ad ſqualidum ſtabulum, vt in eo natum, conformem vobis agnoſcatis: ſicque deinde venientem in templum maiori adoretis dilectione, ac ſuauitate. Sed quidnam? Nonne & diuinum in ſtabulo templũ, faciens ſtabulum glorioſum? Nõne Virgo Deipara templum Deo ii ſi glorioſiſſimũ? Eſt quidẽ Deo in loco hoc pro templo ſtabulũ, pro altari præſepium, ſed nonne ara cælica pro altari? Ara cæli eſt Deipara Virgo, ara cæli eſt, ſacra Deo ara. Inter multa, quæ naſcentis in carne Dei tempore prodigia in terris viſa sũt magna, illud non minus, quòd Octauius Imperator poſuit Romano in capitolio aram inſcriptione hac notam: *Ara primogenito Dei.* Scribunt Niceph. & Suidas, in loco illo ſtructam eſſe baſilicam extantem hodie titulo *Ara-cæli.* Ara-cæli eſt Maria noſtra, ara-cæli eſt, ex qua in brutorum ſtabulo, *Odoratus eſt Deus odorem ſuauitatis*: odorem puriſſimi cordis, Virgineę odorem

Malac. 3.

Maria Ara-cæli.

Ara-cæli baſilica Romæ conſtructa, quonã incitamẽto.

Niceph. l. 1. c. 17. Suidas in hiſt. verbo, Aug.

Digitized by Google

pudicitiæ: odorem floris ab ea prodeuntis, filij ipſius Dei, ſummè Deo ſuauis, ac iucundi. Iuxta aram hanc aſſiſtunt fideles in profundiſſima humanitatis Dei contemplatione, fragrantiſsimo abſorpti odore ipſius Dei; cui diuinum miniſtratur in ara ſuffimentum. Eſt nobiſcum, fratres, (gaudeamus) Dominator, quem quærimus, & quem volumus, Angelus. Caro factus eſt; Verbum caro factum: humanum ecce intelligimus Dominum; humanum volumus, & quærimus. Sic ille nobis attemperatus eſt: & ei nos attemperati. Sic ſuauiter rapit corda noſtra; nos poſt eum vltrò, ac ſuauiter tendimus. Carne indutus eſt; vt eum planiùs agnoſcamus, ſequamur, amemus, conſequamur. Sic allicit nos, & nos placidus attrahit ſuauiſsima ad Patrem attractione. Fine hoc admirabili *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Non ſolùm nobiſcum; ſed in nobis Deus habitauit.

Chriſto naſcente erexit Roma Imperator aram inſcriptione hac: Ara primogenito Dei.

Quòd ſi ſuauiſsima hęc verbi accommodatio, non ſoli carneo hominum guſtui, ſed veſtitui etiam deſiderabatur appoſita: ſanè factum caro verbum, vtrique abundè neceſsitati ſatisfecit. Induens enim Deus carnem noſtram, & noſtram gerit veſtem, & noſtrum ſe fecit veſtimentum; vt liceat Apoſtolo, admonere mortales: *Induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Spectatiſsima ars, plurimiſque eſt probata experimentis, vt ſolers quiſque dux ac ſagaciſsimus, ad factionem amicè tranſeat eorum, qui à patre eius, ſeu eius Rege deſciuerunt; induatque ſe, ac ſe in omnibus rebus ad eorum gerat normam, & vitam: quò eos ſibi conciliatos, ac beneuolos, ad patrem, ſeu Regem deditos reducat. Imo & reductis iam, atque pacatis hoſtibus, ſolent victores Principes, veſtem induere populi, in quo à ſe expugnato conuerſantur, & habitant. Sic magnus Alexander ſuperata armis Perſide, Perſam ſe veſtium genere exhibuit. Sic Gratianus Imperator, vbi Alanos ſibi rigidus ſubdidit, placidus mulſit, & humanus, vtens eorum veſtimentis, & ritibus: vt Alanum diceretis. Quantò ſapientiùs, ac vtiliùs diuini Regis vnigenitus, qui ductor exercituum cælicorum venit pius in terram, rebelles Patri eius, Regi omnium, ac Domino miſericorditer reducere? Satis profectò intimè nouit inſtitutum hoc Chriſti ſubſtitutus eius, in id electus, vt morem eius conſeruaret Apoſtolus: qui mente hac vbique prędicabat: *Cùm liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucri facerem. Et factus ſum Iudæus tanquam Iudæus: vt Iudæos lucrarer. Ijs, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, (cùm ipſe non eſſem ſub lege) vt eos, qui ſub lege erant, lucri facerem. Ijs, qui ſine lege erant, tamquam ſine lege eſſem, cùm ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti:) vt lucri facerem eos, qui ſine lege erant.* Sic *Verbum caro factum eſt*, vt nos, qui in carne ſumus, lucri faciat. Sic *& habitauit in nobis*: vt nos, quibus cum habitat, lucrifaciat, alliciat, & reducat. Appoſitè B. Gregor. *Vt quanta eſſet virtus compaſsionis oſtenderet, fieri pro nobis dignatus eſt, quod eſſe nos voluit: vt in ſemetipſo temporaliter mortem ſuſciperet, quam à nobis in perpetuum fugaret.* Sed procedit vltra diuina hæc ducis noſtri ars. Nempe induens ipſe carnem noſtram, vt nos lucrifaciens, ad Patrem ſuum, Dominum noſtrum placidè reduceret: fecit nos ſuum induere ſpiritum, carnem exuere,

Verbum caro factum eſt, vt noſtra indutum veſte, ferret noſtrum veſtimentum.

Reges victores Regionum ſolent vti deuicta Regionis veſtimentis.

Alexander Mag. deuicta Perſide, vtebatur Perſarum veſtimẽtis.

Gratianus Imperator deuictorum à ſe Alanorum veſtibus vtebatur.

Rom. 13. 14.

Hieron. Rom 2. p. Republ. l. 8. cap. 9.

Idem ibi.

1 Cor 9. 19.

Greg. l. 20 mor. c. 26

Chriſtus nos carnem exuere, induereque purum facit ſpiritū exeo, quod cùm prius eſſet Spiritus, quàm aſſumeret carnem, verbum caro factum eſt.

exuere,ſimiles iam ſibi,Patri ſuo conformes. *Qui autem in carne ſunt,* Rom. 8. 8.
Deo placere non poſſunt: vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: ſpiritus vero viuit propter iuſtificationem, ait Paulus ad Roma. Mira ars; carnem aſſumpſit noſtram Deus; vt nos carne exueret, in qua, qui viuit, moritur morte, Deo diſplicens; qui carne mortuus eſt, Deo viuens viuit pulchro ſpiritu exornatus,ipſo indutus Chriſto. Duplex donum eſt;duplex nobis bonum. Deus ſe induit carne noſtra:nos ſuo ipſe induit ſpiritu: factus ſimilis nobis, faciens nos ſibi ſimiles, & Patri.

Chriſtus naſcens nobis, duplici conſolatione ſuccurrit.

Chriſtus naſcens nobis, duplicia multis dedit modis.

Isai. 40. 1.
Conſolamini, conſolamini, popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto; parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & reuelabitur gloria Domini. Eia, eia, fideles, eia. popule Chriſti. conſolamini; eia (iterum dico) ſumma cõſolatione iubilate. Dominus Deus veſter,vt conſolemini,vos commonet, vocat,vt exultetis. De hodierno loquitur filij ſui natali;vt totus planè textus oſtendit. Duplici infundit conſolationem præconio, dicens. *Conſolamini*, ruſuſque *conſolamini*;quoniam ſolatij cauſa duplex eſt hodie; nempe Dei populus *recepit de manu Domini duplicia*. Si duplicia accepit,duplici lætitia exhilaretur. Ideo dicit largitor,*Conſolamini*, & ruſus *conſolamini.* Sed quod, & quale, niſi duplex potuit à Deo donum expectari veniente in terras perſonaliter, facto cum hominibus homine naturæ noſtræ, noſtri generis? A Deo veniente,vt proprijs largiatur munera manibus, de quibus dixit Vates, *Accepit de manu Domini duplicia.* Non eſt hic, ſicut Principes terrigenæ, qui eis rebus,quibus ditant alios, manent ipſi deſtituti. Dat duplicia hominibus dona,dat & cæleſtibus ſpiritibus tam diues poſt donationem perſiſtens,ac ſi nihil penitus dediſſet.Dederat plurima à principio,ex quo creauit homines, & Angelos, ſed à die hac, quando *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, modica videntur ei, quæcumque in nos contulit niſi & ea duplicet,& perficiat: eò quòd habitans in nobis det illa ipſe præſens nobis. Sed quænam ſunt iſtæc, quæ de naſcentis in carne Dei manu hodie accipimus duplicia? Nequaquam equidem attingam ſcopum, nequaquam vos dicta percipietis, ſi loquar ad aures, ſi applicetis auditum, Ad cor, ad cor loquendum eſt,cordeque percipiendum:vt regnet in corde conſolatio. *Conſolamini, conſolamini, popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem; ſuſcepit de manu Domini duplicia.* Dona ſunt hæc,quæ corde percipiantur,quoniam dona propria ſunt cordis. Cordis vtique bona,bona duplicia,& ideo duplicia, quia bona ſunt cordis. Nulla profecto humana bona, quantauis ſint, duplicia ſunt bona, ſed ſimplicia: quoniam, quamuis repleant domum,repleant ærarium,repleant ipſa hominum corpora: cor nequaquam replent, nequaquam ſatiant nec quietant. Quæ cordis bona ſunt, duplicia ſunt dona: vt quæ vltra naturalia hominum

Digitized by Google

bona, addunt bona diuina; quæ ſola cordi faciunt ſatis. Cordis bona ſunt, quibus hodie nos locupletat altiſſimus; cordis bona ſunt: quoniam profectò infans Deus homo cordialis eſt totus: totus hominibus ſuis, fidelibus ſuis, amatoribus ſuis cordialis. Hic quidem nobis factus eſt paruulus, paruulo vt corde capiatur totus; repleatque illud bonis, diuitijs, voluptate, dulcedine, ſe ipſo. Caro factum eſt Verbum; vt carnea corda repleat ſpiritu, repleat alimento ſuauiſſimo. *Non natiuitatis fructus paſcunt homines; ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderint, conſeruat.* Non reficiunt homines naturalis alimenta natiuitatis; ſed natiuitatis Verbi nobis incarnati. Si nondum incarnatum, ſed prolatum ore, & paſcebat mortales, & conſeruabat eos Dei Verbum; quantò magis nunc, nobis caro factum, & in nobis habitans hominibus homo? Bona quidem ſunt hæc, quæ replent corda: atque adeo corde percipienda.

Sap. 16. 26.

Verbum Dei vera eſt hominibus annona.

Corde ergo ſcrutemur, quænam ſint hæc duplicia dona, quibus Deus, naſcens homo, corda replet humana. Fortè ea, quæ modo dicebamus: diuina humanis ſuperaddita bona. Poſtquam enim naturalibus bonis repleuit homines munificus creator; cumulauit tandem diuinis gratiæ, & gloriæ muneribus, naſcens humanus, vt nos pius faceret diuinos. Ea quippe diuini huius generis dona, quæ ante ſuum in carne ortum præſtiterat antiquis, huius quidem præſtitit natiuitatis intuitu, eò quòd venientem in terras perſonaliter Deum veſte indutum humana, multa decuerit præmittere eiuſdem generis dona, quorum ſecum adfert plenitudinem. Eſt enim plenitudo hæc natiuitatem hodiernam, ita conſequens, vt exuberet vndecumque diffuſa in omnes, præſentes, futuros, & retromaiores, vt ipſo apertè legimus in textu: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius: gloriam, quaſi vnigeniti à Patre plenum gratia, & veritatis.* Plenum, plenum (ait) veritatis, & gratiæ: plenum, omni exuberans ex parte. Vnde continenter ſubiungitur: *Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat, dicens; hic erat, quem dixi; qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* Cùm expreſſiſſet Apoſtolus Ioannes teſtimonium ſuum, dicens: *Verbum caro factum eſt*, notam faciens Chriſti diuinitatem cum humanitate coniunctam, eiuſque gloriam, & datam ab eo nobis gratiam, dicens: *Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti à Patre plenum gratia, & veritatis:* affert continuò hoc alterius Ioannis teſtimonium ſuo omninò conforme. Verbis ſiquidem his teſtatur Baptiſta Chriſti Deitatem, humanitatemque dum dicit: *Ante me factus eſt, quia prior me erat*; cùm ſecundum carnem eſſet natu minor: id, quod exprimit verbo illo, *qui poſt me venturus eſt.* Ideo ſubiungit propoſitum hunc effectum eius, copioſam gratiam, vſque ad omnes perueniențem, dicens: *De plenitudine eius nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia:* id eſt, *gratiam ſuper gratiam.* Omnes (inquit) accepimus, etiam Ioannes ipſe, qui gratiam materno accepit in vtero, antequàm infans noſter, gratiæ fons, ruptis in cruce venis, gratiæ ſcaturiginem profunderet. Sicut enim Solis radij, cùm ab eo procedant, antecedunt ipſum aduenientem: ſic diuina gratia: cùm à Chriſto pro-

Chriſtus dat duplicia nobis bona: naturalia, & gratuita. Chriſti virtute collata ſunt in retromaiores dona gratia, & beatitudinis omnia.

Gratia & gloria dona antiquis diuinitùs data, Chriſti virtute data ſunt omnia.

Ioan. 1. 15.

Simile.

Digitized by Google

manet auctore, præceſſit aduentum eius, diffuſa in omnes, quotquot tanti doni fuerunt antea participes. Confirmat dictum Ioannes vterque verbo illo ſequenti: *Quia lex per Moyſem data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Si facta per Ieſum Chriſtum gratia: nemo quidem vnquam adeptus eſt gratiam, quæ non fuerit gratia Ieſu Chriſti. Duplex igitur donum, quod de manu Dei accipimus hodie, hoc quidem eſt, diuinum gratiæ donum, additum dono naturali.

Ioan. 1. 17

Chriſtus præſtitit duplex hominibus bonum: peccatorum ſolutionem, & reconciliationem ad Dei amicitiam.

Poſſet tamen quiuis optimo arbitrari iure, duplex hoc donum vtrinque eſſe diuinum: ita vt alterum liberalis ſit peccatorum ſolutio: alterum honorifica ad Dei amicitiam acceptatio. *Traditus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Qui litteralis videtur intellectus verborum illorum: *Dimiſſa eſt iniquitas illius: ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* O diuina bonitas! Pro peccatis omnibus omnia reddis bona. Tua ſolius eſt benignitas hæc: tua hæc liberalitas ſolius, hæc bonitas tua; hæc miſericordia: hæc mens, ac propenſio, hoc genium tuum.

Rom. 4. 25.

Chriſtus eſt mutua Dei, & hominis communicatio, qua Deus eſt humilis homo: homo Deus verus.

Chriſtus diuina hominibus bona conciliat.

Aut certè (quod alij interpretabuntur non pauci) quod duplex bonum dicit Iſaias, mutuà eſt inter Deum, & hominem communicatio: qua in eo, quòd Deus homo factus eſt, homo factus eſt Deus. Siquidem Deus, qui regnat in cęlis, eſt infans hic, qui hodie iacet in pręſepio: & homo hic, qui ex muliere naſcitur, eſt Deus verus, omne antecedens temporum principium. Humiliat ſe Deus, faciens ſe Adæ filium: quo exaltat hominem ad diuinam excellentiam, ita vt verus ſit Deus, verus Dominus. Eſtque in eo item duplex hominum bonum, quòd non ſolus hic, qui homo Deus eſt, ſumma euehatur deitate: ſed in nos quoque homines, fideles ei, ea ipſa quodammodo deriuetur diuinitas. Verbis vtar Bedæ venerandi. *Paruulus natus eſt nobis: vt nos viri poſſemus eſſe perfecti. Qui totum mundum vario veſtit ornatu, pannis vilibus inuoluitur: vt nos ſtolam primam recipere valeamus. Ille, per quem omnia facta ſunt, manus, pedeſque adſtringitur, vt manus noſtræ ad opus bonum extenta, noſtri ſint pedes in viam pacis directi. Cui cælum ſedes eſt, duri præſepis anguſtia continetur: vt nos per cæleſtis Regni gaudia dilatet. Qui panis eſt Angelorum, in præſepio reclinatur: vt nos, quaſi ſancta animalia, carnis ſuæ frumento reficiat. Qui ad dexteram Patris ſedet; loco eget in diuerſorio: vt nobis in domo Patris ſui multas manſiones præparet.* Hæc Beda.

Beda l. 1. in Luc. c. 5

Chriſtus bonum hominibus duplex.

Verbum caro factum eſt, vt Deus ſe hominibus det quodammodo duplicem.

Non minùs ſcitè loqueretur, qui diceret, duplex hoc bonum eſſe ipſummet Verbum carnem factum. Dederat ſe à principio hominibus Deus pacto amicitiæ, ac fidelitatis ſcriptura firmato, quæ ſe in cælis tradendum obligauit: tamen dandi voluntas ardentiſſima, amorque infinitus affectauit, vt Deus ſit duplici in natura, vt duplicem traderet hominibus. Non quòd Deus poſſit ampliari, aut extendi, eſſeve pluſquàm eſt, cùm ſit infinitus, ita vt nulla fieri ei poſſit adiectio: ſed quòd eius amor verum habeat veri geniũ amoris: qui nũquam ſiſtit datis, ita vt data iam perſona ipſa, cupiat adhuc, ſe ampliorem facere, vt dilecto tradat ampliorẽ, dedit ſe ergo duplici Deꝰ in natura, in eo, quòd *Verbũ caro factũ eſt*, quo eſt Deus, & homo, in perſona vnica natura duplex,

& habitauit in nobis, id, quod amoris eſt, amicè oſtentans: tametſi adſumpta ſibi humana carne, non ſit factus maior, nec increuerit ipſe, cùm nullus ſit ei locus incrementi. O Dei amor! ô Dei amor! Maiorem te, amantiſſime Deus, ſi maior eſſe poſſes, facere velles, vt maiorem te dederes hominibus: artemque excogitas, & adinuenis artem, qua id, quod nequit fieri, ſuppleas, faciens te pro hominibus hominem, vt te Deum hominem hominibus tradas. Quid homines? Minores, quàm ſunt, ſe perperam faciunt, quum delinquunt, aut certè multis imminuti defectibus, tradunt ſe tibi diminutos.

Deficit tempus ingratitudini huic, vt oportebat, proſequendæ: Imo & proſequendis deficit multis, quæ reſtant, duplicis huius doni interpretationibus. Quamnam ex dictis his legitimam dicemus? Vtique omnes: imo & quæ multæ adhuc aliꝗ proponi poſſent, locum habent commodum in textu. Propoſita quippe donationum duplicitas, non ſingularis, ſed pluralis enuntiatur. Non dicit Vates, *ſuſcepit de manu Domini duplex: ſed ſuſcepit de manu Domini duplicia.* Duplicia ergo data plura ſunt: plura bona duplicia: munera multa duplicata. Talis quidem venit, dū ad nos venit factus homo Deus. Duplicia nobis affert ſuis manibus dona: & hæc quidē pro omnibus peccatis noſtris.

Deuenit quondam ad extremam Iob calamitatem, quando *Satan percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius, qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.* Quod videntes arctiſſimi tres amici eius, confracti corde, *plorauerunt: ſciſſiſque veſtibus, ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum: & ſederunt cum eo.* Poſt multos autem calamitatis dies, cùm multa ei oneroſa dediſſent patientiæ conſilia cum obiurgationibus coniuncta, reſtituit eum Deus ſanitati: *& addidit Dominus omnia, quæcumque fuerant Iob, duplicia.* Quęnam fuerint duplicia hęc, explicat ſcitè B. Gregorius his, quę eius ſunt, verbis: *Cuncta, quæ amiſerat, duplicia recepit: quia per pietatem benigni iudicis, tentationis noſtræ diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum. Minus autem tentat probatio, quàm remuneratio conſolatur: vt ex retributionis merito leue fuiſſe, quod toleratur, agnoſcat.* Nos verò, qui duplicia hæc iuxta Iſaiæ promiſſionem de largitore intelligimus Chriſto, duplicia hæc impenſa Iobo nobis conſequenter applicamus. *Et addidit Dominus omnia, quæcumque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti, qui nouerant eum prius: & comederunt cum eo panem in domo eius: & dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam.* Percuſſerat hominem infeſtiſſimus Satan, ſi non armis, ſaltem ſuggeſtione, vlceribus peſſimis in ſummam inducens ægritudinem, ac miſeriam tantò grauiorem malis Iobi, quantò animi morbus grauior eſt corporali, grauior temporali æternus interitus. *A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas,* dixit Iſaias de ſpiritali hominis languore, plagaque corporali, in peccati pœnam iuſtiſſimè inducta, iuxta Dei propoſitum, quod verbis his dixerat in Deuteron. *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias, & facias omnia mandata eius: venient ſuper te omnes maledictiones iſtæ.* Numerat quinque

Marginalia (left): Iob. 2. 7. — Iob. 2. 12. — Iob. 42. 10. — Grego. l. 35 moralium c. 8. — Iob. 42. 10. — Iſai. 1. 6.

Marginalia (right): *Deus dat duplicia bona: homines nec integra, ſed dimidiata.* — *Deus faciens ſe hominem, valde accommodauit ſe, iacentibus multa in miſeria hominibus.* — *Chriſtus miro ordine remedium hominibus.* — *Iob percuſſus, & reſtitutus, ac dupliciter muneratus mira hominis iacentis, à Chriſtoque reſtituti figura.*

Digitized by Google

ſuper viginti, quas ſubſequitur hæc; *Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus, & in ſuris, ſanarique non poſsis à planta pedis vſque ad verticem tuum*: poſt addit triginta alias, horribiliores hac: quas quum lego, horreſco: referens, horrorem incuterem. Deuenit eò vſque malum eius, vt in ſterquilinio ſederet miſer, non in ruderum terræ, ſed in delictorum ſterquilinio, quod abominabile eſt magis, magiſque peſtiferum, vtpote in quo ſedentes vlcerati homines tabeſcunt. *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*, ait Ioel: extremum malum. quis ex cunctis hominis amicis condolebit ei? Ei compatietur? Ex hominibus nullus: nam homo hic, qui ita miſer ſedebat in ſterquilinio, omnis erat homo: nec ſanus quiſpiam, qui cum languente amicè conſederet. Ex angelis quidem tres venerunt ad hominem amici, Michael, Gabriel, & Raphael: at non fleuerunt hi: non aſperſerunt puluere capita: non ſederunt cum homine in ſterquilinio. Quis ergo ex cunctis venit amicis? O amice bone! O fidelis amico! O bone Deus! Tu, tu ſolus: tu vnicus veniſti ad hominem amicus verus, fidus, conſtans, indeficiens. Amicus corde: corde amicus intimo. Tu ſparſiſti puluerem ſuper caput tuum in cœlum, quando *Verbum caro factum eſt*, appoſito tuę, quæ caput eſt, diuinitati abiecto humanæ mortalitatis puluere, ex quo formatus eſt homo, & in quem abit ex ſententia tua illa: *Puluis es*. Tu naſcens hodie ex muliere paruulus, ploras, ſicut cęteri naſcentes, lacrymas fundens miſerationis ſuper tam lamentabilem hominis ſtragem. Sed quis vnquam cogitaret, in ſqualido etiam ſterquilinio te ſeſſurum fuiſſe, comitans ſedentem in ſterquilinio hominem cum belluis. O ſumma bonitas! O, ô, ô, O ſumma bonitas! O bonitas ſumma! Quid eſt, Domine mi, Dominantium Domine, Rex Regum, Seraphinorum imperator, terræ, & cœlorum opifex, gloria Dei, & Deus ipſe: quid eſt, quòd hodie in ſtabulo naſcaris, iaceas cum brutis in præſepio? Quonam fine tam inaudita hominis, ne dicam Regis, ſed viliſſimi ſerui humilitas, abiectio, ac derelictio? Hic quidem vnicus eſt finis, hæc vera cauſa, cauſa pia, vt iaceas in ſtabulo cum vlcerato homine iacente in ſterquilinio. Non ægrotabant amici illi Iob, nec erant pauperes, & ſedebant tamen amicitiæ gratia cum paupere ægrotante: tu Domine, cùm ipſa ſalus ſis, ſis ipſa opulentia, ſedes cũ infirmo homine paupere in ſordido ſtabulo, *in ſimilitudinem carnis peccati: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis*: quæ arctiſſima eſt ſedentis in ſtabulo amicitia. Quòd ſi ex amicis illis cum Iob ſedentibus *nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem eſſe vehementem*: tu cum deiecto ſedens homine, diu minimè loqueris, cùm infans ſis, expers nimirum locutionis. quid tuæ iam deeſt pietati, niſi veſtem tuam prę nimio laceres dolore? At in id quidem naſceris hodie, vt in cruce diſcindas, carnem ſcilicet tuam, quam tibi veſtem applicuiſti, dum *Verbũ caro factũ eſt*. Tandem amici illi aſperis verbis obiurgantes, lena Iobum onerauerunt afflictione, non dimidiata, ita vt partim rigore, partim vterentur lenitate: dona dederunt dimidiata: *Dederunt ei vnuſquiſque onẽ vnam, & inaurem aurã vnam*. Integræ in-

Natiuitas Christi cur in ſtabulo.

Stabulum cur elegerit Deus natiuitati ſuæ in carne.

Deut. 28. 35.

Ioel. 1. 17.

Gen 3. 19.

Rom. 8. 3.

Iob. 2. 13.

Digitized by Google

aures duæ ſunt: integrum, ad inchoandum gregem, donum par ouium eſt, maris, & fœminę: vnam dederunt illi ouem, inaurem vnam; dona dimidiata: tu verò cuncta dona duplicia. Duplicia Iobo temporalia: nobis, nunc nobis naſcens, omni ex parte duplicia. Verba quidem dumtaxat immiſta, partim reprehenſionis, partim lenitatis, ac ſolatij: dona duplicia, omni ratione duplicata. Duplicia dona, nempe cum temporalibus diuina. Duplicia dona, plenam peccatorum remiſſionem cum nobiliſſima ſoluti ſic hominis exaltatione. Duplicia dona Dei humanationem iunctam euectioni hominis ad diuinam hominis dignitatem. Duplicia dona, vnionem naturæ humanæ cum diuina, vt te ipſum duplicem feciſſe videaris, vt dona nobis præſtes duplicia. Duplicia tandem in eo, quòd Verbum caro factum, ponit ſe in ore noſtro, noſque in Dei ore: quę arctiſſima gratia, ſupremaque eſt tandem beatitudo.

Digitized by Google

IN EADEM NATIVITATE DOMINI.

SERMO IV.

De Sanctis Innocentibus.

Surge: accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & eſto ibi vſque dum dicam tibi; futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum, ad perdendum eum. Matt. 2. 13

HODIERNÆ prædicationis hiſtoria pars quædam eſt conſequens partem aliam; quæ licet prior ſit, celebratur tamen poſt hodiernam hanc, in Epiphaniæ ſolennitate. Tunc legetur alacer Magorum ad viſitandum, adorandumque natum Dei filium aduentus; timidaque Herodis Regis turbatio, agnoſcentis ex Magorum relatione natum in Regno ſuo nouum Regem, à quo ſe pellendum formidauit. Quo timore perculſus, fecit impijſſimus ſæuiſſimam puerorum ſtragem, quæ pars hiſtoriæ eſt hodierno euangelio contenta. Itaque intelligens nequiſſimus Rex iuxta ſcripturarum prophetias magnum quendam Regem in Bethlehem naſciturum, quem natum iam ex adoratoribus agnouit Magis, cùm quis ille eſſet, deprehendere non poſſet: omnes illius vrbis, eiuſque confiniorum infantes vt cum eis Regem interimeret, ferino decreto occidere conſtituit. Sed irrito conatu: nam admonitus ab Angelo ſponſus puerperæ Ioſephus, fugiens tulit infantem cum matre eius in Ægyptum; vbi per ſeptem demoratus eſt annos. Interim, vix arrepta fuga à Ioſepho, exegit trux Herodes, quod inhumanus cõſtituerat, infantes omnes, quotquot in Bethlehem, & finibus eius non maiores duobus annis reperit, in parentum gremio truculentorum manibus necans miniſtrorum. Quid proſunt hominum, etiam Regum, molimina, vbi Dei conſilium interuenit? Omnis eſt vana quantæuis potentiæ diſpoſitio, conſilijs Dei non dicam oppoſita, ſed dicam non ſubiecta, non adhærens! Adeo certum eſt vt nec bona quæuis opera, ne ipſa quidem proficiat prædicatio, niſi diuina diſpoſitio concurrat. Præſto eſt omnibus hæc, humili hac neceſſitatis

Digitized by Google

eius cognitione implorantibus eam: pręſertim per ſanctiſſimę interceſſionem genitricis. quæ etiam præſto aderit inuocantibus, non obſtante hac, qua in Ægyptum accelerat fuga: imo nobis valde proficiente. Hæc enim fugiendi interitus cauſa commune eſt omnibus periculum: naturali quidem filio virginis periculum necis corporalis; nobis mortis æternæ. Quarum vtraque tutè declinatur, ſi cum Maria fiat fuga: ſi cum fugiente Maria confugiamus: ſi fugientem cum filio matrem comiter ſequentes adoremus. Fugit Maria, vt ſeruet à tyranni manibus filium, qui nos, filios ſuos, ſeruet à manibus tyranni. Comitemur ergo eam, concinentes, Aue gratia plena: nã & cum filio fugiens, gratia plena eſt, quæ fugiens, à filio non diſcedit. Facti in fuga hac comites eius, eam habebimus confugium, vt optatam nobis impetret gratiam, pro qua eam ſequimur, dicentes: *Aue Maria.*

quæ in præſentis concionis opportunitatem concurrunt, perquàm multa ſunt, & varia nimis. Ardens furentis Regis animus, ambitione motus, commotus turbatione; ſerpentina ambitionis ars, & machinatio: effuſus vltra omnem menſuram innocens infantiũ cruor multorum: acerbiſſimus parentum eorum dolor, fletus, vlulatus; exorta in Dei filium, vix in carne natum, perſecutio: labor & ęrumnę genitricis, in tam celeri fuga, tam periculoſa, tam longa, tantis oneroſiſſima difficultatibus, contradictionibus, doloribus: infallibilis Dei prouidentia in diſijciendis malignantium machinis, eorumque conatibus fruſtrandis: in cuſtodiendis his, quos tutari vult, à quibuſuis quantumcumque grauibus, quantumcumque imminentibus periculis. Diffuſa valde eſſet concio, ſi omnia hæc ſeorſim eſſent prædicanda: confuſa, ſi indiſtincta prędicarentur, ac permiſta. quid faciendum? Parum abeſt, vt in illud eam concionis inſtitutum, quod inter numerata hæc nondum inſerui; ſed fortè omnia complectetur. Hoc eſt, quantorum ſit malorum cauſa potens quis abſolutus in Republica; qui cùm omnia perturbet, diſgreget, inquietet; cùm omnes repleat amaritudine, ac mœrore; finem tandem illum, propter quem tot infert alijs mala, nequaquam adipiſcitur. Quæ non perturbauit? quos non punxit, ac lęſit perturbatus Herodes? *Turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Magos inquietauit; qui, ne ab eo caperentur redeuntes, aliam ad reditum quæſierunt viam longiorem. Teneros innocentes iugulauit innumeros: ſummo mœrore affecit parentes, cognatos, amicos, adſpectantes. Virginem teneram ſolum compulit vertere onuſtam filio; omni incommoditatis genere à patrio extorrem populo, ac Regno: virumque eius ſimili exulem agonia. Malorum horum cauſa vnica fuit dominandi libido, proprięque ditionis per fas, aut nefas mordicùs tuendæ. Quæ ne homini vni periclitaretur, omnis reipublicæ iactura poſtpoſita eſt, ſeu (vt directiùs loquar) quies tota. Quot ſuper falſam vnius hominis præſumptionem, ſuper effrenatam regnandi appetentiam fundantur mala?

Furor Regis eſt: cæca pręcipitatio: quia nulla ſuper natum puerum

Aue Maria.

Princeps ambitione raptatus, omnes poſt ſe miſere rapiat, turbat, deſtruit, inquietat.

Herodes infantis Chriſti perſecutor, occiſor Innocentium.

Matt. 2. 3.

Digitized by Google

rum adhibita diligentia, nullo habito conſilio, in tantum nefas proſiliuit ferox. Quod enim congregatis ſcribis inquiſiuit, ſolus locus fuit naſcituri Regis; non ratio imminentis periculi, poſſetne ſibi noxius eſſe natus ille puer, de quo dixerat Deus ore Micheæ: *Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: Ex te mihi egredietur, qui ſit Dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Ex quo vaticinio nulla potuit ei ſuboriri turbatio, eò ipſo quòd eſſet diuini conſilij vaticinium. Sed excæcauit eum malitia eius. Erupit ex ambitione venenum: præceps feſtinauit ira. Si enim ſedato rem conſideraret animo; nihil profectò ſibi timendum planè deprehenderet. Aut enim ex Magorum aduentu prudenter credendum putaret noui Regis ortum; aut eorum dictum nihili ducendum. Si inane æſtimaret figmentum; nihil certè eſſet, quòd tantopere turbaretur, & fureret: ſi verum, ratum, infallibile dictũ: minus eſſet tunc, quòd timori concederet locum. Quoniam ex prophetia illa manifeſtè patebat, promiſſum diuinitùs ducem, ac diuinitùs natum, non in perniciem natum Herodis, ſed in bonum. At, vt tragicus ait; *Dubia pro certis ſolent timere Reges.* Sed eſto locus eſſet timori; quid tunc prodeſſet generale illud infantium exterminium, ad inferendam inter eos promiſſo necem duci? Sanè, qui prophetiæ huic adhibebat fidem, manifeſtè, niſi liuore excæcaretur, agnoſceret, prænuntiatum illum populi ducem effectu regnaturum, quantauis quæreretur ad necem diligentia; nec poſſe Herodianum animum generali infantium morte ſedari, ſcientem adhuc ſuperſtitem puerum, quem regnaturum promiſerat Deus. Item, quoniam ex ipſo Magorum reditu, quo per aliam viam abierunt, apertè oſtendebatur ſuperna contra Herodis conatum prouidentia, ne infantem poſſet deprehendere. Præterea; qua prudentia putaret Herodes, aut ſe ex Regno explodendum ab illo, aut ſe inſidijs deprehenſurum illum, cuius egreſſum à diebus credebat æternis? Quanam necare arte æternum Regem cogitaret? Sed omnia turbauit dominandi auiditas, & liuor. *Frendebat dentibus*, ait Origenes: *nubilo tenebricatur aſpectu: igneus oculis eius ſeſe turbo infuderat: quo ne[...]ullo furore excæcatus animus eius Deum contempſit, iuſtitiam abegit, miſericordiam ſpreuit, pietatem reliquit; vni tantùm furori ſeſe totum dedit.* Quænam tibi eſt, iniquiſſima fera, tanti cauſa furoris; tanti cruoris effundendi? Quænam perturbandi populum totum; compellendi puriſſimam Virginem, ad peregrinandum inter barbaros? O furens Regis apprehenſio! O feruens auiditas regnandi! Sanè vel concepta in ſomnijs periclitantis dominij apprehenſio potens eſt, carnificem facere Regem illum, qui dominationi inhiat effrænatus. Nec per exaggerationem loquens, dixerim hoc: ſed, quòd verè ſæpiùs acciderit, vt in varijs legimus hiſtorijs. Quarum cùm vnam dumtaxat admittat concio, illa eligatur referenda, quã parum poſt Herodis tempus Romæ accidiſſe legimus. Ad Cæſarem Claudium ſpectat hæc: nam, vt imperator iſte homines capite damnaret, nihil expectabatur vltra, quàm vt diceret quis, eum in ſomnijs à ſe viſum illorum hominum

Mich. 5. 2.

Tragicus in Oedipo actu 3.

Origenes homilia 3 in diuerſos.

Principes, vt dominationem, ſceptrumque conſeruent, vita priuare ſolent eos à quibus ſe dominatione priuandos audiũt à ſomniatoribus.

manibus regno priuari, vel vita. Hac enim ſola ex cauſa perimi iuſſit quemdam, cuius contrarius in quadam lite, teſtatus eſt, ſe inter ſomnia vidiſſe Regem ab eo trucidari. Scriptor eſt Tranquillus Suetonius. qui continenter addit tam riſui, quàm luctui aptam hiſtoriam ſimilem præcedenti. Erant acerbiſſimè infeſti, infenſique Appio Syllæ Meſſalina, & Narciſſus: eumq; proinde machina aliaqua de medio tollere cupientes. Quid faciemus (aiunt) vt hunc impunè è terra deleamus? Rex occiſor eſt quorumlibet hominum, quorum manibus ſe regno priuandum, à quibuſuis audit ſomniatoribus: Syllam hunc nos interfectorem eius in ſomnijs cognoſcere dicamus: nil vltra expectabit, vt eum interficiat. Rem vt commenti ſunt, ſic opere nequam compleuerunt. Intrauit ante diluculum Regis cubile Narciſſus ſimilis attonito, pauitans corde, vix verba formans, ſe turbatum ſimulans ita, vt & Rex cum eo turbaretur, videns irrumpentem ſubitò cubile ſuum pauitantem hominem, turbata mutientem lingua; à quo tantæ turbationis cauſam inquiſiuit. Salue, Rex, ſalue, ait Narciſſus: Adſint tibi Dij, omenque triſte benigni auertant. Videbam nunc per ſomnium vim tibi ab Appio inferri; qua turbatione experrectus, ad te, Dominum meum, vt caſum præuenias, properaui. Poſtmodum in ſtuporem formata intrauit Meſſalina, aſſerens anhelo callida pectore, viſum à ſe inter ſomnia imperatorem manibus Appij imperio priuari cum vita. Conturbatus commento Claudius, ſurgit à lecto; accerſitumque Appiũ cauſam dicere iubet, vt qui tanti criminis accuſatus ſit: nec admiſſa excuſatione, quòd & eſſet inſomnium, & commentum, abſque mora iugulari innoxium præcipit. Quid moror? Poſtera die referens Claudius necem in ſenatu, probauit ibi iuſtitiam ſuam, dicens plene probatum duobus teſtibus delictum. Somniantes teſtes adhibuit hic; eoſque infeſtos accuſato. Quid iam mirabimur, quòd veritus fuerit Saul, ab innocuo Dauide Regia ſe pellendum poteſtate, quem vniuerſi oculis populi videbat acceptiſſimum, concinentibus in choro fœminis cunctis per vniuerſas Regni vrbes glorioſam Dauidis ſuper Saulem Regem prælationem? *Egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael cantantes, chroſque ducentes in occurſum Saul Regis in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris: & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* Quid miramur, ſi generali hoc populorum applauſu ſe poſtpoſitum videns, excanduerit, implacabilemque perſecutionem mouerit in eũ, quem verè Regem elegerat Deus, vt ei poſt miſeram ſuccederet necem? *Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque: dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps. Tenebatque Saul lanceam, & miſit eam, putans, quòd configere poſſet Dauid cum pariete.* Nec per vana, ſicut Claudius, in ſomnia; ſed per certam Dauidis vnctionem, ſciebat ille electum Dauid in populi Regem: quod intimus erat cordi dolor videntis oculis ſuis ſeruum ſuum Regem regni ſui; quo ipſe vi-

Suetonius Tranquil. in Claudio Cæſare. ca. 83

Narciſſi, & Meſſalinæ commentũ, quo inimicum ſuum Appium Syllam à Claudio Cæſare interimi fecerunt.

Saul acerrimus, tenaciſſimuſque Dauidis perſecutor, motus inuidentia, quòd ſuo in Regno ſucceſſorem ſuum intelligeret.

1 Reg. 18. 6

1. Reg. 16. 13.

1. Reg 18. 8.

Digitized by Google

uens priuatus erat. Hoc enim certò cognouiſſe Saulem, dixit filius 1 Reg 23.
eius ad Dauidem ipſum, verbis illis 23. libri primi capitis; *Tu regna-* 17.
bis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus: Sed & Saul pater meus ſcit 1.Reg.23.
hoc. Magis quidem mirandum, quòd nullo ſimili incitamento iuſſe- 26.
rit tigre ferocior Ægypti Rex Pharao omnes Hebræorum infantu-
los adhuc ex vuluis egredientes trucidari. At, quonam fine? Nullo
vtique alio, quàm metu illo, quo verebatur, auctis numero magno
Hebræis in Ægypto, poſſibile eſſe, vt aliquando contingeret, ſe ab Exod 1.8.
Pharaonis ſæuitia in Hebræos infantes. eis Regia priuari poteſtate. *Dixit autem Rex Ægypti obſtetricibus* Exod.1.15.
*Hebræorum; quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus adue-
nerit, ſi maſculus fuerit, interficite eum. Præcepit Pharao omni populo
ſuo, dicens, quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijcite.*
O peſſimi ambitionis partus; qui innoxiarum ſuffocatis partus eni-
xarum! Timenda dominandi libido, non in ſolo barbaro Rege, non
in ethnico ſolùm imperatore, non in ſolo conſcio Dei Rege vtcum-
que concitato; ſed & in pio, morigerato, religioſo, monacho, prius
quàm paſtore formidata à Bernardo; qui nihil in eo circa libidinem
hanc ſpeciale, præter communem hominum indolem, agnoſcens, Bernard.
ſcripſit ad Eugenium verba hæc: *Nullum tibi venenum, nullum gla-* lib. 3. de
dium plus formido, quàm libidinem dominandi. conſideratione ad Eugeniũ.

Procedit euſque malum hoc, vt nemo, qui à furente inquiri-
tur Principe, aut populi rectore, vllum apud homines inueniat ef-
Principibus exoſos homines, etiam innoxios, nemo admittere, nemo tegere audet. fugium; ſed extra terminos poteſtatis eius aufugere cogatur. Nemo
enim etiam pius, etiam amicus inquiſiti, audet eum occulere domi;
ne pari cum inquiſito pœna plectatur. Imprudentem fateor timo-
rem, damnatum à Chryſoſtomo dicente; *Si vltima ſupplicia timetis,* Chryſoſt. in Matth.
illa pertimeſcite, quæ multò grauiora ſunt: quæ ſcilicet apud inferos hom. 35.
parata eis, qui deficiunt charitati: ſed effectu videmus, ſibi ab iratis cap 10.
Regibus cauere pleroſque, ne cum eo, cui fauent, pœna coæquali
Moyſes infans à matre in carecto derelictus, eò quòd nemo eſſet, qui eũ à ſatellitibus Pharaonis abſconderet. puniantur. Cuiuſnam cor, quantumcumque immane, non emolli-
ret mulier portans gremio filiolum, à furibundo ſine cauſa Principe
abſcondendum? Et tamen nullam in Ægypto afflicta Moſis mater
inuenit domum, in qua eum, vrgente prædicto infantium extermi-
nio, abſcondere licuerit. Parum dixi. Nec apud ipſam quidem
parentem inuenit refugium innocens puer, quem illa domi iam ce-
lare non valens, nullam, præter arundinetum, cui eum traderet, la-
tebram inuenit. *Cùmque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcir-* Exod.2 3.
*peam, & liniuit eam bitumine, ac pice; poſuitque intus infantulum, &
expoſuit eum in carecto fluminis.* Plus vltra. Dilectiſſimus vniuerſis
Iſraelitis Dauid, cunctis à minimo vſque ad ipſum furentis Regis fi-
lium Ionatham, tum ob ſuam in rebus omnibus præſtantiam, tum
quòd vniuerſum Iſraelem ab opprobrio, ab obſidione, à nece liberaſ-
ſet, acceptiſſimus, nullum, poſt tentata multa, inuenit tutum in
Regni vrbibus, neque in antris, aut montibus latibulum, cùm Rex
ille Saul ſe aduerſus eum exhiberet infeſtum. Quare patrium Regnũ 1.Reg. 21.
relinquere compulſus, profuguſque peregrinari, *fugit in die illa à* 10.
facie Saul, & venit ad Achis, Regem Geth. Nec ibi tutus: vnde aliò

Digitized by Google

fugere coactus. *Et fugit in ſpeluncam Odollam.* Sed nec ibi in tuto: 1.Reg. 22 1. adeo, vt inde fugeret afflictus ſatis: *& profectus eſt David inde in* 1.Reg. 22. 3. *Maſpha: quæ eſt Moab.* Verumtamen nec tutus in loco illo; ex quo propterea fugiens, cùm multas in terris patrię ſuę percurreret 1.Reg 27 1. ſpecus, redijt profugus ad extraneum ipſum Regem Achis in regnũ alienum. Denique nec ibi; nec alibi relictus; donec miſer Saul re- 1.Reg 29 10. liquit vitam. Quid plura? Ne ipſi quidem Dauidis parentes potuerunt in Saulis terris tutè conſiſtere, eò dumtaxat, quòd Dauidis parentes eſſent, *Quod videns ille, Dixit ad Regem Moab; Maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiſcum, donec ſciam, quid faciat mihi Deus; & reliquit eos ante faciem Regis Moab.*

David perſecutione grauiſſima quæſitus ad necem à Saule, nullum in regno eius inuenit fautorem apud quem tutè abſconderetur.

Nec poteſt dici, ſolitariam hanc miſerorum peregrinationem ideo nullibi inuenire refugium, quòd vano metu caueant ſibi homi- 1.Reg. 22. 8. nes qui fugientem admittere, aut fouere recuſant: cùm parum nocumenti immineat fautoribus. Quoniam profectò experimentis compertum eſt multis, huiuſmodi præcipites gubernatores non ſolis his, à quibus ſe regimine pellendos ſuſpicantur; ſed eorum etiam ſoſpitatoribus parem inferre vindictam. Sufficiat, quod in hac eadem Saul, & David hiſtoria legimus. Nam ob id tantum, quòd Dei ſacerdos Achimelech fugienti Dauidi parum dedit panis, & gladium 1,Reg 22. 11. qui eiuſdem erat Dauidis; à furente Saul peremptus eſt gladio; non obſtante probata innocentia eius, quòd Dauidem minimè intellexiſſet fugitiuum, nec auerſum Regi; ſed ei potiùs dilectiſſimum. Atque vtinam innoxij ſacerdotis ſedaretur interitu: omnes, quotquot erant ex familia patris eius, iuſſit rabida tigris coram ſe ſimul trucidari. Quis non miretur hoc? Sed quiſquis hoc miratur, ſtupeat iam magis, ſciens quod erga vniuerſos fecit ſacerdotes. Etenim, quoniam ſacerdos erat Achimelech, putauit energumenus ille mortis pœnam in omnes ſacerdotes extendendam, ob id dumtaxat, quòd 1.Reg. 22. 18. ſacerdotes eſſent, cùm Achimelech eſſet ſacerdos. *Et trucidauit in die illa octoginta quinque viros veſtitos ephod lineo. Nobe autem, ciuitatem ſacerdotum: percuſſit in ore gladij, viros, & mulieres, & paruulos, & lactentes: bouemque, & aſinum, & ouem in ore gladij.* Quis lacceſſitus vrſus, quæ panthera fuſtibus irritata, quis punctus cuſpidibus rhinoceros, tam belluina ſæuiret feritate? Nam & iniuria affectus Elephantus, ſi, dum offenſorem inſectatur, alios inuenit obuios: minimè tangit, ſi infantes, etiam ſeruat illæſos: vt ab incolis Indiæ religioſis noſtris pluſquam ſemel audiui, dicentibus, Elephantum, dum poſt offenſorem furibundus curreret, obuium in via puerum tenellum proboſcide ſublatum, ſupra tectum poſuiſſe incolumem. Ferox iſte Rex & quæſiuit infantes, quos diſcerperet, dum vnum ſacerdotem: & eum quidem culpa vacantem, perſecutione fugabat. Prouer. 28 15 *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, Princeps impius ſuper populum pauperẽ.* Cõſiderate (rogo) prouerbij myſteriũ. Leo fera vna eſt, vna vrſus fera: Leo non ſimul vrſus & leo, ſicut nec vrſus leo ſimul & vrſus: impius populi rector vterque eſt, leo, & vrſus ſimul, duæ ſimul eſt feræ, belluę duæ: *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, Princeps impius.* Feræ duæ eſt oppoſitarum qualitatum: ſuperbiſſimus leo, & vrſus fame ſordidiſſimus.

David fugit à Saule ad Achis Regem Geth.

David fugiens perſecutorem Saulem, parentes quoque ſuos extra regnũ eius in terra Moab abſcondere compulſus fuit.

Principũ metu quiſquis renuit fauere confugientibus miſeris, Principi odio habitis, non vana timet præſumptione: quamuis perperam timore ſuperetur, ſi principis cauſa ſine dubio ſit impia.

Rectorum populi impia in miſerabiles iniuria multa.

Famelicus, vt rapiat, quidquid inuenit, etiam hominum ſanguinem: ſuperbiſſimus potentia, ad rapinæ, cædis, ac exterminij executionem. Naturalis profectò comes ſæuitia timoris, ſæuitiæ timor: quoniam quiſquis alterum metuit, eum abſque cauſa delere nititur. Vnde conſequenter omnis ambitioſus, ac ſuperbus, ſatagit interimere eos, à quibus ſe dignitate ſpoliari formidat. Eſt itaque homo ex vilitate, & extollentia, ex timore mistus, & ſuperbia. Talem videns multis in actis Tiberium Cæſarem rhetoricæ præceptor Gadareus, vocabat eum, lutum ſanguine maceratum, reddens cauſam hanc; quòd lutum lentum ſit, atque remiſſum, ſanguis feruens, & igneus; quorum permiſtione conficitur ſæuus timidus homo.

Iudex, ac Rector populi impius belluæ duæ eſt, oppoſitarum qualitatum: nimis ſordidus; ſuperbus nimis.

Tiberius Cæſar tam ſæuus, quā timidus.

Gadarei dictum de timido ſæuo Cæſare Tiberio.

Gadar. apud Suet. in Tiber. cap. 57.

Excedit ergo, ac ſæuitiæ terminos tranſgreditur furor, qui ex amittendi regiminis timore procedit. Excedit quidem limites omnes, adeo, vt ad vniuerſum populum tranſcendat. Cùm enim ſcelera rectorum quæuis ſoleant in populares deriuari: participatur & hæc ſæuitiæ atrocitas, vt populares ſe crudeles exhibeant, non fouendo eos, quos iniuſtam rectorum perſecutionem fugientes vident. Excedit & in eo terminos omnes, quòd accenſus in fugientem vnum furor, ſcintillas proijcit in plurimos. Eſſet dira vtique ſæuitia, ſi ſolum necaret Saul Dauidem, ſibi vndique proficuum (tantum abeſt vt noxium:) eſſet & dira, ſi natum Iſraëlis ducem ad necem perquireret Herodes, natum in eius, & totius populi ſalutem multò vberiorem, multò altiorem ea, quam dedit Dauid Iſraëlitico populo, & ipſi imprimis perſecutori Sauli: at inducta à Saule omni ſacerdotum populo nex, cunctis Bethlehem infantibus ab Herode, terminos quidem omnes tranſgreditur ſæuitiæ. Nobis quippe abſentibus, qui horrendum illud ſacerdotum exterminium non vidimus, non infantium cædem truculentam, ſummo quidem vtraque immanitas dolori eſt; quantò magis intuentibus? Quantò magis cognatis, & amicis? Quantò magis afflictiſſimis ipſis infantium parentibus? Quis tam acutum valeat dolorem edicere? Quis narrare lamentum? Quis vlulatus repræſentare? Quis referre varia tot parentum dicta, tot imprecationes, tot aduerſus Herodem maledicta? O feriſſime carnifex! O ferreum cor! O peruicax anima! Quid tibi fecit filius meus? Quam in filio, quam in parente culpam inueniſti, vt filio vitam, matri eripias cor: & animam patri infœliciſſimo? Times regnaturum pro te infantem hunc meum; tuum ab eo regnum occupandum: quid in eo vidiſti, quidve in amara matre eius, vt hunc pro te metuas dominaturum? Quod in eo vides ſignum Regis? In domo hac miſerabilis parentis eius nihil, niſi famem, nil, niſi paupertatem, nil, niſi deſpectum, intueberis: quæ ergò hic dominationis indicia? Si regnū tuum à tenello hoc infantulo armis occupandum pertimeſcis: dexteram eius manum abſcinde; aut certè abſcinde vtramque: hoc te ſecurum reddet: ne abſcindas animam à corpore, filium à parente. Si caſu aliquo peruenturum ad regiam tuam metuis poteſtatem; ſigna faciem eius: vtrique genæ inſigne mancipij tui inure; imprime genis eius S. & Δ: ſic cognoſcetur vbique mancipium, nec fieri poterit, vt ſignatus mancipialibus inſignibus facie, in Regem vſpiam ad-

Innocentium paruulorum ab Herode occiſorum parentes quāto dolore perculſi.

Digitized by Google

mittatur. Vnde nam noſti, in vrbe Bethlehem naſciturum Regem, quem Magi iſti quærunt adorandum; cùm ipſi nullum deſignauerint locum, ſed in tua potiùs Ieroſolyma inquiſierint, in quo ſit natus loco, ſciſcitati? Si ideo putas in Bethlehem natum, quòd prophetali credas vaticinio; perſpice (rogo) vaticinium ipſum; ſcies planè, non ex peccatrice, qualis ſum ego, naſciturum; ſed ex puriſſima, ex ſelectiſſima, ex ſanctiſſima Virgine, digna tam ſancto filio matre. Vide, quòd tibi Deus ad cognoſcendum regnaturum hunc Dominum prædixerit
Iſai 7.14. ſignum: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum: ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Ecce dat tibi ſignum Deus: Virginis erit filius, qui naſciturus eſt, vt populum regat Iſraëliticum, filius meus hic non eſt filius Virginis, ſed filius peccatricis, filius miſerandæ, filius illius, quę vtinam nunquam peperiſſet; quæ nunquam nata fuiſſet in mundo. Vtinam infœlix mater hæc permanſiſſet virgo, nec vnquam eſſet nupta: eſſet quidem tunc à tam triſti ſpectaculo ſecura. Heu me fili mi! Vt quid egreſſus es ex vtero meo? Cur non in ventre mortuus es, faciens ſepulchrum tuum vuluam meam? Ibi te in me haberem. Si interitu tuo ibi me interimeres; eſſem tibi compar moriens, & viuens: vna vterque morte egrederemur à miſeria: nunc ferro peremptus finies vitam, miſera mater tua in continua manet viuens morte.

Hoc, & longius vnius matris dictum: quàm putabimus varias, quàm dolendas, quàm triſtes tot miſerarum lamentationes parentum? tot clamores genitorum? Euellebant ſibi barbam non pauci, matres capitis crines: ora vnguibus proprijs diſcerpentes. Contriſtabant aërem vlulatus, lacrymæ terram funeſtabant, cælos penetrabat vociferatio, cor Dei dolor cordis parentum. Quid diceret vidua relicta à
Eccl.35.18 coniuge prægnans, vel enixa, quæ nullum, præter poſthumum filiolum, ſub Sole habebat ſolatium? *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentes eas? A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* Audi, carnifex, audi: audi Domini ſententiam. Si voces non audis innocentium: ſaltem fac, vt audias vocem Dei. Tu cruorem fundis, lacrymas parentes: ad terram deſcendit innocens cruor: lacrymæ parentum vſque ad genas: at earum acerbitas tranſiens in os tuum, replebit illud amaritudine. Deſcendunt quidem vſque ad maxillas effundentium: ſed inde aſcendunt vſque ad Deum: qui illis vehementer irritatus, refundet eas ſuper te, tanquam horrendum imbrem, qui te torrente rapiat vſque ad tartara. Recordare, inſenſate, quantus ex effuſo vnius innoxij cruore aſcendat clamor ad altiſſimum. Quem occidit Cain? Vnum tantum Abelem innocentem, cui ſe à Deo poſtponi arbitrabatur: non multos occidit innocentes: & ſanguis eius vſque ad
Gen.4.10 Dei aures validum extulit clamorem. *Quid feciſti?* ait Deus: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Si effuſi ab vno Abele ſanguinis vox tam vehementer clamauit ad Deum: quanta vi clamabat tot millium ſanguis innocentium, quos, vt vnum perimas, interimis? Quãta vi lacrymę parentum? Quanta lamẽtationes? Quanta eiulatus? Quã-
Gen.4.11. ta imprecationes? *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram: quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.* Nulla ſanguinis

Iniurÿ miſerabilibus magnates, horrendo ſupplicio plectendi.

Homicidij grauiſſimo ſupplicio puniẽdum. Cain Abelis impius interfector.

Digitized by Google

gutta elapſa eſt, quam terræ os de manu tua non ſuſceperit. Seruat ſanguinem terra ore ſuo, vt grandi iugiter clamitet voce aduerſus te iniquum effuſorem: nec patietur te ſuper eam conſiſtere: ſed vndelibet excutiet: *Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus, & profugus eris ſuper terram.* Gen. 4. 12.

Chriſtus à perſecutoribus exagitatus, clauſum magis reperit refugij locum omnẽ, quàm alij quique refugium aliquod quærentes.

Nec ſolum nocumentum hoc: cùm Rex iſte peſſimus maius adhuc induxerit nocumentum. Non ſolùm peremit innocentes puerulos: ſed innocentiſſimum etiam infantem, Dei filium, compulit in extraneam fugere regionem: compulit & puriſſimam Virginem, matrem eius per alienas terras afflictam diu peregrinari. Quid, quòd diuinus infans hic multò minùs, quàm fugientes reliqui, inuenit in ſua locum regione: hominemve vllum, qui auderet eum occultare? In tantum, vt in illam aufugerit regionem, quæ ſola in trucidandis innocentibus pueris horrenda eſt. Nullibi enim terrarum inuentus eſt populus, in quo infantes vnius nationis generali edicto necati ſint omnes, niſi in Ægyptiaca regione: in cuius populis cunctis cuncti Hebræi infantes gladio occiſi ſunt. Et illuc ſe innocentiſſimus recepit infans, Dei filius. Quo vadis, Domine, quo vadis? In Ægyptum is, refugium quæſiturus? In medios te iactas inimicos? Quænam eſt mens tua, & Patris tui mens: qui, vt fugias in Ægyptum, per nuntium Angelum te commonet? Vtique hæc certa eſt intentio tua, vt intelligat mundus, ſæuiores tibi tui populi homines, quàm ferinos illos, qui infantium neci incubuerunt generali. Nec tantopere terruit illorum fautores ſæuus Pharao: quantum iniquiſſimus Herodes tuos. Nam iuſſi à Pharaone interimi infantes Iſraëlitæ, inuenerunt refugium apud ipſaſmet præpoſitas necis executrices, quæ eorum miſertæ innoxias ſeruarunt manus ſuas. *Dixit autem Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis; Quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, ſi maſculus fuerit, interficite eum; ſi fœmina, reſeruate. Timuerunt autem obſtetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum Regis Ægypti; ſed conſeruabant mares.* Et id quidem, cùm eſſent extraneæ nationis: inter naturales autem Iſraëlis incolas non eſt, qui primarium ſuſcipiat Iſraëlitam. Nec infanti Moyſi, qui à parente in carecto fuit poſitus, defuit miſerator, & ſuſceptor. Imo filia ipſa perſecutoris Pharaonis ſuſcepit eum, fouit, aluit, nutriuit, adoptauit: & quidem minimè inſcia, quòd infans ille eſſet ex eis, quos pater ſuus Pharao neci dari iuſſerat. *Cernens paruulum vagientem, miſerta eius, ait: De infantibus Hebræorum eſt hic.* Quem vt lactaret, propriæ, matrem ignorans, tradidit matri, ſoluto pro educatione ſtipendio. O afflictiſſima Virgo, mater damnati ad necem infantis! Non eſt, qui abſcondat intra patriam tuam filium tuum? Quàm verè dixit ſcriptor Ioannes: *In propria venit, & ſui eum non receperunt!* Non receperunt intra vrbem, ne in ea naſceretur: & cùm in ſuburbium naſciturus iret in vtero parentis, non receperunt in commune cunctis diuerſorium, adeo, vt in ſtabulo ſit natus, & poſitus pro cunis in præſepio. *Peperit filium ſuum primogenitum: & pannis eum inuoluit, & reclinauit in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.* O diuine Rex!

Obſtetrices Ægyptiæ iuſſa à Pharaone Hebræos interimere infantes, miſertæ ſunt eorum, Dei timore conterritæ. Exod. 1. 15

Pharaonis filia ſuſcepit piè, aluitque infantem Moyſem, iuſſum ab ipſo Pharaone cum reliquis Hebræis infantibus interfici. Exod. 2. 6

Ioan. 1. 11.

Lucæ 2. 7.

Digitized by Google

Quis ſuſpicaretur, cum, quem ſummum Regem Magi quærebant adorandum, in abiectiſſimo iacere præſepio: vt ne ibi quidem tutus à feris eſſes ſatellitibus? Tutus profectò inter feras es: minimè tutus inter feros: tutus (inquam) inter belluas, quæ te naſcẽtem in ſtabulo circundant: quoniam cognoſcunt iſtæ dominum ſuum; homines non cognoſcunt, feris ipſis ipſi ferociores. Nonne eſt in domo Herodis aliqua pia filia eius, quæ damnatum capite ſuſcipiat infantem, Dei filium, ſicut infantem Moyſem damnatum fouit filia Pharaonis? Atqui paruulus hic multò dignior eſt illo, quantò dignior typo figuratus.

Chriſtus ab ortu ſuo perſecutionibus exagitatus.

Chriſtus immenſa excellentia Moyſe præſtantior.

Heb. 3. 5. Nam *Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant, Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam, & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.* Quibus verbis non ſola ſcribitur immenſa infantis huius ſupra Moyſem preſtantia; ſed etiam commendatur tanta, vt domus eius non ſoli parietes, nec tecta ſola; ſed ſimus nos ipſi, homines ab eo ſuam conditi in domum. Mirum, admirandum, ac ſtupendum, quòd cùm infantis huius domus ſint homines omnes, verã gloriæ fiduciam retinentes; nemo vllus ſuſceperit Dominum domus, nec ad naſcendum, quum venit naſciturus, nec ad occultãdum, quum inquireretur ad interitum. Ecce *in propria venit: & ſui eum non receperunt.* Nec filia Herodis vlla. O quantùm eſſet è re tua, filia Herodis, ſi qua es, ſi infantem hunc ſuſciperes ſeruandum! Si proprię eum traderes nutriendum genitrici; ſicut propriæ matri tradidit Moſem filia Pharaonis! Quantò maiori cura nutriret hunc, ac demulceret diuina hęc mater, Virgo candidiſſima! Non eſſet quidem opus pro educatione mercede: imo mater ipſa faceret impendere tibi æternam pro ſuſceptione mercedem. Si hunc in filium adoptares; ſuſciperetis quidem ab eo adoptiuam in filiam dilectiſſimam, atque adeo in Dei filiam:

Ioan. 1. 12. cùm infans hic verus Deus ſit, qui *quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt: & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.* Ecce in id factum eſt caro Verbum, vt in nobis habitet, gloriamque eius, quaſi vnigeniti à patre videamus: nec ſolùm videamus, ſed ſimus etiam participes eius, facti diuinitùs filij ipſius Dei; ſi Verbum carnẽ factum reuerenter in nos ſuſcipiamus, tanquam in propriã viuã domum eius. Eſtne igitur filia Herodis aliqua, quæ fouendum ſuſcipiens infantem hunc, filia Dei fiat adoptiua? Alioqui, ſi filia nulla eſt; exeat filius aliquis, tanta fruiturus fœlicitate. Nam & Dauidem illum, qui tàm rabido ad necem perquirebatur ſcrutinio, ſuſceperũt pij tutelares etiam filius, ac filia perſecutoris Regis: non obſtante conuerſo in eos patris iratiſſimi furore. Abſ-

Chriſtus facit Dei filios homines illos, à quibus ipſe piè accipitur.

Dauid à Saule perſecutionibus exagitatus, inuenit protectionem apud eiuſdem Saulis filium Ionathan, & filiam Micholam.

Ionathas protector Dauidis fugientis perſecutorem Saulem, patrem eiuſdẽ Ionathæ.

1. Reg. 19. condit eum ſæpe numero Ionathas, eiuſdem Regis Saulis filius, totiẽs
& 20. 5. 23 exponẽs ſe capitis periculo: vt paſſim Regia legimus in hiſtoria. Adeo,
16. vt plenꝰ diabolico furore Saul, plenis ignominia verbis inhonorauerit
1. Reg 20 filiũ, dicẽs: *Fili mulieris virũ vltro rapientis, nũquid ignoro, quia diligis*
30. *filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſa matris tuæ?* Nec ideo deſtitit fauere Ionathas Dauidi, cùm tam turpiter

Michol ſe ſugienti fugientis furibundum Saulem Dauidis.

propter eum inhonoraretur à parente. Protexit ſimiliter Dauidem filia eiuſdem Saulis Regis, Michol, quæ *depoſuit eum per feneſtram. Tulit autem Michol ſtatuam, & ſtatuit eam ſuper lectum: & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eum veſtimentis:* vt putatus Dauid iacere in lecto illo, non quæreretur à lictoribus alibi. Ecce & filius perſequentis Regis, & filia, innoxium Dauidem tutati fugientem. Quid hic attexam pium Abdiam, qui cùm eſſet diſpenſator domus Achab, abſcondit de prophetis Domini, quæſitis iuſſu Reginæ Iezabelis ad necem, non vnum tantum, ſed centum; cuius cauſam, qua motus eſt ad pium hoc tutaminis opus, narrat textus ipſe dicens: *Abdias autem timebat Dominum valde. Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas: & abſcondit eos quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis: & pauit eos pane, & aqua.* Quid piam Ioſabam, damnati ad necem infantis Ioas ſedulam fautricem? Obſcura valde hiſtoriæ littera, quoad hominum ibi interuenientium cognationem: ſed explicitam tradere curabimus, ſi dederit Dominus. Ioram Rex Iuda duas duxit vxores, alteram filiam Achab, nomine Athaliam, vt habetur 4. Reg. 8. cap. ſeu certè, (vt B. Hieronymus ſcribit) filiam Amri, dictam filiã Achab, ſicut dicimus aliquem Diaboli filium, & ſcriptura filium Belial: alteram non exprimit textus: ſed deducitur ab eodem Hieronymo ex eo quòd Ioſaba filia Ioram non fuerit Athaliæ filia. Quod ex ipſo, quem iam referam, Ioſabethæ contra Athaliam actu colligi videtur: Natus ex Ioram & Athalia Ochozias, mortuo Ioramo ſucceſſit in Regnum; Athalia vidua permanente. Sed cùm & Ochozias hic relicto filiolo Ioas nomine, extingueretur, Athalia *interfecit omne ſemen Regium*: id eſt, (vt habetur in Paralipomenon) *Athalia interfecit omnem ſtirpem regiam domus Ioram*, mariti ſui. Cauſam licet nullam exprimat textus, arbitror eam fuiſſe, ne Iudæi qualis erat Ioram, pro eo regnarent, cùm ipſa eſſet Samaritana, filia Amri. Proceſſit eouſque tabes cordis eius; vt etiam nepotem ſuum Ioas, filium filij ſui Ochoziæ, eò, quòd eſſet Iudęus, nepos mariti ſui Ioram, filij Regis Iudæ Ioſaphat, aggreſſa fuerit occidere; & occidiſſet quidem, niſi clam ſublatus eſſet. Sed inuenit infans iſte Ioas, qui eum tutaretur, & foueret. Illa enim Ioſaba, quæ erat filia Ioram ex alia matre, abſcondit infantem occulto in loco, vbi nunquam potuit ab impia carnifice inueniri, donec in Regni ſede conſtitutus, purificauit omnem à ſordibus Iudæam, auxitque in ea valde Domini cultum, & obſequium, *Tollens autem Ioſaba, filia Regis Ioram, ſoror Ochoziæ, Ioas, filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio, & abſcondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur. Eratque cum ea ſex annis in domo Domini. Porro Athalia regnauit ſuper terram.* O fera peſſima, dominandi libido! Et nepotem ſuum cum priuignis cunctis quæſiuit hæc, ad occidendum, vt regnaret ſola ſuper terram. Sed quid Herodes? Numquid non & filium ſuum quæſiuit iſte ad occidendum inter pueros alios, quos peremit? quid quæſiuit, dicam? Imo effe-

Abdias diſpenſator domus Achab, timens Deũ valde.

Timor Dei mouet hominem ad benefaciendum proximis ſuis.

Athalia impia vniuerſorum coniugis ſui filiorum interfectrix, nepotem etiam ſuũ cum eis necare curauit vt regnaret ſola.

Herodes occidit filiũ ſuum cum alijs, quos peremit infantulis.

1. Reg. 19. 12.

3 Reg 18. 3.

4 Reg. 8. 18

Hier in q. Hebra'c. ſuper 2. Paralip. tom 3 ad finem.

Deut. 13. 13. Iudic. 19 22. 1. Reg. 1. 16 2 12. 10. 27. 25 17. 2. Reg 16. 7 20 1. 22 5. lib. 3. 21. 20.

4. Reg. 11. 1.

2 Parali: 20. 10.

4. Reg. 11. 2.

Digitized by Google

ctu peremit, vt ſcribit Macrobius. Quod factum adeo inhuma- Macrobius lib. 2 c. 4 § 10.
num fuit, vt vſque ad remotiſſimam retonuerit Romam: vbi pius imperator Octauius Auguſtus illud, vt par eſt, vituperauit. Leget quiſquis voluerit apud Macrobium: vt, prꝗterquàm, quòd ſciet, hanc, quę valde Chriſti auctoritati conciliat, interfectorum intra bimatum puerorum hiſtoriam non ſolùm à ſacris ſcribi cronographis, ſed vbique terrarum notam fuiſſe: agnoſcat ſimul, cum Regem, qui effrænata regnandi auiditate quæſiuit ad necem Dei filium, pro eo peremiſſe ſuum, ſeruato incolumi, quem nequiſſimus quærebat. Seruato (inquam) à diuina Ioſaba, non ſorore patris eius, ſed propria eius matre: quæ eum extra Regiam illam Herodis ditionem gremio portans, occultauit. Seruato non à Michol, ſicut Dauid, in Regem clam electus: quoniam non decebat artificioſam aliquam pro infante hoc poni eo modo, quo poſita eſt pro ſeruando Dauide facta, ex pannis ac paleis, ſtatuam, quæ eum repræſentaret, ſicut Dauidem. Diuini quippe infantis noſtri repræſentatio viua quidem eſt, non eget exanimi figura. Omnis etenim homo viua Christi eſt repræſentatio: *Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo*: atque adeo infantes homines reprꝗſentationes ſunt infantis Chriſti. Ex quo factum eſt, vt ſicut quærens Dauidem Saul, nihil eius inuenit, niſi vacuam animo figuram: ſit dum Herodes quæreret Chriſtum, figuras eius repererit plurimas: tametſi non vacantes animo: quoniam Chriſti figuræ erant. Ac, ſicut irritatus ab homine taurus, ſi, dum eum perſequitur, aliquam in via reperit hominis figuram, ſeu ſtatuam, ex lana factam, aut ex linteis, eam furibundus inuadit, conuertens in eam furorem omnem, eò quòd eam putet hominem ipſum, à quo laceſſitus eſt: ſic rabidus Herodes nimia excandens in natum Regem iracundia, irruit truculentus in omnes, quos in Bethlehemitica via reperit infantes, vtpote in eos, qui diuini illius, quem inſectabatur, erant infantuli figura. At figuras has infantis noſtri nemo poſuit, ad liberandum eum: ſicut Michol fictam Dauidis poſuit, figuram. Nemo in Chriſtum pius inuentus eſt in patria ſua amore tanto, vt liberare proprio auderet eum periculo. Planè, quiſquis Chriſti vitam ab ipſa natiuitate, & retro conſiderauerit: non poterit, non apertè cognoſcere, non potuiſſe abſque profundiſſimo myſterio talem vitam hominis inſtitui. Tota in ærumnis fuit multis, multis cladibus. In id profectò *Verbum caro factum eſt*, vt proprias hominis anguſtias, quæ diuiſim hominibus accidunt, perferret vniuerſus. Sententia eſt Eliphas Themanites: *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum*. Quid de te, ô Domine Deus, ſperari potuit, ex quo factus es homo, niſi inundans laborum congeries? Eſt item Tragici ſententia.

Genes. 9. 6 — *Chriſti repræſentatio eſt omnis homo.*

Chriſti vita ærumnis circumdata, ac doloribus.

Ioan 1. 14 — Iob. 5. 7.

Quemcumque miſerum videris, hominem ſcias.

Seneca Tragic in Hercule furente. actu 2. ſcena. 3 — *Ioſeph natus eſt homo, quo ſenſu intelligatur.*

Eſt nec non ſententia Eccleſiaſtici: *Nemo natus eſt in terra, qualis Henoch: nam & ipſe receptus eſt à terra: Et Ioſeph, qui natus eſt homo.* Quid ſibi vult, *qui natus eſt homo*? quiſnam ex omnibus hominibus natus eſt non homo? Quid myſterij? quę phraſis? quæ ſententia?

Eccli. 49. 16. — *Ioſeph de infantia ſenſatus.*

Digitized by Google

Tobias ab ineunte ætate prudens.

Tobiæ 1. 4.

Multæ poſſent eſſe interpretationes. Prima natus eſt homo, virili nimirum integritate ſenſatus: non ſicut cæteri, qui prouecta ætate homines eſſe incipiunt. Id, quod de Tobia dicit hiſtoria: *Cumque eſſet iunior omnibus in tribu Nephtali; nihil tamen puerile geſſit in opere.* Talis enim fuit ab ineunte ætate Ioſephus. Secunda natus eſt homo; natus nimirum ad laborem: innumeros ſiquidem, & eos quidem grauiſſimos perpeſſus fuit. Congruit ſociatus in ſententia hac Henoch; quaſi Ioſepho contrapoſitus. Cùm enim dictum ſit. *Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum:* natus eſt ſicut auis Henoch; ad laborem Ioſephus. *Nemo natus eſt qualis Henoch: nam & ipſe tranſlatus eſt à terra,* nondum guſtatis hominum ęrumnis: *Neque vt Ioſeph,* qui, è diuerſo, guſtauit multas, & grauiſſimas. Tertia natus eſt homo, cuius eſt propria viciſſitudinū varietas. Vix enim quiſquā reperietur in hominibus, cui varietas parcat; ſed modò eſt quietus, modò afflictus; modò egenus, modò locuples; nunc lætus; nunc triſtis; nunc odio habitus, nunc dilectus, & cætera. Natus eſt ergo Ioſeph homo; id eſt, inſignis præ omnibus hominibus magna rerum varietate: vt qui initio paterna in domo prælatus fratribus duodecim: deinde arreptus ab eis ad necem; miſſus in puteum: venditus in mancipium, latus in extraneam regionem, ab hera tentatus ad libidinem, miſſus per annos tredecim in ergaſtulum: poſtea ſuper omnes mortales exaltatus: ductus Regali iugiter curru: ſecundus à Rege in terra aliena: quæſitus à nationibus multis, vt pro accipienda ab eo annona adoraretur: factus Dominus fratrum ſuorum; qui eum in mancipium nequiter vendiderant. *Neque vt Ioſeph, qui natus eſt homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi.*

Ioſeph, natus ad ærumnas.

Gen. 37. 3. 19. 25. 27. 28. Gen. 39. 12. 20. Gene. 41. 40. 43. 51. Gen. 42. 9.

Chriſtus natus eſt homo.

O glorioſiſſime, ô ſapientiſſime Deus, qui ob amorem hominum natus es homo! ô tu, qui cùm Dei filius æternùm naſcaris verus Deus, tandem propter homines natus es homo: vt vniuerſas hominum portes ærumnas! qui natus es homo perfectiſſimus ſcientia, poteſtate, miſericordia, beneficentia, patientia, tolerantia. Qui natus es homo tanta viciſſitudinum varietate, vt ab infantia fugiens necem, fuges, dum fugis, horrendos Dæmones, qui tua ingredientis Ægyptum præſentia pauidi relinquunt ſimulachra! Natus eſt homo, tot exagitatus perſecutionibus, vt nullum in patria tua inueniens protectorem, ſis tu ſummè humanus in protegendis omnibus, non innocuis ſolùm, ſed & fugitiuis delinquentibus. *Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis: quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.* Eſt tutiſſimum aufugij templum tribulatis quibuſque miſericordia Dei benigniſſima: quæ ideo dicitur ſpecioſa, quòd pulcherrimum ſit confugij tabernaculum. Sed cur quaſi nubes miſericordia? Vtique quoniam latibulum eſt protegens quoſcumque confugientes. Cur quaſi nubes pluuiæ, quæ tenebroſa eſt: cùm dicatur ſpecioſa miſericordia? Ratio quidem hæc eſt: quoniam confugienti ad latibulum cuique nullus eſt adeo cādidus locus, adeo ſpecioſus, ac ille, qui denſiſſimis obſcurus eſt tenebris. Cur nubes pluuię in tempore ſiccitatis? Quoniam profecto, ſicut ariditas

Chriſtus refugium afflictorum omnium etiam delinquentiū.

Miſericordia Dei nubes refugij afflictorum

Eccli. 35. 26.

tempore nubes pluuiæ prçternaturalis eſſe videtur,&ex propria Dei prouidentia: ſic quum afflicti homines remotiores ſunt à ſuarum euaſione tribulationum, tunc miſericors Deus prçparat illis ſubitò inopinatum in templo miſericordiç ſuæ latibulum. Quot hominum

Exod. 14. 20. exercitus miſſa repentina omnino nube protecti ſunt à validioribus! Sic cùm Iſraelitç perſequentes fugerent Ægyptios, *erat nubes tenebroſa ita, vt ad ſe inuicem accedere non valerent.* Quòd ſi in illo tempore adeo tenebroſa ad protectionem hominum nubes: quanto magis in noſtro hoc, quum *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*: quidnam (rogo) eſt Dei incarnatio, qua verbum caro factum eſt, niſi aſſumptio carneæ naturæ, in abſtruſum confugium afflictorum? Eſt ergo in hac imagine huius generis vmbra: eſſe nimirum confugientium ad eam tutum receptaculum. Conſiderate ſculptam è cedro imaginem: quam vbi deaurat artifex totam, incruſtat demum faciem imitante carnem pigmento: quod Hiſpani dicimus, *encarnar*, ſeu *poner la encarnacion.* Dei filius *eſt imago Dei inuiſibilis,* ex ipſa diuinitatis cedro, non manufacta, ſed naturaliter producta, & ad patris amuſſim expreſſa. Eſt etiam naturaliter pulchra auro ipſo diuino, varijs ſplendoribus, ac donis, dicente Patre ipſo: *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.* Vnde diuerſa valde à latibuli forma, quæ caligine, & vmbris, non ſplendoribus circumdatur. Quòd ſi dicitur habere Deus abſconditum in ſeipſo refugij locum: dicitur quidem ab effectu, non quòd in eo tenebrç ſint vllæ, nec in filio eius vnigenito, *cùm* hic *ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* Volens ergo Deus, vt facies ſua, quç eius figura eſt, & eius filius, idoneum eſſet confugientibus latibulum, induxit in eam incarnationem, quando *incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.* Quoniam in qua imagine eſt incarnatio, vmbram quoque eſſe neceſſe eſt, ſine qua incarnatio eſſe nequit. Si enim depictum ſit ſimulachrum, incarnatio vmbris formatur appoſitis: ſi ſculptile: ipſamet carnis incruſtatio vmbras imitatur. Sic Dei figura, Dei filius, tutiſſima eſt hominibus latebra, id, quod dixit Habachuc: *Deus ab auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan*: vbi ſeptuaginta legunt, *de monte vmbroſo.* Quod præſciens Pſaltes dixit: *Abſcondes eos in abſcondito, faciei tuæ à conturbatione hominum.* Eo igitur tempore, quo Deus, vt tutius ſit fugientibus latibulum, incarnatus eſt: non eſt, qui eum fugientem tueatur. Ingratiſſima patria. Nobilior quidem erga infantem hunc fuiſſe videtur populus Romanus: qui quaſi diuino actus inſtinctu, nulla cognita cauſa, iuſſit in capitolio, ne quis illo genitus anno educaretur. Miror, quoties lego: quoniam decreti huius nullum auctor, qui Tranquillus eſt, incitamentum, nullam innuit cauſam. Certè quaſi creatoris ſui ſentiens iniuriam, id feciſſe ille populus videtur. Quaſi diceret: Dedecet Romanum populum, ſi noſtros educemus infantes: cùm creator noſter, factus pro nobis infans, nulllum in patria ſua educatorem, nullum inueniat miſerantem.

Tu autem peruicaciſſime, carnifex Herodes, putaſne, tuis

Simile.

Chriſtus factus homo, vt incarnatione tutum ſit afflictorum quorumlibet refugiũ.

Ioã. 1. 14.

Coloſſ. 1. 15.

Pſal. 109. 4.

Hebr 1. 2.

Habac 3. 3 Septuag.

Pſal 30. 21

Chriſtus quo tempore Herodem fugiens, à patria exterris exulauit; Romæ decretũ eſt, ne vllus infans educaretur.

Sueton in Octauio Auguſto cap. 94.

capiendum laqueis, ac machinis infantem hunc, qui ſumma eſt ſapientia, ſumma poteſtas, ſumma fortitudo? *Inſenſatus: qui vnigenitam Dei ſapientiam humana fraude circumuenire tentabat. Nam Reges, ſiquidem ex alys cauſis iraſcuntur, citò placantur: Illa autem eorum ira inextinguibilis eſt, quam regni zelus accendit*, ait S. Chryſoſt. Freme, freme, fruſtrate lupe: Freme, latra, carpere, tabeſce. Quem occidere quæris infantem Regem, minimè tanges, nec inuenies: reliquos inuenies omnes, & occides, vt infantem hunc ab ineunte iam infantia facias vniuerſo in orbe famoſum. Prima ad eum Magos duxit ſtella: tu velut ſtella eius ſecunda per magnam orbis partem portas eius ſplendorem, & gloriam. Putaſne, ſi infantulus hic eo eſſet modo Iudæorum Rex, quo tu es Rex Iudæorum, venirent Reges, aut Magi venirent eum adoratum? Ecce tu Rex Iudææ es: te inueniunt Magi, tecum colloquũtur: & tamen non adorãt te, cùm habeant præſentem, ſed natum nunc Regem ſciſcitantur; non ergo eſt Rex iſte, ſicut tu Rex es: ſed quem Reges adorant, & tu deberes adorare. Sed quidem factus illius ſtella, feres per orbem nitorem eius; tametſi ſtella Martis cruentiſſima.

Chryſoſt. hom. 2. operis imperf.

Herodis terribile propter infantium cædem in terris tormentum, & in Tartaris.

Quid facis, ſtulte, ſanguinem fundens innocentium? horrendum eorum ſuper te fundis impius cruorem. Hucuſque audiſtis, Chriſtiani mei, ſceleſtiſſimum feræ iſtius flagitium: nunc ſupplicium audite verbo vno. Quid profuiſſet impietatem prædicare; niſi debitam ei pœnam executione inflictam diceremus? Eia, accede, Herodes, ad iudicium; acceſſit te ad iudicium ſupremus Iudex, cuius tribunal minimè vales declinare. *In alis tuis inuentus eſt ſanguis pauperum, & innocentium. Ecce ego iudicio contendam tecum.* Quare in alis inuenitur pauperum ſanguis? Heu tempora! Audi, Herodes, Ieremiam. Pennis volare cupis ſuper omnes Iſraëliticas vrbes, ſuper omnes duces Iſraëlitas, tanquam omnium ſupremus Dominator: ſed times nunc, ſuperbas has pennas à nato hoc Rege tibi auellendas: & ideo pernicioſum cuſtodiendi eas excogitas modum. Effuſo pauperum cruore, cruore innocentium conſeruare eas niteris demens; ſanguinem ergo in alis tuis ponis, tanquam earum cõſeruatorem, ne auellantur. Vide, ſtulte, quid facias: ſi ſanguine pennas roborare vis; apparebit ſemper in eis ſanguis; eritque perenniter manifeſtum indicium commiſſi à te ſceleris, homicidijs multis atrociſſimi. O vos, Rectores populorum! ô dynaſtæ! ô conſules! ô præſides! Quot peſſimis artibus quaſſatum innocentium ſanguinem & pauperum, vt propriæ ſublimitatis alas conſolidetis, ſæua elicitis manu! Innoxium quidem elicitis ſanguinem: ſi non ferro, prælo ſaltem ſtrictiſſimo; quo prementes oneribus pauperem, ſanguinem cum ſudore fundere compellitis. Audi ergo tu, quiſquis ſimili arte pompoſis alieno ſanguine pennis volitare moliris. Audi Deum dicentem; *Iudicio contendam tecum.* Tecũ, tecum, ait, qui nunc me audis: tecũ iudicio cõtendam: quãuis eã prætendas excuſationẽ, quòd nullo, ſicut Herodes, ſanguinem effuderis ferro. Non excuſabis ſcelus tuum, quantũuis ferrũ exerueris nullum: dentibus elicis cruorẽ: elicis ſarcinis

Iere 2. 33.

Iudicium Dei tremẽdum in oppreſſores miſerabilium.

Dominandi libido punita.

Digitized by Google

impoſitis, quæ grauatæ ſuper hominum corpora, magiſque grauatæ ſuper corda, ſanguinem extrahunt ſudore permiſtum. *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeris hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Dilatant enim phylacteria ſua, & magnificant fimbrias: amant autem primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis: & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Ecce ex Saluatoris ſententia, vt ſe magnates iſti magnificent magis, ſanguinem prælo ab innocentibus eliciunt. Ideo addit Dominus ipſe: *Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia comeditis domos viduarum.* Væ tibi, ait Dominus, cruente carnifex: quoniam, cùm priùs dixiſſet tibi, *Iudicio contendam tecum* reperit nunc in alis tuis ſanguinem pauperum, & innocentium, quo indice minimè valeas vlla delictum tergiuerſatione celare. Ideo ait, *Væ tibi.* Væ tibi, qui cruentatis miſerorum ſanguine alis tuis putreſces totus, vt Herodes computruit, defluentibus carnibus, vermium ore corroſis. Quis, quum miſerandum infœlicis huius hominis finem, & (quod peius eſt) æternum audit ſine fine tormentum, non timebit? Non abſtinebit à miſerorum vexatione? Quàm diuerſus ab hoc piarum finis obſtetricum: quæ damnatos à Rege ſeruauerunt infantes? *Bene ergo fecit Deus obſtetricibus, & quia timuerunt obſtetrices Deum: ædificauit eis domos.* Quàm item diuerſus finis Abdiæ; cui, quia *timebat Dominum valde*, tot inuenit fautores in cælis, quot protexit ipſe à tyranna Iezabela prophetas.

Matt. 23. 4.
Matth. 23. 14.
Exod. 1. 17.
3. Reg. 18. 3.

Vobis tandem, fœliciſſimi infantes, quid dicemus? Lætiſſimi vobis gratulamur, quòd pro infantis creatoris veſtri tutamine vitam profuderitis, facti honoratiſſimæ primitiæ naſcentis in carne Dei veſtri. Tibi quoque, ô diuine infans, pluſquàm ipſis gratulor infantibus, quòd adeo lætus ſis tam iucundis fructuum tuorum primitijs. Inter alia multa mirabilia, quæ Auguſti tempore, quod nati tempus Chriſti fuit, apud Romanos acciderunt, illud non contemnendum, quòd ingreſſo Auguſto ipſo inſulam nomine Capreas, demiſſi ad terram veterrimæ ilicis rami, penituſque languentes, ſubitò conualuerunt, quaſi Imperatoris ingreſſu lætabundi. Quod ille cernens, adeo hilaris exultauit, vt inſulam illam Neapolitanis permutarit; Ænaria inſula eis data. quantò alacrior putandus eſt exultaſſe diuinus Imperator, quum viſitans terram, tales aduentus ſui fructus vidit? O ſuauiſſime Domine! quàm lætum hodie video cor tuum colore roſeo alacriter perfuſum: roſeo innocentium ſanguine perfuſum! Vnuſquiſque ſimilibus ſuis exultat, & congaudet; curatque eos in rebus cunctis ſibi eſſe conſimiles: ſuæ viuendi rationis conſortes: tu virili cum hominibus conuerſatus ætate, facis vitæ tuæ, tuique interitus participes prouectos ætate homines, qui propterea quòd eorum amore tuum libens ſanguinem effuderis, ſuum ipſi libenter profundere non dubitant: Vnde & infantili quoque ætate tua facis tibi conſimiles infantes; facis & conſortes, quatenus propter te innoxium ſuum fundunt cruorem, quando maternis tu ex viſceribus Virginis aſſumpto egreſſus es ſanguine, quem pro

Sueton. Tranq. in Octau. c. 92.

Auguſto Cæſare inſulam Capreas nomine ingreſſo, ilex reuixit ſubito. Qua propter inſulam illa iſtam Neapolitanis Ænaria permutauit.

Digitized by Google

ipſis largiter fundes. Lætamini ergo vos, primitiæ Regis glorioſiſſimi: lætare & tu ſupreme Regum Rex, tam glorioſa in præſepio Angelicorum turba cinctus puerorum. Lætamini & vos, pij auditores, tam firmum veritatis, dignitatis Regis noſtri Chriſti teſtimonium diuina hiſtoria audientes, & humana. Lætamini diuinum Regem noſtrum tanto ab infantia honore exaltatum aſpicientes. Lætamini videntes, quanta gloria ſummæ gloriæ ſuæ imitatores ſui faciat participes: vt & vos, ſi veri ipſius imitatores fueritis, eadem ſperetis gloria coronari.

IN CIRCVMCISIONE DOMINI.

SERMO I.

Luc. 2. 21. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

PRÆSENTIS Euangelij narratio duobus breuiter abſoluitur verbis: circumciſione nati nobis infantis, & impoſitione nominis eius, qua *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*: ſed quæ hinc, illinc in noui diem anni aliunde concurrunt, varia magis videntur inſtituta. Imo idonea nominis Ieſu cum circumciſione connexio difficulter videtur inuenienda; cùm ſit illa cruenta, ſuauiſſimum hoc: legis illa veteris, ſeu vetuſti initium teſtamenti: nomen hoc noui teſtamenti fundamentum, & legis. Nos autem cum optamus prædicare ſermonem, qui vnus ſit prorſus; non in varia diffuſus inſtituta. quid faciendum?

Circumciſionis cum nomine Ieſu idonea connexio: nimirum ſtemmatis cum lit. era.

Ieſu nomen, & circumciſio in vno ſculpuntur ſcuto, tãquam ſymbolum, & litte a.

Faciamus ſcutum, in quo vniuerſa hodie concurrentia, tanquam egregia Regis noſtri inſignia cum ſua littera ſculpantur: tunc omnia iſta, quæ in hodiernum diem varia confluunt, in ſcuto idoneè componentur. Circumciſio enim ſtemma Chriſti eſt: nomen Ieſu littera eſt appoſita ſtemmati: quæ duo adiuncta celebritati noui anni, aptiſſimè hoc in ſcuto expreſſa collucebunt. Eſt præcellentiſſimum Chriſti ſcutum veritas: nullum ſimile huic in terra, nec in cælis. Nihil enim tam firmiter tuetur quempiam, cumque defendit, ſicut veritas: quæ nullis eſt vincibilis armis. Dixit graphicè Rex Vates: *Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis.* quàm pulchrè ait, *circumdat ſcuto veritas!* quoniam profecto, quæ hominem totum, totum vndecumque Angelum tutatur in gyro, veritas eſt. Aliud quoduis ſcutum partem defendit hominis vnam, pectus, aut caput: totum hominem veritas. Imo Deum ipſum: *Potens es Domine: & veritas tua in circuitu tuo.* Tale quidem ſcutum eſt, vt tempora etiam circumdet omnia: vetera ſcilicet & noua, his conferens illa, atque conformans; vt, quæ præterito nuntiata ſunt tempore, præſenti hoc oſtendantur impleta. Erat circumciſio ſignum tempore antiquo patribus iniunctum; ſed ſignum temporis futuri; futuri Chriſti inſigne, ſeu ſtemma: proprium ſaluatori

Stemma Chriſti circumciſio.

Veritas ſcutum inexpugnabile.

Pſal. 90. 5

Pſal. 88. 9

Anni noui dies cur circumciſionis dies.

propri

Circumciſio ſignum futuri Saluatoris. proprio ſanguine mundum:hodie inSaluatore completur,quod ſym-
bolo illo ſignatum erat.dum Saluator hodie circumciditur. Ecce Dei
veritas,quæ circumciſione illa liberatorem ſignauit Ieſum Chriſtum,
perſpicuè oſtenſa eſt,dum hodie circumciditur.Hic loquatur Apoſto-
lus: *Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter* Rom. 15. 8.
veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum: id eſt, à Deo pa-
tribus factas.Ecce veritas,quæ ſcutum eſt Dei,omnia tempora ambit:
veteris finem temporis;noui anni principium:in quo eſt ſtemma Dei,
adiunctum nomini Ieſu,quod eundem, quem ſtemma ipſum, nempe
circumciſio deſignat Saluatorem. Quum enim dixit Angelus infan-
Ieſus nomen Saluatoris. tem hunc vocandum nomine Ieſu,eam appoſuit cauſam,quòd homi-
nes eſſet ſaluaturus: *Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet* Matt 1. 21.
populum ſuum à peccatis eorum. Congrua eſt ergo cruento circumci-
ſionis ſtemmati littera hęc,nomen Ieſu,quod eandem exprimit,quam
ſignat circũciſio ſaluationem; vt vno in ſcuto exprimatur vtrumque.

Sed in qua ſcuti parte nouos locabimus prætores? Diuerſa qui-
dem res eſt; veruntamen clara ſibi tandem ſtemmata in nobiliſſimo
ſcuto reperient formata; ſi ſcutum hoc ſtemmatum Chriſti, quod ve-
ritatis ſcutum eſt, ſibi ſtatuant impreſſam tuendæ ſemper veritatis.
Sed quid Deipara? Duo quidem ſunt Domini ſcuta, quæ hominem
circumdant totum;veritas,&Maria. Primum dixit Vates primus:*Scu-*
Maria ſcutum noſtrũ. *to circumdabit te veritas eius*:ſecundum Ieremias: *Nouum fecit Domi-* Ier. 31. 22.
nus ſuper terram: fœmina circumdabit virum. Mirabile dictu, & no-
Maria fũdamentum anni noui. uum prorſus; vt nouum tempus ſit, & annus nouus. Hæc eſt firmum
noſtræ protectionis ſcutum: hæc ſcutum noſtrum, quo veritatis ſcu-
tum prædicatione defendamus.Ad ſcutum hoc,ad hoc refugium, pro
impetrando auxilio properemus, ſalutatione Angelica dicentes, *Aue*
Aue Maria *Maria.*

Quum Dei populus ex Babylonica ſeruitute reductus, ſuam reæ- 2. Eſdr. 8. 1.
dificauit Ieroſolymam; nihil priùs curauit, quàm prima anni die om-
nes tam viri,quàm mulieres ex vrbibus cunctis concurrentes,congre-
garentur in templo; vt de componendis rebus populi tractarent, eaſ-
que ad debitum ordinem reducerent. Quo ſpiritu aſcendens ſugge-
ſtum Eſdras, Dei miniſter, librum dominicæ aperuit legis: quam alta
proferens voce, expoſitionem non omiſit. Virorum turbæ, ac fœmi-
narum erant numero tanto, vt cùm minimè templo caperentur, in
Prædicationi aſſiſtentes Iſraelitæ, commotione magna flebant ibi peccata in cinere, & in cilicio. oſtio poſuerint ſuggeſtum,vt,& qui erant in platea,audire poſſent, &
percipere. Multus lacrymarum exortus eſt rumor; tum præ cordis
compunctione,tum præ ſolatio,quod benè diſpoſitis animis ingerunt
Dei verba. In tantum, vt exurgens cum aliquot Leuitis,populum Ne-
hemias commonuerit, vt à lacrymis temperans, fletum in exultatio-
nem conuerteret;quò Dei pręcepta tam magnifico prędicarentur ap-
paratu. Perſtitit per ſingulos dies continua populi ad prædicationem
conuentio, vſque ad diem 8. in quo breuem fecit ſermonum epilo-
gum prædicator; *In die autem vigeſimo quarto menſis huius cõuenerunt* 2. Eſd 9. 1.
filij Iſrael in ieiunio,& in ſaccis, & humus ſuper eos: & facta eſt publica
peccatorum confeſſio, qua ſe ſinguli prauos fatebantur, Dei miſeri-

Digitized by Google

cordiam implorantes. Ex tunc autem cœperunt, quater in die congregari ad concionem, cæteraque officia Eccleſiaſtica: in quorum periodo deuotiſſima à miniſtris fiebat oratio; quæ, quia longiſſima, in præſentiarum referri non poteſt.

Reformationi populi incumbendum prime die anni.

Anni noui die noui prætores eligendi.

Prædicatio initio anni neceſſaria.

Iudices animaduertant, quo fine virgam capiant iuſtitiæ.

Leges humanæ ſtatuunt, vt diuina lex ante omnia ſeruetur.

Hodie, fratres chariſſimi, principium anni nobis eſt, & nouus annus. Dies, in quo Chriſtiana reſpublica in capitulo quàm primùm congregatur, vt populi defectibus, culpiſque perpenſis, de eius reformatione tractetur, pro qua noui etiam creantur prætores. Deinde ad prædicationem concurritur; quæ eſt legis Domini publica propoſitio, ac explicatio, quæque ad nos præ Iſraëlitis illis tantò ſpectat impenſiùs; quantùm nouus hic populus illum veterem excedit, & lex legem. Quapropter illud ante omnia notum debet eſſe iudicibus; quòd virgæ iudicialis admiſſio, totumque munus ſuum nihil ſit aliud, quàm aſſumptum tuendæ legis Domini, proque exactiſſima eius obſeruantia, cunctas difficultates percalcandi. Quamuis enim liber legis, qui traditur eis obſeruandus, leges contineat dumtaxat humanas: prima tamen illarum ea eſt, vt Dei lex imprimis obſeruetur: imo & reliquæ leges in vna hac lege Domini fundantur. Hæc eſt prima lex, quæ Hiſpano ſermone in iure habetur Hiſpano: quæ eſt lex 1. tit. 1. partita. *Dios*
l. 1. tit. 1. part. 1. *es comienço, e medio, e acabamiento de todas las coſas: e ſin el ninguna coſa puede ſer; ca por ſu poder ſon fechas, e por ſu ſaber ſon gouernadas, e por ſu bondad ſon mantenidas. Onde todo ome, que algun buen fecho quiſiere començar; lo primero debe poner adelante de los ojos à Dios.*

Dauid moribundus eam ſucceſſori hæreditatem reliquit, vt legem Dei ſeruare ſateret.

Vnde & quam moribundus Rex Dauid ſucceſſori reliquit hæreditatem, ea fuit, vt intelligeret, munus iudicis eſſe, Dei legem ſeruare, at-
3. Reg. 2. 3. que defendere. Verba eius ſunt iſta: *Obſerua cuſtodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, vt intelligas vniuerſa, quæ facis*, quia profectò qui Dei legem præ oculis cõſtituere omittit, neſcit penitus, quid facit.

Hoc certè noſtræ eſt prædicationis inſtitutum: quod ſi & veſtrum ſit vnicum, vnicaque inhiatio, ac diligentia; fœlices iam vobis precor annos; voſque meos mihi facietis periucundos.

Sed obijcitis vos, me vtique iam declinare à propoſito: qui cùm inſignia nati Chriſti ſermonis ſcopum propoſuerim; nunc legis cuſtodiam vnicum proponam inſtitutum. At certè, ſi animum intenderitis diſcurſui; propoſita hæc Chriſti infantis inſignia, iuncta nomini eius, nihil aliud eſſe, quàm cuſtodiendæ legis inſtitutum, agnoſcetis. Proprium Chriſti ſtemma eſt effuſus ſanguis; proprium nomen, Ieſus; eo quòd proprium munus eius ſit Saluatoris munus, & officium. Saluatio autem delinquentium ſanguinem exigit effuſum; vel proprium ſanguinem, ſi capiantur à iudice, vel Saluatoris, ſi intercedat Saluator. Dicit enim Apoſtolus; *Omnia penè in ſanguine ſecundum legem mun-*
Hebr. 9. 22. *dantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Secundum legem, ait, tam diuinam, quàm humanam: ſed diſcrimine hoc, quòd diuina inſtitutione iudex ipſe diuinus prior effudit proprium pro delinquentibus cruorem; poſtea iudicij tempore effundet proprium delinquentium: at humanis inſtitutis, & legibus proprium delinquentium iudi-
Rom. 13. 4. ces ſanguinem effundunt. Humanis (inquam) inſtitutis, diuinæ innixæ legi, aſſerente Apoſtolo ipſo: *Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei*

Digitized by Google

enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Sed nihilominus temperato Chriſtiana pietate rigore, propoſita ob oculos perpetua Chriſti lenitate. Ideo cum ſuſcepta iuſtitiæ virga. quæ iudicis inſigne eſt, ſuſcipit inſigne Chriſti, nempe crucem eius, per quam iurat, ſe leges ſeruaturum, per quam & iurare facit litigantes, ac reos. Video manere adhuc auditoribus anſulam replicandi: eſto, Chriſti crux, quòd eius ſit inſigne, ſpectet ad iudicum propoſitum: minimè tamen ad eorum propoſitum circumciſionem pertinere: cùm Saluatoris ſtemma eſſe vnum oporteat, compoſitum ex nomine, & pictura; non ſtemmata duo; circumciſionem, & crucem. Punctum hoc hodiernæ quidem concionis eſt proprium: pro quo hæc auſcultent auditores.

Tituli nobilium. Tituli illuſtrium hominum egregij, grandiave monumenta, litteris tum magniſonantibus, tum repræſentatiuis factorum imaginibus (inſignia vocant) ſolent commendari. Vtraque autem monimenta, tam inſignia nimirum, quàm nomina, duplici diſcrimine pinguntur: quod ſeorſim aſſumi, ac explicari, operæpretium eſt. *Symbolorum facti præteriti, ac futuri diſcrimen.*

Sunt igitur inſignium genera duo: alterum, eorum, quæ Latini ſtemmata, Hiſpani *armas* appellamus: alterum eorum, quæ vocamus Hiſpani *empreſſas*, ſymbola Romani, ſeu Latini. Quorũ differentia in hoc ſtat, quòd ſtemmata inſignia ſunt patrati facinoris: quo inſignibus iſtis repræſentato, vniuerſa auctoris nobilitatur proſapia: at ſymbola illa, quæ appellamus empreſſas, inſignia ſunt non quidem rei factę, ſed faciendæ: vt nomen ipſum ſatis indicat, quippe quod ideo dicitur empreſſa, quòd nihil aliud ſit, quã *emprender grandes hazannas.* Ponatur vtriuſque inſignis exemplum. Regum ſtemma Perſarum aquila quædam eſt, in cuſpide haſtæ expanſis alis collocata: propterea quòd eorum proauus Cyrus haſtæ cuſpide ſuam in totum orbem extenderit ditionem. Apud noſtrates etiam *las armas de los Barbas* ſunt manus vna Hiſpani viri tenens Mauri barbam: quoniam Hiſpanus miles validiſſimi Mauri barbam ſiniſtra manu arripiens, eandem ſiniſtram propriam dexteræ pugno contundens, mandibulam Mauri extorſit à facie. Sed quænam ſunt ſymbola quæ Hiſpanè dicimus empreſſas? Cùm nato apud Iulium Cæſarem equo, vngulis in modum digitorum ſubſciſſis portentoſo vaticinarentur aruſpices extendendam ad vniuerſale imperium ditionem hominis illius, apud quem talis equus naſceretur: ille, quòd equum illum alterius, præter ipſum Cæſarem, ſeſſoris videret impatientem, fidem adhibens ariolis, equi illius effigiem ſibi poſuit inſigne, ad ſignificandum, nunquam ſe à magnifica totius orbis ſub pedibus ſuis redactione deſtiturum, donec aut votum adipiſceretur, aut interitum.

Inſignium diſcrimen variorum. *Nobilium honor ſymbolis deſignatus.* *Inſignia, ſeu ſtemmata nobiliũ.* *Cyri ſtemma aquila in haſta cuſpide.* *Equus qualis natus Iulio Cæſari, ab eoque poſitus empreſſa.* *Pierius Valerius l. 4. § imperium.*

Vnde fit, vt tametſi ſymbola, ſeu empreſſas cuique ſibi pingere liceat: nulli tamen ſtemmata illa, quæ *armas* dicimus, niſi armis ſuis inimicũ effuderit ſanguinẽ. Quem, qui in prelijs certãs non effudiſſet: nec arma ſibi is apud Romanos permittebatur in ſcuto ſimulare: imo per contrariũ, album ei, ad ignominiã, ſtatuebatur ſcutũ: ſicut dixit Poëta:

———*parmaque inglorius alba.* *Virgil. Æneid.*

Hæc quoad inſignia. Nunc de inſcriptionibus dicendum. Eſt &

inter has prædicto ſimile diſcrimen: quod quidem inter prænomina verſatur & nomina. Nempe propria hominum nomina nobilitatem indicant nullam: cùm ab incunabulis imponantur infantibus abſque vlla ad atauorum facinora relatione; vt nomen Rodericus, & Lucia. Vnde nomina hæc impoſita à caſu vocauere Philoſophi. At prænomen nobilitatem aliquam deſignat, vel proprijs, vel progenitorum meritis comparatam. Sic apud Romanos Capitolinorum refulget proſapia, ducens originem à Marco Manilio; qui, propter validiſſimam Capitolij à Galiis defenſionem, Capitolini titulo honoratus eſt, quo eius tota fruitur poſteritas. Sic etiam apud noſtros tituli Guzmanorũ, Cordubæ, atq; Toleti inter primarios cõputantur.

Lib. 1. periherm. c. de vniuocis, & æquiuocis.

Nominum, ac prænominum diſcrimen.

Capitolinorum prænomen nobiliſsimum Romæ.

Ecce inſignia, & titulos vobis ſeorſum explicuimus: nunc iam inter ſe conferenda ſunt, vt liqueat, quomodo conueniant. Et quidem quoad nomina attinet, ea quidem nec armorum ſtemmatibus congruunt, nec empreſſis; cùm nullam deſignent dignitatem: prænomina verò armorum ſtemmatibus ritè conueniunt, empreſſarum ſymbolis non item. Quoniam nemo poteſt de futura re certitudinem ſibi polliceri, cùm futura omnia iuxta Tullij ſententiam *ſint caduca, & incerta, poſita non tam in noſtris conſilijs, quam in fortuna temeritate.* Imo ferè ſemper fruſtratio contingit: vt inter alios conſtat in Pompeio, qui in dextera enſem, & ſub enſe leonem ſibi poſuit inſigne, quòd Reges omnes, etiam leones, in ſuam eſſet redacturus ſeruitutem, quod longè à votis accidit ei, vt Tertullianus annotauit, *pro eo vt dicatis, ſi Dominus voluerit*: vt B. Iacobus exhortatur. Nihilominus quamuis prænomina empreſſis apponi non deceat, apponitur tamen breuis aliqua inſcriptio, verſu vno contenta, aut verſu dimidio, quam *el mote* nuncuparunt Hiſpani, empreſſę intentionem exponens. V. g. Poſuerat in Gadir Hercules columnas duas illuſtriſſima ſtemmata, ſeu pegmata, quòd ad terræ vſque finem, ſubdẽs ſibi gentes, perueniſſet, eò quòd antiqui inſulam illam locum vltimum terrę arbitrarentur: quam propterea appellabant finem terræ: Venit inuictiſſimus Carolus V. qui columnas duas mari cinctas ſibi poſuit empreſſam: *y el mote*, quod aſſerit, *Plus vltra*: ad deſignandum, quòd ipſe imperium ſuum in vlteriores terrę, mariſque regiones longe, lateque eſſet extenſurus, vt verè eum feciſſe conſpicimus, qui hodie Indiam vtramque orientalem, & occidentalem, Braſiliam, Philippinas, inſulaſque multas Hiſpanam ad coronam redactas intuemur. Itaque illud ipſum, quod facti ſui ſtemma poſuit Hercules, poſuit empreſſam Carolus non facti, ſed faciendi.

Cicero. de Amici.

Tert. l. de ſpectacul.

Iac. 4, 15

Pompeius poſita ſibi empreſſa ſine fruſtratus erubuit.

Herculis ſtemmata columnæ duæ in Gadir poſita.

Caroli V. empreſſa, ſeu ſymbolum columnæ duæ, mari cinctæ, cum verſiculo. Plus vltra.

Quod ſi gloriam hanc tam picturis, quàm litteris ſibi ſtabiliunt, ſeu certè nituntur ſtabilire mortales, quantò magis ſummus ille Imperator, qui gloriæ Rex eſt, & glorię Dominus? Qui tam plenum, tam integrum, tam abſolutum habet gloriæ dominium, vt quiſquis ad gloriam ſibi ponit inſignia, debeat ſibi perſuadere, non ſuam ibi gloriam deſignari, ſed Dei, qui nobilium factorum, eorum etiam, quæ faciunt homines, eſt auctor. Atque ita

Debetur ſoli gloria vera Deo.

Elegit ergo pretioſiorem ipſe lapidem cæli, in quo ſua cælaret

ſtemmata, ſuæ præſertim maieſtatis, adiuncta Trinitatis graphide: Luciferum ſcilicet; qui propterea vocatur ſimilitudinis ſignaculum. Cuius ornamenta, & apparatus tam glorioſa, atque ſplendida narrantur, quantum tanti Regis decebat inſignia. Sic Ezechiel deſcripſit lapidem. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore; omnis lapis pretioſus operimentum tuum; & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt.* In Hebræo pro ſignaculo ſimilitudinis eſt *ſigillum figuræ*. liquet autem ſigilli figuram propria eſſe ſtemmata illius, cuius eſt ſigillum. Necnon liquet, ſignaculum hoc, quod ſub Regis Tyri nomine deſcribitur, fuiſſe Luciferum, ſecundum acceptam Patribus intelligentiam: præſertim Cyrillo, Gregor. atque Hieronymo. Mirabimini vos, quòd lapidem glorioſiſſimorum diuini Regis ſtemmatum dixerim Luciferum, qui tam citò in caliginoſum verſus eſt lapidem. Ego verò in eo ipſo diuina ipſa Dei ſtemmata fulgere video; quatenus videns Dominus Deus Angelum illum inſignibus iſtis gloriabundum, eaque ſibi, tanquam propria eius eſſent, arrogantem, abiecit eum, ac reiecit priuatum fulgore, quo vltra poſſit gloriari. Vnde, vt Iob teſtatur, verſus eſt in *lapidem caliginis*. Ea igitur ipſa ſupremæ creaturæ depoſitio, ac degradatio, illuſtriſſimum Dei ſtemma eſt; qui in denigrato iam lapide arma ſuæ ſculpſit potentiæ: cùm hæc mirificè reſplendeat in eo, quòd tam præcelſum, eleuatumque principem, cùm erga ſe ſuperbum vidit, deturbarit.

Lucifer lapis ſtemmatum Dei.

Stemmata Dei glorioſiſſima, varia ſecũdum ſæculorum varietatem.

Ezech. 28. 12.

Hebræi ibi.

Cyrill. in Ioan. li. 6. ca. 6. Greg. in moralibus refertur de pœnit. diſtin. 2. princip. Hiero. in cap. 28. Ezech.

Iob. 28. 3.

Cùmque ſupremus hic Rex gloriæ non ſolius ſit artifex cœli, ſed terræ etiam vniuerſæ; ideo quum ſexta die terram cum ſuo ornatu conſummauit, perrexit mox ſuum in ea quoque ponere inſigne, è terra ipſa fabrefactum. Glorioſiſſimum quidem ſculpſit in homine: quem ideo denique terream formauit teſtam, vt diuinæ in terra gloriæ eſſet inſigne. Quid enim aliud ſonant verba illa, *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*? Similitudo enim, & imago inſignia quidem ſunt eius, cuius ſunt ſimilitudo. Eſtque ſtemma Dei homo non quoad ſolam Dei vnitatem; ſed quoad Trinitatem etiam perſonarum, quas tribus animę potentijs repręſentat, ſicut & Angelus. At cùm homo etiam expreſſa in ſe glorioſa Dei ſtemmata, Deitatem vſurpans, ſibi vendicaret; poſuit Deus iterum in homine arma, arma (inquam) ex animantium pellibus facta: quæ ſigna ſunt poteſtatis diuinę in omnem creaturam audentem, in ſignia vſurpare creatoris.

Hominem fecit Deus ſcutum ſtẽmatum ſuorum.

Gen. 1. 26.

Gen 3. 10

Sed numquid omiſit Deus inſcriptum litteris apponere verſiculum inſignibus? Imo appoſuit vtriſque. In cœlo nimirum iuxta ſtemmata poſita in Lucifero poſuit celeberrimum illum titulum; *Quis ſicut Deus*? prolatum ore Michaëlis; In terra autem iuxta inſignia poſita in Adamo conformem titulum adſcripſit; ſed hunc per irriſionem, eo quòd inſigne illud ſuum eſſe affectarit Adamus; nimirum; *ecce Adam quaſi vnus ex nobis.* Quod per ſarcaſmum dictum eſt; id eſt, quis ſicut Deus? Hic iam aliquos veſtrum hærentes animo videre mihi videor, quod Dei ſtemmatibus apponam inſcriptiones;

Adam geſſit titulum poteſtatis Dei appoſitum ſtemmati eius. Sarcaſmos.

Gen 3. 22

Digitized by Google

cum empreſſarum has,non ſtemmatum eſſe commendarim. In quo illud apprimè penſandum eſt,quòd cùm apud homines vnum idem ſignum empreſſæ ſymbolum, & armorum ſtemma ſimul eſſe non poſſit; eſt tamen vnum prorſus apud Deum; propterea quòd eius prouidentia adeo ſit infallibilis, vt vbi ille ſibi ponit empreſſam, dicens, hæc eſt intentio mea; poſſit iam empreſſa haberi pro ſtemmate;nempe gerendorum ſymbolum facinorum debeat iam certum ſtéma facinorum putari, cùm res ita certa ſit,ac ſi eſſet iam executione conſummata. Dixit Dominus ipſe ad Ioſue; *ecce dedi in manu tua Iericho: circuite vrbem cuncti bellatores.* Domine, ſi nondum capta eſt,imo nec oppugnata ciuitas hæc, quin nec ad eius terminum homines iſti peruenerunt, quomodo dicis, *ecce dedi in manu tua?* Nonne cauſam aſpicitis? Quia profectò ipſum Dei intendere, intentam rem conſummare eſt. Quod etiam verum habet in Dei nomine, ac prænomine: quia ſcilicet nulla eſt in eo differentia; cùm ipſum Dei nomen omnem contineat eminentiam, quæ plurimis poſſet nominibus deſignari, multis extolli prænominibus.

Empreſſa Dei ſtéma eius eſt.

Dei decretũ executio debet computari.

Ioſue. 6.2

Videbitis hoc expreſſius in ſequentibus. Deprauatus eſt mundus vitijs,ac peccatis: propter quod aquis eum Deus diluuij exterminauit. Cùmque eum purificando reformaret, inſignia noua decuit erigi. Sed quęnam inſignia, & quo in loco? Poſuerat primum in eo, quem dixi, lapide cœleſti, in ſignum tremendæ maieſtatis; ſecundum terreo in vaſe, in ſignum mirabilis ſapientię, reſtabat, vt tertium inter cœlum, & terram locaretur; & ideo in medio locauit aere, in media aqua, arcam Noeti, & nubium arcum, de quo dixit Noeto, *arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis ſempiterni inter me, & inter terram.* Ecce arcus ſignum eſt, Dei nimirum inſigne, qui propterea eum vocat arcum meum. Quis ſub principiũ mundi tam glorioſa potuit inſignia ſibi conſtituere? Quis inſignia in nubibus? Quis tam immenſum arcum? Quis tam pulchris diſtinctam coloribus picturam? Et (quod magis eſt) arcus hic empreſſa ſimul eſt, & armorum ſtemma. Empreſſa (inquam) perpetis pacis: cùm Dominus dicat, erit fœderis ſignum, armorum vero ſtemma tranſacti exterminij,facti aquis diluuij. Vnde in quantum eſt futuri ſymbolum,ſeu empreſſa,diuinæ eſt inſigne bonitatis: eſt item ſtemma poteſtatis, in quantum factæ quondam ſtragis monumentum. Sanè cùm arcus nubium ſit, fulmina ſunt ſagittæ eius: quę tamen non ponuntur ſtemmata, vt intenta à Deo pax cum parato ſimul ad vltionem arcu deſignetur. Vbi non poſſum illud non mirari, quòd decepta gentilitas igneas ſuo Ioui ſine arcu ſagittas, fulmina ſcilicet, conſtituit inſignia, Deus verus è contra, abſque ſagittis arcum ponit ſtemma: quod profundum certè myſterium eſt. Nam habere ſagittas ſine arcu, eſt abſque vllo eas habere fundamento: Vnde & talis Deus Deus ſine fundamento eſt, nec Deus verè: Deus autem noſter ponit ſibi inſigne arcum abſque ſagittis, quoniam mittendi igneas ſagittas fundamentum habet, & potentiam, quam vt planè oſtendat, ſagittis quandoque fulminum vtitur, hoſtes ſuos redigens

Gen. 6.1.

Gen. 9.13.

Stemma Dei in nubibus.

Arcus nubium ſtemma Dei.

Dei mens eſt, pace cũ hominibus coniungi.

Dei ſtemmata miſericordia cũ iuſtitia coniuncta.

Apolodorus de origine Deorum, li. 1.

Deorum apud gentes æſtimatio valde inferior æſtimatione veri Dei.

in cineres. Eſt iudex iuſtus; eſt & pater miſericors; vnde inſignia eius vtramque expreſſè repræſentant, & miſericordiam, & iuſtitiam. Ponit in nubibus clementiæ arcum, nullis rigoris iaculis appoſitis; at paratum, ac tenſum: vt cùm rebelles iram eius accenderint, ſagittas mittat vrentiſſimas. *Deus iudex iuſtus*, audite iudices: *Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens: numquid iraſcitur per ſingulos dies?* Non quidem iraſcitur quotidie? Nullæ in arcu eius ſagittę apparent, at verò *niſi conuerſi fueritis: gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum: & in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.* Hæc hæc ſunt glorioſa ſtemmata, non ſtemmata veſtra, quæ illud habent fundamentum, quòd atauus veſter Maurulos duos occiderit in bello, decrepitum vnum, qui iam præ ſenectute ſtare non poterat, alterum ſemimortuum vulneribus ei ab alio milite inflictis. Porro quia in illo reformationis ſtatu, qui ſecundus fuit mundi, inſigne aliquod Dei, prout Trinus eſt, oſtendi decuit, ideo in arca illa, in qua ſeruati ſunt quotquot ex diluuio euaſerunt incolumes, iuſſit Deus Noetum facere tabulata tria, in ſanctiſſimę ſtemma Trinitatis, cuius virtute ſoſpitantur, quotquot ſalui fiunt. *Triſtega* (ait) *facies in ea.*

Miſericordia Dei perenniter pluens, iuſtitia parato ſemper arcu non ſemper proÿcit ſagittas.

Pſal. 7. 12

Pſal. 7. 13.

Gen. 6. 16

Sed quamnam empreſſę huic litteram appoſuit? Non aliam, niſi iudicis, dicens, quòd pro conſeruanda pace illis promiſſa inſignibus, inquiſiturus omnem hominū commiſſam in fratres iniuſtitiam. Hoc dixit expreſſè verbis illis: *Sanguinem animarum veſtrarum requiram de manu hominis.*

Iudicis inſcriptio propria.

Gen. 9 5.

Formato iam mundo, ac diluuialibus aquis purificato, placuit vlteriùs Deo populum ſibi peculiarem eligere, in quo ſua ſigillatim cælaret inſignia, tanquam in populo ſibi conſecrato. Hæc certè fuit Dei mens, qua Iſraeliticum ſibi delegit peculium. Vnde quod ibi primum fecit, lex illa fuit, poſita Abrahamo, de ſua, & ſuæ circumciſione familiæ, in proprium Iſraelitici populi ſtemma. Video iam vos curioſos ſciendi, quonam fine fuerit ordinata circumciſio, quęue in ea fuerit congruentia? Dico circumciſionem ſignum futuri fuiſſe, atque præteriti. Pręteriti ſcilicet peccati Adæ, quod originis via in omnes homines transfunditur, vt Apoſtolus ſcripſit ad Romanos: ad cuius peccati deletionem, Iſraeliticæ generationis circumciſione purificata fuit via. Futuri autem, quoniam erat ſignum naſcituri ex ſtirpe illa Saluatoris, ad cuius natiuitatem, viam originis purificari decebat, ob debitam gignendo Regi reuerentiam. Ob cuius ſpectatum illa ex ſtirpe ortum applicabatur circumciſis pia peccati illius remiſſio, cum gratiæ ſimul infuſione, ex eo quòd vera fide crederent, ex progenie illa redemptorem mundi naſciturum. Sic docuit Magiſter ſententiarum, & Angelicus doctor cum Theologis. Quod non obſcurè dixit Apoſtolus verbis illis; *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Vocat ſignum, quoniam vnicum erat populi illius ſacramentum: cùm ex Auguſtini definitione ſacramentum ſit *ſignum rei ſacræ*, quod & cum ſcholaſticis docuit S. Thomas, vocatque eam rurſus, *ſignaculum iuſtitiæ fidei*,

Circumciſionis myſterium.

Populus Dei ſingularis, ſtemmate circumciſione diſtinctus.

Rom. 5 12

Magiſter in 4 ſent. diſtinct. 1. S. Thom. diſt 1 q 2. Rom. 4 11 Aug. li. 10 de ciuit. c. 5 non procul à principio to 5. S. Tho. 3. p. qu 60. artic. 2.

Digitized by Google

eo quòd iuſtitia, qua iuſtificabantur circumciſi, emanabat ex fide Meſſiæ naſcituri. Vnde factum eſt, vt circumciſio fuerit proprium inſigne, ſiue ſtemma, quòd populus ille erat Dei populus; vt cum pluribus alijs commendarunt B. Damaſcenus, Iuſtinus Martyr, Irenæus, Cyrillus, Epiphanius. Nec video, quo alio nomine potuerit circumciſio nominari inſigne expreſſiùs, quàm ſignaculi nomine, à quo eam nominat Apoſtolus. Fuit itaque circumciſio ſtemma præteriti; deleti videlicet peccati; & futuri ſymbolum ſeu empreſſa, naſcituri ex ſtirpe Iſraelitica Meſſię.

Dam. li. 4 de fide orthodoxa. Iuſtinus martyr. in Dialogo contra Thryph. Iren. li. 4. c. 30. Cyr. li 1. in Ioa. c. 21. Epih hæreſ. 30.

Circumciſio ſtemma ſimul. & empreſſa ſymbolum populi Iſraelitici.

Inſcriptio autem illi apposita ſtemmati proprium erat nomen, quod ſimul cum circumciſione imponebatur, ex nominibus illis, quibus ſolus vtebatur populus expectans Meſſiam Saluatorem.

Vnde fiebat tunc, vt viri quique gnari, atque prudentes, Dei potius inſignibus gloriarentur, quàm proprijs; illiſque magis niterentur. Quid ſtemmatibus Dei dixerim? Imo circumciſione, quòd ſignum eſſet, quo ſignabatur populus ille eſſe Dei populus, gloriabantur circumciſi: incircumciſos contemnebant. Exijt ad exprobrandum, afficiendumque ignominia Dei populum gigas ille tremendus Goliath, quo cum nemo in certamen auſus erat deſcendere: quod vbi primum ad iuuenis Dauidis aures peruenit, ad certamen intrepidus erupit. At quibus poſitis empreſſis? Quibus glorię ſtemmatibus? Poterat quidem ſibi erigere ſtemma effigiem leonis manibus, ferro nullo, lacerati: poterat & vrſi: *Nam & leonem, & vrſum interfeci*, dixerat Sauli Dauid ipſe. Nihil horum poſuit; ſed in eo ſolum exijt gloriabundus, quòd gigas ille, quantumlibet armatus, proprio Dominici populi inſigni, circumciſione eſſet deſtitutus; Dauid ipſe munitus Dei nomine. *Tu venis ad me in gladio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini.* Quo ſolo nomine munitus, tanta vi lapidem contorſit, vt gigantis frontem penetrarit, atque illi fixus inhæſerit lapis. Sed quid tunc victor facere perrexit? Erexitne ſibi in ſtemma fundam, qua lapidem iecit? Poſuitne petram ipſam? Poſuit machæram, qua à latere gigantis ablata, caput eius amputauit? Imo poſuit illam in Dei templo, ingenuè faſſus, inſigne illud eſſe *Dei* inſigne; cuius nomine ac numine victoriam illam reportauit. Quid diuerſum expectari potuit à Dauide illo, qui probè ſciebat, quod poſtea ſcripſit, pſallens Deo; *in nomine tuo exultabunt tota die: & in iuſtitia tua exaltabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es.* Tu glorioſum ſtemma rerum geſtarum hominum illorum, qui ſolam gloriam tuam ſibi ſtemma erigunt. Tametſi in neceſſitatis inſtantia, cùm ſe impetitum à Saule, vidit inermem; gladium illum, ad defenſionem, ſumpſit; non tam vt ſibi proprium, quàm vt commodatum. Dignum certè, quod à nobilibus conſideretur exemplum: quòd quamuis vile ſit, & indecorum, huiuſcemodi inſignibus gloriari, eorumque oſtentationem in omni facere occaſione, vanè blaterare, ac vanitates effutire; tamen vbi ex contradictorum reſiſtentia neceſſitas vrget defenſionis, tunc non eſt indignum, nec prohibitum, ſi ſuæ quis prodat nobilitatis monimenta. Imo in

Stemmatibus Dei gloriantur iuſti, magis quàm proprijs.

1 Reg 17. 3.

1. Reg. 17 36.

1. Reg. 17. 26 36.

1 Reg 17 45.

Pſa 88 16

1. Reg 21. 9.

Stemmatibus nobilitatis licet vrgente cauſa vti.

ea

ea inſtantia ſuccurrit Deus ipſe eis, qui ſuorum ſtemma facinorum ſolam ſolliciti gloriam exigunt Dei; ſicut ſubuenit ipſi Dauidi, tum in preſſura hac, tum in primo illo proceri Philiſthæi certamine; in quo cùm Dei nomen, & gloriam ſibi deligeret inſigne, viuentes habuit ſui facinoris ſtatuas viros omnes Iſraelis, fœminas vniuerſas; ſiquidem *egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael cantantes, choroſque ducentes in occurſum Saul Regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris; & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* Appoſitè Aluarez noſter; *Gloria virtutis ſanctorum, Domine, tu es: quoniam virtutis amatores glorioſos efficis, honorabiles reddis, & honorem illis veriſsimum, non fucatum, nec ſimulatum conſtituis: & gloriam ſpontaneam, non violentia extortam diſcernis.* Graphicè dixit, non fucatam, nec violentia extortam: qualis ſolet eſſet illa, quæ lapideis repræſentatur ſtatuis: ſiquidem gloria hæc Dauidi exhibita, cordibus manifeſtè exhibebatur: vt viuentes ſtatuas appellare auſim. 1. Reg. 18. 6. Iacobus Aluarez de Paz li. 6. par. 3. cap. 32. tom 1. ex maiorib.

Chriſtiani populi inſignia glorioſa. Sed iam videndum eſt, ſintne alia vlteriùs propria ſtemmata Deo. Vtique ſicut ille mundum formans poſuit ſibi inſignia propria formatoris, & poſtea reformatoris propria, quum deprauatum reformauit: ſic populum ſuum circumciſionis fundauit inſigni, lapſumque tandem reformauit, noua eum lege, inſignibus nouis erigens & amplificans, ſuo in terras has ad reformationem aduentu. *Eccleſia catholica ſtēma Dei.* Vnde & inſignia hæc, quę Chriſtiano ſibi in populo depinxit, tantò ſunt pręcedentibus cunctis illuſtriora, quantò illuſtrior populus, quem ad ſuam Deus habitationem perſonalem fabrefecit. *Vobis igitur honor credentibus. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis; vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.* Quidnam eſt, *vt virtutes annuncietis eius*, niſi vt proprio Dei vtamini ſtemmatum munere? Quidnam ſunt ſtemmata, niſi illuſtris quædam rerum geſtarum, grandiumque virtutum enuntiatio? Talis quidem eſt auctori ſuo populus Chriſtianus. Eſt præclariſſimum reformatoris inſigne, dum reformatione hac mirabiles reformantis Dei enuntiat virtutes. Inſigne luminis, quo Deus ipſe in ſuo populo coruſcat: atque adeo inſigne glorioſiſſimum. 1. Petri 2. 9.

Simile. *Scutum ſtemmatū Chriſti quatuor in partes diſtinctum.* Inſigni hoc completum eſt glorioſiſſimum diuinorum ſtemmatum ſcutum; quod ante ortum Saluatoris nondum fuerat Deo conſummatum. Conſtat enim perfectum quoduis ſtemmatum ſcutum diuiſionibus quatuor, ſeu quatuor partibus; in quibus res à quatuor linearum atauis geſtæ depinguntur. Et id quidem diuiſione duplici, quatenus in dimidio ſcuto facinora paternorum repræſententur auorum: maternorum in dimidio. Rurſus in dimidio vno duæ quadri partes: in quarum altera ſymbolum aui, auię ſymbolum pingitur in altera. *Chriſti ſtemmata in ſcuto in quatuor partes diuiſo formata ſunt.* Dominus Deus, cùm non hæreditario, ſicut homines, transfuſa iure, ſed propria ſua eorum magnalium, quæ in ſe ipſo ſunt, ſibi ponat ſtemmata; diſponit ſcuti diuiſiones iuxta diuerſa mundi tempora, ſtatuſue diuerſos; qui, cùm fuerint quatuor, toti-

Digitized by Google

dem ſcuti partes ſunt, in quibus pręclariſſima ſua expreſſit inſignia. Quæ vt iuxta generalem hominum vſum accommodaret, in duas primò diſtinxit ſcutum, vt duorum generum efformaret inſignia: in priori parte ea, quæ propria ſunt Dei, quę ſunt Dei hominis in parte altera: deinde ſcuti dimidium in duos diuiſit angulos, vt duo, & duo depingeret ſtemmata: duo propria Dei, Dei hominis duo. Sunt propria Dei inſignia duo, alterum, quo oſtenditur vnus, quo Trinus alterum: quæ duo in duobus pinxit lateris primi angulis: duo item Dei incarnati, primum, quo antiqua lege repręſentabatur in redemptorem naſciturus: extremum, quo perfectæ proponitur redemptionis, & gratiæ conſummator: & duo hęc in duobus ſecundæ ſcuti medietatis quadris efformauit. Ex quatuor his priora duo, quæ naturalia ſunt Deo, ſtatibus congruunt prioribus, qui naturales appellantur, naturalis ſcilicet legis ſtatus: duo poſteriora, quæ in humana Deo competunt natura, ſupernaturalium ſunt ſtatuum propria. Etenim hominum formatio, rigidaque eorum aquis facta diluuij purificatio, quæ ſtatus mundi fuerunt duo, opera quidem fuerunt naturalia: at Dominici populi, quę in Abraham incepit, fundatio, & facta ab incarnato Deo populi eiuſdem reformatio, ſupernaturales ſunt actiones, multò præclariores præcedentibus. Vnde in duobus illis prioribus ſtatibus, facta eſt Dei oſtenſio eo quidem modo quo Deus eſt natura ſua, atque adeo vnius Dei Trini, vnius Dei in humanæ formationis ſtatu, quæ naturale fuit creatoris opus: Trini in humana abſterſione facta diluuio, quæ naturalis fuit purificatio: at in populi Dei conſtructione, & reformatione eiuſdē populi, exhibuit ſe Deus ſupernaturalium operum auctorem, ſicut reuera Dei hominis ſtatus non eſt ſtatus naturalis; ſed præter propriam Dei naturam, & ſupra propriam humanæ naturæ conditionē. Hoc quippe fine Deus factus eſt homo, vt vnione hac, naturæ iura prorſus excedente, reformaret homines fide, ſpe, & charitate, quæ ſupernaturales ſunt penitus. Ideo ſtatus duos, quòd naturales fuerint, duos primos facimus ſcuti quadros, pro duobus Dei inſignibus, quæ naturam eius repræſentant: duos vltimos ſtatus quadros duos ſcuti dimidij, in quibus, quę ſupernaturalia ſunt, depingimus, ſtatibus ipſis ſupernaturalibus annexa. Non quòd in prioribus ſtatibus dereliquerit Deus homines fide, ſpe, & gratia deſtitutos: imo fidem illis, & veram infundit ſpem, & charitatem: nec quòd omni prorſus Chriſti ſymbolo eos carere permiſerit, cùm verè multa tunc poſuerit ſymbola, quæ communi vſu figuras appellamus, ſed quòd in duobus ſtatibus illis naturalia poſuerit ſui ipſius inſignia, quæ natura ſua Deum vnum ac trinum, quod naturale eſt Deo, deſignarent: ſupernaturalia vltimis in ſtatibus. Incarnati quippe Dei opera, eo quòd ab ipſo pręſente viſibiliter in terris ſint facta, eminentia ſunt adeo, vt antequàm fierent, iam quidem ex eo, quòd tandem facienda eſſent, cunctis retro ſeculis communicarint virtutem: facta iam perficerent ea, quæ in ſeculis illis facta fuerant. In tantum, vt

Status mundi quatuor, totidē Dei operationibus diſtincti.

Chriſtus præſtitit virtutem cunctis retro ſeculis diuinam: perfecitque magis, quæ in ſeculis cunctis facta fuerant.

Digitized by Google

quidquid in primis illis ſtatibus ſupernaturale coruſcauit, radius quidem fuerit orituri noſtro tempore Solis, Solis diuini Ieſu Chriſti; cùm & naturalis ortum Solis fulgentes præcedant (vt conſpicimus) radij. Sed ortus iam diuinus ſol, omnia illa, quę à pręteritis ſtatibus vidit minimè perfecta, ipſe quidem ſplendoris ſui plenitudine perfecit. Eſt pictorum vſus, vt ante formatas partes imaginis omnes, perficiant nullam; ita vt angulum ſcuti primum non conſumment, donec pingant extremum; vt omnes ſimul vndecumque penitus efforment. Scutum ſtemmatum ſuorum inchoauit Deus à temporum initio, ponens in cœlo vnius Dei ſtemma Angelum primum, primum in terra hominem: poſtea ſecundo in ſtatu Trini Dei inſignia inter cœlum, & terram, in aquis (vt audiſtis) & in aere: ſed nōdum exegit ſymbola illa, donec inſigni incarnati Dei angulum conſummauit vltimum. Tunc enim in terris pręſens viſibiliter Deus ſtemmata quatuor, duo Dei Trini, Dei hominis alia perfecit duo: Quorum vt manifeſtiùs fulgeat perfectio, conditiones ſcuti quot, & quales ſint, proponat nobis, qui voluerit, ſi fortè vllam in ſcuto hoc notet deficientem. quatuor, nec plura, agnoſcet requiſita; repræſentatas ſtemmate perſonas: virtutes illas, propter quas earum gloria perennat in ſymbolo: tabulam, in qua ſimulantur inſignia: colores, quibus graphis repletur, ac perficitur. Quatuor hæc in præcellenti hoc Dei hominis ſcuto vndecumque perfecta fatebimini; ac ſimul fatendum concedetis, nullum horum, ante Chriſti operationem, alicubi perfectè fuiſſe repertum; ſed ab ipſo Chriſto penitus conſummata, quæ inchoāta reperit, quum aduenit in terram. Tabula, ſeu materia ſcuti huius omne tempus eſt, ex quatuor mundi ſtatibus, quatuorue temporibus compoſitum. Vincum enim, quo ſcutum hoc formo, incitamentum eſt hodierna anni noui celebritas. Quam vt cum nomine Ieſu, & eius circumciſione componam; ſcutum hoc facio, ex temporibus quatuor, tanquam ex quatuor diſpoſitum angulis, ſeu quadris, in quibus quatuor Dei depinguntur ſtemmata, quibus perſpectis, facilè liqueat, quantùm excedat extremum hoc tria tempora ſtatuum præcedentium. Hæc eſt tabula ſcuti. Perſonæ autem, quarum in eo ſculpuntur ſtemmata, ſunt ipſæ tres diuinæ perſonæ: Pater cum Filio ac S. S. Virtus, ſeu attributum, quo gloriantur, eſt amor. Color qualiſnam erit? In hoc quidem totum conſiſtit momentum. Quiſnam erit color; ſi perſonę ſunt tales, tale attributum, talis tabula? Certè inter ſtemmata, & perſonas, quæ illis deſignantur, commendatamque inſignibus virtutem, tabulamque ac colores, congruam oportet eſſe proportionem. Quæ autem proportio eſſe poteſt inter immenſas Trinitatis perſonas, terreumque colorem, vel aerium, vt coloribus his repræſentari, vtcumque poſſint? Quæ inter amorem viuum, vitęque expertia pigmenta? Inter monumentum, quod ad perpetuam ordinatur memoriam, & pigmenta terrea, quæ tempore ipſo deflorantur, aërea, quæ vix apparentia, prōtinus euaneſcunt? Quis igitur erit deſignandis perſonis

Simile.

Simile.

Simile. ſtemmatū conditiones quatuor in ſcuto ſtemmatum Chriſti ex actiſsimè completa.

Sanguis Chriſti diuinū pigmentum omnia Dei in cunctis retroſeculis inchoata ſtemmata perficiēs.

immenſis immenſus color? Viuus, amori viuo demonſtrando, & ad æterna æternus monumenta?

O pretioſiſſime, ô immenſe, ô viuide, ô viue ſanguis Saluatoris! ô ſanguis Ieſu! ô Chriſti ſanguis! Tu ſolus, tu vnicus tot, & tanta potuiſti perfectè complere requiſita. Tu infinitus es, & tu es æternus, vt qui diuinitati hypoſtaticè vnitus, atque adeò aptum pigmētum, quo immenſi Dei depingantur inſignia. Tu viuus es, vt qui vnitus verbo, de quo Ioannes: *In ipſo vita erat*: vt viuum referas amorem, viuum repræſentes, fortem, ardentem, inextinguibilem, puriſſimum. Tu quidem effuſus ſacrum Domini corpus mortuum reliquiſti, vt viuum erga nos amorem viua repræſentatione oſtentares. Voluit amor, vt Domini corpus derelinqueres mortuum, vt viuus ſemper in ſtemmate eius, amorem viuum patefaceres.

Ioan. 1. 4.

Chriſti erga homines amor ſummè effuſione ſanguinis oſtenſus.

Plus vltra, auditores: multò plus vltra. Myſterium ouantes auſcultate. Quid eſt, quòd hodierna die nomen Ieſus cum circumciſione imponatur infanti? Hoc certè eſt: quoniam tam nomen Ieſus, quàm circumciſio amantem deſignant Saluatorem. Sanguis ad ſaluandum effuſus eſt: *Sanguis Chriſti qui per Spiritum Sanctum, ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis.* Hoc igitur ſanguine bellè depingentur ſtemmata, quibus Deus homo monimento perpetuo ſignabitur Saluator. Nam ſanguinem quidem eſſe pigmentum, tradit Plinius, muricem, oſtrũ, purpuriſſum. Sed quònam oleo mollietur pigmentum? Picturæ namque tam perpetuitas, quàm ſplendor maceratum oleo pigmentum exigunt. O nomen Ieſu! Tu quidem es oleum depingendo vnicè accommodatum Saluatori. Dixi ab exordio verbis Angeli, eſtque dictum Apoſtoli: *Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Nomen eſt igitur ſaluatorem ſignificans. Sed numquid non & oleum eſt nomen hoc ſuauiſſimum? Oleum nouit diuina Domini ipſius ſponſa, quæ de nomine illius gloriabunda dicit ad eum; *oleum effuſum nomen tuum.* Si ergo ad deſignandum ſtemmate ſaluatorem, ſanguis Ieſu pigmētum eſt vnicum, eſtque nomen Ieſu vnicum oleum, ſaluatorem ſimiliter deſignans; diuites quidem ſumus integræ ad pingenda propoſita ſtemmata materię: cum pigmentum, & oleum, ſanguis Ieſu circumciſione profuſus, & nomen Ieſu ſanguini adhærens, ſaluatorem mundi, factamque ab eo deſignent ſaluationem. O benedictum nomen Ieſu! Oleum ſuauiſſimum! Quid iam deeſſe tibi poſſet poſt tot olei vbertates, ac virtutes in te à ſanctis Patribus inuentas, niſi extrema hæc, vt & picturæ tandem oleum eſſes aptiſſimum? Omnes profectò, quotquot aſſequi potuit olei prouentus, qui accuratiùs congeſſit Sanctus Bernardus ad tres hos, quæ verbis eius differam, reduxit; *Eſt proculdubio inter oleum, & nomen ſponſi ſimilitudo; ego autem dico, in triplici quadam qualitate oleo; quòd lucet, paſcit, & vngit. Fouet ignem nutrit carnem, lenit dolorem; lux, cibus, medicina.* Quis poſt

Circumciſionis cum nomine Ieſu elegantiſſima connexio.

Hebræ. 9. 14.

Sanguis Chriſti pigmentum maceratũ oleo nominis Ieſu.

Plini. lib. 9 cap 35. &36 li. 32. cap. 6.

Ieſus nomen oleum eſt, quo maceratur pigmentum ſanguinis eius ad pingenda ſua in hominibus inſignia.

Actor. 4. 12.

Cant. 1. 2.

Bern ſer. 15 in cantica in medio.

Digitized by Google

qualitates has nomini Ieſu applicitas, hanc quoquē congruam, quòd picturæ ſeruiat, putaret? Nunc dicite auditores, eſtne vobis iam perſpecta ſatis, congrua impoſiti Saluatori nominis cum cruenta eius circumciſione connexio? Perſpicitiſne, quàm certo iure hodierna die celebretur vtrumque. Hinc iam ergo agnoſcetis etiam cōuentionem, qua dies hic dicatur noui dies anni, tàm circumciſione, quàm nominis Ieſu impoſitione reſpecta. Sanè tria illa prima mundi tempora, ſeu trium temporum ſtatus minimè fuerunt notabili adeo diſtinctione diuiſi, vt nouus tunc ſtatus, nouumve tempus nouitate tanta diceretur, quanta ſtatus hic quartus, quartumque tempus ſumma à præcedentibus diſtinctione diuerſum. Tam nouum quidem tempus eſt, tamque diſtans à reliquis, quantùm exacta iam pictura à præuia diſtat graphide vacua prorſus pigmento: aut, cum plurimum rudi aliquo ad ſuperaddendos colores diſpoſita. Quod, audiente Ioanne, expreſſe commendans, *Dixit, qui ſedebat in throno: ecce noua facio omnia*: vos quoque ſummaria quadam pictura perſpicietis.

Anni noui dies qua cōuentione cū Dominica circumciſione, & cum nomine eius celebretur.

Apoc. 21. 5.

Poſuerat (vt diximus) primo tempore Deus primum in primo Angelo inſigne ſuum, & in homine, formans hunc, inſigne, *Ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*, faciens item Angelum *ſignaculum ſimilitudinis*: nunc tempore nouo factus Deus homo, ſanguine ſuo colorauit imaginem, quando *lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo*: qui naturali humanæ formationis ſanguini ſuperpoſitus, eſt tanquam viuus ille imaginis color, qui ſolet vltimus primo ſuperponi pigmento, terreo, rudi, emortuo, vix imaginis formam indicanti. Naturalis enim formationis ſanguis vita carens eſt, ſupernaturali formationi collatus; ſicut homo ipſe vitæ carens eſt, quandiu ſupernaturali deſtitutus eſt vita. Dixit Dominus ipſe in Apoc. verbis illis: *Nomen habes, quòd viuas, & mortuus es. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo*: eo quòd vacuus ſuperna ſis vita, ſuperni ſanguinis pigmento. Quo cùm vacuus ſis; opera quoque tua ſunt ſimiliter vacua, vt quæ minimè repleta pigmento ſanguinis mei, quo repleta opera verè ſunt plena, ac veraciter viua. Id quod relatis nuper Pauli verbis audiſtis; *Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis*. Quòd ſi in ſtatu primo illa Dei imago, primus homo, viuo fulſit colore, ille quidem color ſanguine ipſo Chriſti, tanquam ſuperaddito pigmento, ei poſitus fuit, ſicut alijs quibuſuis retro maioribus, quotquot gratia donati, ſanctæ Dei figuræ diuinitus extiterunt. Imo & Angelicum illud *Signaculum ſimilitudinis candidiſſimis eiuſdem Chriſti meritis ornauit*; ſiquidem ea, qua iuſti Angeli, qualis erat tunc Lucifer, coruſcant, gratia, ac pulchritudo, ob Chriſti meritum eis infuſa fuit, non redemptione (nullus quippe Angelus redemptus eſt, cùm beati Angeli nunquam deliquerint, perditi nūquam reſipuerint) ſed Dei voluntate, qui quotquot ſibi gratos fecit, ob merita Chriſti fecit gratos, vt dixerūt Patres Cyril. Hieronym. Thodoretus, Bernardus. qui conſequentibus ſcholaſticis, merito Chriſti infuſam Angelis gratiam piè, ac ſcitè commendarunt. Eſt appoſitiſſimus propoſito noſtro textus: *In ipſo condita ſunt vniuerſa in cælis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Do-*

Gen. 1. 26. Ezec. 28. 12. Apoc. 1. 5.

Homo gratia Dei deſtitutus, vita carens eſt.

Gratia Dei quiſquis deſtitutus eſt, vera caret vita.

Apoc. 3. 1.

Angelis data gratia ob Chriſti merita.

Gratia Angelorum ex meritis Chriſti, capitis eorum.

Cyr. l. 1 in Leuitic. Hier. in comm. ad Eph. 1. Theodor. ibi. Bern ſer. 22 in Cāt. Valēt. to. 4 diſp. 1. q. 8 punc. 3. Col. 1. 16.

minationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens; quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſum pacificans per ſanguinem crucis eius ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt. Perpendite verbum, *Omnem plenitudinem inhabitare:* & id quidem *per ſanguinem eius:* quaſi dicat Apoſtolus, imaginem hominis, Angelique ſignaculum à ſanguine Chriſti plenitudinem accepiſſe pigmenti. Accreuit profectò imaginibus his tanta Chriſti ſanguine perfectio, quantùm excedit ſimilitudinem conformitas: ſeu imago exemplari conformis ſimilem ei dumtaxat imaginem. Adſunt nobis aurea Pauli verba; quibus fimbria ſcuti deauretur. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Temporum perpendite, operumque diſcrimen. In formatione prima, primo in ſtatu. *In die, qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum:* non dicit conformem, ſed ad ſimilitudinem formatum: at nouo hoc tempore, *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.* Illo tempore ſimiles, conformes hoc tempore. Quàm latum, bone Deus, perfectionis diſcrimen! Similitudo, ſi ad conformitatem non perueniat, non eſt perfecta exemplaris imago: conformitas imago perfecta eſt, ac conſummata. Qui igitur ſanguine Chriſti reformatus homo conformis eſt Chriſto; tantum quidem excedit formatum naturali ſanguine hominem, quantum prædeſtinatio creationem, terreſtrem vitam beatitudo: ſiquidem quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui, conformatos pigmento ſanguinis ipſius. Sic ſanguine ſuo primam ſcuti reformauit partem.

Rom. 8. 29. Geneſ. 5. 1

Eodem ſanguine reformatus eſt ſecundus ſcuti angulus; in quo pro ſecunda mundi ætate depicta erant trium inſignia perſonarum. Erant inſignia illa in aëre poſita, & in aqua: in iridis nube, & in arca Noëti: nunc in aqua, & in nube multò ſunt expreſſiora. Nam *Baptizatus Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua: & ecce aperti ſunt cæli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cælis, dicens; Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* In monte item Thabor transfigurato eodem Chriſto, *Vox facta eſt de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus.* En in nube, & in aqua fiunt præſente Chriſto inſignia Patris, Filij, & ſancti Spiritus. Patris vox in nube, in aqua ſancti Spiritus ſtemma, columba videlicet: & realis Filij præſentia, de quo Pater: *Hic eſt Filius meus.* Quæ quidem apparitio propter preſentem facta eſt Saluatorem: cuius ſanguis baptiſmatis deſignatur aqua, deſignatur & nube; *Quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari: Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus.*

Trinitatis myſterium obſcurius quondam commendatum, diuino Chriſti ore luculenter apertum, ac explicitum.

Matt. 3. 16 Luc 9. 35. 1 Cor 10. 1.

Perſpicuè magis liquet, tertium ſcuti angulum, qui ætatis eſt tertiæ, depictum videlicet ſanguine, circumciſione ab Hebræis elicito; nunc iam Chriſti cruore circumciſione effuſo reformari. Cùm enim circumciſio illa ſignum fuerit (vt dixi) naſcituri illo ex ſanguine Meſ-

Circumciſionis veteris inſtitutum reformauit Chriſtus circumciſione ſua.

Digitized by Google

ſtæ: propria quidem illius ſtatus inſignia depicta erant ſanguine illo, qui circumciſione fundebatur. At eo ipſo, quòd ſanguis ille ſignum erat effundendi à Saluatore cruoris; erat quidem pigmentum imperfectum, expectans accipiendam Saluatoris ſanguine, tanquam roſeo pigmento, perfectionem; non ſecus, ac pigmentum; quod tabulæ apponitur primum, ſuperponendum expectat aliud, picturam perfecturum. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex*, vt dicitur ad Hebr. Vnde omnia illa ſanguine Chriſti perfici oportuit. Quapropter dixit Apoſtolus Romanis: *Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſsiones patrum*: id eſt conſummatorem finis circumciſionis, ad confirmandas antiquas illas promiſſiones, ſanguine ſuos adimplens eas.

Circumciſionis miniſter Chriſtus.

Heb 7. 19

Rom. 15. 8.

Ecce ſcutum hodierna completum die, vt annus ſit nouus, nouum ſæculum. Completum adeo, vt non ſolæ perſonæ repræſententur inſignibus, ſed præclariſſimæ etiam earum virtutes, glorioſiſſima attributa. Repræſentatur Dei veritas, factas antiqua circumciſione promiſſiones hodierna complens circumciſione. Repræſentatur & coniunctus rigori amor in eo, quòd non alieno ſed proprio Deus pingit ſanguine ſtemmata. Illa enim quæ ſibi nobiles ſtemmata depingunt, alienum ſanguinem repræſentant effuſum: imo eo fine depinguntur, vt effuſum oſtendant alienum: Dei ſtemmata non ſic, ſed in eo potiùs eis gloriatur, quòd effuſus ſanguis, proprius ſanguis ſit, non hoſtium ſanguis. Effuſo quippe ſanguine proprio, oſtendit Deus amoris inſignia; quæ inſignia ſunt ſimul poteſtatis, inimicos ſeuerè punientis. Dum enim propter inimicos proprium fundit cruorem, nimium in eos amorem oſtendit: at ſimul oſtentat poteſtatem, ſeueritatem, & iuſtitiam; dum eorum punit audaciam, effuſo ſanguine illo, qui cùm proprius humanati ſit Dei, eſt hominis ſanguis; quatenus Deus homo eſt. Complectitur graphicè tria hæc, fidem, qua promiſſiones adimplet antiquas; amorem, & potentiam breuibus his Apoſtolus verbis; *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentium delictorum.* Fuitque tantus Deo oſtendendi amorem hominibus ardor, vt pro perficiendis cunctis quatuor angulorum ſtemmatibus, quater proprium ſanguinem effuderit: infans circumciſione: vir ſudore in horto: flagris, ſpinis, clauis in paſſione: lancea poſt mortem aperto latere.

Veritas Dei repræſentatur ſtemmatibus pictis ſanguine Chriſti, circumciſione effuſo.

Stemmata Chriſti proprij, non alieni ſanguinis formata pigmento.

Amor Dei rigori coniunctus repræſentatur inſignibus pictis ſanguine Chriſti.

Chriſtus nõdum natus gratiam in retromaiores influxerat.

Sanguis Chriſti quater fuſus.

Rom. 3. 23

Claudat diſcurſum diſtinctio, quam inter ſtemma, & empreſſæ ſymbolum ab exordio propoſuimus. Eſt Chriſti crux proprium eius ſtemma, vocata propterea ſignum eius. Illo etenim die, quo ad vniuerſale iudicium ſedebit in throno plena Chriſtus maieſtate, *Parebit ſignum filij hominis in cælo*, tanquam regale inſigne eius. Eſt item ſtemma eiuſdem circumciſio, quam appellat (vt diximus) Apoſtolus *Signum circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*: cur igitur duplicia ſtemmata Chriſti? Dico, circumciſionem fuiſſe quidem pro-

Chriſti ſtēma, & empreſſa crux, & circumciſio.

Math. 24. 30.

Rom 4. 11

Digitized by Google

prium Chriſti ſymbolum· illud videlicet, quod vocamus empreſſam: crucem ſtemma Chriſti conſummatum, Circumciſio enim eius, impoſitioni nominis adiuncta, erectio quidem empreſſæ fuit, qua intrepidè dixit: Saluabo abſque dubio filios hominum, moriar priùs, quàm à ſaluatione deſiſtam. Hæc fuit Chriſti empreſſa, hæc eius mens, hoc eius propoſitum, quo infans ſanguinem effudit, in ſignum effundendi tandem abundantia magna pro egregio hoc propoſito complendo. Hac de cauſa ſymbolo huic appoſuit inſcriptionem nomen Ieſu, Saluatorem ſignificãs: quo ſe ſaluaturum gentes affirmauit. Mirum profectò, ac nouum valde: quodque ſolus potuit ſymbolo Dei conuenire. Nullus quippe hominum (vt dixi) proprium empreſſæ apponit nomen: cùm proprium nomen nullam indicet præſtantiam. Imo nec prænomen, quamquam dignitatis eſt indicium, licet ſymbolo adſcribi: eo quòd quibuſuis hominum propoſitis propria ſit contingentia, propria vbique incertitudo. Qua ratione tunc debetur prænomen, quum propoſita res effectu completur illuſtriſſimo: at ſymbolo empreſſæ ſola abſque prænomine apponitur inſcriptio, quæ ſolum indicet hominis votum, & conatum. Solus potuit Deus, empreſſæ ſuę adhibere prænomen: imo & nomen quidem in honorem: cùm nullam in hominibus proprium nomen innuat dignitatem. Quoniam, cùm propoſitum Dei irritum eſſe nequeat: poteſt ille quidem illud ab initio vſurpare prænomen, quod ſibi tandem debendum non dubitat. Quin etiam & proprium eius nomen plenam in ſe habet prænominis præſtantiam, gloriam, maieſtatem. Tale quidem eſt nomen Ieſu. Accedit, quòd circumciſio ipſa plenum aduſque potuit Chriſto erigi ſtemma conſummati ſaluationis propoſiti, ſi vellet ipſe primam hanc ſanguinis effuſionem in conſummatam hominum ſalutem applicare: cùm gutta vna ſanguinis eius omne excedat pretium, omne debitum: atque adeo Saluatoris nomen pro ea ſanguinis guttula ei ex iuris rigore deberetur. Sed quoniam nimius exorbitauit amor: placuit ei poſt ſanguinem ſanguinem effundere: vt effuſione prima ſymbolum ſibi pingeret empreſſæ: perfectum ſtemma vltima effuſione.

Nomen Ieſu inſcriptio Saluatoris appoſita ſymbolo empreſſæ eius.

Quis non amabit ſalutiferum hoc nomen Ieſu? Quis non amabit illud intimis animi præcordijs, ſciens, nomen hoc apprehenſionem Dei fuiſſe firmiſſimam circa ſalutem noſtram, quocumque ſanguinis ſui diſpendio perficiendam? Appoſitè B. Baſil. *Nomen Ieſu ſeruator appellatur, id eſt ſalus populi: quod myſterium & ante ſecula ordinatum & olim per prophetas prædicatum eſt.*

Ieſu nomen impoſitum Dei filio, ad firmiſſimũ ſaluandi homines propoſitum oſtendendum.

Baſil. homil. 25 de humana Chriſti generat.

Hinc iam noui aſſument prætores, quod ex hoc propoſito agnouerint ſuum. Suum quidem eſt, aut certè officio ſuo conſentaneum, quod in præſenti diſcurſu pro Dei filio conſtituimus. Aſſumant (quæſo) manu ſcutum hoc, veritatis ſcutum: in quo, vt ab exordio conſtituimus, præclariſſima Chriſti ſculpuntur inſignia. De ſymbolis quidem empreſſarum, deque ſculptis poſt merita ſtemmatibus diſſerui: ſciant (rogo) iudices, empreſſarum ſymbola ad eos, qui hodie virgam iuſtitiæ accipiunt, pertinere: ſtemmata ad eos, qui elapſo nunc anno virgam geſſerunt, quam tradunt hodie ſucceſſoribus. Etenim virgæ

Iudices ſummo debent aſſumere nixu Chriſtianam reipublicæ compoſitionem.

Iudices, qui muneris ſui curriculum laudabiliter abſoluũt, purificata, ac compoſita Republica, digni ſunt, quibus illuſtriſsima erigantur ſtemmata.

virgæ iudicialis acceptio eſt firmiſſimum quoddam tuendæ iuſtitię, populique diuina lege componendi propoſitum, votum, inſtitutum, adiecto nomine prætoris, quod conatum hunc expreſſè indicat: virgæ verò traditio, ac reſignatio eſt iuſtum ius, ad erigenda ſibi illuſtriſſima ſtemmata, quum iuſtitia integrè ſeruata, Rempublicam omnem virtutibus multis compoſitam relinquunt. Quæ enim tam glorioſi cauſa eſſe potuit ſtemmatis, quàm exacta populi purificatio, compoſitio, ac diuino in timore amplificatio? Debetur quidem huiuſmodi iudici aurea inſigne virga, perpetuum rerum ab eo geſtarum monumentum. Hæc abſolutis à munere iudicibus debentur ſtemmata; nouis empreſſa competit: cuſtodiendæ empreſſa iuſtitiæ: nunquam parcendi ſomno, nec quieti; ne vlli parcant occaſioni augendæ omni virtutum genere Reipublicæ. Minimè quidem poterit, illuſtria ſibi in fine anni erigere ſtemmata: qui empreſſam hanc in anni principio omittit aſſumere. Fuit Chriſti empreſſa, ſaluabo populum; vitamque meam, ne non ſaluetur, intrepidus profundam: hæc eadem iudicum eſſe debet empreſſa: faciam profectò quantum potuero, vt propoſita à Chriſto hominibus ſalus, in republica hæc mirificis vigeat effectibus. Hęc quidem vna eſt illuſtriſſimorum iudicum empreſſa: hęc fuit omni tempore eorum, qui famoſiſſimi vbique memorantur. Optima iudicis, Regiſque empreſſa caduceus: inſigne videlicet, in quo ſerpentes duo virgæ adhærentes, à media corporis parte connexi ſunt. Eſt Mercurij inſigne, Ægyptiaca adinuentio: ſed ab ipſa rerum natura petita: cùm bini paſſim ſic innodati aſpiciantur colubri de iugorum verticibus ad ima peruolui. Pacis ſymbolum eſt. Quoniam profectò ipſemet virgæ, ſerpentiumque terror pacem parit in Republica. Ideo Veſpaſianus Auguſtus in nummo ſuo, quod hodie Bononiæ ſeruatur, hoc excudit inſigne. Virga, quam manu gerebat Moyſes, proiecta in terram. *Verſa eſt in colubrum*: rurſus manu accepta *Verſa eſt in virgam*. Integer Gubernator talis vtique eſt, vt etiam, dum poſita in angulo iuſtitiæ virga ipſe dormit, aut comedit, non ſecus ac ſerpens timeatur. Sed enim, vt empreſſa hæc in nobiliſſimum ſibi tranſeat ſtemma, putare debet virgam ſuam Chriſti Domini crucem; vt ſimul timeatur, & ametur. Ponat ante oculos Dei timorem, amorem, reuerentiam; timebitur ipſe, diligetur, honorabitur. Hanc ſibi ſolam propoſuerunt empreſſam Rectores quique præclariſſimi; cùm multa alioqui ſibi ſuppeterent facinora, quorum memoranda erigere poſſent monumenta. Libet, in medium afferre iudicem illum, vnicumque vniuerſi populi Gubernatorem, qui nomine Ieſu, licet nonnulla litterarum mutatione, appellatus eſt, Ioſue nimirum, Moyſi ſucceſſorem. Quis tam glorioſa ſibi, ſicut Princeps hic, erigere in terra potuit ſtemmata? Quid, in terra dixerim? Dicam in terris, & in cælo. Cęteri iudices, ac Principes, etiam Iulius Cęſar, etiam Magnus Alexander, etiam Rodericus *el cid Ruy diaz*, ſola quidem in terris pro ijs, quas in terra pepererunt, victorijs ſtemmata ſibi poſuerẽt huic erigere licuit in terris ſtemmata, & in cælis. Nemo ſuper terram tot victorias adeptus: omnes, quotquot in longiſſima via vrbes inuenit, expugnauit, donec in promiſſam terram introduceret ſuos ſumma-

Simile Hieroglyphic.

Caduceus Mercurij, ſerpẽtes duo virgæ prouoluti, ſymbolum pacis, inſigne iudicum.

Macrob.

Pier. l. 15. c. de caduc.

Exod. 4. 3.

Iudices etiam, dum dormiunt, timendi ſũt.

Principes vel dũ dormiunt, timendi ſunt: tamẽ ſimul amandi.

Ioſue vniuerſali gubernatori cũ gloriosiſsima poſſent erigi in terris ſtemmata, & in cælis, illud ſupremũ omnium erectũ eſt, quo Dei ſeruus declaratur.

pene innumerabili. Reges interemit multos, plures Principes. Sed & cælos (vt ita dicam) viſus eſt vincere; quatenus deuictos perſequens hoſtes fugientes, cùm nox appropinquaret, Solem cohibuit, & lunam. Stupendum eſt: dixit eis audacter: *Sol contra Gabaon ne mouearis; & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol, & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. Non fuit antea, nec poſtea tam longa dies, obediente Domino voci hominis.* Videnturne vobis facinora hæc digna, quæ illuſtriſſimo depingerentur in ſcuto? Imo grande quidem ſcutũ: in cuius prima parte duo victoriarum pingerentur ſtemmata, terrena quidem: obtentæ in campo victoriæ in angulo vno, in altero ſtemma obtentæ in vrbibus victoriæ: cæleſtia inſignia in parte ſcuti ſecunda: Sol nimirum in angulo tertio, Luna in quarto? Quænam igitur tanto duci erecta ſunt pegmata? Quatuor quidem erecta illi memorantur. Primum vrbs nomine Thamnathſare, id eſt, ciuitas Solis, in textu deſcripta: ſecundum Solis ſtatua, cuius mentionem faciunt Rabbini: tertium balnearia Leuidæ ciuitatis, in quibus, quòd Ioſue lauare ſolitus fuerit, mirabiliter (vt S. Gregorius Turonenſis ſcribit) mundantur leproſi, quotquot in eis abluuntur: quartum eſt epitaphium ſepulchri eius, quo res ab illo geſtę circa populi purificationem, auctumque in eo Dei timorem deſcribuntur. Quodnam horum ſtemmatum glorioſius? Vtique quartum hoc non modò nobilius commendat ſanctus Spiritus; ſed etiam tanquam illud, quod priora tria ſic illuſtrat, vt extremus ſcuti Chriſti angulus tres præcedentes illuſtrauit. Volumina pro Regum facinoribus perpetua memoria conſeruandis tria ſcripſit quondam ſanctus Spiritus: primum libros Regum, Paralipomenon ſecundum, tertium Eccleſiaſticum, in quo hiſtorica recopilans facta, glorioſis illuſtrauit ſtemmatibus. Et quoniam liber Ioſue Regum præceſſit libros: ſcripſit Deus geſta eius tum in proprio eius volumine, tum poſt obitum eius, in iudicum libro; adiectis in Eccleſiaſtico ſtemmatibus. Hæc, quæ referam, libri Ioſue verba ſunt vltima. *Mortuus eſt Ioſue filius Nun, ſeruus Domini, centum decem annorum: ſepelieruntque eum in finibus poſſeſsionis ſuæ in Thamnathſare. Seruiuitque Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue.* Verba autem, quæ de eo habentur in libro Iudicum, hæc lego in cap. 2. *Dimiſit ergo Ioſue populum, & abierunt filij Iſrael vnuſquiſque in poſſeſsionem ſuam, vt obtinerent eam. Seruieruntque Domino cunctis diebus eius. Mortuus eſt autem Ioſue filius Nun, famulus Domini centum decem annorum; & ſepelierunt eum in finibus poſſeſsionis ſuæ in Thamnathſare. Omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos.* Nunc verba auſcultate Eccleſiaſtici. *Fortis in bello Ieſus Naue, ſucceſſor Moyſi in prophetis; qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei. Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & iactando contra ciuitates romphæas? An non in iracundia eius impeditus eſt Sol, & vna dies facta eſt quaſi duo? Inuocauit altiſsimũ potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus, & ſanctus Deus. Et ſecutus eſt à tergo potentis, & in diebus Moyſi miſericordiam fecit ipſe, & Caleb, filius Iephone, ſtare contra hoſtem, & prohibere gentem à peccatis. Vt viderent omnes filij Iſrael, quia bonum eſt obſequi*

Ioſue 10. 12. Ioſue 24. 30. Rabbini. Greg. Turo. l. 1. mirac. c. 16. Ioſ. 24. 29 Iudic 2. 6 Eccl. 46. 1

Stemmata omniũ glorioſiſsima ſunt illa, quibus celebratur quis ſeruus Altiſsimi.

Ciuitas Solis monumentum Ioſue.

Statua Solis erecta Ioſueto i nmonumẽtum.

Ioſue balnearia Leuidæ ciuitatis cunctis morborum generibus ſalutifera.

ſanctò Deo. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor: qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa illorum pullulent in loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, ſanctorum virorum gloria. Hæc ſunt ſtemmata, quæ Deus ipſe integerrimis erigit iudicibus. Suntne talia aliqua vllis terræ Principibus? Talis honor? Tanta commendatio? Apparatus tantus, tanta gloria?

Principibus honoru diuini zelatoribus erigit Deus glorioſa in æternũ ſtemmata. Tamen intermiſtis tot lituris, ac maculis, quot fuerũt eorum culpa, atque defectus. Azariæ Regi glorioſa erecta ſunt ſtemmata in ſcripturis: ſed admiſta litura deſidiæ eius. Amaſiæ Regi ſculpſit Deus illuſtria in æternũ ſtemmata: iniecta verumtamen litura in medio eorum. Ioſiæ Regi erecta à Deo glorioſiſſima ſtẽmata pietatis, curæ, ſollicitudinis, purificati à peccatorũ ſordibus populi.

Sciant verumtamen Gubernatores, & Iudices, quot eorum flagitia, quot in munere fuerint defectus; tot ſibi appingendas in illuſtriſſimis ſtemmatibus lituras. Erexit Deus Azarię Regi prȩclariſſima ſtemmata his explicita verbis: *Fecitque quod erat placitum coram Domino:* sed verbis his inuſſit ei maculam: *Verumtamen excelſa non eſt demolitus.* (4. Reg. 15. 1.) Sollicita aduſque Reipublicæ cura: at ignominioſa negligentia in perquirendis latebris, conuenticulis, ſpecubus, ne quem non perſcrutaretur locum, vt Dei offenſiones ab eo diligenter extirparet. Quid, quòd inter facinora vndecumque laudabilia, miro emblemate oſtentata, perfecti defectum cordis, internum licet, obſcuram maculam poſuerit Deus in medio ſtemmatum Regis Amaſiæ? *Fecitque bonum in conſpectu Domini: verumtamen non in corde perfecto.* (2. Paral. 25. 1.) Ioſiæ autem, quoniam in cunctis exactiſſimus fuit interiùs, & exteriùs, hæc ei Deus in Regia hiſtoria abſque litura ſculpſit ſtemmata: *Mundauit Iudam, & Ieruſalem ab excelſis, & lucis:* (2. Paral. 34. 3.) & iterum in libro Eccleſiaſtici: *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarij. In omni ore, quaſi mel, inculcabitur eius memoria: & vt muſica in conuiuio vini. Ipſe eſt directus diuinitus in pœnitentiam gentis: & tulit abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominum cor ipſius: & in diebus peccatorum corroborauit pietatem.* (Eccl 49. 1.) O nobiliſſima, ô illuſtriſſima, ô glorioſſima Regis ſtemmata! Huiuſmodi inſignibus, ac litteris honorat Deus rectos, pios, integros Iudices, Rectores, Principes, Reges, Imperatores.

O diuine Ieſu, Iudex, Princeps, Rex, Saluator noſter! Tu ſolus es, qui abſolutiſſimum ſtemmatum ſcutum glorioſiſſimè Deo perfeciſti. Tu effudiſti hodie ſanguinem tuum, non alienum ſanguinem, in animoſiſſimam empreſſam, quòd homines eſſes ſanguine tuo ſaluaturus. Vtque ſtemmata hæc & fulgentia eſſent, & æterna, nomine tuo, tanquam diuino oleo, tui pigmentum ſanguinis miſcuiſti. Sic præterita omnia Dei inſignia ſanguine tuo, tuo nomine adiuncto conſummaſti. Sic Iudices, Principes, ac Reges, proponere ſibi ante oculos doces empreſſam hanc vnicam, vt te, verum populi Saluatorem, in munere hoc ſaluandi mortales comitentur, tibique miniſtrent, vt in muneris exitu glorioſa à te cõſequantur ſtemmata: ipſam in vitæ exitu gloriam, cum omnibus alijs, qui tuo ſanguine inſigniti nomine tuo ſalui, eadem in cælis gloria potientur.

IN EADEM CIRCVMCISIONE DOMINI.

SERMO II.

Luc. 2. 21. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

QVI fœlices populo hodie precantur annos, tres equidem eſſe conſpicio: quorum licet diuerſa inter ſe conditio, quiuis tamen eſt in exhilarando annis populo bonis integerrimus. Primus eſt illuſtriſſimus vrbis ſenatus, qui electis hodie prętoribus benedicendi à Deo anni præbet ſpecimen: alter ſupremus Regum Princeps, Deus noſter; qui dat nobis hodie rectiſſimum miniſtrum iuſtitiæ, qui ſimul eſt miſericordiæ miniſter; atque adeo fœliciſſimum non dicam annum, ſed ſæculum æternum: tertius eſt præſens prædicator; qui tam iucundæ fœlicitatis narratione proſperos vobis & optat annos, & indicit. Quod ad nouos attinet prætores, id quidem diuturnæ remittimus notitiæ, qua tam Chriſtiani, quàm nobiles viri noti ſunt populo; expectato necnon remittimus experimento; quo ſpero fore, vt electores à vadimonio gloriabundi exeant peracta cum anni fine prætura. Certius longè eſt, quod à ſupremo Principe expectatur: cuius vadimonium præcinuit quondam, de ſuauiſſimo nomine eius dicens Iſaias: *Ecce nomen Domini venit de longinquo: ardens furor eius, & grauis ad portandum. Canticum erit vobis, ſicut nox ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitia cordis: ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fontem Iſrael.* Ecce nomen Domini imponitur hodie humanato Dei filio, veniens de longinquo à regali ſede, allatum ore Angeli, vt eſt in textu noſtro: *Vocatum eſt nomen eius Ieſus: quod vocatum eſt ab Angelo prius, quàm in vtero conciperetur.* Ardens furor eius contra procaces, non recipientes illud: quale decet eſſe iudicis nomen, quo terreri debent malignantes; ſed vobis, ei fidelibus, iucundiſſimum ita, vt nomine hoc amœniſſimus reſonet cantus, non ſoles, ſicut tibia, lætificans aures, ſed ima etiam, & hæc potiſſimum, præcordia. Taliter enim eſt iuſtitiæ miniſter, vt ſupremus ſit Princeps:

Chriſtus miniſter iuſtitiæ, & miſericordiæ.

Nomen Dei terret ſimul, & lætificat.

Iſai. 30. 27.

nec per annum vnum, ſed *regni eius non erit finis.* Et quoniam pariter iuſtitiæ eſt, miſericordięque miniſter, eſt inſigne eius non conſueta iudicum virga; ſed cruenta circuncisio; quæ iuſtitiæ quidem inſigne eſt quatenus proprio Chriſtus cruore commune hominum debitum ſoluere inchoauit; quæ ſumma eſt miſericordia. Fuiſſe enim Chriſti circumciſionem aliquod debitę ſolutionis initium, dixit verbis his Emiſſenus Euſebius. *Nobis enim circumciditur Dominus. Sicut enim pro nobis eſt baptizatus, & paſſus: ita & pro nobis eſt circumciſus.* Noſter item Suarez *Voluiſſe* (ait) *ſtatim poſt natiuitatem circumcidi, vt pro nobis Deo Patri ſatisfacere inciperet.* Sola ex parte prædicatoris reſtat debilitas, ad ſatisfaciendum inſtituto exhilarandi proſperis auditores annis, dum concurrentes hodie gaudij cauſas expendero: ſed (gratias Deo) non ſum vtique ſolus. Eſt à parte concionatoris Virgo Dei genitrix, cui imponendum filio nomen Ieſu commiſſum fuit cœlitus, dicente ad eam Angelo; *Vocabis nomen eius Ieſum*: ac conſequenter impetrandæ prędicatoribus gratiæ miniſterium: vt cùm filius eius iuſtitiæ ſit, miſericordiæque miniſter, genitrix eius miniſtra ſit gratiæ adipiſcendæ; dum interueniens trix aduocatur. *Aue Maria.*

Luc. 1. 32.

Euſeb. Emiſſe. homilia in octaua Natiuitatis. Suar. 3. p. tom. 2. diſput. 15. ſect. 1

Luc 1. 31.

Aue Maria

Circumciſionis inſtitutum, & finis.

Naſciturus ex fœmina humano ſanguine, carne Deus humana; elegit multò antè, duo nimirum circiter annorum millia, virum, ac fœminam, ex quorum eſſet ſanguine oriundus; vt ex tunc iam ſanguis ille preparari inciperet, ductuſque per omnem preparaetur genealogiam. Quo decreto, voluit conſequenter, vt omnis illa hominum propago, per quam ſanguis ille ad naſciturum in carne Deũ ducebatur, eſſet ſegregatus populus ſuus: non illi ſolùm homines, qui recta linea eſſent incarnandi Dei progenitores; ſed alij etiam, qui à primo ipſo homine in munus hoc electo originem ducerent. Ad præparandum ergo tanti atauum Regis, tamque ſacri peculij fundatorem, fundatorem elegit Abrahamum, data ei vxore Sara, quę ei peperit filium Iſaac, ex cuius ſtirpe populus ille propagaretur totus vſque ad expectandi ortum Regis, Abrahamico ex ſanguine oriundi. Quo fine firmum cum Abrahamo ipſo pepegit fœdus, duobus capitulis comprehenſum; quod vetus teſtamentum appellatur. Primum caput futuram continuit Saluatoris natiuitatem; quam ex illa expectandam ſtirpe dixit eidem Deus Abrahamo verbis illis: *in te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ.* Quæ benędictio præterquam quòd propter naſciturum Abrahamica ex propagine Chriſtum data ei agnoſcitur à Patribus cunctis, ex textu ipſo apparet ſatis: cùm nullam, præter hanc, interpretationem capere poſſit. Nã quoad naturalem propagationem, manifeſtum eſt, non omnes terræ cognationes in Abrahamo benedictas, nec omnes ab eo originem duxiſſe: vllumue præterea interceſſiſſe fundamentum, propter quod dicantur in Abrahamo benedictæ. Caput verò ſecundum de propaganda fuit Abrahamica ſobole, ac progenie. Quapropter poſuit Deus Abrahamo proprium populi illius & titulum, & inſigne: titulum nimirum, ſeu inſcriptionem proprium nomen Abrahami, quod

Abraham caput, & origo Dominici populi.

Chriſto naſcituro præparatus generationis ſanguis ab Abraham per reliquos in genealogia deſcriptos.

Gen. 12. 3.

Digitized by Google

multitudinis ſignificat patrem: inſigne autem cruentam illius, cæterorumque circumciſionem poſterorum. *Dixitque ei Deus; ego ſum & pactum meum tecum; eriſque pater multarum gentium: nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham; quia patrem multarum gentium conſtitui te. Faciamque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus: Regeſque ex te egredientur. Et ſtatuam pactum meum inter me, & te: eroque Deus eorum. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te: Circumcidetur ex vobis omne maſculinum: infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Itaque erat circumciſio proprium illius populi inſigne; vt notarunt Iuſtinus, Irenęus, Cyril. Epiphan. Damaſcenus. Qua conſequenter ratione intelligunt Patres, circumciſionem illam proprium naſcituri ex ſobole illa ſignum fuiſſe Saluatoris. Sic lego apud Hierony. & Anſelm. Hoc enim nomine nominatur à Paulo ſcribente ad Roman. *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Origo turſus inſtituendi tali quadam cæremonia proprium naſcituri ſignaculum Meſſiæ, hæc ab Origene cenſetur; quia nimirum futura arcana ſigillo oportebat obſignari: eratque ſigillum circumciſio. Argutè ille quidem: nam quæcumque clauſa teſtamenta, illa nimirum, quæ teſtamenta in ſcriptis appellantur in iure, ſigillis obſignari neceſſe eſt: fuitque verè teſtamentũ fœdus illud, quod pro circumciſione inſtitutum eſt, dicente Eccleſiaſtico: *Abraham, qui conſeruauit legem excelſi; & fuit in teſtamento cum illo:* clauſo quidem; quoniam contenta in illo myſteria ad Meſſiam tendebant Saluatorem, à quo erant illa reſeranda; atque adeo ante eius aduentum clauſa vtique eſſe, & teſtamentum ipſum eſſe decuit clauſum; ideoque ſigillo communitum. Verumtamen, cùm vnius inſtituti fines plures eſſe contingat, diuinis præſertim in operibus; arbitror, cum prædicto inſtituendæ circumciſionis incitamento aliud concurriſſe, & hoc potiſſimum, præuiam per multos retro annos purificationem ſanguinis illius, ex quo gignendus erat hominum Saluator. Hac enim de cauſa circumciſionem fuiſſe futuri ſignum Saluatoris exiſtimo. Nulla quippe ars purificandi ad finem hunc, generationis viam aut congruentior apparet, aut decentior, quàm vna hæc, qua carne reſciſſa, ac coarctata, deſignabatur coniugalis caſtitas, vt notum exiſtimat Ambroſius, aſſerens: *Nonne circumciſio carnis præceptum eſt caſtimoniæ?* Effectus autem circumciſis eueniebat ſalutaris; originalis peccati remiſſio, commẽdata ab Athana. Cyril. Ambro. Aug. Grego. & id quidem ex eo, quòd ex circumciſorum genealogia naſciturus eſſet, credereturque Chriſtus naſciturus. Vix enim aliter intelligi poſſunt illa Apoſtoli verba: *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Tanta eſt abundantia effuſæ à Chriſto in homines gratiæ, vt vel ex eo, quòd viam ei generationis, qua ipſe gignendus erat, purificarent, ex illa eius ſobole in communem ſalutem gignendum profitentes, iuſtificarentur anteceſſores eius, non ſolum qui in recta erant linea, ſed quotquot etiam ab Abrahamo eſſent oriundi, imo

Gen. 17. 4.

Iuſtinus Mar. Dia. contra Thryph. Irenæ li. 4 cõtra hæret. cap. 3. Cyril. li. 1 in Ioa. ca. 21. Epiph. hæreſ 30. Damaſce. li. 4 de fide orthodoxa. Hiero. in epiſtol. ad Gal. Anſe. in cap. 4. epiſtol. ad Roma. Rom 4. 11. Orige. lib. 4. in epiſtol ad Rom. Eccli. 44. 20. Ambr. li. 1. de Abraham. ca 4. Ath. orat. in illud Mat. omnia mihi tradita ſunt à Patre. Cyril. li. de Cardinalibus Chriſti operibus. c. de circ. Ambr. ep. 48 Aug. li. 3. cõtra Iulia. c. 18 Gregò 4. li. moral. c. 2. Suar. 3 p. to 3. diſp. 5 ſec. 1. Rom. 4. 11.

Circumciſio proprium Iſraelitici populi inſigne.

Circũciſio ſignum naſcituri ex circumciſa gente ſaluatoris.

Circũciſio ſigillũ, quo obſignabantur futura rei arcanũ.

Circũciſio erat caſtitatis ſignificatio.

Circumciſis remittebatur originale peccatũ.

Digitized by Google

Circumciſio verum ſacramentum.

& quotquot peculio, ac domo eius adhærerent. Illud enim dictum; *ſignaculum iuſtitiæ fidei*, non obſcurè exprimit, circumciſionem fuiſſe ſacramentum: ſignum videlicet rei ſacræ, ideſt iuſtitiæ illius, qua iuſtificabantur peccatores, à peccato ſoluti per fidem, qua ex ſanguine nationis illius gignendum fatebantur vniuerſalem hominum redemptorem.

Tria ſummatim de circumciſione huc vſque ſunt dicta: primum ampliſſima circumciſæ gentis promiſſa à Deo multiplicatio: nobilitas deinde, qua circumciſi homines populus Dei erant inſigniti, non quidem ſolo famulatus inſigni, ſed etiam præeminentiæ, qua Meſſię ſanguis agnoſcebantur: tertium infuſa circumciſis gratia, cum plena ab originali peccato remiſſione coniuncta: quæ tria ſigillatim expendenda ſunt.

Deus vtitur ad fines ſuos medijs, quæ humano iudicio illis contraria videbantur.

Eſt curioſis occaſio inquirendi circa primum, quænam fuerit congruitas in amputanda generationis carne eo fine, vt ſoboles illa nimio extenderetur incremento: cùm ipſi potius fini contraria videatur amputatio. At certè frequens Deo eſt huiuſmodi vſus in operibus ſuis: media nempe finibus quoad humanum iudicium applicare contraria: vt diuina ſapientia eius in eo illuſtriùs eluceſcat: præſertim, quum media ipſa contraria ſunt vitijs. Itaque vt fides creſceret, coarctatum eſt medium naturale: quatenus tunc ſubijcit magis ſuum homo iudicium Dei fidei, quum Deus ea pręcipit, quę oppoſita finibus iudicantur intentis. *Erat autem quidam vir de Saraa: & de ſtirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem ſterilem: cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam, ſterilis es, & abſque liberis, ſed concipies, & paries filium. Caue ergo ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies, & paries filium. Peperitque filium: & vocauit nomen eius Samſon.* Mirum ſanè. Iudic 13.2

Caſtitatis adminicula proficiũt fœcunditati gignendæ prolis.

Qua (rogo) potiori poſſet vti fœmina arte, ad abſtinendum à carnali complexu, aut ſaltem ad extenuandas generationis vires, quàm propoſita hac, qua vt mulier hęc ad gignendum filium vteretur, ſuggeſſit ei Angelus? Qua tamen vſa mulier inueteratam iam ſterilitatem in fœcunditatem tranſtulit vberrimam, adeo vt fortiſſimum hominum genuerit. Solent quidem fœminę, vt corpulentiorem gignant prolem, copioſiori ſupra conſuetum vino, craſſiſque vti cibis: abſtinere, quum amant continentiam. At eſt tanti vbique virtus valoris, vt valeat virtus abſtinentiæ cum parere effectum, qui luxuriæ proprius videbatur. Nec omnino quidem mirum eſt: nam vt vberiorem ferant palmites fructum, putantur quotannis: eſtque putatio carnis circumciſio, qua Abrahamica proles ampliſſimum excreuit in populum. Quadringentorũ enim ſupra triginta ab Abraham vſque ad Moſem annorũ curriculo multiplicatum eſt Abrahę genus numeroſitate ſobolis tãta, vt vel vnius nepotis eius, Iacob, nati fuerint poſteri, quorum numerus his deſcribitur verbis. *Profecti ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum abſque paruulis:* quibus adiectis millia millium circiter exiſſe exiſtimantur, totidemque mulieres. Quàm igitur fidas, quàm

Samſonis mater abſtinens à luxurioſis edulijs fœcũda facta eſt

Simile.

Circumciſio putatio carnis, ad amplioris generationis fructũ.

Galat. 3. 17.

Exod. 12. 37.

Digitized by Google

Deo videntes dicemus fœminas illas quæ ſterilitatis impatientes, ac mœſtę, varijs, vt fœcundentur, medicamentis vtuntur laſciuiæ?

Iſraelitico populo adſcribebantur externi, qui populi illius eſſe volentes circumciſione ſignabantur.

Non minor eſt circa ſecundum difficultas. Cur nam excludens Deus à peculio ſuo reliquos mundi homines; ſolam Abrahæ domũ, ac poſteros eius in proprium ſibi populum delegerit? Difficultatem hanc præuenit Deus ipſe, qui & eam prorſus explanauit, dicens ad
Exod. 12. 37. eoſdem Abrahæ poſteros; *Quòd ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit pertranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ritè celebrabit: eritque ſicut in-*
Exod. 12. 48. *digena terræ: Si quis autem circumciſus non fuerit: non veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, & colono, qui peregrinatur apud vos.* Ceteri, qui ad circumciſionem non veniebant, poterant quidem ſacrificijs alijs plenam originalis peccati remiſſionem obtinere; quam ef-
Suar. 3 p. to. 3. diſp. 5. ſecti. 1. fectu obtinebant multi non ſecus, ac præcedentibus circumciſionẽ temporibus. Sicut è diuerſo, multi ex familia illa naturales ita quidem ex Dei populo erant, quaſi ex illo non eſſent eò, quòd praua viuendi licentia, à pio degenerabant atauo Abrahamo. Quod quidem punctum, tanquam ſummi vniuerſis gentibus momenti, elucidauit ex profeſſo Apoſtolus Romanis, dicens eis: *Non enim omnes,*
Rom. 9. 6. *qui ex Iſrael ſunt, ij ſunt Iſraelitæ, neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Id eſt; non qui filij carnis, hi filij Dei: ſed qui filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine.* Quorũ quidẽ verborum hunc arbitror planum intellectũ. Aliud eſt, eſſe verè Abrahæ ſemen, aliud ęſtimari in ſemine Abrahæ. Semen Abrahæ ſunt, qui carnali generatione ab Abrahamo ducunt originem: illi verò æſtimantur in ſemine Abrahæ. qui Abrahamum moribus referunt, ſiue eius, ſiue ab illo minimè oriundi. Promiſſio ergo Dei de acceptandis adoptiuos in filios eos, qui ſemen eſſent Abrahæ, non eſt facta carnali Abrahę ſemini, ſed his, qui in eius ſemine, ob imitationem, ęſtimantur. Huiuſmodi vocat verè Iſraelitam, verè item adoptiuum Dei filium: filium promiſſionis, ob pij imitationem parentis Abrahami. Itaque, *qui filij ſunt promiſſionis*, quique in ſemine filij exiſtimantur Abrahę, qui & Dei filij nuncupantur; minimè ducunt filiationem à ſemine, ſed à gratia, qua Deus adoptat in filios, quos auxilio ſuo ſe diſponentes intuetur. Quod non omiſit in faciem Chriſtus obijcere Iſraelitis, quibus gloriabundis, atque dicentibus; *Semen*
Ioa. 8. 33. *Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquã: Pater noſter Abrahã eſt; dicit eis Ieſus: ſi filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Vos ex patre Diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere.* Heu quàm miſera deceptione deſipiunt etiam nunc multi, qui cùm ex Dei ſint populo, baptiſmalique Chriſtianorum ſymbolo inſigniti, ita ſe gerunt, & ita viuunt, ac ſi à Chriſtiano peculio eſſent alieni! Feliciores, qui cùm ex ethnicis ſint parentibus nati, vitam ſuam, quum vel tarde, ad Chriſtianam religionem accedunt, iuxta Chriſtianas leges moderantur: textus ex ore Chriſti tam appoſitus, quàm pulcher: *Bonum verò ſe-*
Matth. 13. 38. *men hi ſunt filij regni: Zizania autem filij ſunt nequam*, vt ſcribit Matthæus.

Bonitas, non ſanguis facit hominem ex Dei populo eſſe.

Indiget necnon expenſione ſua tertium dictum noſtrum: quo doctrinam certam conſtituimus, remiſſionem originalis peccati, gratiamque circumciſis impendi. Quæ enim fœminis adueniebat remiſſio medicina; ſi hæc ex circuncitione pendebat? Sed & difficultas hæc hac ipſa Domini doctrina facilè, ſicut prædictæ duę explanabitur, ſi prędictam circumciſionis virtutem agnoſcamus. Etenim circumciſio illa non erat, ſicut modo ſunt noſtra ſacramenta, rei ſignum ſacræ, ita vt circumciſio ipſa ſpiritalem ſalutem efficeret, ſicut medicamentum ſanitatem: ſed ideo erat ſacramentum, quòd ſignificaret futuram gratiam à Chriſto ſuis infundendam, ſimulque præſentem indicaret remiſſionem peccati, quod à circumciſis delebatur, non tam circumciſione ipſa, quàm certa fide, qua proteſtabantur circumciſi, ex progenie illa gignendum Saluatorem. Quæ proteſtatio, quòd à paruulis fieri nequiret; ſupplebatur fide parentum, adiecto illo circumciſionis ſignaculo, quo manebant illi rubricati, tanquam proprij illius cognationis viri. Hoc etenim eſt, quod Apoſtolus dixit verbis illis: *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Id eſt, ſignum iuſtificationis, circumciſis infuſæ virtute fidei, qua ex ſtirpe illa & gignendum credebant, & proteſtabantur Saluatorem. quocirca ad iuſtificationem mulieribus ſufficiens erat fides illa: quæ quidem in infantulis fœminis ſupplebatur oblatione aliqua deuota, quæ Deo offerebantur, proteſtantibus pro infantula parentibus. Hęc litteralis ratio: cui tamen moralem aliam addere non pigeat. Pro qua recolendum eſt, circumciſionem, & nomen ſimul, ac ſemel viro illius populi cuique applicari debuiſſe. Vtrumque enim ſimul pręſcripſit Deus in pacto illo, quod cum Abraham, vt diximus, pepigit. Imo Deus ipſe eidem Abrahamo nomen impoſuit ſimul, ac eum circumcidi iuſſit. Hæc ſunt prędicti 17. capitis verba. *Dixitque ei Deus, ego ſum, & pactum meum tecum: eriſque pater multarum gentium. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis inter me, & vos, & ſemen tuum poſt te. Circumcidetur ex vobis omne maſculinum; & circumcidetis carnem prepntij veſtri: & erit ſignum fœderis inter me, & vos.* Ecce quũ dicit Deus Abrahę, *pactum meum tecum,* imponit ei nomen: aitque contingenter: *hoc eſt pactum meum: circumcidetur ex vobis omne maſculinum.* Atque ita obtinuit populi illius conſuetudo: *Vocauitque Abraham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac, & circumcidit eum octauo die, ſicut præceperat ei Deus.* Obtinuit (inquam) conſuetudo vſque ad virum, quem illius legis legimus vltimum, Ioannem Baptiſtam, de quo Lucas: *Et factum eſt die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine Patris ſui Zachariam: & reſpondens mater eius dixit: nequaquam, ſed vocabitur Ioannes.* Imo de Chriſto ipſo, legis illius & complemento, & termino ait idem Chronologus (quod hodiernum eſt thema) *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius, Ieſus.*

Circũciſio veri ſacramentum, ſed non ſicut noſtra, efficiens gratiam opere operato phyſica actione ſed alio modo.

Suar. 3. p. to. 3. diſp. 5. ſectio. 2 conc. 3.

Soto in 4. ſent. diſti. 2 q 1. art. 3. §. tertia cæremonia.

Circũciſio applicabatur ſimul cũ nomine, quo appellandus erat qui circumcidebatur.

Fœminis bonum nomen tota res eſt.

Gen 17. 4

Gen. 21 3.

Luc. 1. 59.

Luc. 2. 21

Digitized by Google

Eſt necnon ſimul recolendum, circumciſione caſtitatem ſignari, quod ſupra à fundamentis commendauimus. Quæ duo, cùm iam oſtenſa ſint: ſatis nobis oſtendunt, quid de fœminis in noſtro ſit propoſito dicendum. Eſtque (vt reor) dicendum, ſolo in mulieribus nomine deſignari id, quod circumciſione ſimul, & nomine ſignabatur in viris: nempe eas verè eſſe caſtitatis cultrices, in præparationem ſanguinis ex quo Meſſias gigneretur: atque adeo verè, ac propriè eſſe ad populum Dei pertinentes. Nam & fœminis quidem imponi nomen præcepit Deus teſtamento illo, quo viris circumciſionem, & nomen.

Abraham vocatus eſt Abram.

Geneſ. 17. 15. *Dixit quoque Deus ad Abraham: Sarai, vxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram.* Mirandum planè. Viro Deus addidit nomine id, quod circumciſione detraxit. Amputauit carnem viro ipſi: nomini eius litterā addidit, h, ex Abram vocans Abraham: fœminæ nomen circumcidit, amputans litteram, i, vt ex Sarai Sara appellaretur.

Sara prius vocata Sarai.

Itaque quod ad ſignum, ſeu ſpeciem attinet, tota mulierum cauſa in ſolo conſtituitur nomine: eò quòd bonum mulieris nomen caſtam ſignificet mulierem, dignamque conſequenter, quæ populo Dei annumeretur. Quod non ſimiliter ſe habet in viris. Et quidem circumciſum fœminę nomen, nomen eſſe caſtitatis, inde infero, quòd quanto honeſtior eſt fœmina, tanto ſit breuius nomen eius in populo: id eſt tantò minùs in populo auditur, rariùs promitur, citiùs pertranſitur.

Fœminarum caſtitas ſignum proprium, ad cognoſcendum, quales ſint.

Seu certè quoniam honeſtæ fœminæ nomen nullam habet anſulam, vnde per cœtus fœminarum, per compita trahatur inter viros. Sed profundior adhuc eſt rei huius origo: ſpecialis videlicet ſignificatio, qua in populo Dei nomen bonæ mulieris eſt caſtæ mulieris nomen.

Fœminæ honeſtæ nomen rarò oportet audiri.

Quòd ſi nomen caſtæ eſt nomen bonæ: certè ipſummet bonæ mulieris nomen ſignificat fœminam propriam Dominici populi, qui proprium ſignum habet caſtitatem. Scitis inter eos homines, qui ex Dei ſunt populo, & eos, qui ab illo extranei ſunt, diſcrimen eſſe vnicum illud, quod eſt inter improbos, ac probos: quatenus (vt nunc pridem dicebamus) in illo tempore non erant digni appellari Abrahæ filij, quicumque prauis actis erant degeneres ab eo: id, quod ipſe Dei filius planis docuit verbis: ac conſequenter nec Dei erant filij, ſed Diaboli, ſicut nunc etiam ſimiliter ſunt, qui Chriſtiano naſcuntur in populo, iuxta Apoſtoli dictum: *Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij*

Bonitas hominum facit eos eſſe ex Dei populo.

Rom. 8. 14. *Dei:* reliqui nequaquam Dei filij. Cumque cauſa hæc ex æquo ad fœminas ſpectet, & ad viros: liquidò profectò conſtat, eas fœminas dignè ex Dei populo eſſe, quæ bonæ mulieres ſunt: malas, eo populo indignas: quantumuis in eo ſecundum carnem natas, & per fidem in eo numeratas.

Mulier bona intelligitur caſta.

Verumtamen, quoniam probitas hæc in caſtitate exigebatur inſigniter: ideo bono mulieris nomine proprius illud Dominici populi character inſinuabatur in fœminis: eò quòd in his idem penitus ſit caſtæ nomen mulieris, & nomen mulieris bonę. Secus in viris. Non enim ex eo, quòd quis dicatur vir bonus, continuò intelligitur caſtus: imo multi, cùm laſciui ſint valde, dicun-

Digitized by Google

tur ob virtutes alias boni in vulgo viri: mali ob damnata in proximos viſcera, fraudes, dolos, detractiones, etiamſi nulla libidine notentur. Vnde fit, vt quum audimus, Socratem eſſe bonum virum, nullum ex eo dicto formemus conceptum caſtitatis, niſi proprio dicatur nomine caſtus: at, quum auditis, mulier hæc eſt bona, caſtam intelligatis: laſciuam, quum auditis, mala mulier. Hoc, quoad noſtrarum vſum Hiſpaniarum, notum omnino eſt Hiſpanis omnibus; qui, quum audimus, *es mala muger*, libidinoſam intelligimus: caſtam, quum dicitur. *Iuana es buena muger.* Eundem puto aliarum vſum nationum, in quibus diuina colitur religio, vt ex libris colligo, & ab eiſdem extraneis accepi. Cur non & Hebræorum? Imo expreſſum lego apud B. Lucam. *Mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix:* quod legentes omnes, ſicut & audientes vniuerſi, libidinoſam intelligunt fœminam. Curnam? Quod (rogo) aut verbum eſt, aut indicium in textu, quo intelligatur impudica? Nullum profectò aliud, niſi ipſummet peccatricis nomen, ſeu malæ nomen mulieris, quod ex ſe ipſo notat luxurioſam. Sanctus item Hieronymus peccatricem vocat Bethſabee non ob aliud peccatum, quàm ob vnum adulterium. Locutionis huius non eſt abſtruſum fundamentum. Tum, quoniam cùm virorum negotia ſint multa, multi contractus domi bellique, ac itinera multa, & in his omnibus occaſiones delinquendi non paucæ: concurrunt quidem omnia hæc, vel ex his pleraque in id, vt quis aut bonus nominetur, aut malus: quod ſecus ſe habet in mulieribus, eò quòd præter vnam pudicitiæ cauſam, vix accidant eis crebrę oſtendendi in negotijs alijs aut improbitatem, aut virtutem: tum maximè, quoniam vna fœminam totam luxuria penitus commaculat coram hominibus, & Deo: cùm virorum libido, quanquam coram Deo æquè nefaria eſt, multò ſit apud homines minùs deformis, quàm in fœminis. Habet autem quis nomen in populo bonum, aut malum, iuxta opera illa, quibus apparet ipſe malus coram hominibus, aut bonus. Vos, qui me audientes nunc adſtatis, teſtes adhibeo. Ades tu, Agnes, in decem cœtu fœminarum, in quo Luciæ nomen affertur in colloquium: de qua cùm multa dicas mala, quòd ſit marito intolerabilis, quòd iuratrix ſit inſtar perditi nulitis, quòd ad percutiendas imprecationibus famulas, nunquam excidat Diaboli nomen ex ore eius, quòd ignaua ſit, atque remiſſa; mariti crux, flagellum domus: adeo aſpera, ac tetrica, vt parum abſit à ſerpente: peſſima fera, mala beſtia: dicis nihilominus in medijs his malis, fateor, quod ad ipſam attinet perſonam eius, ipſa quidem bona mulier eſt: abſit à me tam graue peccatum, vt vllam ei maculam inuram. *Ella buena muger es, eſo no ſe le niegue, ni ay quien pueda con verdad poner macula alguna en ſu perſona: que eſo ſeria gran peccado.* Concordate (rogo) dicta hęc: eſt abſque dubio bona mulier, & eſt innumeris criminibus plena. Eſt mala beſtia, & mulier bona. O ineffabilem caſtitatis vim! Quis non miretur?

Luc. 7.39.

Peccatrix mulier intelligitur mulier libidinoſa.

Hiero. li. 1. cōmen. in Matt. in princip.

Digitized by Google

Illa, quæ in genere beſtię mala eſt, eſt in genere mulieris bona, ſolam ob caſtitatem; quæ tantum fœminis honorificentiæ conciliat, vt bona dicatur mulier, quæ beſtia mala eſt. Nonne planè perſpicis, nomen bonæ mulieris à ſola educi caſtitate? E diuerſo item, dicis de Oreſtila; Heu quàm dolendum eſt, quòd cùm mulier iſta omnibus aliàs abſoluta ſit numeris, ſuauis, mitis, ſedula, patiens, & amabilis; eſt nihilominus mala mulier. Quid, ſi te pungit zelotypia, qua pro fœmina hac ſuſpectum habes virum tuum? Væ miſerę Oreſtilæ! Quàm pleno ore dicis ſæpiùs, ac repetis; iſta mala mulier: Ecce nomen mulieris bonæ, caſtæ nomen eſt: ac conſequenter ſufficit bonę nomen mulieris, ad ſciendum, eam eſſe propriam ex Dei populo. Hæc moralis (vt dixi) in mulieribus ratio, qua ex Dei populo dignè nominantur.

Cùm ergo proprius circumciſionis ſcopus, ac finis firma fuerit naſcituri Saluatoris expectatio, atque confeſſio: nato iam ipſo Saluatore, ipſa quoqne circumciſio euacuata fuit. Nec eſt iam licita; eò quòd noſtro ſi fieret tempore; Iudaica certè eſſet proteſtatio, qua expectatur adhuc Meſſias naſciturus: quod nefas eſt Catholicæ repugnans fidei. Quapropter dixit Apoſtolus ad Galatas: *Si circumcidamini; Chriſtus nihil vobis proderit.* Galat 5.1.

Circũciſio euacuata, & illicita poſt Chriſti legem promulgatam.

Oritur hinc perplexa difficultas circa eam, quam hodie circumciſionem Chriſti celebramus. Non enim videbatur circumcidendus ille, qui cùm circumciſionis fuerit finis, nulla profectò purificatione generatiui egebat ſanguinis; præſertim cùm ſanguis ille ex cõceptione ſua fuerit puriſſimus: vt qui nec peccato originali, nec conceptionis libidine inquinatus. Diluitur tamen ſufficienter quæſtio concurrentibus ad circumciſionem hanc rationabilibus cauſis, quas proprijs Sancti Thomæ verbis aperiam. *Pluribus de cauſis Chriſtus debuit circumcidi. Primò quidem, vt oſtenderet veritatem carnis humanæ: ſecundò, vt comprobaret, ſe eſſe de genere Abrahæ: tertiò, vt approbaret circumciſionem, quam olim Deus inſtituerat: quartò, vt Iudæis excuſationem tolleret, ne eum non reciperent, ſi eſſet incircumciſus: quintò, vt obediendi virtutem ſuo nobis commendaret exemplo: ſextò, vt quia in ſimilitudinem carnis peccati aduenerat, remedium, quo caro peccati mundari conſueuerat, non reſpueret: ſeptimò, vt legis onus in ſe ſuſtinens, alios à legis onere liberaret, ſecundum illud Galatas 4. Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret.* Mirum, quòd ad liberandos à circumciſione Chriſtianos, illamque prorſus euacuandam, voluerit Chriſtus circumcidi: ſed non omnino noua inter homines ars excludendi id ipſum, quod admittitur. Adamauit Samſon Philiſthæam puellam, quam ſibi vxorem poſtulauit ſimili huic, quo circumciſionem admiſit Dei filius, approbante artem effectu. Parentes enim Samſonis dicebant ei: *Numquid non eſt mulier in toto populo meo; quia vis accipere vxorem de Philiſthijm, qui incircumciſi ſunt?* Sed addit textus: *Parentes autem eius neſciebant, quòd res à Domino fie-*

Circũciſione curnam vſus fuerit Chriſtus?

S. Tho. 3. p q. 37. art. 1.

Prudentia aliquando ſuggerit, vt admittat homo id, quod delere intendit. Simile.

Iudic. 14. 4.

Digitized by Google

ret, vt quæreret occaſionem contra Philiſthæos: ex quibus duxit coniugem, vt relinqueret eam: quæ ſolertiſſimâ arte populum ſuum ab eis liberauit. Eo enim tempore Philiſtijm dominabantur Iſraëli. Sic diuinus Samſon, vt liberaret nos à grauiſſimo illo circumciſionis, cæterarumque iugo cæremoniarum; ipſam in ſe circumciſionem admiſit: atque ita excluſit eam, ac finiuit.

Circumciſio Chriſti oſtentatio amoris maxima.

Interuenit verumtamen aliud circumcidendi ſe non minùs vrgens incitabulum, nimius illius erga homines amor. Hic namque in facienda dilectis oſtenſione ſui impatiens eſt moræ. Traxit è cælis Dei filium amor, vt homo pro hominibus fieret, quò eos à malis liberaret: ideoque ſtatim, ac factus eſt homo, effundere indicia cœpit amoris, ſaluti eorum incumbere incipiens. Nulla autem tanta amoris oſtentatio, ac proprij ſanguinis effuſio; ſicut nulla, è contrario, tanta odij, ac effuſio cruoris alieni. Textus eſt planus, ſupremi expreſſus ore Magiſtri; *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Vnde in ſanguine oſtentatur amor. Cùm enim amoris fons cor ſit vnicè proprius, nec oculis cor cernatur à foris; illa profectò vnica eſt oſtendendi ars amoris, ſi ſanguis, cuius proprius etiam fons eſt cor ipſum, foras exeat, vt cernatur oculis illius, pro cuius effunditur amore. Reſidet quidem in ſanguine amor, qui calidus eſt, ſicut ſanguis eſt calidus: timor frigenti in pituita, cùm & ipſe ſit frigidus. De hoc dixit Poëta:

Ioan.15.13

Amoris ſedes eſt ſanguis.

Sanguine effuſo oſtenditur amor.

> *Obſtupuere animi, gelidusque per ima cucurrit*
> *Oſſa tremor:*

Virg. l. 2. Æneid.

Timor gelidus.

De illo ſcribit Euſtachius, depictum ab antiquis amoris hieroglyphicum, poſita pruna in manu eius. Quod diuini amoris proprium magis eſſe, meritò dixit Victorinus Richardus: *Cur enim ſpiritalis ille, & incorporeus diuinæ dilectionis ignis eandem vim in ſpiritalibus non obtineat, quàm ignis iſte corporeus in rebus corporalibus*? Conſequenter ergo proprio ſanguine effuſo elucet amor: eſtque amor ipſe effundendi, ad oſtenſionem ſui, auidus ſanguinis. Alioquin, quiſnam mihi poſſet exponere, quo Spartani homines ſpiritu pulcherrimum iuuenem, quoties ad bellum eſſet procedendum, amori ſacrificium immolauerint? Leget apud Alexandrum ab Alexandro morem hunc, quiſquis voluerit; cauſam autẽ eius vbinam leget, niſi ipſe commentetur? Ego vnam hanc rationabilem dixerim: eſſe proprium amoris genium, vt dilecti amore inuadat amator omnes eiuſdem dilecti hoſtes, clauſis ad quoduis effundendi ſanguinis periculum oculis. Nec ſolo à marte meo produco qualemqualem hanc gloſſam; ſed à marte adiuto Pauli ſententiâ; qui veram noſtri in Deum amoris oſtenſionem fieri dicit in militia, quâ contra aduerſum Deo peccatum inſurgentes, ſanguinem noſtrum effundere minimè dubitamus. *Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deſi-*

Euſtach.

Amor accenſam in manu gerit prunam.

Richar. de S.Vict. l.5. de contemp.c.7.

Alexand. ab Alex l. 4. cap. 7. poſt init.

Chriſtus ardentiſſimũ in nos oſtendit amorẽ, uincens effuſo ſanguine ſuo aduerſarium hominum diabolum.

Heb.12.1.

cientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes. Vndenam poteſtis gloriari vos, quaſi nobiliſſimam veſtri in Deum amoris oſtentationem feceritis; cum nondum ſit pro amore eius ſanguis veſter effuſus ictibus ab hoſte illius inflictis in prælio, quo reſiſtitis ei, ne tanto Dei hoſti ſuccumbatis? Chriſtum (rogo), aſpicite; cogitate hunc, hunc recogitate: qui, cùm vnicus ſit gaudiorum omnium auctor, & Dominus, ſuſpendit à ſe gaudia, aſſumpſit crucem, ſanguinem totum intenſo Patris fudit amore, amore etiam noſtri, vt aduerſum Deo, & nobis vinceret, ac vinciret bellatorem. Recogitate (inquam) hunc, adiecta primæ cogitatione ſecunda: cùm primæ illi effuſioni cruoris, qui circumciſione fuſus eſt, ampliorem aliam adiecerit in cruce.

Chriſtus ſæpius à nobis recogitandus.

Athen. l. 13. c. 5. Soſicrat. apud Athen. loco citato.

Amori libabant iuuenem Lacedamonij, & Cretes, quum ad prælia erat procedendũ.

Concurrit & ſimilis Lacedæmoniorum ritus, quo illi quoque ſacrificabant iuuenem amori, quum ad bellum eſſet procedendum, vt eſt ſcriptor Athenæus. Cretes necnon in eundem ritum concurriſſe narrat Soſicrates, referens ſimul cauſam facti. Vt ſcilicet amorem ipſum interuentorem adducerent, qui pacem cum hoſtibus componens, acres ictus in dulces converteret amplexus. O amantiſſime Ieſu! Quidnam eſt, quòd tuum libet hodie ſanguinem amori? Sunt aduerſaria Patri tuo peccata, ſunt & homines Patris aduerſarij: libas tu ſanguinem amori, vt aduerſarium Patri deſtruens tuo ſanguine peccatum, oſtendas Patri ſummam erga eum amoris vim, nimiumque ſimul in nos amorem: dum inimicos homines ſanguine tuo Patri reconcilians, cruentum bellum in pacem conuertis amiciſſimam.

Amor in nullo, niſi in ſanguine poſitus ſubiecto, diſpicitur verus, & accenſus.

Nemo dixerit iam, aliquod æquè aptum, ac ſanguinem reperiri ſubiectum, in quo elucens amor, perſpicuam ſui faciat oſtenſionem. Quid, ſi obijceret aliquis, amor flammeus eſt, pruna manus eius pyropea: ſanguis item eſt flammeus, eſtque pyropi imitans colorem: quàm ergo diſtinctè oſtentabitur amor, ſi oſtendatur in ſanguine? Vt enim diſtinctè reſplendeat color, in diuerſo à ſe locatur colore, cùm ſola coruſcare colores faciat varietas. Nec enim ſupra viride diſpicitur viride: ſicut nec nigrum ſupra nigrum. Non ergo diſpicietur in ſanguine flammeo flammeus amor. At certè ipſamet ſanguinis & amoris confinitas facit eum diſtinctè magis coruſcare. Exeat nunc oppoſitor, ſi quis nouit colorem, ſubiectumve, in quo æquè, ac in ſanguine oſtendatur amor. Oſtendatur, (ſi lubet) poſitus in minio, quod *encarnado* dicimus Hiſpani: erit carnalis amor: atque minimæ ideo oſtentationis: eò quòd amor hic non ſit verus amor, non amicitiæ, ſed propriæ amor ſit concupiſcentiæ: quem propterea falſum dicit Philoſophus amorem. Imo cùm amor hic, carnalis ſit amor, amor proprius, amor concupiſcentiæ, ſuam vtique nutrire carnem, ſuum fouere ſanguinem curat: tantum abeſt, vt effundat. Heu deceptos homines! qui nullum, præter hunc, amorem ſciunt: nullum alium intelligunt, cùm ſolus amor iſte indignus ſit, qui vocetur amor, raptimque vſurpet amoris nomen. Si in argenteo ponatur amor colo-

Amor concupiſcentiæ indignus eſt amoris nomine.

Ariſt. l. 8. Ethic. c. 2. 3. 4. 5. 9. S. Tho. 2. 2. q. 23. ar. 1.

Digitized by Google

re, ſeu in tabula argentea collocetur, erit & iſte proprius amor: amor argentum concupiſcens, amor pecuniæ potiùs, quàm hominis pecuniæ largitoris: atque adeo debilis, ac fluxus: qui non diùtiùs, quam ipſa conſtat pecunia: mox *el pan comido, la compania deshecha.*

Amor, quo quis propter data diligitur munera, non eſt verus amor, ſed amor eſt cõcupiſcentia.

Quum fœlix fueris, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila; ſolus eris.

Fortè argentum ſuper amorem commodiùs ſedet; quoniam in quo dilecto fixiſti amorem tuum, in eo locas argentum tuum. Sed nec hæc ſumma amoris probatio. Diſtendite amorem viridi in tabula: deficit & hic à veri amoris conditione; cùm in ſola ſpe retributionis fundetur. Ponatur in pallida: captiuorum eſt amor. Quid, ſi in nigra, aut violacea? Senſatorum eſt color: minùs ſenſatus amor: imo inſenſatus eſt, quamuis plus nimio ſentiat, & doleat. Verberant amatores aërem verbis inſtar amentium; qui cùm ad neminem loquantur, loquuntur tamen. *Amatores* (ait Plutar.) *diutiſſimè verſantur in ijs ſermonibus, ex quibus in amatorum memoriam redeunt. Qui quidem ſi non cum hominibus, certè cum rebus inanimatis de illis colloquuntur.* O amœniſſimum amnem! ad cuius ripam iucundiſſimus ſedere ſolebam meis fruens delicijs! Quonam fugiſti flumen meum? Fons mi, quo barathro abſorptus es? Nec cæruleus quidem aptus eſt color, quantumuis deſignet zelotypiam. Non benè imprimitur amor in zelotypis; imo intimum ſolet odium imprimi. Si zelotypiam ſuper amorem ſedere diceretis; nemo non concederet: at ſuper zelotypiam amor nequaquam quieſcere nouit. Quid dicemus de auro? Eritne congrua, in qua pingatur amor, aurea tabula? Dicam idipſum, quod dixi de argentea. Amor auri eſt, non amicitiæ. Vnde ſapienter intulit Philoſophus. *Amor voluptati innitens, aut pecuniæ, facilè labilis eſt: quoniam multis de cauſis deficere ſolet fundamentum.* Quis iam color reſtat? Rubeus quidem ſolus, ſeu purpureus: in hoc ergo poſitus amor, diſtinctè, ac ſplendidè coruſcat. Super igneum igneus color colorem. Quid dicent ad hoc, qui ſe in veſtimento cum elegantia iactant curioſos? Notabunt nos, & fortè ridebunt. Quomodo in veſte vna diſtinguentur colores duo, qui vnus eſt color? Quomodo fulgebit ſine varietate elegantia? At verè qui ita ſentiunt, parum abſque dubio ſciunt hac in parte. Propria quidem eſt amoris elegantia, vt ſupra ſibi ſimilem colorem inſideat; colorum varietas propria timoris eſt, amori oppoſita. Amor firmus eſt, ſi verus eſt amor: vnde nec varius eſt, nec variabilis; atque adeo nec in coloribus patiens varietatis. Qui varios rebus adhibet colores, minimè purus eſt, ſed magna ex parte pictus amor. Eſt in propoſitum hoc notanda polypi natura, quam Richardus Brixius & notauit, & ſcripſit. Mutat paſſim colores piſcis hic: eſtque timidus ſupra modum piſcis. Addit Plinius, hanc coloris tum mutationem accidere, quum inſtat timoris occaſio: nouuſque ille color conformis eſt colori loci, in quo repentina timiditate corripitur. Quis dubitat timorem oppoſitum amori, contrariaſque proinde co-

Amor facit homines, tanquam alienos à ſenſibus, loqui.

Plutar. de Garrulitate to. 3. moral.

Zelotypia non eſt aptũ amoris ſubiectum.

Amor fundatus in voluptate, aut acceptis muneribus, facilè labilis eſt.

Ariſt. l. 8. Ethic. c. 4.

Amor non coloratres varijs pigmentis, ſed ſemper firmus eſt colore vno.

Polypus timidiſsimus colores paſſim mutat metu.

Richard. Brix li. 1. de myſt. ſymbol. Plin. li. 9. c. 29.

Digitized by Google

Timoris ſymbolum Polypus.

rum conditiones? Eſt ergo ſumma amoris elegantia, nullam in ſe varietatem admittere; ne colorum quidem: ſed cùm ſuapte natura flammeus ſit, ſimilibus flammæ coloribus induitur. Habet igitur propriam ſedem in ſanguine amor; ibi deſpicitur, ibi collucet, ibi fulget. Ideo diuinus amator, Dei filius, ſanguinem effundit proprium, vrgente effuſionem amore, & amore in effuſis ſanguinis vndis coruſcante.

Sanguis ſuper ſanguinem proprium proprius fuſus, ſummum amoris ſignum.

Amplius adhuc. Procedit eouſque huiuſmodi elegantia, vt non ſolum oſtendatur poſitus ſuper ſanguinem amor; ſed poſito etiam ſuper ſanguinem ſanguine. Fecit ardentiſſimus hominum amator, & Dominus ſplendidiſſimam ſui oſtenſionis amorem, cruorem ſuum in cruce effundens totum: ſummus amor fuit: ſumma oſtẽtatio dilectionis. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit*: cur ergo effuſurus ſic tandem totum cruorem, incipit hodie recens natus cum cultro fundere? Nimius amor eſt: nimia planè amoris oſtentatio. Sanguine tingit veſtem amoris; & iterum ſanguine retingit; cuius prima tinctura extremæ eſt præparatio; vt elegantia extrema ſit. Perpulchra fuit elegantiæ huius figura pannum illud coccineum, ſeu coccinea tela, qua & ſacerdotem, & templum indui iubebat Deus veteri lege; ita vt bis eſſet tincta colore tela coccineo. *Hæc ſunt autem, quæ accipere debetis; aurum, & argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum.* Ex his facta ſunt omnia tam templi, quàm ſummi ornamenta Pontificis; vt per quatuordecim Exodi, Leuitici, & Numeri capita legimus digeſtum. Quidnam deſignat bis tinctum coccum, niſi mundi Saluatorem, ſummumque Pontificem, proprio bis tinctum ſanguine; circumciſione ineunte vita; claui tandem, & cruce diræ tempore mortis? Sed non minùs elegans repetitionis huius dedit Deus ſymbolum, quod vigeſimo quarto Exodi capite ſic ſcribitur: *Immolaueruntque victimas pacificas Domino, vitulos. Tulit itaque Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras: partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Ille verò ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait; Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum.* Quid ſibi vult iſthæc ſanguinis diuiſio? Nonne ſatis aptè deſignari intelligetur ſanguinis Chriſti pars circumciſione nunc effuſa ad ſalubrem populi reſperſionem, & pars ſanguinis alia, quæ paſſionis tempore effuſa eſt, vt poneretur in altari: ſicut verè iugiter eſt poſita, in iuge Eccleſiæ ſacrificium, noui propriũ teſtamenti? Fundit profectò diuinus ſacerdos hodierno die primam ſanguinis ſui partem: qua, tanquam aſperſione quadam Chriſtianum initiat populum, in lætiſſimum ſignum, quòd non multos poſt annos effundet aliam ſanguinis partem, offerendam pro nobis ſacrificium in altari. Aſpergit populum luſtrali ſacerdos aqua, miſſæ ſacrificium incepturus: poſtea in Miſſa ipſa conſecratum iam Domini ſanguinem in altari ponit ſacrificium. Sacrificium hoc ſanguis eſt Chriſti, fuſus paſſionis tempore in peccatorum remiſſionem, vt in ipſamet inſtitutione dixit Dominus ipſe, *Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum*: ſed reſperſa ſuper populum aqua, cùm in venialium ſpargatur remiſſionem culparum, hæc

1. Ioan. 3. 16.

Chriſtus bis ſanguine tinctus circumciſione, & cruce, præfiguratus fuit aliquot ſcripturæ ſymbolis.

Exod. 25. 3.

Allegoria. Coccum bis tinctum figura Chriſti tincti circũciſione, & necis inſtrumentis.

Exod. 24. 5.

Allegoria. Sanguis vituli diuiſus duas in partes, figura ſanguinis Chriſti, effuſi circumciſione, & necis inſtrumentis.

Aqua benedicta, qua ante Miſſam aſpergitur populus.

Matt. 26. 28.

ab

ab eiuſdem Chriſti ſanguine virtutem participat. Oblaturus ergo ſummus Pontifex noſter ſanguinem ſuum pro criminibus noſtris in crucis altari mortis ſuæ tempore; incepit hodie effundere ſanguinem, quem plenum eſſe nolens ſacrificiū, videtur quidem in ſuauem quandam populi reſperſionem effudiſſe, in pignus, ſymbolum, ac ſpem, quòd in altari tandem, cruce nimirum, eſſet plenè pro nobis effuſurus. Non quòd effuſo nunc circumciſione cruore crimina dimittat venialia: ſed quòd ſignum præbeat faciendæ poſtea dimiſſionis criminum pleniſſimæ: eamque hodie inſtituere incipiat: quatenus circumciſio eius initium fuit noſtræ redemptionis. Sed qui prædictam vitulini ſanguinis dimiſſionem proprijs vidit oculis Apoſtolus, curioſitatem quandam curioſè notauit ipſe, doctrinam hanc mirificè confirmans. Heb. 9. 19 *Accipiens* Moyſes *ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicens: Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus. Et omnia penè in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Quonam fine notauit Paulus, coccineam fuiſſe lanam illam, qua aſpergebatur in populum ſanguis? Numquid caſu coccinea? Num caſu coccineam notauit? Abſit. Verba Dei ſunt: nullus ſine profundo apex myſterio. Ecce; perpendite. Super coccineam lanam ponitur ſanguis: ſanguis ſuper ſanguinem, in admirabilem ſignificationem, quòd Dei filius ſanguine erat circumciſione tingendus: & iterum tingendus in cruce, parte altera ſanguinis, quæ manſit in eo, vt in crucis ara funderetur in remiſſionem criminum noſtrorum. Hæc eſt Dominici amoris adinuentio: hæc amoris ars: propria hæc amoris oſtentatio, ſanguis effuſus ſuper ſanguinem. Non ſuſtinet amor, ſeram vſque ad crucem expectare moram. Non conueniunt coniugio mora, & amor. Eiſdem hic, & illa litteris conſtat; ſed non ideo concordes, imo contrarij ſunt prorſus. Amor habet in principio litteram A: mora habet in fine. Vnde tam velox eſt amor, quàm mora mora eſt. Non ergo vllam ſuffert ille moram; ſed exit confeſtim ad locum, in quo dilecti oculis cernatur. Cumque amor hic in ſanguine ſit ſemper: elicit ſecum ſanguinem foras, quum prodit foras ipſe. O verum, ô fidum, ô purum prorſus amatorem! Quis non vel vna amoris tui ardeat ſcintilla, tam vrentibus videns te amoris flammis exardeſcere? Quis vel vnam pro te ſanguinis guttam fundere dubitet, cùm te ſanguinis vndam, ſuper vndam ſanguinis videat profundentem?

Lana coccinea curnam coccinea fuerit aſſumpta ad aſpergēdum ſanguine populum.

Amor, & mora eiſdē cùm cōſtent litteris, non conueniunt coniugio.

Qua igitur vos, auditores fideles, tam ardenti amatori remuneratione ſatisfacitis? Ille ab infantia ſuum vobis ſanguinem largiri incepit, cùm poſtea eſſet totum profuſurus: quodnam vos tempus expectatis, vt aliqua à vobis offeratur ei ſatisfactio? Numquid mortis tempus? Imprudens ſanè expectatio eſt. Nunc nunc mora nulla opportuna eſt recompenſatio. Iam vos à me quæritis, quænam? Numquid circumciſio? Aboleuit iam iſta, eſſet nunc execranda, atque mortifera. Fateor: ſed dico nihilominus, circumciſioni Chriſti veſtra vos

Cordis circumciſio nō ad vnam pertinet legem; ſed omni tempore præcepta.

Dd

circumciſione ſatisfacere oportere. At circumciſione quidem tali, quæ amoris propria ſit, vt Chriſti circumciſioni ſit ſymbola: tametſi alia circumciſio. Non excluſit circumciſionem à ſuis legiſlator hic noſter: ſed in perfectam magis, magiſque nobilem mutauit. In cordis dico circumciſionem: nam omni hanc tempore eſſe neceſſariam, ipſe dicit Apoſtolus, qui carnalem damnat, ſi Chriſtiano in populo vigeret. *Non enim, quæ in manifeſto eſt circumciſio: ſed circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Hæc namque circumciſio amoris eſt propria, cùm propria ſit cordis; atque adeo ingenuorum hominum, nobiliorum, ac liberorum circumciſio.

Circumciſio cordis nobilis eſt, nobiliorumque hominum, ac prorſus liberorum.

Rom. 2. 28.

Sciendum eſt, aliquam ſemper & vbique deberi Deo ab hominibus cunctis oblationem; iure quidem dominij, iure creationis, iure accepti de manu eius alimenti, iure ſupremæ maieſtatis, multiplicique alio id genus iure: præter illud aliud, quo læſa Dei maieſtas poteſt iuſtè perdere offenſores: eſtque propterea debitum ei placationis ſacrificium. Ideo in omni tempore, & ætate ab ineunte mundo facta fuit ab hominibus oblatio aliqua; & ſignanter aliqua in originalis peccati expiationem. Sic obtulit *Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui.* Poſt diluuium etiam, vix egreſſus ex arca *Ædificauit Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare.* Quo ordine poſt diuiſas varia in loca nationes, ſemper fuit vbique alicuius vſus oblationis in die, quo filijs imponebant nomen; vt de Athenienſibus ſcribit Suidas, & refert Feſtus de Romanis. Nec à debito hoc exemptus fuit innocentiæ ſtatus; quandoquidem abſtinentia à ſcientiæ fructu protoplaſtis iniuncta, ideo quidem eis præcepta fuit, vt præcipuum illum paradiſi fructum oblationem offerrent creatori. Cumque magis indies perficeret Deus hominum ſtatus, viuendique rationem, fecit, vt quò propiùs ad gratiæ legem accederent, eò eſſet perfectius ſacrificium: atque adeo internum magis; vt partem ſui offerrent homines propriam. Hac propter in naſcituri Chriſti præparamentum, propriæ inſtituit carnis circumciſionem. Vnde & conſequens eſt, vt, cùm in Chriſtiano populo & lege omnia oporteat eſſe perfectiora; inſtet nunc vrgentiùs internæ circumciſionis neceſſitas: atque ita partis ſummè internæ, videlicet cordis. Quis autem neget, circumciſionem hanc & nobiliorem, & magis amoris propriam? Imo inde ingenua magis nobilitate pollere, quòd magis propria amoris ſit? Scimus, amoris effectus in corde proprium habere principium, ſoloque à corde exire poſſe: reliquos, qui videlicet amoris non ſunt, minimè exire à corde; ſicut nec qui à corde non prodeunt, amoris eſſe effectus, aut actus. Odium à corde eſt: ſed ideo quòd amori aduerſarium: pertinentque contraria ad locum vnum expulſione mutua. Poterat certè amore nullo fieri carnalis illa circumciſio, ſolo ſcilicet timore ſupplicij, cùm in conſtitutione illius dixerit Deus: *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de*

Oblatio omni tempore Deo à nobis debita.

Gen 4. 3

Gen. 8. 20

Suidas. Feſtus.

Cordis circumciſio ingenuorum hominum eſt, nobiliũ, liberorum.

Circumciſio cordis amoris eſt propria, atque adeo nobilis, ac libera.

Gen. 17. 14.

populo ſuo. Imo violenta coactione: quaſi à parentibus circumcidebantur infantes renuentes, ac plorantes. Legimus præterea, Sichimitos viros habitatores Salem circumciſos fuiſſe, vt vni morem gererent Sichem, gratumque ei facerent: eò quòd amata ab eo Dina, filia Iacob, non aliter concederetur in vxorem, niſi vrbis illius viri circumciderentur vniuerſi. *Aſſenſique ſunt omnes: circumciſis cunctis maribus.* Cordis circumciſio non niſi voluntaria eſſe poteſt: nemo ſiquidem cor tuum ingredi valet, vt illud circumcidat, niſi ſponte circumcidas ipſe. Vnde proprium amoris eſt opus; cùm ſit opus proprium voluntatis. Quòd ſi amoris opus eſt, illud quidem ingenuum eſſe opus, nobilem circumciſionem, actum hominis liberi, non villani, non ruſtici, planè eſſe conſequitur. Magnum inter hanc, & illam circumciſionem diſcrimen: ita vt illud circumciſionis ſignaculum nota quædam ſeruorum fuerit, qua inuſti, ſerui agnoſcebantur: nunc ex nobiliſſimis effectibus cognoſcuntur ſpiritales, ac filij, quicumque cordis circumciſione ſunt vſi. Appoſitiſſima Pauli verba perpendite: *State; & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Quoniam, ſi circumcidamini: Chriſtus nihil vobis proderit.* Ecce ſeruitutis iugo tenebantur circumciſi illi: nunc circumciſi corde, ſtare dicuntur, nullo iugo contenti.

Sichimitas agre circũciſos in obſequium Sichem.

Gen. 34. 24.

Galat. 5. 4

Sed quænam eſt (ais) iſta cordis circumciſio? Illa, reſpondeo, eſt, qua pelliculæ à corde amputantur omnes. Illæ nempe membranæ, quæ ſuperfluæ ſunt; & quibus cor ipſum capitur, vt raptetur, quandiu non eſt ab eis circumciſum. Vnde circumciſio iſta integra circumciſio eſt: non ſolùm ſuperfluæ carnis illius, qua præciſa, libido cohibetur: ſed omnium penitus vitiorum: cùm omnia à corde habeant originem. *Ab omnibus malis debes te circumcidere*, ait S. Chryſoſt. Egregia ſanè circumciſio: propria ingenuorum, ac nobilium; viris æquè, atque fœminis communis. Communis certè eſt: ſed fruitur certa immunitate: cum propria ſit ingenuorum. Carnalis ſolam frænat carnem; omnes prauos affectus ſpiritalis: iram, libidinem, edacitatem, inuidentiam, auaritiam, iactantiam, elationem, ſuperbiam; & hanc primum. Quiſnam mihi ediſſeret tertiam illam Pſalmi 4. ſententiam; *Filij hominum; vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem; & quæritis mendacium?* Quonam modo vanitate graueſcit cor? Quonam modo graue fit mendacio? Vanitas ventus eſt; imo leuior vento, & mendacium ſimiliter, quod ipſa eſt vanitas, eſt aëre leuius: Quomodo igitur leuitate tanta graueſcit cor vanorum hominum? Elegans quidem Pſaltis locutio. Quandiu incircumciſus corde perſtat homo, ſunt in corde eius membranæ multæ, ſeu pelliculæ, quibus vanitatum vento repletis, tumeſcit cor, atque grauatur. Nullum ſanè grauius vanitate hominibus onus. Fantur experimenta: deſcendat quiſque in ſemetipſum: ſummum agnoſcet, quo miſerè grauatur, onus vanitatem, ſuperbiam, ambitionẽ. Quo illa diluitur deceptio, qua exiſtimãt hebetes, elatione, ac ſuperbia nobilitari hominẽ; cũ verè è diuerſo res ſe habeat; vileſcat nẽpe elatus quiſq;: ſiquidẽ grauia-

Circumciſio vitiorum omnium neceſſaria.

Chryſoſt. hom. 30. ad populum to. 5.

Vanitas, cùm nihil ſit, aggrauat nimis humana corda.

Pſal. 4. 3.

Superbia vileſcunt homines.

portare onera, ſeruorum eſt, ac ruſticorum; non illuſtrium, ac nobilium. Imo, cùm huiuſmodi ingenua circumciſio à nobiliſſimo amore procedat; habet effectum ea ipſa, magnum eiuſdem amoris incrementum; vt quæ à corde amputat pelliculas omnes, quæ infimi rerum humanarum amoris ſunt anſulæ. Dixit tam appoſitè, quàm ſcitè Iacobus noſter Pazius: *Abnegationem amor excitat: & amorem abnegatio confortat.* Eſt autem abnegatio nihil aliud, quàm ipſa cordis circumciſio.

Iac. Alu. de Paz tomo ex maior. 2. parte 1. l. 2. in proœmio.

Amor cauſa abnegationis: & cauſa amoris abnegatio.

Quòd ſi abnegationem non ſolùs eſſe frænum cordis, ſed & paſſionum omnium, omniumque vitiorum cohibitionem eſſe obijciatis: ea quidem ipſa propria eſt cordis circumciſio. In id etenim intùs circumciditur cor: vt omnia, quæcumque ab eo, tanquam à naturali procedunt radice, compoſita ſint, atque ordinata. *De corde enim exeunt cogitationes malæ; homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominem*, ait ſummus Magiſter. Væ illis, qui incircumciſi ſunt corde! Quàm faciles exhibent diabolo anſas, quibus ad tartara raptentur, pelliculas illas, à quibus circumcidere corda, prauè negligunt! *Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & viſitabo ſuper omnem, qui circumciſum habet præputium: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde.* Væ vobis, ait Dominus, qui incircumciſi eſtis corde! Ego ego ipſe viſitabo vos: ipſe vos viſitabo; qui non ea ſolùm, quę parent extrinſecus inculco: ſed & corda intus, intimaque præcordia. Quidnam profuiſſet Iſraëlitico populo, carne eſſe circumciſum, ſi corde incircumciſus eſſet, vt verè non pauci ex illis fuere incircumciſi? Quidnam tibi eſt, Chriſtiane auditor, quidnam tibi eſt, quo barbaris præſtantior ſis gentibus: ſi interna cordis tui circumciſione non præſtas? Habet in te Satanas æquè, ac in ethnicis, anſulas multas, quibus æterna rapiat te in tormenta, quandiu in circumcidendo prauis ab affectibus corde te remiſſum inuenit, ac tepidum.

Matth. 15. 19.

Iere. 9. 25.

Mortificatio propriarum paſſionum amorem Dei excitat.

Sed inter hæc neſció equidem, quinam in B. Chryſoſtomum irruerit ſpiritus, vt integram quoad praua omnia circumciſionem dicens oportere, linguam ſigillatim circumcidendam nominarit. *Ab omnibus malis debes te circumcidere: & murmurationes amputare. Quid enim prodeſt, à perdiſibus abſtinere, ſi deuoras viſcera fratris tui?* Non parum cordi ſimilem fortè dicetis linguam, ſi eam penſiculatiùs perſpiciatis: vnde & circumciſionis indigentem. Si Iudaica illa circumciſio fiebat extrinſecus in carne, & eſt vbique debita interna cordis circumciſio: conuenit quidem linguæ vtramque ob cauſam circumciſionis neceſſitas, eò quòd lingua & interna ſit, vt quæ intra os latens, dentibus circumdata; & profuſa ſimul penitus in auras, verba paſſim multa effutiens prodiga. Sunt linguæ, quæ vndecim vlnarum linguæ dicuntur; quæ ab Oriente protenduntur in Occidentem: alienæ portatrices famæ, ſeu infamiæ: quis huiuſmodi linguas dubitat circumcidendas? Imo maiori intercidendas parte. Dicetis: nimius effundetur ſanguis, ſi ſumma lingua, ſeu linguæ cuſpis præcidatur. At certè dixerim ego, multò, niſi

Chryſoſt. hom. 30. ad popul. [illegible] 5.

Circumciſio linguæ omnino neceſſaria.

Murmuratio peſſima.

Digitized by Google

proſcindatur, largiùs ſanguis effundetur. Proprius à circumciſa effunditur cruor; incircumciſa effundit largiùs alienum, ſcindens famam, honorem, opinionem, nomen, pudicitiam. Adeo certum eſt, adeo neceſſaria circumciſio, vt omne in vnam hanc circumciſionis pondus referat Beda: *Ille vera circumciſione mundatus eſt, qui cuſtodit vias ſuas, vt non delinquat in lingua ſua.* Quid hoc? Mirabile planè? quòd tam Greci Patres, quàm latini quum de circumciſione loquuntur, propriam linguæ cauſam arbitrantur. Ego (vt Latinos, & Grecos Hiſpanus ſequar) id ſaltem à nemine inficias iri poſſe pro noſtro affirmare auſim inſtituto: minimè eſſe ingenuum virum, minimè nobilem mulierem, quę linguæ eſt incircumciſæ: ſed viliſſimam hanc, illumque viliſſimum. Quoniam linguæ lepôrem, ac dulcedinem ab alienę famæ iactura percipere, viliſſimi quidem hominis eſt.

Detractores viliſſimi.

Beda li. 1. in Lucam.

Quid plura? Sunt viles adeo, adeo lethales, adeo ſacrilegæ incircumciſæ linguæ; vt & ſupremum tangant, non ſolum dicam cœlum; ſed Deum ipſum, terræ, ac cœlorum creatorem. Imo hunc crebriùs tangunt; ſacroſanctum Dei nomen iuramentis paſſim tangentes, non maiori reuerentia, quam ſi vilis aliquis, ſicut ipſi ſunt, eſſet. Hodie imponitur nomen cùm circumciſione Dei filio: dies eſt, in quo ſolet de nomine ſimul cum circumciſione tractari; ſed de cauſa præſertim iuramenti, quo diuinum eius nomen vſurpatur. In eo iam ſtatu video mundum, vt nobiles viri, ac verè ingenui nunquam, niſi profunda (vt par eſt) reuerentia ſanctum Dei nomen labijs tangant: paſſim abſque reſpectu ſordidi homines, perditæ mulierculæ. Nec recordantur ſacrilegi iſti, linguas ſe ſuas æternis flammis, dum ſic incauti iurant, mancipare. Eſt debita Dei nomini reuerentia tanta, vt Dei Prophetes Iſaias, non quidem vt iuraret, ſed vt prædicaret, illud ore ſumpturus, lingua priùs purificari ſit iuſſus; non circumcidente cultro, ſed vrente calculo: & id quidem cœleſtis manu Angeli. *Et volauit ad me vnus de Seraphim: & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari: & tetigit os meū.* Et audent ſpurciſſimi homines tam venerandum nomen labijs tangere immundis, ad iurandum? Væ illis! Audeo dicere, eſſe non paucos in mundo homines, qui non ad aliud (vt videtur) viuunt munus, quàm vt ſacroſanctum Dei nomen inhonorent. Væ (iterum dico, & dico millies iterum) vę illis! Vidit quondam volans volumen Zacharias: cui aperiens Angelus myſterium, dixit: *Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur: & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur.* Volumen hoc ſcripturam ſacram interpretantur cum B. Gregorio doctores omnes: eo quòd in hac horrendis percutiantur iuratores ſupplicijs, maledictionibus præſertim: ſicut in volumine hoc horrendis maledictionibus feriuntur. Sed quid ſibi vult comparatio iſta qua iurans homo, ſicut fur iudicandus intimatur? Imo verè ex furto iudicandus? Id enim manifeſtè dicitur verbo illo; *Omnis iurās ex hoc ſimiliter*, id eſt ex ea ipſa furti cauſa, *iudicabitur.* Curnam ex

Iurandi frequens conſuetudo, peſſima.

Iſai. 6. 6.

Iuratores peſſima maledictione percuſſi.

Iuratores fures dicuntur in ſcripturis.

Zach. 5. 3.

Greg li. 15 moralium cap. 6. & 7.

Digitized by Google

furto iudicabitur iurans? Myſterium (obſecro) ſuſpicite. Homo perperam iurans, pretioſiſſimam certè furatur rem; diuinum ſcilicet honorem: dum adducta ad confirmandum honorem ſuum ſuprema in teſtem maieſtate, detrahit diuino impius honori, adducens eum teſtem aut mendacij, aut verbi temerè prolati. Quapropter repentina hæc voluminis deſcenſio horrendus quidem deſcenſus eſt, quo vniuerſę ſcripturarum maledictiones ſuper huiuſmodi (vt Chryſoſt. ait) impios iuratores ſumma Dei indignatione deſcendūt. Ipſe quidem textus minimè dubitare patitur. Audite, iuratores, & horreſcite. Audite ſequentia textus verba; *Educam illud, dicit Dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius; & conſumet eam, & ligna eius, & lapides eius.* Quis tam tremenda maledictionum Dei congerie non pauebit? quis ſanctum Dei nomen abſque profundiſſima audebit tangere labijs reuerentia? Ingenuorum, ac nobilium honor à diuturna proſapiæ ſuę domus antiquitate deriuatur; deſtruit ergo Deus nobilitatis fundamenta hominibus illis, qui in tangendo lingua nomine ſuo ſunt præcipites; dum eorum domus à fundamentis eradicat. Quid dicemus de te, qui, cùm honori tuo ſummoperè conſulere præſumas, falſum te, vt roganti morem geras amico, teſtem eſſe non metuis? O pulcher honoris conſeruator! Dicito nunc, amice; ſiquis tibi diceret, mentiris; quidnam faceres? Diſcerperem, ais, talem hominem; vitamque potiùs, quàm vltionem relinquerem. Dic igitur nunc, eſtne minus grauis in te iniuria, ſiquis tibi dicat, mentire, amabò, teſtificans falſum; quàm ſi dicat, mentiris, dicatue, falſus teſtis es? *Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur, vt neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati. Turpis enim excuſatio eſt, & minime accipienda, ſi quis amici cauſa peccaſſe fateatur,* ait Ethnicus Cicero: quid dicemus Chriſtiani?

Chryſoſt. homi. 27 ad populū

Zach. 5. 4.

Iurantes falsò infames ſunt.

Tull. de Amicitia.

O ſuauiſſimum, ô ſanctiſſimum, ô venerandum nomen IESU! Purifica me, Domine, vt diuinum hoc nomen puris in laudem tuam labijs vſurpem; tuumque glorioſiſſimum honorem. Fac me Domine, cor meum ab vniuerſis vitijs virtute tua circumcidere; tuaque illud reple dilectione, qua ardentiſſimo tuo amori reſpondeam, quo amore mei pretioſiſſimum ſanguinem circumciſione effundere cœpiſti. Labia item mea, linguamque circumcide, purifica, adure, vt diuinum nomen tuum miris vbique prædicem laudibus: quæram vbique gloriam tuam; ad quam nos perducat.

Digitized by Google

IN EADEM CIRCVMCISIONE DOMINI.

SERMO III.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus. Luc. 2. 21.

Ieſu nomē, & circumciſio vnita ad hominū ſalutem.

Ieſu nomen ſignificat hominem Deum Saluatorem.

IMPONITVR hodierna die vnigenito nomen filio Dei nato ex Virgine in carne: atque adeo condignum vtroque nomen, Patre diuino, ac pia genitrice. Nomen enim Ieſu, quod imponitur ei, Hebraicè eſt Saluator: ideoque hominem ſignificat Deum, ſeu Deum hominem, qui & diuina dignitate, & humanis meritis diuinæ vnitis excellentiæ homines integra incolumitate ſaluaret. quapropter, ſicut Saluator hic noſter vtraque vnita conſtat natura: ſic nomen eius, quod præcelſum eſt, circumciſioni vnitur, quum imponitur, propterea quòd effuſus ſanguis principium ſit meriti, quo intenta hominum ſalus perficiatur. Connexio autem hæc circumciſionis, & nominis egregium quidem indicium eſt, iucundum nomen hoc ſanguine proprio fuiſſe ſcribendum, vt ſic ſcriptum præſtandam ſalutem indicaret. Sed & illud ſimul ſuauiſſimè innuitur, præcelſum nomen hoc in cordium noſtrorum membranis ſcribi debere: cùm & puriſſimus ſit in cordibus ſanguis, eiſdem congruus membranis. Arte hac ſcribendum indicauit Deus ei, cui imponendum filio nomen hoc commiſit Virgini parenti: ad quam Dei ipſius nuntius Gabriel: *Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum.* Itaque priùs ſcribit Deus Virgineo in corde nomen: quàm ipſum in vtero verbum. Quis in præcordijs ſuis ſcribere negligat tam dulce, tam gratum, tam ſuaue, tam ſalubre hominibus nomen, ſanctum Angelis? Sic ſcripſit ductrix noſtra, Maria: quam nos propterea omnino oportet imitari. Eò vel maxime, quòd impoſitio nominis hæc illi commiſſa ſit, vt diſerti inde colligamus, ea ipſa ratione puerperam hanc ſaluti noſtræ eſſe interuentricem, qua imponendi eſt nominis miniſtra. Pro impetranda igitur ſalute

Ieſu nomen ſanguine ſcriptum: vt plenam denotet ſalutem.

Ieſu nomen ſcriptum in membranis cordis Mariæ priuſquam in eius vtero verbum.

Luc. 1. 31.

Digitized by Google

hac, quæ per ſanctum iſtud nomen filij ſui præſtat Pater æternus, optataque ſimul gratia ad prædicandum, piiſſimam hanc parentem eius interuentricem aduocemus illa, qua Angelus oratione ſalutauit, dicens; *Aue Maria.*

Iudicum officium eſt incolumes ſeruare ſuos

Iudicis, ſeu gubernatoris, ſiue Rectoris munus illud demum eſt vnum, vt homines omnes ſuo ſubditos regimini ab offenſoribus ſaluet, ſaluoſque conſeruet. Omnium etenim munerum, quibus ſolers quiſque rector vti ſolet, omniumque eorum, quæ prudens adhibet, mediorum finis iſte eſt, vt ſubditos ſuos ab impugnatoribus tuetur extraneis; necnon ciuem quemlibet à conciue alio iniuriam inferente. *In tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te: & tu de cœlo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multos dediſti eis Saluatores.* Quæ verba expendens B. Auguſt. ait; *Aduertendum Saluatorem etiam dici hominem, per quem Deus ſaluos faciat.* Eſt itaque ſaluare ſuos proprium iudicis munus, proprium Principis. Hæc eſt quaſi originea iudicis, Regiſque definitio, quam ſapientiſſimus Plutarchus diſertis his verbis commendauit: *Verius quidem dixerit, Principes miniſtros eſſe Dei ad curam, ac ſalutem hominum; vts bona, quæ Deus illis largitur, partim diſtribuant, partim ſeruent.* Quod quidem Principum inſtitutum inferiores ad iudices conſequenter ſpectat; alioſque ad rectores; cùm & hi Regis muneri ſubſiſtant, vtpote eorum coadiutores, ac miniſtri. Attendens hoc ſupremus gubernator, varijs ab orbe condito diſtinxit regiminis nominibus; maiores illos, quos ad populorum gubernationem, incolumitatemque præfecit: ita dumtaxat, vt licet varia hæc illorum vocabula varijs, iuxta proprios vocum ſignificatus, inſtitutis conformentur; ſemper nihilominus attexeretur nominibus illis dictio nobilis aliqua ſaluationem deſignans populorum. Quocirca poſt impoſita, per ſtatus hominum diuerſos, varia nomina rectoribus; hoc tandem extremo, ac potiſſimo in ſtatu ſupremus iudex, ac Rex noſter nomen ſibi applicuit Saluatoris.

2. Eſdr. 9. 27.

Aug. q. 18 in li. Iudicum.

Principis officium eſt ſaluare innocuos à laſoribus.

Plutar. de doctrina Principũ. to. 2. moralium.

Iudices hominum omni tempore à Deo præſtituti, licet varijs nominibus.

Primo igitur in ſtatu, ſeu ſeculo iudex fuit homo primus; ad quem ex ſupremi Regis commiſſione pertinuit decernere, quænam rebus omnibus nomina deberentur imponenda. *Formatis igitur Dominus Deus cunctis animantibus, adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea.* Nec parui ponderis iudicium. Non enim congruit cuilibet rei inconſultum quoduis, indiſcretumque nomen; ſed illud, quod fundamento aliquo tali rei idoneum ſit, atque conforme. Scio hominum nomina caſu impoſita, ſicut verè Philoſophus docuit: tamen ſcitis vos, caſualem hanc impoſitionem ad ſpecierum indiuidua, non ad ſpecies pertinere. Cùm enim homines duo vnius ſint ſpeciei, atque naturæ; caſus quidem eſt, vocari hunc Petrum, Ioannem illum. At ſpeciei cuique illud profectò aptum eſt nomen, quod eius conditionem quoquo modo indicare videatur. In quo, ſicut in omnibus aliàs requiſitis, perfectiſſimam video Peruenſium linguam Indorum, tam conformibus res ſignantem vocabulis, vt etiam linguæ illius ignari non pauca ex eorum dictis intelligant, ob

Gen. 2. 19

Adam iudex ſupremus inter homines, titulo præſes

Ariſto. 1. Peri.

Nominum impoſitio cõſulta eſſe debet, vt rebus congruant vocabula.

accom-

Digitized by Google

Indi Peruani elegantiſſimè vtũtur in locutione figura Onomatopœia.

accommodatiſſimum rebus ſonitum dictionum. Frequens eſt apud iſtos Onomatopœia; valdeque perfecta. Ideo imponens Adam vxori ſuæ nomen; reddidit talis cauſam impoſitionis, dicens; *Hæc vocabitur virago; quoniam de viro ſumpta eſt.* Imo & inter indiuiduos ipſos homines ſunt quidam, quibus, ob ſingulares conditiones, conformia ſunt nomina, quæ dedecent alios. Hac de cauſa, cupiens Abigail indignanti in virum ſuum Dauidi perſuadere, nihili pendenda verba viri illius, eò quòd valde eſſet ſtolidus, dixit non minùs pia, quàm prudens; *Ne ponat* (oro) *Dominus meus Rex cor ſuũ ſuper virum iſtum iniquum Nabal; quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo.* Nec diſtributionem hanc nominum ad iudiciariũ pertinere tribunal, negabit ille, qui eſſe in republica ſpecialem prętorum meminerit curiam, in qua nobilitatis, nominumque lites, ac titulorum diſcutiuntur. Fuit igitur verè iudex Adam: tamen eius nomen non fuit nomen iudex, ſed prefes, aſſerente Deo: *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, vniuerſæque terræ.* Quibus verbis, dicens *vniuerſæ terræ*; planè conſtituit eum hominibus cunctis præſidentem. Placuit autem Deo appellare illum præſidem potiùs, quã iudicem, tum ob primariam hominis primi dignitatem; tum vt ſignificaret, ante omnia prouidendum eſſe, vt attenderet iudex, præter iudicaturam, ſollicitudini animarum, & huic primùm. Hanc enim deſignat pręſidis nomen, cùm Apoſtolus dicat: *Qui præeſt in ſollicitudine.* Quod ſi in curanda ſuorum ſalute remiſſus ſit, aut parum prouidens; væ illi: Audiant iudices, præſides auſcultent verba Eccleſiaſtici; *Interdum dominatur homo homini in malum ſuum.* In malum quidem ſuum dominatur, vel, quòd iniuſtè iudicet, vel, quòd hominum bono impensè conſulere non ſatagat. Non omittam adducere in probationem propoſiti, quòd ſcilicet Adamus fuerit iudex, præceptum illud, quod tulit Dominus Deus verbis illis; *Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* Quis non cogitauit, quidnam fuerit, quod iniungens Deus aliquod homini præceptum, quo ſe Deo ſubditum oſtenderet homo, vnum hoc voluerit iniungere, ſolam vnius ab eſu fructus abſtinentiam? Varias varij excogitant rationes: hanc inter alias inſeramus: Adæ, eò quòd iudex eſſet, præſcripſiſſe Deum certam accipiendi pro munere ſalarij legem, ſeu mercedis accipiendę. Id enim omni in republica ſemper ſtatutum fuit, vt iudicibus cunctis ſignatus accipiendi ſtipendij taxaretur limes, vocabulo *Aranzel* apud noſtrates. Video acceptionem pomi non pertinuiſſe iudiciarium ad officium; quoniam Adam non fuit iudex Dei, cuius erant poma omnia; ſed hominum tantum erat iudex. At licet nunquam fuerit Deũ, nec Dei cauſas iudicaturus: fuit tamen rationabilis prohibendi pomum occaſio ipſum iudicis officium; ad inſtruendum hominem illum, qui iudex erat aliorum, ita vt ex ea prohibitione intelligeret, vel pomum vnum, quod res nullius momenti videbatur, poſſe quidem caſu aliquo magni eſſe momenti; multamque ad illud accipien-

Abigail prudentiſſima placauit indignãtem Dauidem.

Nabal nomẽ ſignificans ſtultitiam.

Preſes inter iudices Adamus.

Iudicibus taxata lex accipiendi pro munere ſalarij.

Gen. 2. 23.

1 Reg 25. 25.

Gen. 1. 26

Rom. 12. 8.

Eccl. 8. 9

Gen. 2. 16

Lege Caſtellæ 3. tit. 16. lib. 2 ordinamenti.

Ee

Lege 56. tit. 5. li. 2. recopila. leg. 5. tit. 9 lib. 5.

dum circumſpectionem neceſſariam. Sunt iudices adeo circa hoc circumſpecti, vt ne pomum quidem dono accipiant. Nimia videtur cautio: fateor, nimia videtur: at mihi non videtur nimia. Sanè vel vno pomo donatione accepto videtur ſibi adſtrictus fauendo iudex donatori. Vereor ne & ego videar nimius, dum hoc prædico: at non verebor, poſtquàm Dei verbum, quòd prouerbium eſt 28. in medium adduxero: *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non benè facit. Iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.* Non igitur nimium vobis dicimus, quum dicimus pomum: cùm buccellam Deus dicat panis. Viſus eſt ergo Deus hunc ab ineunte ſeculo ordinem ſtabilire voluiſſe, vtpote valde conuenientem: atque adeo taxauit accipienda iudici primo, omnes paradiſi fructus, vno illo ſcientię fructu prohibito: vt intelligant iudices, vno etiam à pomo eſſe cauendum. Conſtituto igitur, fuiſſe iudicem Adamum, attinebat vtique ad cū ex munere, eſſe ſuę gentis, quoad poſſet, Saluatorem: at in oppoſitum propendit. Accerſitus enim coram Deo, vt accepti pomi cauſam diceret; culpam retulit in coniugem: *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi.* Heu, quàm pręceps excęcatur poſt vnum in aliud crimen homo! Comedit: ecce delictum vnum: expurgat ſe vxoris monitione, quaſi iuſta eſſet excuſatio: ecce crimen ſecundum. Heus tu Adam, putaſne excuſari à culpa iudices, eam excuſationem prætendentes, quòd importunis vxorum precibus flectantur? Audi ethnicum, ſed prudentem Tullium definientem: *Nulla eſt igitur excuſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris.* Tandem pro vxoris defenſione, qua eam à ſupplicio liberaret, totum in eam retulit delictum: quę vltima eius legitur culpa.

Prouer. 28. 21.

Gen. 3. 12.

Iudices nullatenus excuſantur à culpa, eò quòd importunis vxorum precibus iniuſtè quid admiſerint.

Cicero de Amicitia.

Poſt primum illum ſeculorum ſtatum ſuccedente ſecundo, anno 1656. ab orbe condito, quum diluuij aquis renouatus eſt mundus, incubuit iudiciario officio Noetus. Fecit iudicium inter eos, qui tunc in terra aderant homines, damnans procacem Cham maledictionis ſententia, ſtrictæque pœna ſeruitutis. *Maledictus Chanaan: ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Verè functus fuit gubernatoris munere; imo ſaluatoris: cùm grandem illam pro ſaluandis ſuis gubernauerit nauem, quam arcam dicunt ſacræ litteræ, quamque longo ipſe fabrefecit labore centum annorum, vt ſuos ſeruaret à diluuio. Hoc enim ſaluandi vocabulo in propoſitum hoc vtitur B. Petrus, dicens; *Cum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam,* quibus expreſsè de temporali illa incolumitate locutus eſt. Et verò Gubernatoris reipublicę nomen ſumptum eſt à gubernatoribus nauium, vt dixit ſapientiſſimus Philo: qui & appellauit nauicularium rectorem ciuitatis, aut oppidi! Accedit, quòd non tam nauis carbaſa, & clauum, quàm ipſos, qui in naui aderant, homines gubernauerit Noetus. Qui nihilominus nec iudicis nomine, nec nomine fuit gubernatoris inſignitus; ſed proprio nomine quietis. Chaldaicum quippe vocabulum, Noe, requies Latina lingua interpretatur. Nullum quidem proprius rectoris nomen; nullum vrgentius requiſitum; nulla ex moralibus virtutis iudi-

Noe iudex ſuo tempore vnicus.

Gen. 9. 25

Status mundi primus ab Adā ad diluuium anni. 1656.

Noe gubernator.

1 Petri. 3. 20.

Philo Iudæus lib. de Ioo.

Iudex eſt populi quies: Qui ſi inquies ſit, horrendo ſupplicio plectetur.

erit maior, quàm ſi in pace, ac requie conſeruet rempublicam, ciues ſaluans ab hoſtibus, atque inter ſe inuicem conciues. Quæ adeo neceſſaria eſt, adeoque laudabilis, vt ne Tragicum quidem latuerit Senecam dicentem.

Tragicus in Octau. actu 2.

Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempora atque iræ dare,
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo,
Hoc ſumma virtus.

Iudicis probitas, aliaque requiſita.

Erit iuxta doctrinam hanc monſtrum iudex ille, ſeu Rector, qui, cùm populi requies electus ſit, eſt, per oppoſitum, populi ſcandalum, afflictio, perturbatio. Miſer populus, qui in tā belli rectoris eſt manibus: ſed miſerior rector ipſe. Quoniam longè grauioribus plectendus eſt malis, quàm quæ ipſe infert in rempublicā. Nihil circa hoc dicam ego iudicibus: ſed non parcam dicere dictũ ſupremi Iſraelitarum iudicis, Regis quippe Iſrael, & ſanctiſſimi quidē inter Reges Ioſaphat. *Præcipiens iudicibus, videte, ait, quid faciatis. Non enim hominũ exercetis iudiciũ, ſed Domini: & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcũ: & cũ diligentia cuncta facite. Non eſt enim apud Dominũ Deũ noſtrũ iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerũ.* Quid, quòd ne iuſtā quidē ſententiam audiendā cenſuerint Lacedęmonij, ſi ab iniquo diceretur auctore. Vnũ ex multis dicā exemplũ. Demoſt. quidā ſatis ſalutarē populo excogitauit ſententiā, valdeq; idoneā rei, de qua agebatur: at auctor ipſe minùs quā ſententia probus. Attendit ſenatus indignitatē hominis magis, quàm rei vtilitatē: exploſitque propterea tā approbatũ conſulibus iudiciũ: tũ, quoniā ob malam hominis opinionē, ſententiā quoque indignam à multitudine putandā cenſuerunt: tũ, è diuerſo, ne multitudini fieret acceptus iudex ille, qui tā ſanum conſiliũ inueniſſet. Proinde Ephori aliũ ex ſenioribus delegarũt, cui id negotij ſententiæ dicendę demandauerunt, tanquā ex vaſe obſoleto, & ſordido ad bene imbutũ rē transfundendũ cenſentes, quo cunctis acceptior fieret. Tantũ momenti in rebus publicis probitatis poſſidet opinio. Illud demum in propoſito hoc pertimeſcant iudices, ſi publico viuant in peccato, ſe quidem in peccato viuere publico ſcandali in exercēdo iudicis officio, vltra peccatũ illud, quo in alia tenentur ſpecie, ita vt manifeſtus luxurioſus duplici viuat in peccato, & luxuriæ, & ſcādali: imo duplici ſcandali peccato: & ſcādali ob libidinē, & illius etiā ſcandali, quòd, cũ talis ſit, officio iudicis vtatur. Abſoluto 391 annis ſtatu illo ſecundo, ſuccedenteque tertio, veteris nimirum teſtamēti, iudex fuit Abraham: qui tametſi ſuæ tantum domus fuerit iudex, verè tamen poteſt iudex dici, eò quòd domus illa populus quidam fuerit, & quidem ſelectus Dei populus, initiumque populi dominici. Dico iudicem domus propter verba Dei illa: *Scio quòd præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiam.* Nomen verum tamen Abrahami non fuit nomen iudex, at pater. Chaldaicè enim eſt pater excelſus nomen Abrā, quo ille fuit primũ nuncupatus: poſtea vocauit eũ Deus Abrahā, dicens: *Appellaberis*

Ioſaphat, Rex Iuda ſanctiſſima dedit monita iudicibus

2. Parali. 19.6.

Lacedæmonij quanti fecerint iudicis probitatem, vt ſententia accepta eſſet in populo.

Plutar. in Politica Tomo 1. moralũ.

Abraham quouſque fuerit iudex.

Status mũdi ſecundus à Noe ad Abraham, ſeu à diluuio ad vetus teſtamẽtum Geneſis 17. anni 391.

Geneſ 18. 19.

Gen 17.5 *Abraham ; quia patrem multarum gentium conſtitui te.* Inde Patris nomen conſeruatum fuit in ſucceſſoribus eius. Nam & Iacob, illius nepoti, ita applicitum fuit idem patris nomen, vt totus Dei populus appellatus fuerit filius Iacob: ſitque paſſim in ſcripturis vſurpatũ nomen filiorũ Iſrael, qui eſt Iacobi nomen cũ filij Iſrael dicatur totus Dei populus. Nullũ præpoſitorũ, aut iudicũ nomen gratius, proprius, ſublimius Patris nomine; ne ipſum quidẽ nomen Regis. Vnde docuere ſapientes omnes, cum Rectorem, qui dignè Rector eſt, inde certè eſſe eo nomine dignum, quòd verè populi ſit pater. Sic primus ille ſapientiſſimus Plato, in eis, quos de regno libros ſcripſit, definiuit. Sufficit dixiſſe, exceſſi titulum pio Patris nomini connexum, quatenus Abram excelſus eſt pater, vt ſuprema nominis huius dignitas reſplendeat. Audiant iudices Dei præceptum. Eccleſiaſtici calamo ſcriptum; *In iudicando eſto pupillis miſericors, vt pater; & pro viro matri illorum; & eris tu, velut filius altiſsimi, obediens; & miſerebitur tui magis, quàm mater.* Quænam tanta potuit eſſe virtutis huius commendatio, quanta vna hæc, quod Deus, pluſquam mater, benignus ſit, atque miſericors in iudicem, quem puſillorum patrẽ, viduarum videt procuratorem?

Patris nomen connexis in iudicem.

Pater nomen eſt præſtantiſsimũ.

Plato lib 16. de regno.

Eccli. 4 10.

Currentibus ſeculis, accedenteque illo, in quo poſt 430. ab Abrahamo annis ſcripta lex data fuit populo; iudex fuit Moſes. qui inter iudicia alia fecit & illud, quo à filijs Leui iuſſit interimi tria hominum millia, ob vitulinæ crimen adorationis. Sed & ſunt expreſſa, quę iudicem eum dicunt verba: *Sedit Moyſes iudicare populum, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam.* Verumtamen nomen, quo diſtinctus fuit, quóque vſque hodie nominatur, ſingulare legiſlatoris fuit nomen. Nihil profectò oportebat aliud deſumere hinc in omnium iudicum & documentum, & exemplum, quàm vnũ illud ex propoſitis verbis, quod, cùm eſſet magnus legiſlator, ſedebat iugiter indefeſſus iudicare populum, *qui aſſiſtebat ei à mane vſque ad veſperam.* Rigidum audiſtis iudicem, qui iuſſerit tria ex ſuis millia vno perimi die manu fratrum ſuorum: ſed benigniſſimum audite, ardentiſſimumque populi amatorem: qui renuerit, ſe in Dei libro ſcriptum eſſe, ſi populus ille deleretur. Et quidem (quod eſt apprimè perpendendum) ad faciendam hanc pro populo apud Deum precationem, acceſſit mora nulla poſtquam ſed oſtendit durum in ſacrilegos. *Reuerſuſque ad Dominum ait, Obſecro, peccauit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos: aut dimitte eis noxam hanc: aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Pręcipuum eſt iudicis requiſitum: vt rigori nempe benignitatem attexat, clementiæ integritatem.

Exod. 32

Exod. 18. 13.

Exo. 32. 31

Moyſes iudex, & legiſlator populi Dei.

Status mũdi, tertius à teſtamento ad legem anni 430. ad Gala 3. 17.

Iudicum aſſiſtentia ad audiendos omnes iugis eſſe debet.

Moyſes aſſiduus ad audiendos homines iudex.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Debet tunc iudex eſſe ſeuerus, quum delinquentis tanta atrocitas eſt, vt ipſe quoque iudex iniquus eſſet, ſi eſſet remiſſus: ſed & tunc quidem talẽ ſe debet exhibere, vt conſtet cunctis eius cor nec aliter gladiũ fuiſſe exercendũ, quã in sũma prorſus neceſſitate. Itaq; quũ gladiũ nudat, nudet & cor, vt pateat hoc, vberiori tinctũ angoris nigredine,

Iudex rigorem attexat benignitati.

Iudicum requiſita multa.

Digitized by Google

Pœna inflictæ in hoc ſeculo non ſunt finis, ſed media.

Iudici illicitum procedere contra quempiam animo lædendi eum, etiamſi iuſtò agat proceſſu.

quàm ſanguine ille cruentatus. Non eſt quidem facile vtrique affectui ſatisfacere: multa opus eſt iudicis virtus, multa adiuuantis Domini gratia. Hoc ante oculos habeat iudex quiſque; inflictas peccatoribus pœnas minimè eſſe finem, ſed medium conſeruandæ pacis, ac quietis, hæc ſanè quies finis eſt. Hanc ſemper ſcopum habere debet: ſeque pro hac tuenda patrem, amicum, beneuolum oſtendere, & amantem. At & ſeuerum pro eadem tuenda, quum res tulerit. Caueat hoc vigilantiſſimus, nullo caſu licitum puniendi animum propter ipſam errantis punitionem, & pœnam, ſed propter finem illum, qui ex ſupplicio ſpectatur, nempe vel partis læſæ ſatisfactio, vel populi quies, vel ipſius reſipiſcentia delinquentis. Alioqui maius ferè ſemper erit peccatum iudicantis, quàm delinquentis: cùm vix vllum adeò graue ſit crimen, ac damnatus animus lædendi, præſertim eius, qui poteſtate abuſus, transfert facultatem in malitiam: quæ eſt infallibilis Doctorum conſenſio, catholicæ fidei conſentanea.

S. Tho. 2. 2. q 66. ar. 6. ad 2. & q 68 ar. 1. Anton. 3. p. tit. 9. c. 1. & 2. Sylu. verbo iudex. S. Tho 2. 2. q. 151. art. 1.

Iudices, quo fine licitè procedant.

Hæc animo capiat Angelici Aquinatis, magiſtri noſtri conſultiſſima verba, qui poſtquam damnatum iudicis animum damnauit, adiecit: *Si verò intentio vindicantium feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem, vel cohibitionem eius, & quietem aliorum, & iuſtitiæ conſeruationem, & Dei honorem: poteſt eſſe licita vindicatio.*

S. Tho. 2. 2. q 108. art. 1.

Iudiciales proceſſus duo: alter ex petitione hominis læſi, alter ex denuntiatione, ſeu iudicis officio.

Iudex impenſè animaduertat, quo fundamento ad inquiſitionem procedat.

Duas ſciunt iudices procedendi vias iudiciales: alteram ad læſæ partis inſtantiam, alteram ob denuntiationem, ſeu notitiam, qua iudex mouetur ad proceſſum. Nihil de prima dicam: ſunt certæ in iure regulæ, quibus perſpectis nullus, niſi volens, errabit iudex. Maior eſt longè difficultas, quum nemine læſo poſtulante, agit ex officio, denuntiatione ve propoſita. De quo proceſſu, quamuis diſtinctæ regulæ in vtroque ſint iure, præſertim in canonico: ſummaria hæc rogo hinc feratur vna. Non in ſola proceſſus ſolennitate, non in ſola ſententia iuſtitiam eſſe maximè attendendam, ſed in ipſa etiam inquiſitione: qua de explorando delinquente tractatur. Quum enim ſemel incipit fieri ſuper alicuius cauſam inquiſitio, nunquam, aut raro tam perſpicuè purus egreditur ille, vt ab omni ſit in oculis hominum alienus ſuſpicione, quamuis nulla damnetur ſententia. imo etiam ſi expreſſa ſententia pronuntietur innoxius. Ideo grauiſſimam iudex homini irrogat iniuriam ſola inquiſitione iuridicis carente requiſitis. Hoc vnum dixerim eò quòd ſuſpicer, iudices aliquos ex his, qui in iure inſtructi non ſunt, minimè putare, vllam inquiſito fieri iniuriam ſi nihil falſum ſcribatur, nulla damnetur abſque probato crimine ſententia. Eſt & in ipſa perquiſitione periculum: periculum famæ, & expenſarum: quo reſtitutioni vtriuſque obnoxius eſt iudex. Animaduertat ergo cuinam malo intendat obuiare, quum inquirit delinquentem, ſitne malum iſtud populo aduerſum, aut ſoli eiuſdem animæ peccantis. Si communitati noxium ſit, tunc videat, ſi ſolo eſt noxium ſcandalo, aut alio quouis nocumento. Quum enim alijs nocumento eſt, vt ſunt noxij prædones, alijque latrones ex officio, aut conſuetudine, aut in proditionem coniurati, quouiſve modo aliorum excidium machinantes, hiſque ſimiles alij: tunc quidem habitis ſufficientibus iuxta leges indicijs, alijſ-

Hoſt. in ſumma ti. de denũt. Syl. verbo denunt in princip. Iul. Clar. in pract. crim q. 23 v. 1 & q 7. & 62. v. Dixi ſup. & q 10. 14 & 80. c. Nouit de Iud. ca. Qualiter & quãdo & 2. de accuſat. Petrus de Nauar. l. 2. de reſt. c 4. n 266 S. Tho. 2. 2. q 33. art. 7. Dur. in 4. diſt 19 q. 4. Panor. c. Nouit de iudicijs.

Digitized by Google

ve inquirendi fundamentis; inquiſitionis certa inſtāt neceſſitas. At quum nulla interuenit, præter commune ſcandalum læſio; tunc quidem vrget tota circunſpectionis neceſſitas: perpendi nimirum, ſitne delictum conditione ſua ſcandalum generans, an effectu ipſo generet ſcandalum. Quòd ſi effectu generat: tunc quidem inſtat inquiſitionis neceſſitas: cùm effectu verè malum ſit ſcandalum datum multitudini. At verò, quandiu nullum ex crimine procedit ſcandalum, eò quòd verè occultum ſit, nullatenus tunc licet inquiſitio. Eſtque ratio huius digna, quæ à iudicibus ſciatur. Nimirum hac inquiſitione, pœnave inflicta delinquenti nullum vitari Reipublicæ malum, ſiquidem nullo hæc læditur ſcandalo: nullum cuipiam fieri bonum: duo per contrarium fieri mala ab inquirente: alterum inquiſito ipſi, multitudini alterum; quatenus detecto peccatore prodit ſcandalum in auras, quod ante inquiſitionem non prodierat. Itaque inquiſitione hac minimè fauetur fini iudicij, qui eſt communis ſcandali amputatio: ſed potius itur cōtra illum. Ideo facienda eſt ſuper famam probatio priùs, quàm ſuper crimen inquiſitio. Iam quum de ſola agitur ſpiritali peccatoris ſalute ſupplicio corrigendi: adeſt tunc inſtantia, in qua iudex debet meminiſſe, ſe quidem Patrem eſſe, ſicut Iudicem; vt paterna aliqua ratione impenſè ſatagat, à luto educere peccantem. Quæ ſi ſæpius tentata non profecerit, ſperetur autem certa iudiciali proceſſu emendatio peccatoris: tunc iam erit opus rigore hoc; quo nulla datur querelæ anſa delinquenti; cùm ob ſuam ipſe contumaciam ſe faciat indignum, cuius famæ, & honori conſulatur. Hac namque inſtantia vrget receptum illud axioma: *Melior eſt anima, quàm fama.*

Ego quidem, quamuis nonnullos viderim iudices à debita in inquirendo cautione deficientes; multò magis vereor, ne longè plures ſint, qui ſcandaloſos peccatores nec extirpant, nec inquirunt. Audiat populus, quid ei dicat Deus Apoſtoli calamo. *Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum: ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* Hæc (inquam) audiat populus. Sed audiat ipſe quoque iudex, & imprimis hic: *Dei enim miniſter eſt in bonum hominibus. Non enim ſine cauſa gladium portat.* Quonam modo vtitur gladio in hominum bonum? Tunc profectò in bonum peccatorum vtitur gladio, quum diuidit eos, qui perperam vniti ſunt, turpem diſcindens nodum amicitiæ. Quum ſcilicet diuidit carnali vnitos fune libidinis; quamuis diuiſione hac intima caro cordium reſcindatur. Quum ſcindit etiam vnitos ad furandum latrones. Quum conglomeratam ludentium ſcindit coronam: cæteraſque id genus conuentiones.

Cuncta prius tentanda: ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

Mirum, quòd ſolis ſint occulta iudicibus illa multorum hominum ſcandala, quæ toti ferè plebi nota ſunt, quæque per vias vrbis cantant noctu pueri. Soli (mirum eſt) auditu carent iudices, ne ad eorum perueniant notitiam. Quis credat hoc? Sapiens non credit. *Auris Zeli*, ait,

Henriq. 1. p. l. 6. cap. 23. Cap. Si omnia 6. q. 1. leg. reſpiciendum. ff. de pœnis. S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 7. Nauar. in cap. inter verba corolar. 52. & 61. Petrus de Nauar. l. 2. de reſtitut. c. 4. n. 158. Corduba in addi. ad Sotum de ſecreto memb. 2. q. 2. cōc. 6. Soto ibi. Nauar. c. inter verba. Hiſp. nu. 662. 663. 688. 577. 583. 593. 599. corol. 59. Cap. venerab. de cenſib. c. qualiter & quando el. 2. de accuſat. Rom. 13. 3. Cōc. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. ſeſſ. 7. c. 7. & 8. ſeſſ. 14. cap. 9. ſeſſ. 20. c. 8. Ouid. 1. Metam. Sap. 1. 10.

Delinquentes pernicioſi debilioribus indicijs, quàm alij delinquentes, inquirendi.

Iudices quouſque debeant inquiſitionem inire aduerſus delinquentes, ſolo deuitandi ſcandali incitamēto.

Occultos delinquētes à nemine accuſatos quouſque debeat iudex inquirere.

Peccatores publicos debent iudices coercere.

Iudices quatenus debeant inquirere hominum vitia, vt corrigant eos.

Iudices zelo communis boni vrgeri oportet.

Digitized by Google

Zelotypæ mulieres.

audit omnia. Crebro ſunt vxores teſtimonio: quæ quum laborant zelotypia, omnia profectò audiunt, quæcumque faciunt viri ſui: imo & omnia verba, quæ cum ſuſpectis loquuntur mulieribus. Vndenam? Niſi ex eo, quòd inquirendi omnes ſuorum greſſus coniugum ſumma viuunt cura. Nihil minus circa hominũ vitia audirent iudices, ſi non minori popularis ſalutis zelo tenerentur. Quoniam *Auris zeli audit omnia.* Non quòd debeant, imo nec licet alienas ſcrutari domos, indagareque vitas minimè ſuſpectas: ſed quòd eorum curæ ſit, inquirere vitam ſponſæ ſuæ, quæ eſt vrbs vniuerſa, abſque ſingulari vllius indagine perſonæ. Nam & coniugata mulier perperam faceret, ſi ſpecialem aliquam nullo habito ſolido prænuntio ſcrutari domum attentaret. Vtinam ne id attentarent multæ: tangantque opportunè, ac importunè, à ſiniſtris & dextris linguis ſuis innoxias domos, vt maritos abſterreant abſque indicio. Generali ergo oportet iudices vitia populi indagine ſcrutari; vt dum generaliter inquirunt, in notitiam deueniant ſpecialem; qua ex tunc iam, habito certo indicio, incipiant indagare, ac medicinam adhibere. Hæc etenim eſt accepta B. Auguſtini prudens regula: *Admonet nos Dominus, non negligere inuicem peccata noſtra: non quærendo, quid reprehendas; ſed videndo quid corrigas.* Quo intellectu accipienda eſt prouerbialis illa ſententia: *Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo iuſti: neque vaſtes requiem eius.*

Inquiſitio generalis crebro à iudicibus facienda.

Succeſſit poſt Moyſem Ioſue, electus à Deo iudex vnicus Iſraëlitici populi, vt legimus apud 27. Numerorum caput. Eſtque inter alias eius iudiciales ſententias percelebris illa, qua diſcurſa ſatis, probeque examinata, explorataque cauſa, damnauit capitis Acham, quem & lapidibus operiri iuſſit, combuſta publicè tota eius ſubſtantia, vnum propter crimen, ſed grauiſſimum; vſurpandi videlicet contra Dei mandatum non nihil ex præda vrbis Ierichuntinę. Iudici huic fœliciſſima obtigit ſors, vt proprium eius nomen eſſet Saluator. Hebraica enim nominis radix *Ieſcha*, propriè ſignificat ſalutem; atque adeo Ioſue interpretatur Saluator. Eſt tamen apprimè perpendendum, nomen hoc nequaquam ita proprium viro illi, vt talis ab infantia appellaretur. Imo nomen eius erat Oſee, quod ei mutauit Moyſes, quum miſit eum ad explorandam promiſſam à Deo terram, quaſi præparans eum ad regiminis munus, quo poſt ipſius Moſis interitum vſurus erat. *Vocauitque Oſee filium Nun, Ioſue,* Hebraicè, *Ioſua.* Quam nominis mutationem impensè notauit Origenes, quaſi in illud factam officium, quod nondum ſignatum erat nomine illo primitus impoſito. Signauit enim nomen Ioſue temporalem illam Iſraëlitarum ſaluationem, qua per medios bellatores hoſtes in promiſſam terram incolumes inferendi erant. Sufficit præter textus alios, ac Doctores, verbum Eccleſiaſtici: *Ioſue magnus ſecundum nomen ſuum in ſalutem.* Verè verus iudex, qui & verè Saluator. Virtutum huius plenus eſt liber, qui eius inſcribitur nomine.

Ioſue iudex Iſrael.

Acham capitis damnatus à Ioſue, ob prædæ Ierichuntinæ vſurpationem.

Ioſue interpretatur ſaluator.

Ioſue quot annis gubernauerit, incertum.

Pergo ad illud, quod poſt Ioſuinum, ſecutum eſt ſæculum, non definiens illius annos, eò quòd in ſcriptura numerati non ſint. Scimus fuiſſe quadraginta quibus in deſerto præfuerunt regimini Moy-

Cap. Inquiſit. de accuſat. §. ſecundæ dubitat. Lege congruit. ff. de offic. Præſid le. 1. & 2. Hiſpa. tit. 17. part. 3. Greg. Lopez ibi, Aretin. c. cùm oporteat. cap. Qualiter & quando n. 52. Luc. 16. 2. S. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 3. Ludouic. Lop. 2. p. inſtr. cõſc. cap. 11. Innocen. c. cum oporteat de accuſat. Abbas ibi Salicetus lege Ea quidem colum. 8. Aug. ſer. 26. de verbis Dom. init to. 10. Prou. 24. 15. Num. 27. 18. Ioſ. 7. 16. Hebræa. Num. 13. 18. Num. 13. 18. Hebræa. Origen. hom. 23. in Ioſue. Eccl. 46.

Digitized by Google

ſes,& Ioſue;quot verò annis ſuperuixerit hic tranſacto deſerto,nullibi legimus. Tota inter octo, ac duodecim eſt opinionum differentia. Pergo, inquam ad ſæculum illud, in quo Dei populus fixo iam pede muratis vrbibus formatus fuit in terra promiſſionis. Tunc viguit ſolum nomen iudex, hocque vnico nomine nuncupati ſunt, quotquot tunc reipublicæ geſſerunt curam,habita ſumma in terris,abſque ſuperiore alia,poteſtate. Sic appellati ſunt Iudices, famoſiſſimi illi Gubernatores, ac duces Othoniel, Aod, Samgar, ac vidua Debora, de qua ſcriptum eſt, *Quæ iudicabat populum in illo tempore.* Barac item, Gedeon, Abimelech, Thola, Iair, Iephte, Abeſan, Ahialon, Abdon, & Samſon. Sufficit ipſa libri inſcriptio, nempe liber Iudicum, ad ſciendum,vnam hanc illorum fuiſſe appellationem. Sed & eſt textus: *Suſcitauitque Dominus Iudices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus.*

Tempus à die lata legis ad initium temporis iudicum, non conſtat.

Iud.3.9 15 31. Iud. 4 4. 6. Iud.6.11. 9.1.10.1.3 11.1.12.8. 11 13. 13. 13.14 15. 16.

Tria circa hoc animaduertant Iudices, trina obteſtor prece. Primum eſt ipſamet facta à Deo Iudicum inſtitutio, inſtituendique cauſa, magno expreſſa pondere verborum. *Mortuus eſt autem Ioſue famulus Domini: omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos. Et ſurrexerunt alij, qui non nouerant Dominum: feceruntque filij Iſrael malum in conſpectu Domini, & ad iracundiam concitauerunt Dominum, dimittentes eum. Iratuſque Dominus contra Iſrael, tradidit eos in manus diripientium; qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus, & vehementer afflicti ſunt. Suſcitauitque Dominus Iudices, qui liberarent eos de vaſtantium manibus. Cumque Dominus Iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus: & liberabat eos de cæde vaſtantium: poſtquam autem mortuus eſſet Iudex, reuertebantur, & multò faciebant peiora, quàm fecerant patres eorum.* Tanta eſt Iudicum in populis neceſſitas. Nam & bono regimine dirigunt homines:& bona vita impetrant eis miſericordiam. Audiant, audiant hoc Chriſtiani iudices: audiant verba Eccleſiaſtici, quibus iudices iſtos, ſanctos vocat, ac beatos. *Et Iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor. Qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum.* Secundum eſt, Iudices in ſacris litteris Saluatores appellari, ita vt in libro Iudicum dicantur promiſcuè Saluatores, & Iudices. Tertium, omnem populi gubernationem, ac curam ad illius temporis Iudices attinuiſſe: cùm nullus tunc præter illos eſſet Rex, nullus Princeps, ſummi momenti res. Vt nimirum intelligant Iudices, populi curam, ac reipublicæ ita eis demandari, ac ſi nullus præterea eſſet Princeps, quoad executionem regiminis ſedulam. Sita eſt in hoc tota (vt arbitror) vrbis compoſitio, tota in eo perditio, quòd in Regem iudex, in iudices Rex vnicam referant diligentiam. Itaque quum admonet iudices, vt graue aliquod reſcindant malum, defectu ſe excuſant poteſtatis, aſſerentes, profundis malum hoc vigere radicibus, quæ Regio egeant interuentu. Admonendus (inquiunt) eſt Rex: non ſe extendit huc poteſtas noſtra. E diuerſo, quum malorum medela poſtulatur à Rege, reſpondet poſtulanti; quomodo poſſum? Ego vnus ſum: in pluribus locis ſimul eſſe nequeo: ſunt mea in ditione populi

Iud. 2 16. Iudic.2 8. Eccli.46. 11. Iud.3 9 15 4 Reg.13 5. 2. Eſdr.9. 26.

Iudicum omnimodo in populo neceſſitas.

Iudices debent eſſe vita omnino irreprehenſibiles.

Iudices appellantur in ſcripturis Saluatores.

Regum cura circa populum.

ſuſi multi; in cunctis exiſtere non valeo. Habeo vbique miniſtros, meam qui perſonam repræſentant: hiſque præſentes ſunt occurrentes cauſæ. Id quidem vnum meum eſt, vt cuncta legibus præueniam, ſeligamque eos populis iudices, quos in id muneris idoneos intelligo ex conſiliatiorum relatione meorum. Prouideant illi rebus, quas ad oculos habent: ſuæque conſcientiæ ſatisfaciant: meæ vtique ſatisfactum puto, cùm res omnes eis commiſerim curandas. Sic omnia, vt iacent, relinquuntur: nec mala publica extirpantur. Iudices eam exeuſationem prætendunt, qua populi ſtatum ad Regem pertinere autumant: Rex exonerat ſe, onera eſſe dicens miniſtrorum: væ populo. Certè, nec Reges à prouidendo malis remedio ita ſunt immunes, vt nil omnino curent, quamuis omnia per ſe curare non valeant, nec iudicibus legitima eſt coram Deo excuſatio expectatum à Regibus remedium.

Iudicum Dominici populi regimē per 402. annos.

Tempus iudicum Iſrael 402. annis.

Regimen Iſraelis aliquando apud ſacerdotes.

Samuel vnicus ſuo tempore Iſraelis iudex ante Saulē.

Heli gubernator Iſrael per annos 40. cur non computetur inter iudices.

Iud 21 24. Othon. 58. Aod. 100. Barac Debora 47. Ged. 40. Abimel. 3. Thola 23. Iair 40. Iephte 6. Abeſan 7. Elon 10. Abdon 48. Sāſon 20.

1 Reg 4. 18.

1. Reg 7 6.

Rup. l 4. de vict. verbi Dei c. 10.

Euoluto tempore finiti ſunt iudices; quorum per annos duos ſupra quadringentos permanſit regimen inter viros duodecim, & vnam Deboram. Hæc eſt libri illius vltima clauſula: *In diebus illis non erat iudex in Iſrael: ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Fuit poſt iudices hos apud ſacerdotes regimen totum, Heli, & Samuelem. *Heli ſenex enim erat vir, & grandæuus: & ipſe iudicauit Iſrael 40. annis.* De Samuele autem ſcriptum eſt: *Iudicauit Samuel filios Iſrael in Maſphath.* Mirum, quòd Heli cùm & ſacerdos fuerit, & iudex, non computetur inter iudices in eorum libro, nec in ſequenti, qui totus adſcribitur Samueli; cùm vtriuſque commemoret tempora. Cauſam explorauit Rupertus certam; his ab eo verbis, quæ intentiſſimi audiant iudices, expreſſam. *Nimirum propter contemptum verbi Domini. Quia in diebus eius calce abycere legem Domini nimia ferè omnibus licentia fuit. Sed inter infœlices dierum illorum hiſtoriis iſta querela frequens eſt: In diebus illis non erat Rex in Iſrael; ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat. Quid, niſi vecordiam ſacerdotis accuſat; & conſequenter iudices huiuſmodi? Idem namque eſt, ac ſi dicat: Qui in diebus iſtis iudicabat Iſrael; & ſi ſecundum nomen, perſonamque aliquis erat, ſecundum rem, meritumque nullus erat. Prædixi enim, ait Dominus, quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eò quòd nouerit, indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.* Peccant iudices, qui corripere impios parui pendunt. Vnicus ergo nominatur Samuel: duoque illorum temporum libri, Samuelis libri inſcribuntur à Domino. Sed neque hic tamen iudicis nomine præfectus fuit populo, cùm verè ſemper iudicarit. Videns proprio titulo appellatus eſt. Nomine hoc vocabāt eum: & ſe ipſe eodem nuncupabat. Sic quærens illum Saul, vt ſciret ab eo, tanquam à Propheta, vbinam eſſet errantes inuenturus aſinas, interrogauit; *Vbi eſt domus Videntis? & reſpondit Samuel ego ſum Videns.* Apt ſanè, idoneum, dignum, proprium, debitum, iudicibus nomen. Nec magis proprium nomen iudicis, quàm videntis: imo plura ſunt, quæ videre debent, quàm quæ adducere in iudicium. Summè quidem o-

Samuel appellatus Vidēs, eò quòd eſſet iudex. Iudices debent eſſe Videntes.

1. Reg 9. 18.

portet eſſe videntem eum, qui iudex populi eſt. Nec prætereat nos notanda inter Heli, & Samuel differentia: hic nimirum in regimen electus eſt videns, quando *Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant.* Miser populus, cuius rector oculis ſuo in loco caligat. Satis apertè audiebat Heli; imo pluſquàm audire oportebat. *Heli autem erat ſenex valde; & audiuit omnia, quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli; & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi; & dixit eis: Quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio res peſſimas?* Commonuit quidem eos: ſed lentè: commonuit, non puniuit: & ideo vituperatur cæcus iudex. *Nolite*, ait, *filij mei: non eſt bona fama, quam ego audio.* Meliùs diceret, nolite, filij diaboli: nam diaboli filios appellat textus. *Porro filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum.* Videbatur quidem minimè notandus ob rigoris defectum ſenex ille, qui adultos filios non ſuperabat viribus, vt plecteret: at certè culpa in eo ſtetit, quòd paternis corripuerit verbis. *Nolite, filij mei:* cùm deberet corripere iudiciaria poteſtate, puniens eos manu miniſtrorum. Infœlix igitur populus, cuius iudex, cùm audiat, vt Heli; non eſt videns, vt Samuel. Videns vtique eſſe debet, ſolers, perſpicax, vigilans, ſollicitus. Hæc ſunt Senecæ verba; *Omnium domos illius vigilia defendit, omnium otium illius induſtria: omnium vacationem illius occupatio.* Quibus verbis & ſollicitum iudicem, & paternum vocat ſaluatorem. Talis fuit Samuel, ſtatim enim, ac electus eſt iudex, dixerunt ad eum, *Ne ceſſes, pro nobis clamare ad Dominum, vt ſaluet nos: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael: & exaudiuit eum Dominus.* Quidnam dicetur dormienti iudici; qui nec nocentes cohibet, nec ſaluat innocentes? Ego nihil dixerim: dixit iam Rupertus, iudicem hunc eſſe quaſi non eſſet. Sed id quidem ipſum luculentiùs dicit Dominus Deus: audiamus eum, Iſaiæ ore ſic dicentem. *Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad ſomnam præpoſitum templi, & dices ad eum: Quid tu hic? Aut quaſi quis hic? Quia excidiſti tibi hic ſepulchrum: excidiſti in excelſo memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus: & quaſi amictum, ſic ſubleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione, quaſi pilam, mittet te in terram latam, & ſpatioſam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo ſeruum meum Eliacim, filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: & poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem.* Ad Eccleſiaſticum loquitur iudicem. *Quid tu hic? aut quaſi quis hic?* Sola quidem, ſed vacua iudicis ſpecies. Es, quaſi non eſſes: quaſi quis hic. In id quidem ſolùm amas dignitatem, vt tuam magnifices domum, ſumptuoſum extruens ſepulchrum, æternum tui memoriale: & illud quidem in excelſo templi loco: cum ſub terra debeas

Margin notes (left): 1. Reg. 3. 2. — 1. Reg. 2. 22. — 1. Reg. 2. 24. — 1. Reg. 2. 1 — Seneca de conſolat. ad Polyb. c. 26. — 1. Reg. 7. 8 — Iſai. 22. 15 — Hier. Iſa. 22. S. Thom. ibi Dion. ibi.

Margin notes (right): *Iudic ex remiſſi vituperantur in ſcripturis.* — *Iudici remiſſo multa à Deo taxata pœna. Iudices vſi poteſtate in propria domus amplitudinem vituperantur.*

Digitized by Google

Iudex ignauus ſimilis eſt gallo gallinaceo: ideoque tamquam gallus portatur ad vendendum.

Simile.

Foſter. ibi.

ſepeliri. *Quid tu hic?* Cuinam muneri ſeruis in republica? Numerate vos, auditores Chriſtiani, taxatas à Deo iudici huic peccati pœnas: quàm ſint culpæ conformes.

Hier ibi.

Prima, aſportatur inſtar galli. Multæ ſunt loci interpretationes: quam Hieronymus ab Hebræo magiſtro ſuo accepit, ea eſt; vt ſomna ferendus eſſet captiuus, ligatis manibus, ſicut ligatus pedibus vendendus portatur gallus. At quiſquis ſit verborum intellectus, congruam ego culpæ conſidero pœnam. Gallus trino cantat tempore noctis: nec exit tamen à loco, in quo inter multas dormit gallinas.

Nemini inſiſtit in populo, niſi compari gallo, inter eaſdem gallinas victitanti. Sunt iudices, quorum totus in populum terror rumor ſolus eſt; vigilare videntur, at nequaquam exeunt, ad percurrenda noctu, diuque loca illa, ad quæ peruenit eorum rumor, ac iuriſdictio. Omnem conuertunt poteſtatem in domorum ſuarum amplificationem, & tutelam; arcentes morſibus oppoſitorem quemlibet, aut æmulum.

Vtinam ne iudices aliqui eadem, qua galli, cauſa contentionis, & cætera. Prouerbium eſt: *Gallus domi pugnans, foris timidus.* Secunda pœna, quaſi amictus ſubleuatur iudex iſte. Multum inſudant expoſitores; ferè in id conſpirant omnes, vt ſtricto amictu coarctandus ſit huiuſmodi iudex. Sed vnde in litteram congruat expoſitio, non video: quoniam neque culpæ conformatur ſupplicium, neque dicit textus, Somnam amiciendum, ſed inſtar amictus ſubleuandum.

Iudex ignauus ſimilis amictui ab arundine pendulo ad terrendos paſſeres à vinea.

Dicit ergo planè, huiuſmodi iudicem eleuandum eſſe pendulum in arundine non aliter, ac volucrum terriculamentum, quod ad vinearum, ſegetumque cuſtodiam, eleuatur. Proprio Hiſpano vocabulo *Eſpantajo*, ſeu *Dominguejo*. Eſt amictus corpore vacuus in ſude pendulus ad formidinem paſſerum, qui accedunt ad furandum Talis quidem eſt ignauus iudex: ſuper iuſtitiæ virgam ſublimatus, magnus per tres ab electione dies latronibus terror: ſed ſpecies iudicis animo vacua. Vnde talis eſt delinquentibus, qualis eſt auibus amictus quem poſtquam illæ aſpiciunt cominus, vacuumque cognoſcunt, omni ſoluuntur metu, fructuſque intimidæ furantur, ac ſi nullus ſit cuſtos, vt verè nullus eſt. Tertia pœna tribulatione coronatur pro gloriæ corona perfectis iudicibus parata. Quarta quaſi pila in latam proijcitur terram. Ludunt iudice hoc, tamquam pila, pueri. Quinta priuatur officio: in quod eligitur dignior alius, tranſlata in eum cum iuſtitiæ cingulo iudicandi poteſtate. *Et erit hic quaſi pater habitantibus Ieruſalem.* Sexta moritur, ſicut pila in terram miſſa, cùm euacuatur aëre: in quam ignominiam tota conuertitur gloria parati ſepulchri ſumptuoſiſſimi. Tales ſunt pœnæ paratæ iudici non videnti, ſicut minimè videt amictus vita penitus vacuus.

Iudices ſecordes coronantur tribulatione.

Iudices ignaui ludo ſunt pueris.

Iudices negligētes priuantur officio ex Dei ſententia.

Succeſſerunt poſt videntem Samuelem potentiſſimi Reges. Hoc nomen eorum, qui poſt illum gubernauerunt Dei populum,

Digitized by Google

vt ex ipſa librorum conſtat inſcriptione. Fuitque populi regimen apud Reges viginti quatuor, Reginam vnam annis 466. menſibus ſeptem, ſupra dies decem. Reges autem propriè ex officio eſſe iudices, in idque muneris electos, definiuit Cicero. *Mihi quidem*, ait, *non apud Medos ſolum, vt ait Herodotus, ſed apud maiores noſtros iuſtitiæ fruendæ cauſa videntur olim benè morati Reges conſtituti.* Quod proprium eſſe Regum munus dixit Regi Regina: ſapientiſſima Regina Saba ſapientiſſimo Regi Salomoni verbis illis: *Eò quòd dilexerit Deus Iſrael in ſempiteraum, conſtituit te Regem, vt faceres iudicium, & iuſtitiam.* Quod & opere exercuit Salomon ille prima ſui regiminis actione, decernens cauſam mulierum duarum ſuper filium viuum, mortuumque filium alium, litigantium. Quarum cùm neutra afferret probationem; infantem viuum diuidi iuſſit, vt dimidia pars daretur vni; qua ſententia veram pueri deprehendit matrem; illam, quæ, ne diuideretur infans, flagitauit. Quapropter quæ inter diuerſi gradus iudices diſtributa ſunt onera; à Rege ſimul exiguntur omnia. Eſt præſes, vt in capitolio aſſiſtat inter iudices præſidens. Inter iudices (inquam) auditores, tamquam potiſſimus aſſidua auditor præſidentia. *Rex, qui ſedet in ſolio iudicij: diſſipat omne malum intuitu ſuo.* Eſt populi quies, & ſedatio; id quod Socrates his dicebat verbis; *Rex eligitur, non vt ſui ipſius curam habeat, ſed vt qui eum elegerunt, per ipſum in fœlicitate viuant.* Eſt legiſlator; vt ex multis ipſis Regiarum legum conſtat voluminibus. Eſt pater populi: qui ſi effectu talis eſt, nullus titulus altior, ne ipſe quidem titulus Regis. Poſt datum Imperatoris nomen, & gradum, addebant Romani pro ſummo honore titulum iſtum, Patrem patriæ. Quem in ſui primordijs imperij accipere recuſauit Tiberius, dicens: Nondum ſe talia in populum egiſſe, quæ tam ſublime nomen mererentur. Sic ſcribit Tranquillus Suetonius. Eſt Saluator populi ab hoſtibus: *Vidit Dominus anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ: & dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ.* Saluat necnon conciues alterutrum, innoxium à læſore. Quin etiam egentem à fame, vt conſtat ex verbis mulieris iam iam præ fame animam agentis, quæ dixit ad Samariæ Regem Ioram, *Salua me, Domine mi Rex.* Salua à fame: & ſalua à fœmina, mihi iniuriam inferente. Eſt tam Regi proprium ſaluandi munus, vt dicat Deus Oſeæ verbis populo Deum ipſum relinquenti: *Vbi eſt Rex tuus? Maximè nunc ſaluet te. Et iudices tui, de quibus dixiſti, da mihi Regem?* Tantopere hoc competit Regibus, vt Lydi Regem ſuum appellent Saluatorem. Eſt videns, ſicut Samuel: vt omnia, quæ fiunt ſuis in vrbibus proſpiciat. *Virgam vigilantem ego video*, dixit Ieremias. Virgam, ſupremi Regis, iudicis Dei aſſiduò vigilantis. Tales eſſe debent & Reges, & iudices, vt eorum ſceptra, ac iuſtitiæ virgæ ſemper inuigilent. Depingebant Ægyptij Oſiridem Regem ſuum tenentem dextera arboris virgam, folijs nudam, relictis, quæ ſunt in ſummitate, ex quibus formabant oculum: vt innuerent, debere vigilantẽ eſſe virgam. Scribit Macrobius. Dormitauit aliquando in tribunali Philippus Rex Macedo, dũ audiret cuiuſdã Machetæ

Left margin notes: Cicer. l. 1. officior. — 3 Reg. 10. 9. — 3 Reg. 3. 16 — Soc. apud Xenoph. l. 3 de dictis & factis Socr. — Pro. 2 8. — Sueton. in Tib. c. 26 — 4 Reg. 13. 5. — Oſee 13. 10. — Serin. apud Stobæum ſer. 45. — Iere 1. 11 — Macr. l. 1. Satur. c. 21

Right margin notes: *Reges Iſrael 24. Regina vna per annos 466. menſes ſeptem, dies decem.* — *Reges iudices ſunt.* — *Rex quies eſt populi.* — *Reges legiſlatores sũt.* — *Patrem patriæ eſſe oportet Regẽ.* — *Tiberius Cæſar recuſauit accipere nomen Patris patriæ.* — *Reges appellantur ſaluatores.* — *Vigilantes eſſe debent iudices, ac Reges.*

Digitized by Google

cauſam, pro qua illum condemnauit. Appello, dixit Regi Machetas: quem indignans interrogauit Philippus: ad quemnam potes appellare? Tunc Machetas: Appello à Philippo dormiente ad Philippum vigilantem. Profuit appellatio: nihil ſuper latum iudicium innouans Philippus perſoluit homini ex ærario ſuo eam nummorum ſummam, qua damnauit eum collitiganti perſoluenda. Scriptor eſt Plutarchus.

Plutar. in *Apoph.* Regum Apophtegma Philip. quod eſt 27. to 1 moraliũ.

Iudices Iſrael aliquãdo duces.

Machabæi iudices Iſrael perfectiſsimi.

Tandem deletis à Dei populo regibus, pertinuit ad duces iudiciaria res fultos Dei miniſtris. Fuerunt illi tam perfecti iudices, quã ſtrenui duces. *Erat enim pro vxoribus, & filijs, itemque pro fratribus, & cognatis minor ſollicitudo: maximus verò, & primus pro ſanctitate timor erat templi.*

2. Mach. 15. 7.

Deus iudex

Chriſtus iudex ſupremus.

Sapientia omnino in iudice requiritur.

Supremus terræ, cœlique iudex primus, & nouiſſimus, eſt vnus ille, de quo Pſaltes: *Deus iudex eſt.* Ex diuinis autem attributis alia ſunt tribus communia perſonis, alia perſonæ vni. Ex his ſapientia tribuitur filio, eò quòd ex comprehendente vniuerſas res procedat intellectu: ita vt filius ipſe ſit ſapientia genita. Ideo ad hunc pertinet iudicandi munus; quoniam primarium iudicis requiſitum deſignatur ſapientia paſſim diuinis in litteris. *Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum.* Tum prǽterea, quòd ſummè in iudice deſideretur veritas, quæ ipſa eſt ſapientia, dicente Auguſtino; *Non aliam putes eſſe ſapientiam, niſi ipſam veritatem.* Eſt textus: *Neque enim Pater iudicat quemquam; ſed omne iudicium dedit filio.* Filio, in quantum Deus eſt, quòd ſit ipſa ſapientia: vt intellexerunt cum Chryſoſtomo Theophilactus, & Euthymius; ſuntque eiuſdem factionis Tertulian. Hilar. Athan. Ambro. Cùm tamen Dei filius hominis quoque filius ſit; conuenit in eum vtroque titulo iudiciaria poteſtas; vt homines iudicet homo, noſtras experimento ſciens cauſas. Quæ eſt Auguſtini, Hieronymi, & Cypriani interpretatio. Lego apertam textus explicationem ipſomet in contextu, verbis his: *& poteſtatem dedit ei iudicium facere; quia filius hominis eſt.*

Pſal. 74. 18.

Eccli 10. 1
Aug de li. arbitrio.
Ioa. 5 22.
Chry ho. 38. Theoph. in Ioa. 5 Euthym. ibi. Tert. lib. contra *Praxeam* c 16 Hila. 7. de Tri. Atha. ſer 4. contra Arrianos Ambro. 2 offic c 4. Aug. li. 1. de Trinit c. 13 Hie in cap 27 Iſai. Cyp. li. 2 cõtra Iudæos c. 28
Ioa. 5. 27.

Chriſtus pollet vniuerſis perfectiſsimi iudicis talẽtis

Chriſtus præſes in cœlo, & in terra.

Chriſtus requies populi Chriſtiani.

Chriſtus Pater Chriſtiani populi.

Chriſtus legiſlator.

Cùm ergo iudex hic integerrimus ſit, ac exactiſſimus: ſunt in eo perfectiſſima omnia præclariſſimi iudicis requiſita. Ideo ipſe eſt verus præ Adamo vniuerſi præſes; qui iudicis tempore inter duodecim Apoſtolos iudices ſedebit præſidens. *Quum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes.* Eſt ſupra Noe pacatiſſima requies populorum; qui propterea dicebat ſuis; *Pacem relinquo vobis;* quę finis eſt perfecti iudicis. Eſt Chriſtiani populi pater; ſicut vaticinans dixerat Iſaias: *Vocabitur nomen eius Pater futuri ſeculi. Princeps pacis.* Eſt legiſlator, de quo Eliu: *Nullus ſimilis ei in legiſlatoribus.* Eſt videns, & quidem videns perſpicaciſſimus, adeo vt interna etiam videat cordium. *Ieſus videns cogitationes cordis illorum:* quod ſæpe in Euangelio commendatur. Eſt Rex imo *Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Eſt dux generaliſſimus: de quo Daniel: *Vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ.*

Matt. 19. 28.
Ioa 14. 27
Iſai. 9. 6.
Iob. 36. 22
Luc. 9. 47
Apoc. 19. 16.

A iudiciali hac Chriſti poteſtate omnis quæcumque iudicum

Dan 9. 25

Digitized by Google

Prou. 8. 15. deriuatur poteſtas. *Per me Reges regnant: & legum conditores iuſta decernunt.* Loquitur ſapientia, quę Chriſtus eſt ipſe. Ideò cùm iudices varijs, quos dixi, titulis nominentur; omnes ab vno eueniūt iudice, qui quæ in ſe vnita continet, in multos, prout vult, diſtribuit ſubſtitutos. Quapropter poſtquam plures varij nominis in populo ſuo iudices conſtituit; venit tandem ipſe, Præſes, requies, Pater, legiſlator, iudex, videns, Rex, ac dux generaliſſimus. Verum enimuerò, cùm deſignato aliquo nomine deberet nominari; placuit pientiſſimo Domino, nomine nuncupari Saluatoris. Omnes enim iudicum tituli ad duos hos reducuntur; nocentium vindictam, protectionem innocentium. Vſus eſt igitur diuinus Dominus ita titulis his, quum factus eſt homo, vt totum vindicis titulum in tartareos exerceret hoſtes; totum in homines titulum Saluatoris; ſaluans eos ab eiſdem hoſtibus infernis.

Chriſtus caput, à quo omnis iudicum deriuatur poteſtas.

Chriſtus nomine Saluator, & re ipſa.

Chriſtus iudex Dæmonum.

Iudæ. 5. *Ieſus populum de terra Ægypti ſaluans, ſecundò eos, qui non crediderunt perdidit: Angelos verò qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed deliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.* Cùm autem & inter homines ſint noxij, & innocentes, quos à noxijs liberet Saluator; reſeruauit in extremum diem iudicialis circa eos tituli vſum; ſola in aduentu hoc primo actione vtens Saluatoris. Idcirco loquens Ioā. 12. 31. de hominum hoſtibus infernis dixit ad diſcipulos: *Nunc iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.* Nunc, nunc, ait: nunc in tempore hoc aduentus mei primi iudicabo cauſam inter mundum, & Dæmones pendentem, à quorum tyrannide ſaluabo illum.

Chriſtus reſeruauit in nouiſſimū diem vſum iudiciariæ in homines poteſtatis.

Hominum autem inter ſe ipſos, & cum Deo iudicium ad nouiſſimum deſtinauit diem: Matth. 25. 31. *Quum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ;* tunc, tunc ſedebit, ait: *tunc ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Tunc dicet & his, qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius.* Hac de cauſa, cùm in aduentu primo ſiſteretur ei iudicanda mulier in adulterio deprehenſa; nulla iudiciali ſententia, actu nullo iudiciario diuinitus eam Saluator liberauit. Confuſiſque ab eo accuſatoribus, dixit ad mulierem: Ioā. 8. 11. *Nec ego te condemnabo, vade: & iam amplius noli peccare.*

Chriſtus nolens vti iudicis munere, vſus Saluatoris officio adulteram ſaluauit fœminam.

Græca. Ioſue Ieſus. Inſtituto hoc voluit benigniſſimus Dominus, vocari nomine Ieſu, eò quòd nomen iſtud ſit Hebraicè idem, quod Latinò Saluator. Dixi, Ioſue nomen, nomen eſſe Saluatoris: ex quo & Ieſum Saluatorem eſſe, plane conſequitur. Græcus enim textus ſæpe in Ieſum vertit nomen Hebraicum *Ieſua*, quod Ioſue vertit vulgatus: vt videre eſt paſſim in libro iudicum, & primo Paralipomenon libro. Quin & Vulgatus ipſe frequenter vertit Ieſua in Ieſum: vt legimus apud Eſdram, Habacuc, Aggæum, Zachariam, & Machabæos. Verba quoque illa Eccleſiaſtici, *Ioſue magnus ſecundum nomen ſuum in ſalutem,*

1 Para. 7. 27. 1 Eſdr. 2. 2. Hab. 3. 18. Aggæi. 1. 1. Zach. 3. 1. 1 Mac. 2. 55. Eccl. 46. 1.

Ieſus nomē Saluatoris.

Digitized by Google

Grçcè leguntur : *Ieſus fuit ſecundum nomen ſuum magnus ſuper ſalutem electorum ipſius.* Expreſſis hodierni euangelij verbis ponit Deus ſalutem noſtram, cauſam, qua infans hic vocandus eſſet Ieſus. *Vocabis nomen eius Ieſum : ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Ideo hodie *Vocatum eſt nomen eius Ieſus* : *quod vocatum eſt ab Angelo.* Nomen non iudicis ſanguinem fundentis alienum, ſed Saluatoris, proprium effundentis.

Mat.1.21.
Luc.2.21.

Grande nobis, qui Ieſu ſocietas ſumus, feſtum, gaudium, ſtemma. Nec arrogantiæ quidem ſtemma, nomenve arrogantię, quo Ieſuitę nuncupamur. Varia Chriſti nomina, quæ ad ſaluationem pertinent, inter varias ipſe religiones diſtribuit : ſicut inter diuerſorum temporum iudices varia nomina ad iudicium pertinentia. In tantum, vt & Saluatores via hac vocari homines, ſanctum dicat Maximus Hieronymus: *Ipſa petra Petro donauit, vt petra ſit : paſtor quoque bonus Apoſtolis paſtorum largitus eſt nomina : & quodcumque dicitur ipſe, ſeruis ſuis tribuit, vt dicantur. Sic ipſe Saluator Apoſtolos ſuos mundi eſſe voluit Saluatores.* Nec tota vtimur licentia : non ſaluatores, ſed Saluatoris appellamur ſocietas. Neque gloriam aſſumimus nobis : vniuerſo Chriſtiano populo felices precamur annos, quòd talem omnes Saluatorem habeamus. Quid, quod & gentiles felicem ſibi credunt ſortem, quòd tam vniuerſalis omnibus Saluator ſit Chriſtus? Canit hoc lætus Claudianus genti ſuę, & gentibus cunctis carmine iſto modulatus;

Hiero. in Abdiam, ſub finē.

Regnantem Dominum iam lingua fatetur Ieſum
Nomine, quo fundata ſalus ſtat noſtra : fideſque
Nititur, æternæ tendens in ſæcula vitæ.

Ad quam nos perducat qui cum Patre, & S. S. viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum.

Digitized by Google

IN EADEM CIRCVMCISIONE DOMINI.

SERMO IIII.

Luc. 2. 21. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus.*

EVANGELICA hodiernæ feſtiuitatis hiſtoria quatuor, nec pluribus; includitur verbis: ſed ſublimibus adeo, vt celeberrimæ tres, quæ hodie ſolemnitates concurrunt, tribus primis verbis digerantur, vna vno. Supereſt verbum quartum: at, ſi cœleſtis adſit gratia, minimè otioſum erit: imo vtemur illo, ad eandem gratiam implorandam. Prima ex his, quas hodie recolimus, celebritas, ſeu primus feſti titulus, propria noui temporis celebritas eſt, qua præſentem hunc diem, anni diem noui appellare ſolemus: qui titulus verbo proponitur primo: *Poſtquam conſummati ſunt dies octo.* Secunda eſt circumciſionis: eò quòd natus in carne Dei filius, octauo fuerit die circumciſus: quæ feſtiuitas ſecundum ſibi vendicat verbum: *Vt circumcideretur puer.* Eſt verbum tertium, *Vocatum eſt nomen eius Ieſus:* quo tertia exigitur celebritas, & hæc quidem potiſſima: qua diuinum hoc nomen præcipuam feſti inſcriptionem ſuſpicimus. Habeat quidem hodie præſens ſermo expendendum prædicationis ſubiectum titulum ex his primum, quo dies hic noui anni dicitur dies: tunc quidem commodiùs ambiet concio propoſitas tres celebritates. Sed quid de verbo quarto? Dicto etenim illi *Vocatum eſt nomen eius Ieſus,* addit textus, *Quod vocatum eſt ab Angelo priùs, quàm in vtero conciperetur.* At (vt dixi) minimè erit vacuum verbum iſtud: proderit mihi, vt ante concionem inchoatam, petam ſupplex à Deo auxilij gratiam, ad tria prima in gloriam eius, adſtantiumque profectum expendenda.

Recolendum eſt, prænunciationem hanc, qua prædixit Angelus, infanti huic nomen Ieſu imponendum fuiſſe, duabus factam perſonis, ob eandem ambabus cauſam turbatione perculſis. Prima fuit Maria: quę ſalutata ab Angelo. *Turbata eſt in ſermone eius.* A qua vt eam liberaret turbatione, adiecit ille verba hæc: *Ne timeas Maria*

Ieſu nomē eſt à turbatione liberans.

Luc. 1. 29.

Maria nomine Ieſu turbationẽ depoſuit.

Lúc.1.30.

Maria: inueniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero; & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Quid ais Gabriel? Vides pudicitiæ cauſa turbatam Virginem, & intendis excutere turbationem eius, addens, filium ab ea concipiendum, edendum ab ea ex vtero genitum? Scit, quid dixerit Angelus. Protinus exprimit nomen Ieſu, dicens, *& vocabis nomen eius Ieſum,* quo à turbatione reddit incolumem. Sed nonne turbatio verteretur in gaudium ei, quæ Saluatorem mundi ſuo ab vtero edendum intellexit? Ieſus Hebraicè, Latinè eſt Saluator: ideo ſaluaturus homines Deus virgineũ ingreſſus eſt vterum, vt factus ibi homo, ſuo ſaluaret homines ſanguine. Eſtque tam integer omni in caſu Saluator; vt & ipſam ſuam genitricem non priùs matrem faceret, quàm ſaluam; ab inſtante etiã turbatione. Ne autem putet quis, parui fuiſſe momenti ſaluationem hanc, eò quòd fœminæ leui ex cauſa turbari ſoleant; audiet ille & viri turbationem, qua grauior nulla in viro eſſe poteſt: quę etiam nomine Ieſu depulſa fuit funditus. Videbat Ioſeph grauidã ventre ſpõſam ſuam, quam ille minimè tetigerat: quænam poteſt vehementior eſſe turbatio? Hanc deleuit ſimiliter Angelus ipſe Gabriel eodẽ Ieſu nomine pronunciato. *Ioſeph, fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. Pariet autem filium: & vocabis nomen eius Ieſum.* Turbatum fũditus ſerenauit animum. Quid mirum? Aperuit illi cauſam, ob quam appellandus eſſet Ieſus, dicens; *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum.* Eſt generalis nominis huius virtus, quam omnes paſſim experimur. Quiſnam veſtrum fuit aliquando ſubita aliqua turbatione perterritus, in qua non dixerit, Ieſus, abſque diſcurſu aliquo, ſed ſola eiuſdem nominis celſitudine impulſus? Sic quicumque ruit, dicit ſtatim, Ieſus: ſic & qui ceſpitat: ſic qui terræ ſentit motum; ſic qui in aquis ſubmergitur: ſic qui ruentem videt lapidem, telum, lignum, ſagittam: ſic qui tonitruis, fulminibus, fulgetris, quauiſue alia tempeſtate circumdatur: quique formidandum aliquod nocturnis in tenebris videre ſibi videtur phantaſma, ſeu ſpectaculum. quod eò uſque procedit, vt & barbari inter Chriſtianos habitantes, eorumque paruuli, qui nullo Ieſum cognouere conceptu, dicant etiam, Ieſus, diſcurſu nullo; ſed acti diuiniſſimi huius nominis poteſtate.

Ieſus interpretatur Saluator.

Hebræi. Septua in lib. Ioſue. Iuſtinus Apolog. pro Chriſt. an. orig. in Matt. 1. Hier. ibi. Theophy ibi Beda in cap. 1. Luc. Aug. in Medita.

Ioſeph ſponſus B. Virginis, nomine Ieſu ſedatus eſt corde à turbatione concepta.

Mat.1.20.

Mat.1.21.

Ieſu nomen & ethnici inuocant ſubito, quũ repente turbantur.

Circumciſio à Chriſtiano populo aliena.

Conſtituit nos hodie in magna Chronographus turbatione; dum in renouandi temporis die, quum nouus incipit annus, noua lux, noua rerum compoſitio, circumciſionem introducit, quæ ſumma vetuſtas eſt: narratque à diuino eam admiſſam infante. Horrenda quidem Chriſtianis formido, atque turbatio. Quis ex circumſtantibus non conturbaretur ſtupore vehemente, ſi ad domum ſuam circumciſionem pertinere ſubaudiret? Prouidentiſſimam ſcriptoris cautionem perpendamus. Simul, ac circumciſionem nominauit, dixit, Ieſus. *Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Totam ab integro nomine hoc turbationem extirpauit. Dicens enim, Ieſus, expreſſe nuntiauit, eua-

cuatam iam circumciſionem illam, quę futurum deſignabat Saluatorem; nec præſente illo poſſe conſiſtere. Eſt turbatio velociſſimus confluxus ſanguinis concurrentis ad vallandum cor, pauore conterritum. Conſequenter turbationis ſedatio regreſſus eſt eiuſdem ſanguinis ad proprias, ex quibus exierat, corporis partes. Si quis turbatur audiens acceptam adhuc Chriſtiano in populo illam circumciſionis vetuſtatem: audiat ſtatim nomen Ieſu, quod intimo inſidet cordi; eſt etenim cordiale (vt ita dicam) nomen. Hoc namque in præcordijs poſitum, nomen agnoſcetur Saluatoris; atque adeo nullam iam circumciſionis ſciet neceſſitatem, ac conſequenter nec licentiam; cùm futurum illa deſignauerit Saluatorem, qui præſens iam viuit, ac regnat. Sic partes ſanguinis omnes ad proprias reuertentur partes; ille, qui circumciſionis eſt ſanguis, ad Iudaiſmum reuertetur, intactis penitus Chriſtianis. Saluatoris namque circumciſio non ideo facta eſt, vt in populum eius extendenda ſit; Apage ſis: ſed vt ab eo terminata in nouum mutaretur ſaluationis ingreſſum. Hoc quoad circumſtantium turbationem. Mea alia eſt, orta ex difficultatibus coaptandi tres concione vna celebritates concurrentes. Sed & ab hac ſaluabit me ſuauiſſimum nomen iſtud, eam mihi pręſtans, quæ propria eius eſt, gratiam, intercedente Virgine illa, quam nomen hoc à turbatione reuocauit. Aduocemus eam, Angelicis verbis cernui ſalutantes. *Aue Maria.*

Turbatio quid ſit: quid ſedatio turbationis.

Quam ſe Deus mirabilem in firma oſtendat temporum diſpoſitione variorum, ſatis profectò indicat ipſemet diſpoſitionis finis, qui glorioſa eſt tum ſapientiæ eius, tum magnitudinis, ac bonitatis etiam oſtentatio. Summa quidem temporum varietas firmitas eſt ſumma, ac vniformitas: O mirabilem Deum! Eſt varietas ſumma: cùm omnes anni dies tam varij ſint, quàm Solis Gyrus, & Aſtrorum, quàmque fructuum temporis mutatione diuerſitas: eſt ſumma firmitas, quatenus fructus omnes, qui in præterito quouis Ianuario nati ſunt, ijdem naſcuntur in præſenti; ſicut qui in venturo gignentur Aprili, ijdem ſpecie erunt, atque illi, quos in tranſacto quouis Aprili à terra vidimus produci. Sic deſtinatum eſt ſuum quotannis ſegetibus tempus; ſic & meſſibus ſuum. O creatorem admirabilem! Summa quidem in hoc elucet Sapientia: ipſamet ſe commendat: commendat item & poteſtas, magnificentia, celſitudo: nec obſcuriùs bonitas illius, qui tanta creaturis ſuis lautitia parat alimentum, tanta cura diſponit ſanitatem. Quem temporum ordinem, diſpoſitionemque vt ſummæ eſſe ſapientiæ, ſummæ oſtentaret eſſe bonitatis, deſcendit in certamen ſuper eo cum ſapientiſſimo Iob, examinans eum verbis iſtis,

Aue Maria Temporum diſpoſitio mirabile diuinæ ſapientiæ, magnitudinis, bonitatiſque argumentū

Temporum vniformis varietas.

Iob 38.12 18.19.22. 24.25.27. 32. *Numquid oſtendiſti auroræ locum ſuum? Numquid conſideraſti, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit, vt educas vnumquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius? Numquid ingreſſus es theſauros niuis; aut theſauros grandinis aſpexiſti? Per quam viam ſpargitur lux; diuiditur æſtus ſuper ter-*

Digitized by Google

ram? Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum: & viam ſonantis tonitrui: vt impleret inuiam, & deſolatam; & produceret herbas virentes? Numquid conſurgere valebis micantes ſtellas pleiadas: aut gyrum arcturi poteris diſsipare? Numquid producis Luciferum in tempore ſuo; & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? Numquid noſti ordinem cœli, aut pones rationem eius in terra? Numquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, adſumus? Quis enarrabit cælorum rationem: & concentum cœli quis dormire faciet? Magna ſunt hæc, quandoquidem magnum ſe in eis commendat Deus ipſe. Conſiſtit verò vniformis hæc temporum varietas in alterna potiſſimum hyemis, & veris mutatione, duabus præcipuis differentijs diſtincta; quarum altera inter plenitudinem, vacuitatemque verſatur; alteram faciunt vetuſtas, & nouitas. Ver etenim ſemper plenum eſt, & nouum ſemper: ſemper hyems vacua, atque vetuſta. Quę duo tam ex parte cauſæ cœleſtis, quæ eſt Solis præſentia atque receſſio, quàm ex parte effectuum, quos ſentimus, cunctis ſunt nota.

Temporis deſcriptio. Veris deſcriptio. Hyemis deſcriptio.

Quoad cœleſtes ergo cauſas ipſi oculis videmus accedente ad polum Arcticum Sole, fieri ver Europeis in terris; hyemem in Americis; recedente hinc, vt tendat in Auſtrum, hyemem inſtare nobis, Indis ver Peruanis. Tota igitur temporum varietas ex vario Solis euenit ſitu.

Virgil. 1. Geor. 5.

Hinc canere incipiam vos, ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cœlo, quæ ducitis annum.

Frigus eſt caloris priuatio. Hyems vacua eſt, & ſenilis. Ver plenum eſt, ac nouũ.

Hanc eandem varietatem videmus in his, quos dixi, effectibus; vacuitate, aut plenitudine; nouitate quoque, aut vetuſtate. Hyems vacua eſt, ipſa imprimis prima qualitate, calore videlicet: & id quidem ex Solis remotione, atque adeo & caloris; cuius defectus frigiditas eſt; ac conſequenter eſt vacuitas.

Aer tunc quoque vacuus luce, affectus caligine: quæ ſimiliter nequidquam quidem eſt; ſed lucis priuatio, atque defectus. Arua item ſunt vacua herbis, virgultis, & arboribus; herbę ſucco, floribus virgulta, arbores folijs, folia virore, rami fructibus. Eſt item hyems mera vetuſtas. Humani enim vultus ariditas, rugę aſperitas, ac viroris conſumptio quidnam aliud eſt, niſi ſenectus? Vultus agrorum ſiccus eſt: herbę, ac folia rugata: & omnia virore deſtituta. In paleam conuerſi culmi, ſicci ſunt, atque rugati: flores etiam ſeneſcunt, vt illæ, quas verno tempore in hyemem vos aſſeruatis, roſę palam oſtendunt, rugatę, arentes, ac conſumptę. Algor necnon brumalis temporis certo vetuſtatis argumento eſt: ſiquidem algere proprium eſt ſenum. Oppoſitum eſt huic, quantum ad dicta omnia, vernum tempus: vt & plenum eſſe comprobetur, & nouum ex omnibus in illud confluentibus. Perſpicite agros, circuite montes, valles conſiderate: percurrite prata, hortos, pomaria, vireta: quid videtis, niſi amœniſſimum nouitatis, ac plenitudinis theſaurum? Prata plena pabulis, viriditate montes, lilijs valles, floribus vireta, dulciſſimis fructibus

Nouitatis ſymbolum ver. Plenitudo propria veris.

Plin. li. 30 c. 3. negat renouationem hanc vſque ad æſtiuum canis ortũ differri, antea fieri affirmãs, nempe vere primo.

Verno tempore renouãt angues pellem.

pomaria? Quęnam ſenectutis, vacuitatiſque figura proprior, quam in hyeme vitis? *Quæ* proprior plenitudinis, ac nouitatis, quàm eadem in vere? Adhuc angues ipſi præ nimia in vere plenitudine non capiuntur pellibus ſuis: quas proinde eo mutant tempore: penitus renouati. Denique terra ipſa, & ipſe aer radijs replentur Solis, eiuſque calore; quem radij ipſi influunt in omnia, viuentia præcipue, & animantia.

Hyemalis ſterilitas prouidẽtia admirãda creatoris.

Nec tamen ideo eſt minùs perfecta diſpoſitio, quòd hyems vacua ſit, abeatque in vetuſtatem: nam & hoc eſt omnino ad plenitudinem ipſam, ipſamque nouitatem neceſſarium: vt profundiùs radicentur ea, quę tempore ſuo vberrimè germinabunt. Foret quidem noxia continua Solis aſſiſtentia, ſicut eiuſdem abſentia continua.

Tempus ſpiritale. Allegoria. Eccleſia ſpiritale cælum. Deus Sol mundi vnius. Sol Eccleſiæ Deus.

Matth. 13. 44. &c. Amb. ſer. 2. in pſal. 118. Hier. in Mat. 13. 44 Euth. ibi Greg. ho. 12. in Euangel. Pſa. 17. 29

Nunc iam altius aſcendamus. Eſt ſpiritale ſimiliter tempus, ſuis alternis vicibus diſtinctum, hyeme, & vere ſpiritali. In hoc non eſt omnino diſſimile prædictum vacuitatis, ac plenitudinis, vetuſtatis, renouationiſque diſcrimen. *Quod* etiam ab ſpiritali pendet Sole, cęloque ſpiritali, quod ſanctam dicimus Eccleſiam. Imo dicit hanc Saluator ipſe, quoties regnum nominat cœlorum: vt intelligunt Patres Ambroſ. Hieron. Euthym. & Gregorius. Huius cœli Sol Deus ipſe eſt, cui accinit Pſaltes: *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine.* Vnde accedente Deo, eſt in vere floridus homo: imo eſt ver ipſe florens: hyems horrida, Deo recedente. Sunt proinde in huiuſmodi ſpiritali tempore effectus ijdem: vacuitas recedente Deo, appropinquante plenitudo, atque adeo venuſta renouatio: ſicut vetuſtas eo recedente. Expertum hos vtroſque effectus audiamus. *Quemnam?* illum quidem ipſum, apud quem natalale tempus deſcriptum audiuimus, beatum Iob, in perſona mutati viciſſitudinibus hominis ſic ſpiritali in hyeme loquentem:

Iob. 29. 2.

Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me? Quando lucebat ſuper caput meum: & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Signat Iob vernum tempus verbis illis, *Quando lucebat lucerna eius ſuper caput meum.* Signat tempus nouum, addens: *Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ:* Signat plenitudinem, dum ſubdit: *Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.* Vnde conſequenter & vetuſtas ſignatur, & vacuitas, dum dicitur: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta priſtinos dies?* quorum plenitudo inueterato tempore iam deficit. Cur non deploret homo tam præclari Solis abſentiam: tam diuini priuationem fulgoris? Nec

Lux diuini Solis & illuminat mentes, & animas decorat, & viuificat.

enim lentiores in genere ſuo habet diuinus Sol in mentibus hominum effectus quoſcunque habet in ſuo Sol hic viſibilis in terris: imo multis vberiores. Huius etenim radij non ſolùm ſunt oculis lumen ad videndum: ſed res etiam omnes, quaſcunque tangunt, mirificè exornant, ac decorant. Sunt quidem montium deaurati vertices, quum ſummo Sol oritur mane: ſunt & flores, & fluuij collucentes: Sed intimus fulgore hoc, atque calore infunditur animus viuentibus: ipſi imprimis homini. *Quantò* magis diuini radijs Solis? Huius quidem luce illuminantur mentis oculi, verum vt perſpiciant:

Digitized by Google

Gratia Dei quid. *Gratia duplex.* *Gratia lux mentis.* *Gratia gratum faciens nitor animi eſt.* *Gratia diuina effectus.*

& eiſdem radijs condecoratur fœlix animus, coaleſcitque ac intimo robore conſiſtit. Vtraque qualitas gratia Dei eſt. Eſt tanta gratia diuinum lumen ad cognoſcendum, ea præſertim, quæ ſupra noſtram ſunt naturam, vt dicat Apoſtolus: *Non, quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.* (2. Cor. 3. 5) Candor etiam, quo anima diuinis deauratur radijs, gratia eſſe, facile cognoſcitur; cùm faciat eam gratam Deo. Gratiam ſiquidem hominis dicimus eam, quo gratus eſt oculis: ideo B. Thomas gratiam hanc diuinum dicit ſplendorem. (S. Thom. 1. 2. q. 110. art 3.) Vtramque lucem, gratiam videlicet vtramque verbis his comprehendit Iuſtinianus Laurentius. (Laurent. Iuſtin. ſer. de Epiph.) *Eſt namque gratia gratum faciens quædam matutina ſtella præfulgida; quæ electorum quemque præcedens, corde ducit ad Chriſtum. Abſque hac proculdubio humanus proſtituitur animus, & ſui nunquam iuris eſt compos, nunquam amator ſapientiæ, neque fidelis in Domino. Per hanc verò rationalis mens efficitur ſapiens, de cæleſtibus eruditur, & fide imbuitur, quæ ad Chriſtum in veritate pergentibus prorſus neceſſaria fore noſcitur.* Quantò igitur quis diuino huic propinquior eſt ſoli; tantò eſt mente clarior, tantò gratior anima, ac ſpecioſior; tantò viribus ſolidior. *Accedite ad Deũ, & illuminamini: & facies veſtræ non confundentur.* (Pſal. 33. 6.) Ecce gratia vtraque: ecce effectus lucis vterque: mentis oculos illuminat; illuminat fide, vt Auguſtin. & Gregorius notarunt: (Auguſt. de conſenſu Euang. c. 20. Gregor. in pſal 6. pœnitentia.) faciem condecorat: ſiquidem faciei confuſio deformitas eſt: decor non admittit confuſionem. Atque ita quæ lux confuſionem excludit, ea quidem magnam vultui præſtat pulchritudinem.

Iuſtus homo in iugi ſemper conſeruatur vere. *Iuſtus homo paradiſus Dei.* *Impij in iugi ſunt hyeme.*

Quapropter iuſti hominis anima, cùm tam propinqua ſit, quàm grata Deo, iugi ſemper in vere conſeruatur: iugiter quippe florida eſt, iugiter plena, & noua ſemper. Huic ſponſus ait: *Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani. Myrrha, & aloë: fons hortorum. puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.* (Cant. 4. 13) Per hortum hunc deambulat Deus, colligens flores, quibus mirum in modum oblectatur. Per contrarium, quæ peccato tenetur anima, immenſa diuino à Sole diſtantia ſeparatur. Vnde nec vllo fruitur vere, cùm micanti à Sole remota ſit, algente pauitans hyeme. Tangitur illa quidem Solis huius radijs, ad ſalutis viam diſpiciendam, at minimè decoratur eis; quemadmodum quæ ſub polo terra eſt Solis accipit radios, languidos tamen, ita vt ſufficiant oculis ad viſum, non ad montes deaurandos. (*Simile.*) Eſt gelida nimis talis anima, vnde & vacua virtutibus. typuſque ipſe vetuſtatis. *Factus ſum ſicut vter in pruina.* (Pſal. 118. 83.) Qualiſnam eſt in pruina vter? Nonne rugatus? Nonne ipſa figura ſenectutis? Nonne vacuus, magna ſaltem ex parte? (*Lux mentis languida impijs.*) Heu miſeram animam! *Sicut vter in pruina.* Heu duriſſimum tempus! Triſtes dies! Vitam infœlicem, & amaram! Quiſnam veſtrum ſenſit aliquando nigredinem cordis, caliginoſa afflictione circumdati, pondereque compreſſi intolerabili? Heu (iterum dico) miſeram animam, à Sole auerſam candidiſſimo! Si ſentires, ô infœlix, afflictionem, quam ſentis, tetro vallo circumſepta, *In loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis!* (Deut. 32. 10.) Si ſentires, quod

ſentis? ſentis quidem, ſentis: nec ſentis tamen. Propria peccati ars, propria eius calliditas, vt quod ſentis, non ſentias, ne ſuper te doleas, ne deplores, ne tibi quærites medelam. Sed quid abſente ſenties Sole? abſente lumine: Qua luce cognoſces, vt ſentias? Sol à te abſens eſt, omnia tibi adſunt mala: & hoc inter illa. vt quod ſentis malum, non ſentias. Eſt peccatum (vt Auguſtinus latiùs probat) ſumma à Deo auerſio, diſceſſio à Sole remotiſſima; quæ igitur lux, quæ ſpecies, qui candor, quod fomentum, qui animus, qui ſpiritus eſſe poterit infœlici animæ à diuino remotæ Sole, auerſę à Deo creatore? Quonam frui poteſt vere? Putat decepta ver naturalis temporis delicias: at hyemalis caligo ſunt iſtæ, & horrida ſpiritus tempeſtas. Fare, age tu, Salomon, qui nomine noſceris ſapientis, fare, age & ſcientia, & experientia. *Dedi cor meum, vt ſcirem prudentiam, atque doctrinam, erroreſque & ſtultitiam: & vidi, quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus, eò quòd in multa ſapientia, multa ſit indignatio; & qui addit ſcientiam, addit & laborem. Dixi in corde meo, Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis. Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos, & plantaui vineas: feci hortos, & pomaria, & conſeui ea cuncti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarum.* Quæro à te, Rex Salomon, quò iuiſti? Eras in moleſto literarum ſtudio, & dixiſti, Vadam: vadam ad quærendum ver in hortis plantandis, ac pomarijs, omnique fruenda voluptate. Dixi; *Vadam.* Quonam iuiſti? Vtique domi tuæ perſiſtens, hortos plantaſti, atque pomaria; cunctiſque es ibi fruitus delicijs: quare ergo dixiſti, *Vadam, & affluam delicijs?* Nonne vos intelligitis, amici? Quum domi ſuæ manens homo, in parandis ſibi vernis inſiſtat voluptatibus, tunc quidem vadit, ac diſcedit. Vadit, nec pedum greſſibus vadit, cùm adhuc maneat domi: vadit ergo extra ſe ipſum, qui nil intra ſe aut ſentit placidum, aut gratum; nil prorſus, quo quieſcat. Vadit igitur animo, animo quærens ver; non temporalis gyri, ſed vitioſæ voluptatis. Quodnam ver inuenit hic homo? Ipſe fatetur Salomon. *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi: & nihil permanere ſub Sole.* Vanitatem ait: vana eſt ergo vacuitas, vacua vanitas, nulla plenitudo: nihil deliciarum ſub temporali permanet Sole: in ſolo ſunt ſpiritali Sole deliciæ: cætera vacua ſunt, atque adeo ſpiritus afflictio, triſtis hyems. Et adhuc peius aliquid. Quidnam poſt vernum tempus? Æſtas ſequitur. Humanarum ergo deliciarum ver ſequitur æſtas carnalis ardoris. Poſtquam itaque amœnum deliciarum ver fecit ſibi Salomon, libidinis exarſit flammis. *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. His itaque copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore.* Ardentiſſimo ait. Quidnam poteſt ſequi vernas delicias, niſi carnis æſtus vrentiſſimus? Frequens eſt Patrum prædicatio; quorum quum dicta colligit Aluarez, promit hoc & ipſe: *Ex nimietate namque ciborum luxuriæ materia generatur: & ex eorum exquiſita ſuauitate alterius nocentioris ſuauitatis appetitus accenditur.* Vtique æſtas hæc hyems eſt animi obſcuriſſima; cùm & viribus vacuos reddat viros: & iuuenes ſenectute conſumptos.

Aug. li. 1. ad ſimpl. q. 2. l. 83. qq. q. 30. l. de liber. arbit. c. 16. S. Tho. 1. 2. q. 85. ar. 4.

Eccl. 1. 17.

Eccl. 2. 1.

Eccl. 2. 11.

3. Reg. 11. 1.

Aluar. l. 5. p. 2. c. 14. to. 2.

Peccatum miſera à Deo auerſio.

Deliciæ exiſtimantur à deceptis hominibus vernum tempus: ſunt gelida hyems.

Voluptate vt fruatur, exit extra ſe homo.

Deliciæ mundi variæ, atque ver ſiccæ.

Deliciarum ver æſtas ſequitur libidinis.

Concupiſcentia carnis ardet poſt deliciarum ver.

Digitized by Google

Adam in vere creatus.

Initio igitur temporum conſtituit hominem creator vernante in tempore amœniſſimo. Tribus, quum pluribus, diebus obſcura præceſſit hyems: *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Tenebræ, inanitas, vacuitas, tetra abyſſi facies, hyemalia ſunt omnia. Sed die quarto. *Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem: & ſint in ſigna, & tempora.* Cœpit protinus vernare tempus Sole propinquo fulgentiſſimo. Sed & è loco, in quo creauit, tranſtulit Deus hominem in paradiſum iucundiſſimum, tamquam in plenum ver ſterili ex hyeme. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem, quem formauerat.* Conſtat fuiſſe iucundiſſimum ver, cùm ibi ſit ſcriptum; *Non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram.* Quantò maior de ſpiritali tempore cura creatori? De placidiſſimo animi vere? De ſuauiſſimarum virtutum paradiſo, anima videlicet Adæ, vxoris anima? Fulgebat ſplendidè vtriuſque anima defæcatiſſimo gratiæ diuinæ lumine, quo etiam omnia apertè diſpiciebant. Præclariſſimam hanc mentalem lucem, ac ſapientiam mirè commendant Doctores vniuerſi, Hugo præſertim Victorinus, Angelicus Thomas, Seraphicus Bonauentura, Magiſter ſententiarum; & qui Adamum Salomoni præfert ſapientia Pinedus noſter. Diuinam etiam vtriuſque animæ claritudinem, qua candidiſſimæ, Deoque fuerunt gratæ, & acceptabiles, celebriori canunt encomio. Canunt relati omnes; canit & Scotus, Halenſiſque Alexander, priuſque ac latiùs Auguſtinus, & Hieronymus: quos noſter ſequitur Pererius. Effectum luminis vtrumque cognitionem nimirum, ac decorem verbis his comprehendit Eccleſiaſticus. *Diſciplina intellectus repleuit illos, creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis. Addidit illis diſciplinam: & lege vitæ hæreditauit illos. Magnalia honoris eius vidit oculus illorum.*

Gen. 1. 2. Gen. 1. 14. Gen. 2. 8. Gen. 2. 5.

Adam & Eua creati mentali in luce, & luce gratiam faciente animus.

Adam Salomoni ſapientia prælatus.

Hugo Victo. l. 1 de ſacram. p. 6. c. 12. 13. 14. 15. S. Tho. 1. p. q. 94. Bonau. 2. ſent. diſt. 23. art. 2. q. 1. & 2. Magiſt. in 2. ſent. diſt. 23. Pineda de rebus Salomon. l. 3. c. 10. Aug. in Enchir. c. 104. l. de corrept. & grat. c. 10 li. 14. de ciuit. c. 11. l. 12. c. 9. Hier. in Oſeam. Pereyra in Gen. l. 5. diſp. 2. Eccl 17. 5

Sed, prò dolor, vbi primi illi parentes noſtri à Deo, Sole fulgentiſſimo, inobedientes diſceſſerunt: in ærumnoſa manſerunt hyeme, ſummè à vere diſtantes. Eſſe enim peccatum ſummam diximus auerſionem à creatore. Grauius malum. Non illi ſolùm in gelida manſerunt hyeme; ſed & tempus totum peruerterunt, vt poſteri omnes extra amœnum ver relinquerentur. Peſtifera peccati vis: quæ totum ſpiritalis cæli, ſpiritalis temporis ordinem peruertere potuerit. Hanc eſſe peccati conditionem, probauit multis Angelicus Thomas, hoſce tres, inter alios, peccati edisſerens effectus, turpem modi, ſpeciei, & ordinis priuationem. Totum ergo ſpiritalis temporis ordinem, totum modum, ſpeciem eius totam peruertit Adamus, quum deliquit; ac ſi horologij clauum confregiſſet. Præceps iuuenis: qui ſpiritale perturbauit cælum, tempus confudit ſpiritale. Scripſere Poëtæ Virgilius, Lucretius, Ouidius, & antiquiores alij, Phaëtontem iuuenem, Phœbi, Solis ſcilicet, filium, impetraſſe precibus à patre, vt vno

Adam & Eua recedentes diuino à Sole, totum humano generi tempus peruerterunt.

Peccatum peruertit ſpiritale cælum, & tempus.

Peccati effectus priuatio modi, ſpeciei, & ordinis

Simile.

S. Tho. 1. 2. q. 85. ar. 4. Virg 5. Æneid. Lucr. l. 5. Ouid l. 2. Metam.

ſaltem die præberet ei fulgentiſſimum currum, quo totum quotidie circuit orbem: idque eo petijt fine, vt Solis filius noſceretur. Conſcendit ergo iuuenis carrucam inexpertus auriga: qui neſciens equorum torquere lora, plus ea nimio laxauit. Sic habenis ad libitum datis, properauerunt concito nimis equi furore, extra, & vltra conſueti itineris menſuram: ſicque prorſus effrænati, temerarium è carro præcipitarunt Phaëtontem. Totius tunc (ita egit infœliciter) orbis ſubuertit ordinem: illamque regionem, in quam præceps vergit currus, torridis aduſſit flammis, nimia areſcit ſiccitate. Fabula eſt: vnde ex parte hac minimè attendenda: ſed verum abſque dubio fundamentum eius: vt de caſu hoc ſenſatiſſimus ſcripſerit Plato; ſcripſerit Seruius, ac Germanus. Fuit autem fundamentum inſolita annorum multorum terræ ariditas, ac infœcunditas, vrente iugiter Solis ardore. Quam cladem videntes illius temporis Poëtæ, currum Solis à tramite exorbitaſſe, commenti ſunt: nec dignum creditu errore tanto deuiaſſe Solem, qui ſemper regulariſſimus incedat, ne inſtanti vno aliquando diſcrepans ab ordine. Inexperto itaque, ac temerario errorem attribuerunt iuueni, tale commentum machinati. Nec dubium, quin huiuſmodi vſtione aruerit terræ nam & noſtra in Hiſpania ſimilem acciđiſſe legimus, apud ſcriptores omnes. Tanta fuit ſiccitas, vt per annos ſex ſupra viginti ne gutta quidem pluuialis aquæ tetigerit terram; flumina aruerint omnia, præter Bætim & Iberum: terra in profundos ſit diffiſſa hiatus: animantia præ penuria pabuli perierint omnia, perire inceperint & homines: quod videntes omnes, quotquot remanſere ſuperſtites, ad extraneas confugerunt plagas, depopulata penitus Hiſpania tota, ac deſolata, ne vno per annos plurimos in ea homine degente. Hiſtoria omnino certa eſt, ſed non omnino certum tempus, ſeu ſæculum, quo accidit. Parum poſt præclariſſimum Hiſpani Regis Habidis eueniſſe caſum, concordant omnes: omnes Dauidis Iſraëlitici Regis tempore regnaſſe apud nos Habidem conſentiunt: ſolum caſus annum non explorant. Fortè fuit caſus, hic ille, qui ad prædictum commentum mouit Poëtas: imo ferè certum iudicatur. Iuuencus Adam diuini Solis currum conſcendere attentauit, quum aggreſſus eſt, eſſe ſicut Deus ex ſuggeſtione diaboli, dicentis; *Eritis ſicut Dij.* Illud enim ſcientiæ lignum quaſi Solis fuit currus: quatenus ſcientia perfectum eſt lumen: atque adeo ſcientiæ lignum currus erat Solis. Vix conſcendit hunc iuuenis, quum mundum peruertit vniuerſum, totumque turbauit, ardentibus concupiſcentiæ igne hominibus cunctis: quo, niſi mundus ſic peruerteretur, nequaquam immodicè incaleſcerent, ſed ſeruato veris, ac hyemis ordine, quem tempora ſeruant, quamdiu cælum, & Sol ordinatis limitibus procedunt. Manſit temerarius ille, vxorque temeraria algenti in hyeme, eò quòd diuino à ſole diſceſſiſſent: cuius ſignum fuit frigus illud, quo protinus algentes pauitarunt; cùm ſe nudos tunc ſenſerunt, apricíſque ficus folijs operuerint, nec ſe nudos antea ſenſiſſent. *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Nec mirum, quòd in medio hoc frigore flammeſcere homines dixerim: cùm apud Indos

Plato in Timæo. Seruius. German.

Mariana in hiſtoria Hiſpan. l. 2. c. 13.

Hiſpania temporibus Habidis Regis deſerta tota, atque deleta annis multis propter continuam 26. annorum ariditatem, pluuia omnino deficiente.

Gen. 3. 5.

Gen. 3. 7.

Digitized by Google

Peccator ſimul ardet, & alget: ardet animi concupiſcentia, frigore erga Deum.

Indos hos occidentales brumali tempore herba, & arbuſta prorſus exareſcant ipſo peruſta gelu, à pluuia omni remotiſſimo. Itaque quò magis friget homo ad animi res, Dominique obedientiam, & amorem: eò intenſiùs ardet corporalibus concupiſcentiæ flammis. Et hoc quidem nonne peruerſum dicetis ordinem? Fera peſſima peccatum. *Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius.* Impius ipſe ipſa tempeſtas eſt, omnia deſtruens, ac deuaſtans. Accinuit quondam miro ordine præcentor Rex ſupremam Dei maieſtatem, eiuſque opera admiranda tertio ſupra centeſimum pſalmo, quo ſic orditur canticum: *Benedic anima mea Domino; Domine Deus meus magnificatus es vehementer.* Ecce à diuina orditur maieſtate. Deinde admiratur Trinitatem, dicens: *Confeſſionem, & decorem induiſti:* nam diuinum Verbum confeſſio Dei eſt, decor ſanctus Spiritus. Proſequitur inde, commemorans cælos, nubes, ventos, pluuias, Angelos, terram, montes, campeſtria, valles, fontes, flumina, prata, pecora, volatilia, pabula, fructus, lucos, ſyluas, feras, diei ordinem, ac temporum: Solem diurno tempori, ad hominum cultum, & commercium, noctis tenebras feris, vt tunc exeant è latebris, quærantque ſibi, dum dormiunt homines, victum à Creatore. Maria poſt hæc miratur, & littora, piſcium multitudinem, curſum nauium: iugem prouidentiam in paſcendis vno eodem tempore diuerſis in locis tot millibus hominum, piſcium, iumentorum, victum de manu eius expectantium. Exclamat tandem admiratus: *Sit gloria Domini in ſæculum: lætabitur Dominus in operibus ſuis:* & continenter diuerſam valde in exclamationem prorumpit, dicens: *Deficiant peccatores à terra: & iniqui ita vt non ſint.* Vnde nam tam ſubita exclamatio; tam prædictæ contraria exclamationi? Digniſſima quidem, quæ valde perpendatur exclamatio. O Domine, quàm mirabili ordine ſunt compoſita vniuerſa, ſolis exceptis peccatoribus, qui omnia ſoli, quæ ordinaſti peruertunt, ac dilacerant! Omnia aduſque, niſi viuerent hi, eſſent tam perfectè diſpoſita, vt nihil vltra optari poſſit. Deficiant peccatores à terra: deficiant iniqui, ita vt non ſint: hi ſi deficiant, omnia certè tunc erunt ordinatiſſima. Talis itaque fuit peccantis hominis effectus, temporis exitium ſpiritalis; nubes mentis, gelu ſimul, & vſtio: & duo illi, quos proprie hyemales dixi, vetuſtas, & vacuitas. Vacui penitus erant, qui nullis præter folia operiebantur indumentis: vetuſti, qui pellibus induti à vernante fuerunt eiecti paradiſo. Paſſim vocatur in ſcripturis *Vetus homo noſter* primus ille.

Prou. 10. 25. — *Peccatores niſi eſſent: ordo vniuerſi ſummè eſſet compoſitus: ſoli iſti ordinẽ perturbant totum.* — *Pſal 103.1* — *Trinitatis diuina Verbum eſt manifeſtatio, ſanctus Spiritus decor.* — *Opera Dei perfectiſſima omnia: ſoli ea ſunt. ſtant peccatores.* — *Pſal. 103. 35.* — *Gen. 3 21.* — *Rom. 6.6*

Reformatio ſpiritalis mundi. Eccleſia zodiacus cæli ſpiritalis, ac ſpiritalis temporis.

Sic perdito mundo, & tempore perdito, placuit ſupremo artifici, & tempus, & mundum reformare. Conſtituit Eccleſiam ſpiritalis cæli Zodiacum, vt Sol diuinus gyret intra eam, nec extra vnquam prolabatur: qui eſt perfectiſſimus ſpiritalis temporis ordo: ſicut pro naturali tempore gyrat ſemper Sol intra Zodiacum, nec extra vnquam. Plures (vt reor) ex adſtantibus nõ hanc Zodiaci vocẽ, multoque minus eius callent ordinem. Quantò clariùs potuero; explicabo, nota ſimilitudine praiacta. Si in templo hoc habenda eſſet noctu comœdia; aptè quidem conſtrueretur in medio templi ipſius theatrum, vt omnes

Digitized by Google

vndique commodè ſpectarent. Verumtamen, licet quoad templi longitudinem, quintam loci partem occuparet commodè theatrum; poſſet tamen totam ab hoc ad illum parietem intercapedinem latitudinis replere. Opus tunc quidem eſſet lucernis in ipſo poſitis theatro, puta duodecim, quarum notiorę duę in duobus theatri extremis pręfulgerent. Sic diſpoſitis rebus, quiſquis ibi ageret perſonam, per theatrum totum deambularet à pariete in parietem; ita verumtamen, vt nunc ad latus vnum verſus altare, nunc verſus chorum ad aliud accederet latus. Sic à cunctis adſtantibus à quocumque latere cerneretur, ita verumtamen, vt quoties propenderet in hanc, quæ vicinior altaris eſt, partem, cerneretur tunc clariùs ab hominibus his, qui à parte altaris ſunt: at quum verſus chorum inclinaret, ab illis tunc, qui à parte chori ſunt, perſpicuè magis ſpectaretur. Quid ſi manu accenſum ferret cereum? Nunc vtique hos, nunc homines illos clariùs illuminaret, iuxta acceſſum ad eos, vel regreſſum. Non ſecus eſt in medio cælo theatrum quoddam nomine zodiacus, intra cuius ſitum gyrat iugiter Sol, nec vltra eius prolabitur limites. Totam replet cæli latitudinem ab Oriente in Occidentem; id quod videmus ipſi; cùm ſemel in die totum cæli tramitem videamus percurri à ſpecioſiſſimo illo Sole, qui diuinum repræſentat Regem, candidiſſimam geſtante facem, ſeu (vt proprius loquar) à Sole, qui fax ipſa eſt, exeunte ab Oriente, atque ad occaſum perueniente: at quantum ad eam longitudinem, quæ inter polos duos continetur, non vtique totum perambulat cælum, ita vt ad ipſos perueniat polos: ſed per ſpatium iſtud, quæ pars eſt emiſpherij quarta in medio eius poſita, quadraginta quinque gradibus contenta. Itaque, cùm die quolibet vno Sol percurrat gyro, faciens diem, ac noctem; ea quidem gyrat arte, qua ad alterutrum inclinet latus, polum ſcilicet vnum, donec ad theatri perueniat limitem, quem tropicum appellant Aſtronomi. Sic, quum ad arcticum appropinquat tropicum, proximus Europæ eſt: fitque proinde Europeis ver, ob accenſæ huius facis propinquitatem; hyems gentibus illis, quæ in Antarcticis degunt plagis, quales ſunt pleræque Peruanæ, nempe à Quitenſi terra ad Magallanenſis freti vicinas. Secus, quum ad Antarcticum regreditur: tunc Peruanis ver, hyems eſt Europeis. Artę hac vnus efficitur annus; cuius menſibus ſex graditur Sol verſus tropicum hunc, ſex ſimili modo verſus alterum. Quis autem tam mirificam non miretur artem? Quis non hæreat mente, talem ſupremæ tam prouidentiæ, quàm ſapientiæ videns ordinem? Si enim ad extrema cæli, nempe ad polos ipſos, perueniret Sol: ſanè, quum ad vnum appropinquaret polum, ſummus ibi incaleſceret æſtus, ſummum congelaret frigus plagas illas, quæ polo oppoſito ſunt proximæ; nec vllum poſſet viuere animal: iuges item inſtarent tenebræ: ſicut nocturno tempore in tenebris ſunt, & frigent magis quàm diurno, quotquot in eo viuunt emiſpherio. Sunt autem in cælico hoc theatro lucernę quędam per gyrum diſpoſitæ, quæ cæli ſigna nuncupantur: quorum quodlibet certa quædam eſt ſtellarum congeries, propria, ac diſtincta cognita ex forma. Numerus horum duodenarius eſt: quorum duo in duobus ſunt thea-

Solis gyrus non prolabitur extra zodiacum.

Digitized by Google

tri extremis; Cancer alterum, alterum Capricornium appellata. Dum ſigna hæc percurrit Sol, vnum vno pertranſit menſe, vt menſibus duodecim percurrat omnia. Ex quo fit, vt, quum ad Cancrinum peruenit tropicum in natali B. Ioannis die, inde mox reuertatur verſus Capricornicum, ad quem in Dominico peruenit natali. Hæc eſt admiranda diſpoſitio; hic diſpoſitiſſimus ordo temporis, ac mundi naturalis. Qui iam ad ſpiritale tempus, & cælum applicandus eſt. Diximus, cælorum regnum Eccleſiam Dei eſſe: eò quòd hæc conuentus quidam ſit, ſeu congregatio hominum fidelium, Deum, & eius filium confitentium, eiuſque corde vno profeſſorum. Vnde Eccleſia hæc eſt ſpiritalis cæli zodiacus, theatrum ſpiritale, intra quod perambulat diuinus Sol noſter; præcipua cæli pars in medio conſtituta. Quid dicemus de reliquis ſpiritalis cæli huius partibus, ſi Eccleſia non eſt totum cælum, ſed eius pars, medium tenens locum? An extra Eccleſiam eſt pars aliqua cæli ſpiritalis; cùm diuinus Sol ſoli aſſiſtat Eccleſiæ, nec quiſquam extra Eccleſiam poſſit eius frui influxu, atque fomento? Quid ergo fuit hominibus illis, qui ante conſtitutam Eccleſiam hanc vixere, & obierunt? Quonam ſalui eſſe potuerunt, ſi extra Chriſti Eccleſiam, extra fidelium conuentionem, extra Dei regnum vitam duxerunt, & mortem? Quid dicemus ad hæc? Dicemus quidem, neque homines illos extra Dei Eccleſiam degiſſe, niſi ab eius fide diſcedentes. Dei etenim Eccleſia duobus intelligitur modis. Primo intelligitur vniuerſalis fidelium congregatio nullo additamento requiſito: ſecundo modo intelligitur Eccleſia ſtrictus magis fidelium conuentus Chriſti profeſſorum ſignis quibuſdam, quibus ſpecialis populus eius, ſpeciale peculium deſignatur. Signa autem hæc ſacramenta dicimus Eccleſiæ: cùm ſacramentum dicatur illud, quod rei ſacræ ſignum eſt, vt Magiſter ſententiarum, Thomas, Bonauentura, & Doctores alij docuere. Fideles ergo illi, qui ante ſtabilitam ſignis ſpecialibus Eccleſiam defuncti ſunt, non dicuntur extra Eccleſiam Domini degiſſe, quamuis ſpeciale hoc ſignatum ſeparatim Chriſti peculium nunquam introierint. Eſſentuale quippe Eccleſiæ requiſitum illud imprimis eſt, vt conuentio ſit hominum, vnam eandem fidem profitentium, eamque cultu aliquo creatori exhibito manifeſtantium; ſicut Auguſtinus, Cyprianus, Lactantius docuere. Qua ratione incœpiſſe à mundi primordijs Eccleſiam, dixit ſæpe B. Auguſtinus, conſtatque ex illis Apoſtoli verbis: *Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum.* Erant autem Prophetæ antequam ſuam Chriſtus fundaret Eccleſiam. Verumtamen perfectiori modo eſt Eccleſia conuentus ille, qui viſibilibus ducem Chriſtum profitetur ſignis. Nec otioſum eſt Chriſti ipſius verbum dicentis ad Petrum, *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Fundauit ergo ſpecialem magis Eccleſiam Dei filius: atque adeo partem præcipuam cæli ſpiritalis. Sicut enim naturale cælum omnes operit homines, diuerſa licet Solis propinquitate: ita omnes protegit cælum ſpiritale: tametſi diuerſa valde Solis vicinitate, influxu penitus diuerſo. Et verò, vt in

Eccleſia extra ambitū ſaluari quis poſsit.

Eccleſia dupliciter intelligitur, latiùs, ac ſtrictiùs.

Sacramentum ſignum rei ſacræ.

Magiſt. in 4. ſent. diſt. 1. Bona. ibi. Gabr. ibi. S. Tho. 3. p. q. 60. art. 1. Aug. tr 6. in Ioan. & l 15 de ciuit c. 1. Cypr. de vnitate Eccleſ. & l. 4 epiſt. Lactant. de diu. inſtit. l. 4. c. 10. Aug. l 19. contra Fauſtum. c. 11 & in pſal. 142. & l. 15. de ciuit. c. 1.

Eph 2 19.

Math. 16 18

Driedo l. 4. de varijs dogmatibus.

ſpiritalis cæli, ac temporis perſiſtamus propoſito, planum vtique eſt, naturalis Solis radios per omnem orbis ambitum diffundi extra Zodiacum, etſi Sol ipſe non exeat à Zodiaco: Sic diuinus Sol, Chriſtus Deus noſter, licet in ſola habitet Eccleſia, ita vt propinquus ſit nemini, qui nec numero in ea habitet, nec merito: ſuos tamen radios in omnes gentes omni diffudit tempore, vt ipſe vtcumque agnoſceretur; claraque Dei vbique eluceſceret notitia. Eſt item planum, eſſe in cælo, præter duodecim illa ſigna Zodiaci, ſtellas alias numero infinitas, neç eas paruæ claritudinis, per totum reſperſas cæli ambitum. Sic præter illa, quæ in Eccleſia ſunt, ſigna conſtituta, nempe ſacramenta, & ſacrificia, fuerunt quouis tempore ſacrificia alia à quouis homine ſingulariter oblata Deo, quemadmodum obtulit pinguiores pecudes Abel, Enos ſacrificium labiorum, multa Noë in altari vniuerſæ ſpeciei munda animantia, Melchiſedech vinum, & panem. Placabat igitur quiuis offenſum Deum oblato quouis ſacrificio innixus fidei naſcituri Meſſiæ, dolenſque de commiſſis peccatis, quæ expectati Meſſiæ meritis donabantur: ſunt tamen longè illuſtriores homines illi, qui in ſpeciali hac, ac inſignita habitant Eccleſia, vtpote in medio cælo ſpiritali, intra quod perambulat diuinus Sol noſter. His dicebat Sol ipſe Deus verus: *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum*, ſicut in zodiaco Phœbæus Sol.

Remiſſio peccatorum ante Eccleſiam Chriſti conſtitutã, poterat quouis ſacrificio contritioni coniuncto, haberi.

Sacrificia pro peccatis ad libitum offerebatur Deo, ante Eccleſiam conſtitutã.

Gen. 4. 4. Gen. 4. 26 Gen 8 20 Geneſ 14. 18. Suar. 3 p. to 1. diſp. 46. ſect 3 Exod. 25. 8.

Quo autem tempore ſignata hæc Eccleſia habuerit initium, nonnihil dubij admittere videtur: An ſcilicet à tempore Abrahami; an verò à Chriſto fundatore. Nemo enim inficias ire poterit, electum à Domino Abrahamum, ſui populi patrem, populi propriè Dei populi, qui in litteris ſacris paſſim appellatur Dei populus: hominum congregatio ſpecialibus ſignis inſignita, toti populo communibus, in qua diuinus Sol aſſiſtere ſe profitebatur, dicens nunc, *Vos eritis populus meus*: nunc in Deuteronomio: *Deus veſter in medio veſtri eſt*: nunc ore Dauidis: *Notus in Iudæa Deus*: quatenus in populo illo Sol ille diuinus imminens coruſcabat. Multò minus negare quis auſit à fundatore Chriſto incepiſſe Eccleſiam; cùm dixerit ille: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Propoſito huic ſatis quidem faciemus, ſi prædicti ſpiritalis zodiaci conditionem recolamus. Sicut enim duodecim ille diſtinguitur ſignis, ſex hinc, illinc totidem, ex quibus ſunt extrema duo, vnum in tropico vno, in alio alterum: ita zodiacus hic ſpiritalis, quem Eccleſiam dicimus, ſignis dignoſcitur quatuordecim: ſeptem à parte Iſraëlitici populi, Moſaycæ nempe legis ſacrificijs, à parte Chriſtiani populi ſeptem, nouæ ſcilicet legis ſacramentis. Ex his ſignis primum antiqui illius ſeptennarij circumciſio fuit, præcepta Abrahamo ante Moſayca ſacrificia, tanquam vnicum legis illius ſacramentum, quippe rei ſignum ſacræ, gratiæ nimirum circumciſis infuſæ, futurique Meſſiæ, cuius virtute infundebatur. Qua ratione erat populi illius ianua circumciſio; atq; adeo in extrema zodiaci huius parte conſtituta; ex parte verò Chriſtiani populi cùm ſacramenta ſint ſeptem, vnum aliquod eſt in parte extrema, tamquam Eccleſiæ ianua, è regione circumciſionis conſtituta: baptiſmus videlicet, per quem intratur in Eccleſiam integra donatione

Eccleſia Chriſti quouſque duxerit initium à temporibus Abrahæ; quouſque à Chriſto fundatore.

Simile.

Circumciſio primum antiqui populi ſignum, vnicum ſacramentum.

Deut. 20. 4. Pſal. 75. 1. Gen. 17 2 4. Cypr. l. 3. de cardin. Chriſt operum c 18. Proſp. epiſt. quæ eſt 84 inter Amb. Aug. l 3 contra Iulia. c. 18. Greg 4 mor c 2. Beda in Luc. c 18 Bern. ſer. 3 de circumciſio. S Tho. in 4 d. ſt. 1

Digitized by Google

peccatorum. Inter ſigna hæc ſuum ſtatuit curriculum diuinus hic Sol in Eccleſia ſua, tanquam in ſpiritalis cœli zodiaco, iuxta Pſaltis canticum: *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.* Poſuit (inquam) ambulacrum ſuum diuinus Sol, Chriſtus Dei filius Eccleſiam hanc à circumciſione vſque ad diuina ſacramenta, à tempore Abrahæ ad finem vſq; ſeculi. Quoniam etſi temporibus Abrahæ nondum fuiſſet natus; erat tamen verbis prænunciatus, Abrahę imprimis ipſi, ipſaque item circumciſione, quæ erat ſignum populi congregati ad profitendum circumciſione illa, naſciturum ex illo conuentu, illa nempe Abrahamica ſtirpe, ſaluatorem hominum Meſſiam. Sic docuerunt Iuſtinus Martyr, Irenæus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Euſebius, Epiphanius, Origenes, Theodoretus, Damaſcenus, Ambroſius, Cyprianus, Hieronymus, Anſelmus. Ideo dicit Apoſtolus: *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Signum primum ſpiritalis huius zodiaci; ſignum, quo intrabatur in Eccleſiam: ſignum iuſtitiæ, id eſt, iuſtificationis infuſę à Deo cum originali peccati remiſſione: ſignum fidei, qua expectabatur, credebaturque Meſſias ex illa naſciturus progenie, ſimulque credebatur, ob fidem hanc, peccatum circumciſione remitti. Quapropter, Meſſia iam nato, circumciſio prorſus aboleuit.

Pſal. 124. 2. Iuſtin. Dialog. contra Tryphon. Iren. li. 4. cõtra hær. c. 30. Chr. ho. 27. in Gen. Cyr. lib. 1. in Ioa. c. 21. Euſe. li. 1. de præparatione Euan ca. 10 Epip. hæreſ. 30. Orig. ho. 3. in Gen. Theod. q. 67. in Geneſ. Dam. li. 4. de fide c. 26. Amb. epi. 72 Cypr. lib. 1. ad Quirinũ. c 8. Hier. li. 1. in ep. Gal. Anſe. in c. 4 ep. ad Roma. Ro. 4. 11.

Eccleſia Chriſti præſtantia ſupra antiquum Dei populum.

Appropinquamus iam nouo huic tempori noſtro, vt eius præſtantiam, noſtram felicitatem videamus. Vidimus quale tempus fuit eorum, qui ante ſignatam Eccleſiam vixerunt; nunc interrogatis, quidnam erit illis, qui poſt fundatam hanc viuunt extra eam? In quo quidem magnum video inter circumciſionis tempus, noſtraque tempora diſcrimen. Illo enim tempore nullum extraneis erat præceptum, neceſſitas circumciſionis nulla; eò quòd homines illi, quicumque ab Abrahamico populo extranei erant, nec ad circumciſionem accedentes, eſſe nihilominus in Eccleſia potuerint; ſi non in ſpeciali illa ſignis diſtincta ſpecialibus, in vniuerſali ſaltem Eccleſia, alijs vtente ad ſaluationem ſacrificijs, alio & ſacramento. Quicumque autem diuinis Eccleſiæ illius influxibus frui cupiebat; in eam vltrò admittebatur, per circumciſionis intrans ianuam. Hæc ſunt Domini verba: *Si quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini: circumcidetur prius omne maſculum eius.* Noſtro autem tempore nulla præter ſignatam hanc eſt Dei Eccleſia, nulla præter hanc vniuerſalis: imo hęc ipſa, quam Chriſtus inſtituit, ſuiſque ſignauit ſacramentis, catholica eſt, nempe vniuerſalis, prorſus vnica. Hanc qui per baptiſmum non ingreditur, extra ſalutarem peregrinatur ſtatum: *Quoniam niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Quid ſi aliquis per ianuam hanc non eſt ingreſſus, vel ob ignorantiam, vel defectum aliquem materię, vel miniſtri: aut certè quia conſcius rei, deficit ſollicitudini, aut fidei? Quomodo fruentur Solis luce, qui extra iſtum, in quo ambulat Sol, zodiacum naſcuntur? Difficultati huic certa occurrimus doctrina. Solis lumen non ad eas ſolum ex-

Doctores in 4 diſt. 1 Adrian. 4 4. vlt. de bap. ad 2 S. Tho. 3. p q. 61. art 3 Sua. to. 3 diſp. 4 Exod. 12. 48.

Eccleſiam Chriſti qui non intrât, vt in ea viuât, poſsint ne ſalutem adipiſci.

Ioan 3. 5.

Lux diuina ad ſalutem deſiderata, nemini deficit. Simile.

tenditur terras, quę ſub ipſo continentur zodiaco: ſed ad totum aduſque emiſpherium extenditur: quanquam ipſe ad remotiora non percurrit. Nam nec ad nos Europeos peruenit vnquam, neque poteſt, cùm nulla Europæ pars intra gradum ſit vigeſimum tertium: & tamen nulla eſt Europæ terra, ſicut neque Aſſiæ, ad quam non perueniant Solis radij, ad vitam ſufficientes. Simili ratione, quamuis diuinus Sol ad eos, qui extra Eccleſiam degunt, non perueniat: peruenit tamen eius lumen, ſufficiens ad ſalutis viam diſpiciendam. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Omnem hominem, ait: cùm protinus addat: *Et verbum caro factū eſt; & habitauit in nobis.* In nobis habitat: ſed illuminat omnes. Priuantur quidem iſti decore illo, quo deaurari diximus animas, ſicut radijs Solis montium cacumina: eò quòd remoti ſint nimis, nec Deo grati: non tamen priuantur ſufficienti luce, ad accedendum ad Solem ipſum, viamque ſalutis perſpiciendam. Quòd ſi ſpontè nolint: culpa eorum eſt: ſi velint, & appetant: tunc ipſummet deſideriū perueniendi diuinū ad Solem, reiectis omnino impedimentis, criminibus ſcilicet intima pro commiſſis pœnitudine, reputatur pro baptiſmate quod baptiſmū in voto dicunt Theologi. Ex quo enim quis dolet de illatis in creatorem iniurijs, illuminatus ſupernaturali hac luce Solis diuini: hæc quidem contritio talis eſt, vt homo hic omnino ſit diſpoſitus ad obeunda ea, quæ Deus pręcipit, quæcumque illa ſint, quum ad eius peruenerint notitiam. Ex his autem pręceptis vnum illud eſt, quo mandatur baptiſmus: atque adeo eſt homini huic baptiſmus in voto, in generali hac contritione, etiam non cognitus, implicitus: cùm eo animo ſit, vt ſic abluatur, quum agnouerit. Nec rata, ſed frequens contingentia. Nam eo ipſo, quòd adultus accedit ad baptiſmum integra pro commiſſis contritione criminibus: deauratur profectò iuſtificante gratia in ipſo contritionis inſtanti baptiſmum ipſum præcedente: ſicut & ante pœnitentialem abſolutionem, qui perfectè contritus eſt. Eſt conſtans Patrum, ac Theologorum documentum, Auguſtini, Ambroſij, Bernardi, Hugonis, S. Thomæ: expreſſum canonico in iure, cap. Baptiſmi vice: cap. Non dubito, de conſecrat. diſt. 4. cap. Apoſtolicam, de presbytero non baptizato: & in Concilio Tridentino. Verba item B. Petri expreſſa ſunt illa, quibus dixit: *Numquid aquam quis prohibere poterit, vt non baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt, ſicut & nos?* Ecce ante ſuſceptum baptiſmum, acceperant Spiritum ſanctum, qui vera gratia eſt, homines illi, quibus baptiſmi erat votum. Volens item Cornelius baptizari, iuſtificatus eſt ante ipſam baptiſmi ſuſceptionem: vt in eodem actorum cap. narratur. Itaque abſque baptiſmo ſuſcepto, nec explicitè cognito poſſunt ſaluari multi, atque beati, vt luculenter oſtendit Suarez noſter.

Reſtat propoſitum inter veteris legis, noſtræque legis tempora diſcrimen. Hic iam felices vobis, auditores Chriſtiani, pręcor annos. Nouus annus eſt: tempus penitus nouum: atque adeo ver poſt ſterilem hyemen. Ver vtique nouum nobis eſt, quum *poſtquam con-*

Aug. li. 2. contra literas Peti. Ambr. or. de obitu Valentin. Bern epi. 77. Hugo Victor li. 2 de ſacra. par 6. c. 7. S. Tho. 3. p. qu. 69. art 7. Ca Baptiſmi vice. Cap. Non dubito, de conſecra. diſt 4. Ca. Apoſtolicam de presbyte. non bapt. Cōc. Triden. ſeſſ 6. cap 4. Actor. 10 47. Act. 10. 1. Suar. 3 p. to. 3. diſp. 27. ſect 2

Auxilium diuinæ lucis ad cognoſcē dam viam vitæ nemini negatur.

Contritione iuſtificatur qui ad pœnitentiam accedit ante acceptā abſolutionē.

Eccleſiæ Chriſtianæ tempus vernum: hyēs tempus veteris legis.

Digitized by Google

ſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus. Annus nobis eſt nouus, nouum ver, nouum tempus. Vox ipſa indicat Lex vetus; lex circumciſionis. Si vetus, hyemalis: nam vetuſtas eſt hyemis effectus, veris nouitas. Eſt (fateor) primo difficile aſpectu, intellectu difficile, quo modo fuerit hyems tempus illud, in quo diuinus Sol verſus illam ambulabat partem zodiaci, illam Eccleſiæ partem, populum illum, à parte illa cuius erat ſignum circumciſio. Quomodo negetur ver, ſi in reliquo mundo inſtabat tunc hyems, Sole hoc remotiſſimo; illis autem, qui ex circumciſione erant, hominibus proximo? Duo hac in re notanda concurrunt. Primum eſt, fuiſſe tunc quidem ver populo illi, hyemem nobis, ac reliquis terris. Tranſiuit iam Sol noſtrum ad tropicum, nunquam ab hoc ampliùs diſceſſurus: eſt iam nobis vernum, illis tempus hyemis. Illud ergo tempus, quod illis quondam erat ver, inueterauit iam, vt ſit nunc vetuſtas circumciſio; nobis nouum venit feliciter ſæculum. Secundum occurrit aduertendum, annos illos, quibus populo illi erat proximus Sol, cùm tunc fuerint verni, non tanta fuiſſe benedictione vernantes, quin noſtro huic nouo anno collati, fuerint hyems rigidiſſima; eo quòd nobis adſit apertus Sol, velatus illis. Nec parum eſt, ad huiuſmodi res edifferendas, varias percurriſſe terras, ſicut nos percurrimus non paucas. Nunc, dum hæc ſcribimus, videmus in terra hac Peruana, atque in finitimis, verno, imo æſtiuo tempore, quum Sol imminet nobis, non vt Europeis, ex oblico, ſed ſupra capita directè, quumque fructus ſunt maturiores, plena pabulis prata, continuos non ceſſare imbres, nubes terram tegere denſiſſimas, tonitrua reboare horrida, ac paſſim fulmina deſcendere; cùm per contrarium brumali tempore, quum ſicca ſunt omnia, ſit pellucidum cœlum, præclariſſimo nitidus ſpeculo, pluuia nulla, neque nubes. Adhuc mirandum magis, quòd eo ipſo tempore, quo maritimis in terris æſtus torridus eſt, maturi fructus, nulla, ſicut nec in Europa, pluuiæ gutta; tunc in reliquo regionis ſpacio, quum per leucas decem à mari receditur, cadant prædicti imbres, terra nubibus caliget. Hoc vtique eſt ſpiritalis temporis diſcrimen veteris, & noui. Erat circumciſionis tempore diuinus Sol ab illa Eccleſiæ parte, cuius ſignum erat circumciſio, atque adeo vernum ibi tempus, hyems apud nos, & apud reliquas itē mundi regiones: nunc iam eſt Sol ab hac Eccleſiæ parte, cuius ſignū eſt baptiſmus primū, ac conſequenter noſtra vernat Eccleſia: ſed diſcrimen perpende ite admirandū. Tunc operiebatur illa Eccleſiæ pars nube caliginoſa, Solē diuinū obtegente: nūc apertus eſt Sol ipſe, perſpectus propria in terris facie, perſona propria, nullis nebularū velaminibus. Vtrumq; cōmendatur ſacro in textu. In illo tēpore, quū exeuntibus ex Ægypto Abrahę nepotibus, cœpit formari inſignibus Eccleſia: *Dominus autem præcedebat eos ad cuſtodiendam viam per diem in columna nubis.* Hæc erat vniuerſi populi regimen: ſicut Sol omnium populorum, in tantum, vt ſcriptum ſit in Exodi calce: *Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante: quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes ta-*

Simile.

Peruana temporum viciſſitudo admiranda cæteris regionibus quæ à parte ſunt arctici poli, in eo, quòd verno, ac æſtiuo tempore inſlent horrendi imbres, nubes, fulgura: hyemali limpidiſſimum cœlum, pluuia nulla.

Iſraeliticus populus nube operiente Deum regebatur.

Exo. 13. 21

Exod. 40. 33.

bernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas: ſi pendebat deſuper, manebant in eodem loco. Itaque erant homines illi ſpectantes Deum ſub nube illa, in expectatione videndi eum à parte Eccleſiæ noſtræ manifeſtum, ducti illo circumciſionis ſigno, quo naſciturum noſtro Meſſiam tempore credebant. Quin & nubes ipſa

1. Cor. 10. 1.

ſpecimen erat manifeſtandi hoc tempore Solis, dicente Apoſtolo: *Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. Hæc omnia in figura facta ſunt noſtri.* Nunc (gratias Deo) Sol eſt iam apud nos refulgentiſſimus:

Ioa. 1. 9. 11. 14.

Sol diuinus, *Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, in propria venit: & verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius.* Non nubem, ſed gloriam candidiſſimam. Habitat apud nos, inter nos, nobiſcum, & in nobis

Suarc. 3 p. to. 3. diſp. 5 ſect. 2. concluſ. 3. Rom. 3. 1. Titum. 2. 11.

propria ſine figurarum velamine perſona. Tunc infundebatur gratia circumciſis, non quidem ipſius circumciſionis virtute, nempe influxu aliquo operante: ſed virtute, ac influxu crediti, ac expectati Solis diuini, apud nos naſcituri, ſicut dicit Apoſtolus: *Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei.* Ecce circumciſione profitebantur, ſe Dei verbis credere, dicentis naſciturum tempore noſtro Saluatorem, Solem fulgentiſſimum. Iam hoc tempore nouo. *Apparuit enim* (ait Apoſtolus ipſe) *gratia Dei, Saluatoris noſtri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo.* Apparuit Sol, & candens lux eius, noſtras eruditione illuminans mentes; vt ſanctè in hoc ſæculo viuamus. Iu hoc ſæculo, ait: ſæculo nouo, gratiæ ſæculo. Magna vtique noſtri ſæculi proſperitas.

Circumciſione initiatis remittebat peccatū non circumciſio ipſa, ſed Deus, propter fidē, qua circumciſi profitebantur naſciturum ex illa ſobole Meſſiam.

Nec ideo negabitur, tempus præſenti die incipere nouum, quòd diuinus Sol noſter octauo retro die notus fuerit, tumque nouum inceperit tempus. Nam & naturalis Solis ortus quarto mundi die dicitur factus: cùm lux eius dicatur facta primo. *Dixitque Deus. Fiat lux, & facta eſt lux: factumque eſt veſpere, & mane dies vnus.* Vnde nam lux die illo primæuo, ſi nondum erat Sol: cùm hic die quarto perhibeatur creatus? *Fecitque Deus duo luminaria magna; Luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti. Et factum eſt veſpere, ac mane dies quartus.* Ecce, cùm creatus primo fuerit die, vt oſtendit lux illa primi diei, quæ nec vnde potuit, niſi à Sole eſſe, quippe fonte lucis vnico: dicitur nihilominus die creatus Sol quarto, propterea quòd illo quarto apparuerit die, nec antea plenè apparuiſſe, impedientibus fulgorem nubibus, quę ipſo creationis die, ſicut & reliqua omnia creatæ ſunt. Cuius expoſitionis auctorem magnum lego Dionyſium, approbatorem cum Ambroſio Eugubinum, confirmatorem Angelicum Thomam. Eſtque ſingulariter notandum verbum illud; *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, dies, & annos.* Quarto ecce die dicitur tempus fieri, ac ſignari: ſignari, ac fieri dies, & annos. Ergo cùm diuinus Sol noſter multis in die, quo natus eſt;

Gen. 1. 3. Gen. 1. 16. Diony. de diuin nomi. cap. 4 Ambroſ. Examer. 9 Eugub. in Coſm. in Gen. & li. 7. de perenni philoſop. S. Tho. 1. p. q. 67 art. 4 qu. 70. art. 1. Gen. 1. 14

Anni noui dies cur circumciſionis dies: cùm diuinus Sol octauo retro die ſit natus?

Sol, & Luna quemodo quarto die creati, cùm lux facta fuerit die primo.

Digitized by Google

eſt, fuerit nebulis opertus paupertatis, ſtabuli, præſepis, adſtantium ei
iumentorum, quę omnia nimis obnubilabant gloriam eius; merito
apparuiſſe dicitur die octauo, duplicato propter eximiam eius excel-
lentiam numero dierum; eò quòd die hoc impoſuerit finem circum-
ciſioni, quæ denſa caligabat nube: nomenque ſuum ediderit in lu-
cem, vocatus Ieſus, quod eſt Saluator. Nomen enim cuiuſque, ſi
illuſtre eſt, eum quidem vbique clarificat; facitque innoteſcere
multò pluribus in locis, quàm in quibus ipſa perſona ſit præſens.
Non videmus Ieſum, qui nunc adſtamus, niſi ſacramentaliter oper-
tum: & eum tamen ex nomine agnoſcimus: nomine glorioſo, no-
mine pio, nomine iocundo, nomine ſalutari Saluatoris. Quàm
propriè dixit ad eum ſponſa; *Oleum effuſum nomen tuum.* Quoniam Cant. 1. 2.
olei fomento lucet lampas: & nomine candidiſſimus Sol noſter. Vi-
deo mentem hanc propriam Eccleſiæ mentem: quæ cùm in ipſo na-
tali die legat in capitulo; *Apparuit benignitas, & humanitas: Salua-
toris noſtri Dei*, legit in capitulo hodierno: *Apparuit gratia Dei Sal-* Tit. 3. 4.
uatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos. Nam in ipſo quidem
ortus die apparuit benignitas, dum eius humanitas apparuit, iacens Tit. 2. 11.
in præſepio: hodie apparuit gratia; quoniam apparuit lux, nomine
facta Saluatoris. Tunc paſtoribus paucis: hodie omnibus homini-
bus, qui eum ex nomine cognoſcimus. Tunc inter bruta; nunc eru-
diens nos candidiſſimo lumine. Præclariſſimum ergo nomen Ieſus:
nomen Saluatoris: *Nomen, quod eſt ſuper omne nomen.* Eſt etenim
Chriſtus Deus verus. nomen Saluatoris mundi, non hominis tantum Saluatoris; ſed Sal-
uatoris Dei. *Apparuit gratia Dei, Saluatoris noſtri*: & ſubiungit: *ex-* Tit. 2. 11.
pectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris Tit. 2. 13.
noſtri Ieſu Chriſti. Deus, & Saluator appellatur hic puer: imo Deus
Ioſeph hono- magnus, quæ ſolius eſt creatoris inſcriptio. Nam *Quis Deus magnus,*
ratus valde *ſicut Deus noſter?* Honorauit tantoperè Ioſephum Pharao, Ægypti Pſal. 76.
à Pharao- Rex, vt ſtola byſſina, aureaque ornatum torque ſuum in currum fe- 14.
ne, typus ex- cerit aſcendere, *Clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent:* Gen. 41.
titit Chriſti. Et plus vltra: *Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptia-* 43.
ca Saluatorem mundi. Quonam merito? propter prudentem in aſ- Geneſ. 41.
ſeruando finitimis populis frumento, quo eos à fame liberauit. Si ob 45.
opus hoc, quo finitimos populos à temporanea liberauit fame, voca-
tus eſt Saluator mundi; quantò maiori gloria mundi appellabitur
Saluator ille, qui Deus Saluator eſt, ab æterna & fame ſaluans, & ſi-
Ieſus nomẽ ti, non ſolum populos finitimos, ſed mundum vniuerſum? Quali fe-
ſummè glo- retur curru, qui non alieno, ſicut Ioſeph, ſed proprio, ſicut Sol, ef-
rificatum. fertur curru? *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium:* Pſal. 67.
Dominus in eis in Sina in ſancto. Ægyptiaca ideo duntaxat lingua vo- 18.
catus eſt Saluator ille Ioſeph, qui ſolus penè Ægyptum liberauit:
Saluator hic tribus vocatus eſt Saluator linguis, etiam quum infami
nudatus veſtibus opprobrio: *Scripſit autem & titulum Pilatus, & po-* Ioa. 19. 19.
*ſuit ſuper crucem: erat autem ſcriptum Ieſus Nazarenus, Rex Iudæo-
rum. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.* Hic eſt Chriſti
titulus; Ieſus, videlicet Saluator. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus: Ipſe*

Digitized by Google

Mat. 1. 21. *enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Nazarenus, id eſt
floridus: qui non ſolum, vt Ioſeph aſſeruet ſterile in tempus fru-
mentum: ſed floridum etiam afferat ver nobis, viridans perpetuo,
atque fructiferum. Rex Iudęorum: non vnus ex Iudaico populo,
ſeu Abrahamica ex progenie, lege circumciſioni ſubiectis, ſed Rex,
qui nouam condat legem; pellat ex ſua circumciſionem Eccleſiæ,
volens ſponte ipſe circumcidi pro circumciſione terminanda. No-
men non vna ſcriptum Ægyptiaca lingua, ſicut nomen Ioſephi; ſed
Linguis tribus mundi famotioribus; quibus linguæ trium regionum,
ac conſequenter omnes deſignantur. Ideo, cùm Ægyptios genu Io-
ſepho flectere præceperit Pharao: iubet Pater æternus, omnes ex
tribus mundi partibus nomini huic curuare poplitem, vt Apoſtolus
Phil. 2. 8. ait; *Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne
nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium,
& infernorum*, quæ tres mundi partes numerantur.

Nouum igitur affert nobis tempus nomen hoc nouum Saluato- *Ieſus nomē nouum.*
ris. Ipſi antiquo populo vaticinatus eſt nomen hoc, nomen fore no-
Iſai. 62. 1. uum Iſaias; quo priſca illa omnia hyems viderentur. *Propter Sion* *Chriſtiani populi tempus vernū, lucidum, candidum: Iſraelitici populi hyemale.*
*non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt
ſplendor, iuſtus eius; & Saluator eius, vt lampas accendatur. Et vide-
bunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum: & vocabi-
tur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit.* Ecce cum nouo
hoc nomine exit, vt ſplendor, Chriſtus, & vt lampas: in ſplendi-
dum ver algentem conuertens hyemem. Omnia igitur, quę verni
temporis ſunt propria, inſunt tempori huic nouo, ſicut veteri illi
propria hyemis omnia. Aperta imprimis noſtro tempori lux, & Sol
ipſe apertus: quem apertum, & candidum fore dixit Iſaias: cùm
Heb. 10. 1 ſub nube fuiſſet illo tempore. *Vmbram quidem habens lex*; vt Apo-
ſtolus dixit.

Deinde erat tempeſtuoſum tempus illud. Nam in ipſa legis il-
lius ſanctione loquente in Sina ad Moſem Domino, *cœperunt audiri
tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſsima operire montem: clā-
Exod. 19 16. gorque buccinæ vehementiùs perſtrepebat: & timuit populus, qui erat
in caſtris.* De nouo hoc tempore accinit Saluatori Eccleſia verba il-
Sap. 18. 14 la Sapientiæ: *Cum enim quietum ſilentium contineret omnia, omnipo-
tens ſermo tuus de cœlo à Regalibus ſedibus proſiliuit.*

3. Reg. 1. 1 Erat item brumale tempus illud: quando *Et Rex Dauid ſenue-
Gloſ. ord. ibi. rat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur veſtibus, non
caleſiebat.* Quoniam veſtimenta illa veteris eſſe legis cæremonias or-
3. Reg. 1. 3 dinaria gloſſa eſt. *Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in om-* *Chriſtiani populi tempus, tempus meſsis, & vindemiæ: tempus antiquum ſementis, & putationis.*
nibus finibus Iſrael: & inuenerunt Abiſag Sunamitidem. Quæ, quo-
niā elegans Eccleſiæ futuræ fuit typus, algentem virgo perſtans fouit
ſenem. quid, quòd, quum aliquem algere videtis, dicitis ei, ô Iudee!
Gen 17. 8 Tempus præterea illud ſementis erat tempus: in quo diſtribuit
Ioſue 13. vſque ad 19 Deus laboris terras primum tempore Abrahæ, poſtea manu Ioſue,
atque alias deinde inter homines alios. Id quod & de tempore ſpiri-
Gen. 22. 18. taliter dicto adiecit textus. Dixit quippe Deus ad Abrahamum: *In*

Digitized by Google

ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Tempus, ecce, Iſraeliticum
tempus ſementis fuit fructuum paucorum ; ſicut in hyeme pauci
ſunt fructus : noſtrum benedictionis, qua colligimus fructum be-
nedictum. Tempus item illud putandi in vineis palmites : *Tempus* Can. 2. 13.
putationis aduenit : nunc de ſpiritali cultu dicit Chriſtus ; *Videte re-* Luc. 10. 2.
giones : quia albæ ſunt iam ad meſſem : de vinea : *ego ſum vitis, vos pal-* Ioa. 15. 5.
mites : qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Porro, cùm naturalem temporum varietatem ordinem dixeri-
mus ſuprema dignum prouidentia, vt qui in hyeme fructus radican-
tur, turgeſcant in vere, ac matureſcant ; ſimili profectò laude ean-
dem prouidentiam in varietate hac ſpiritalium temporum ſuſpici-
mus : ſiquidem ad maturos hos, quibus Eccleſia hodie alitur, fru-
ctus ſemina fidei in hyeme illa ſub terra condi, ibique oportuit ra-
dicari.

Chriſtiani populi tempus nouum, ac plenum : tempus præcedens vetus, ac vacuum.

Denique confirmant inſtitutum hoc duæ illæ hyemis, ac veris
duæ conditiones propoſitæ ; quæ in ſpiritalis huius temporis varie-
tate noſcuntur : hyems nimirum vacua, ac vetus ; nouum, & plenum
ver. Vacui, ac pleni temporis, loquens in propoſito hoc beatus Pau-
lus, exprimit differentiam, dicens de antiquo illo ; *Si enim quod eua-* 2. Corin.
cuatur, per gloriam eſt : multò magis quod manet, in gloria eſt. Sed & 3. 10.
tempus hoc noſtrum expreſſis vocat plenum verbis, ſcribens ad
Galatas ; tempus illud paruulorum tempus ; *At vbi venit plenitudo* Gala. 4. 4.
temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege ;
vt eos, qui ſub lege erant, redimeret : vt adoptionem filiorum recipere-
mus. Factum ſub lege ſponte ſua, ita vt pro implenda lege, vltro vo-
luerit circumcidi, vt nos à lege illa liberaret. Vt filiorum recipia-
mus adoptionem ; non promiſſione ſola, ſed plena poſſeſſione. Dif-
ferentiam item ſecundam, quæ nimirum eſt in vetuſtate, ac nouita-
te, ſcribit his ad Hebræos verbis : *Dicendo nouum, veterauit prius :*
quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Vnde ſcriptu- Heb. 8. 13.

Maria Virgo Deipara egregium verni, ac pleniſſimi temporis teſtimonium.

ra tota his Apocalypſis concluditur verbis : *Vidi cœlum nouum, &*
terram nouam. Et dixit qui ſedebat in throno ; Ecce noua facio omnia. Apoc. 21. 1. 5.
Quid plura ? Præclariſſimum vtriuſque excellentiæ adeſt hodie no-
bis teſtimonium Virgo, circumciſi infantis mater, & amor. Nulla
quidem tam verna eſſe poteſt vbertas, ac illa, qua incultus etiam,
fœcundus eſt ager. Terra inculta eſt Virgo integerrima : penitus ad
fructus generationem inculta : & tulit tamen ſuo ex vtero fructum,
fructum ſuauiſſimum, fructum pulcherrimum, fructum ſalutarem :
adeo vt Saluator ſit, & ipſa ſalus ; fructum, cui Virgo ipſa hodie im-
ponit nomen ex præſcripto Dei dicentis ; *Vocabis nomen eius Ieſum :*

Nouitatis admirandæ teſtimoniũ Virgo virũ vtero circumdans.

fructum celeberrimo prædictum vaticinio ; *Ecce Virgo concipiet, &* Luc. 1. 31.
pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel : quod eſt interpretatum Iſa. 7. 14.
nobiſcum Deus. Fructum adeo optimum, vt in ipſo ortu ſuo com- Mat. 1. 23.
pletam habuerit magnitudinem, maturitatem, perfectionem : in-
fantem virum integerrimum, omnipotentem, ſapientiſſimum, vt
fuit vaticinatus dicens Ieremias : *Fœmina circumdabit virum.*
Qua in vbertate nouitas includitur ſtupenda : ipſe Virginis

Digitized by Google

Ier. 31. 22. conceptus, & partus: id, quod ibi Ieremias ponderat ipſe, dicens; *Creauit Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circumdabit virum.* Quid adeo eſſe potuit nouum? Adeo plenum? Adeo ſalutare? Proſperos rurſus annos precor vobis: annuntio annos fœliciſſimos.

Quòd ſi tam firmo vobis fundamento precor annos felices condecens profectò eſt, vt & me vos ſimili exhilaretis felicitate; firmo nempe innixa fundamento. Erit mihi, quam opto, ſi vos nouo hoc fruentes vere, hoc Sole, hoc lumine, hoc calore, plenitudine hac, & nouitate, ſitis ex nunc iam noui, candidi, feruentes, omnique plena ſanctitate. Nec primus id ad vobis peto: priùs petijt Apoſtolus,

Ephes. 4. 22. cuius preces pro Epilogo audiatis: *Deponite vos, ſecundum priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter quod, deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque ad proximum ſuum. Nolite locum dare Diabolo: qui furabatur, iam non furetur. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: & nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem: ſicut*

Ephe. 5. 3. *& Deus in Chriſto donauit vobis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis; ſicut decet ſanctos.* Sicut decet eos, qui venerabili nomine Ieſu honorati ſumus, & ſaluati. O ſi ſalutari nomine hoc adiuti, & excitati, omnia hæc, ad quæ nos vocat Apoſtolus, pro anni exordio noui exercere incipiamus, vt ea, quam deſignat ſalubre nomen hoc, fruamur ſaluatione! Non parum, ad horum complementum, ſaltem eorum, quæ publicè fiunt in Republica, proderit nouorum pietas prætorum cum ſollicitudine, & iuſtitia coniuncta. Cuius reformationis ſpem magnam nobis præbet nota eorum frugalitas, rectitudo, probitas, induſtria, atque prudentia. Proſperum electio hæc nobis promittit annum; nouum in virtutibus feruorem, veterum purificationem delictorum. Spero fore, vt tanta populi compoſitione ducant annum, vt in fine eius eis congratulemur, ſicut congratulamur hodie his, qui præcedenti anno tam laudabiliter conſummauerunt curſum ſuum. Vnicè precor omnes, vt ſacro-ſanctum nomen Ieſu reuerentia ſumma ore capiamus, à iuramentis penitus cauentes; reuerentiſſimè, quum inſtet neceſſitas, iurantes. Sic pietate veſtra, diligentiaque prætorum erit ver annus totus; vt ad vernantem cœli beatitudinem diuina nominis huius virtute ſalui tranſeamus.

Digitized by Google

IN EADEM CIRCVMCISIONE DOMINI.

SERMO V.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer; vocatum eſt nomen eius Ieſus. Luc. 2. 21.

INSVLSA foret hodierna prędicatio, fortè etiã aliquibus moleſta, ſi quum incipiendum eſt ab auditorum ſalutatione, proſperos eis à Deo annos implorando, exordiremur diſcutiendo, quod hodie diluculo factum audio à duabus populi huius fœminis, non obſcuris quidem: quæ tam ſereno tempore domibus exeuntes, virorum domos, bonis eos annis ſalutaturæ introierunt. Minimè referrem hîc, ſi à ſuſpectæ veritatis narratore intellexiſſem. Præſertim; quòd & factus ſim certior de veſtibus etiam, quibus indutæ proceſſerunt ambæ, elegantibus ſatis, quibus placidiores apparerent viris. Miniato indumento exiuit prima, croceis ornato fimbrijs, multoque argento, & auro multo. Altera notanda magis: nam ſine pallio proceſſit hæc, cùm veſtis eius alba eſſet tota, ex læui ſerico, nullis ſuperpoſitis fimbriarum faſcijs, auro nullo, nec alio prorſus ornamento. Raſa exiuit tota Domina illa. Reperit hæc miniatam illam in ea domo, quam intrauit: vbi tanta exarſit inter eas zelotypia: vt ad totam peruenerit viciniam rumor. Nec liceret narrare in loco hoc, niſi tanta caſus eſſet publicitas. Imo nec ſic narrarem, ſi ſolus eſſet: ſed non ſolus fuit, ſed alius etiam accidit ſimilis. Neſcio, quæ diluculo hoc in fœminas irrepſerit anni noui influentia. Caſus ſimilis fuit in eo, quòd fœmina ſatis in populo nota, cùm exiret domo, obuiam reperit aliam, non diſpari diſcurrentem animo, vt bonis viros aliquos exhilararet annis. At zelotypia non fuit ſimilis: imo amico ſe amplexatæ ſunt oſculo: vt eſt fœminis mos, qui ne in templo quidem parcunt ſeinuicem oſculari toties, quoties concurrunt, ac ſi in priuatam concurrerent domum, ſexque annorum abſentia præceſſiſſet. Denique innexæ manibus ambæ, magno per domos riſu, ac iubilatione diſcurrentes, viros ſibi notos ſalutabant. Multæ referuntur circunſtantiæ; ſed inter alias hęc, quòd, quę prior exiuit, nullam ſumpſit veſtem præter illam, qua è lecto ſurgere

Veſtido encarnado. Raſo blãco.

Digitized by Google

ſolent fœminæ, croceo ex panno: totamque ad id reduxit venuſtatem, vt ad latus, vt vir, geſtaret ſicam. Sed ſuppleuit altera ſatis ſuperque quod huic defecit ornamenti. Nam magna mihi aſſeueratione dictum eſt, potuiſſe indumento illo, quod varium colore erat, veſtiri Reginam ipſam, præ opulento auri, margaritarum, & vnionum ornatu. Hæc dixerim, vt intelligant prætores noui, quanta ſit vigilandi ſuper populum neceſſitas. Quidnam præſtabimus prædicatores vociferantes, ſi deſit zelantium iudicum, ac gubernatorum executio? Agunt illi manibus; vocibus nos: vtrumque ſanè deſideratur. At, quidnam vtrumque ſimul proficiet, niſi ſancti gratia ſuperueniat Spiritus? Hanc ab eo obnixè efflagitemus? qua vt aſſiſtat nobis, diuinam noſtram interpellabimus patronam, fauſto vt nos anno ditet, ac lætificet ſuprema hac nobis gratia à Domino impetrata. *Aue Maria.* *Aue Maria.*

Concurrentes hodie materiæ ſunt variæ: nomen Ieſu, eiuſdem infantis circumciſio; annus nouus, noui iudices, Societas Ieſu, quę ad nos ſingulariter ſpectat. Materiæ ecce variæ ſunt; ſed dedecet quidem variam eſſe concionem: quanam materias has concionem vnam faciam arte? Sit concio hæc cinctorium aureis compactum bullis, orbiculis, ac ſtellis, inſtar muliebris zonæ feſtiuiſſimæ, ex multis nempe factæ auri vermibus, ſeu bracteolis, quod Hiſpani dicimus *Cintura de oro hecha de muchas pieças*. Cinguli huius circulus erit circulus anni, varijs ſignorum ſtellis, tanquam adamantinis, pyropciſque gemmis, ac margaritis graphicè baccatus? circulus necnon circumciſionis: cuius purpureus ſanguis emblema erit, inter vniones interiectum. Ad nouos iudices vſus ſpectabit cinguli; ita vt precincti ipſi, cingant populum eodem. Nomen Ieſu benedicet cinctorium: hæc denique minima Societas eius erit hodie miniſtra venerationis tanto debitæ nomini.

Emblema Hiſpanè Eſmalte.

Sciant igitur iudices, iuſtitiam eſſe cingulum quoddam, quo ipſi imprimis ſuccingantur. Eſt expreſſus ab Eccleſiaſtico textus, quo legiſlatorem, ac iudicem Moſem cinctorio hoc manibus Dei præcinctum ait verbis illis: *Circumcinxit eum zona iuſtitia.* Oportet autem notabilem hîc diſtinctionem aduertere iuſtitiæ; miniſtrorum etiam diſtinctionem. Eſt enim, quod ad priorem attinet, iuſtitiæ vna, & altera ſpecies, doctore Ariſtotele in moralibus, & poſt ſanctos Patres Theologis cunctis. Prima iuſtitia eſt virtus quędam integra, quę omnes ſimul virtutes eſt vna; quatenus iuſtus homo dicitur ille, qui omni virtute abſolutus eſt prorſus. Conſtat ex verbis Dei, calamo ſcriptis Ezechielis: *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, morte morietur.* A quanam iuſtitia? Sanè, vt morte moriatur æterna, ſufficit quæuis à virtute qualibet auerſio. Vnde iuſtitia hæc appellatur legalis; quoniam omnem adimplet legem. Alia eſt iuſtitia particularis, qua ſcilicet componuntur alterutrum homines humano in commercio, atque contractibus: vnde cardinalis eſt virtus. Agnoſcitur luculenter diſcrimen hoc, quod inter vtramque iuſtitiam verſatur ſimilitudine pulchra, ſumpta ex differentia, quæ eſt inter cingulum, & ſtrictum veſtimen-

Iuſtitia primo diuiditur in legalem, & cardinalem.

Eccl 45. 9. Ariſt. l. 5. Eth. c. 1. & 2. S. Tho. 2. 2 q. 58. ar. 5 & 6. Gregor. Val. to. 3. diſp. 5. q. 2. punct. 2 Ezech. 13. 26.

Iuſtitia legalis omnes ſimul virtutes eſt vna.

Simile.

tum. Vnam hominis partem iuſtificat cingulum; hominem totum veſtis, ſi tam iuſta eſt, quàm naturalis ipſa corporis pellis. Iuſtitia namque cardinalis, cùm partem hominis iuſtificet, eam nempe, quę commercium exercet humanum: cinctorium eſt; partem quippe cingens in circuitu: legalis eſt totum veſtimentum, vt quæ totum hominem quoad omnem iuſtificat actum, omne verbum, omnem cogitatum.
Indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona: & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Idem in nouo teſtamento; *Induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia.* Nouus etenim homo apponitur homini, iuſtus omnino amictus tam cõpletæ iuſtitiæ, vt perfecta ſit probitas, iuxta explicatiónem, qua Apoſtolus ipſe explicat eam, dicens; *In iuſtitia, & ſanctitate veritatis.* Excedés, dicetis, difficultas eſt in legali hac iuſtitia, ſi pro indumento hoc hominem ſe ipſo exui oportet, nouoque adſtringi homine. Ita ſanè, excedentem fateor difficultatem: ideoque homo quicumque iuſtus eſt, manibus Dei ſic induitur, nec proprijs poteſt; vt tota clamitat Scriptura, Theologia tota; neminem poſſe vniuerſis præceptis integrè, ac perſeueranter ſatisfacere, niſi ſupernaturali adiutum Domini adminiculo, qui hominem afficit, & ornat, virtute vna, diuina quidem, omnes virtutes complectente; atque adeo integrè iuſtificante: quæ propterea habitus eſt, nomine iuſtitia, nomine item gratia gratum faciens. Sic eſt ſcriptum ad Romanos: *Abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes.* Eſt mirabilis valde gratia hæc: tum ex eo, quòd omnes ſimul virtutes vna ſint virtus, vna tantum iuſtitia, gratia vna; tum maximè ex parte diuini influxus, quatenus, cùm virtutis cuius habitus longa exercitatione comparetur, vno nihilominus momento induitur homo cunctis infundente Deo virtutum habitibus, ad exercendum quodcumque probum eſt, pleniùs, & faciliùs, quàm ſi diu fuiſſet in omni verſatus probitate. Sed audite vos, qua iuſtitia hæc hominem innouet ratione. Tangit cor lucidus diuini radius amoris: tunc incipiens homo intimiùs vri, conijcit in dilectum oculos Deum firmitate tanta, vt nihil amet iam, nil velit, nil appetat, quod amori huic auerſum ſit; nil prætermittat facere, quod dilecto huic placitum intelligat: Ecce vno hoc ſuccenſus amore, promptus ad adeunda proba omnia; promptus ad praua eſt homo reijcienda. Ecce indutus eſt virtutibus cunctis indutus iuſtitia iuſtus homo. Cõſumit vitia radius iſte omnia, quibus imbuta ſunt oſſa; quibus homo ipſe inueteratus, iuxta Sopharis dictum: *Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius: & cum eo in puluere dormient*: nouos producit flores: *Refloruit* (vt Pſaltes ait) *caro mea*: nec ſolos in carne flores, ſed in oſſibus fructus, vt Iſaias ait: *Oſſa veſtra, quaſi herba, germinabunt.* Quiſnam flores hos, quiſnam operatur fructus iſtos? Lucens quidem & ardens diuini Solis radius, hominem illuſtrans, & exurens. Gratia Dei eſt: lux Solis diuini, & eius ardor. Ipſe ibidem dicit Iſai. *Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius.* Manus ecce Dei ſeruis agnoſcetur

Iſai. 61. 10

Epheſ. 4. 24.

Iuſtitia, & gratia promiſcuè vſurpantur in ſcripturis.

Gratia gratum faciens appellatur iuſtitia.

Gratia iuſtificãs qua arte virtutes complectatur omnes.

S. Tho. 1. 2 q. 109. art. 1. 2. 3. & cæteris.

Rom. 5. 17

Amore in Deum renouatur mirabiliter homo.

Iob 20. 11

Pſal. 27. 7

Iſai. 66. 14

Iſai. 66. 14

Digitized by Google

ſuis,tam amœnos flores,tam ſalubres plantans fructus, & producens. Radius diuini Solis,flores,& fructus germinare faciens. Annum ego hunc,in quo tam perſpicuus lucet Solis radius,tam ſuaues flores,tam maturi in homine ipſo fructus producuntur, nónne nouum dicetis annum? Nonne nouum tempus, nouum ſæculum? Nonne nouum prorſus dicetis hominem ipſum, qui nouo penitus indutus eſt homine? Qui iuſto indumento veſtitus eſt; cùm indutus eſſet, *ſicut diploide confuſione ſua*?

Chriſtus veſtimentum hominis iuſti, iuſtificãs eum.

Gratiam hanc, quæ ſumma quidem eſt, Chriſto Domino noſtro mirabili debemus ratione. Fecit etenim ipſe ſemetipſum veſtimentum noſtrum, vt iuſti ſimus nos tali iuſtitia, quæ verè in nobis ſit ab eo nobis diuinitus infuſa. Tali (inquam) iuſtitia, quæ filios Dei facit Adę filios: fratres ipſius Chriſti. Tanta eſt huius præſtantia veſtimenti. *Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* O ſumma fœlicitas! Proſper annus nouus! Nouus homo fœliciſſimus! Euge, homo, euge, Dei filius veſtimentum factus eſt tuum. Tuum eſt veſtimentum, quod veſtimentum Dei eſt. *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confeſſionem, & decorem induiſti, amictus lumine, ſicut veſtimento.* Hoc ergo diuinum veſtimentum, quo veſtitur Deus ipſe, tibi datur in veſtem: dum ipſe, qui vera eſt lux, Dei filius, indumentum eſt tuum: vt eo circumdatus lumine, quo circumdatur ipſe, adeo illuſtris ſis nimis.

Gal. 3. 26.
Pſal. 103. 1.

Chriſtus quonam ſine circumciſus?
Circumciſio tẽpus baptiſmi.

Oportet circa hoc, apprimè expendere, quamnam ob cauſam voluerit Chriſtus circumcidi, cùm in noua hac, quam Dominus ipſe introduxit, lege, baptiſmate fiat, non circumciſione iuſtificationis indumentum. Erat etenim circumciſio illa noſtri typus baptiſmi; vt dixit Iſidorus, eſtque communis gloſſa. Cùm enim Chriſti ſanguis abluat nos in baptiſmo; congruum vtique fuit, vt figura eius ſanguine inſtitueretur. Fatemur, illo tempore iuſtitiam hanc, qua homo fit iuſtus, circumciſione impenſam filijs Abrahæ, vt docuit Auguſtinus, Proſper, Cyprianus, Gregorius Magnus, Beda, Bernardus, Rupertus, Hugo Victorinus cum Magiſtro ſententiarum, D. Thoma, & Theologis reliquis: & (quod altius eſt) cùm minimè quiret infundere iuſtitiam circumciſio, ſicut præſtat baptiſmus, vt cenſent doctores omnes; eo tamen ipſo, quòd futurum ſignificarit Saluatorem, homines baptiſmate, nempe ſanguine ſuo, iuſtificantem: iuſtificabantur homines illi, credentes, dum circumciſione vtebantur, naſciturum ex progenie illa Meſſiam, qui ſuo vniuerſum mundum ſanguine redimeret, vt luculenter expendit Suarez, & innuit Florentinum Concilium, innuit & Tridentinum. Si ergo circumciſio remedium peccati erat, nulloque Chriſtus eſt infectus peccato: ſi erat futuri ſignum Meſſiæ, iamque Meſſias præſens eſt, ipſe ſcilicet Chriſtus: ſi erat demonſtratio iuſtitię tunc circumciſis infuſæ, eo quòd eſſet ſignificatio futuræ iuſtitiæ ab eodem præſtandæ Saluatore, iuxta Apoſtoli verbum: *Abraham ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei*: Curnam Meſſias ipſe circumciſus eſt, qui ipſa eſt iuſtitia, ipſa gratia, ipſum

Iſid. l. in Gen. c. 13. Gloſſa in Geneſ. 17. & 20. Auguſt. 3. contra Iul. c. 18. Proſp. ep. quæ eſt 84. inter Ambroſ. Cypr. l. 3 de card. Chriſti operib. c. 18 Greg. l. 4 mor. c. 2. & 3. Beda l. 2. in Luc. c. 8 Bern. ſer. 3 de circũc. Rupert in Gen. c. 33. Hugo Victo. l. 2 de ſacram. p. 6 c. 3.

Circumciſis donabantur peccata.

Circumciſione profeſſi homines naſciturum ex illa Abraha progenie Saluatorẽ, iuſtificabantur fide illa.

Circumciſio Chriſtiano à populo aliena.

ſum profitentis futurum Meſſiam fidei obiectum, ipſum profeſſioris illius complementum? Nulla profectò ex cauſis his Chriſtum circumcidi debuiſſe, imo nec decuiſſe confitemur; nec licere, quempiam circumcidi, poſtquam mundum ille verus Saluator redemit à peccatis. Eſſet enim talis circumciſio impium futuri, nondum nati nobis Saluatoris præconium. Sunt nihilominus incitamenta alia, quibus Meſſiam decuit circumcidi. Illud à cunctis exhibetur doctoribus, pia implendæ legis obſeruantia. Tametſi enim legis illius finis, futuri nempe Meſſiæ profeſſio, ac certa proinde circumciſorum ſanctificatio, minimè contigerit Meſſiam ipſum: decuit nihilominus eum legis illius obſeruatio, ſi non propter debitum præcepti, ſaltem ob legiſlatoris reuerentiam. Hac enim de cauſa & baptiſmum abſque vlla neceſſitate ſuſcepit: renuentique Ioanni ſuum baptizare redemptorem, dixit Chriſtus ipſe: *Sine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam*: id eſt, legem vniuerſam. Attendit necnon ipſam Saluatoris conditionem. Hoc eſt, eo tempore, quo egreſſus eſt ex Virginis vtero, nondum obierat Saluatoris officium, nec ab hominibus ſciebatur Saluator: quid ergo de illo, aut de eius parente iudicarent, qui primarium illius legis præceptum viderent contemnentem, dum non ſciebant, eum eſſe Meſſiam? Accedit alia circumciſionis conditio. Erat etenim illa proprium Abrahamici populi inſigne, ſeu ſtemma; vt docuerunt Iuſtinus martyr, Irenæus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Euſebius, Epiphanius, Origenes, Theodoretus, Damaſcenus, Cyprianus, & Ambroſius: propterea quòd illa ex ſtirpe ſperaretur vniuerſi Saluator, cuius expectationis ſacramentum erat circumciſio carnis, ad ortum eius ſic purificatæ; vt dixit Hieronymus, doctoribus cunctis conſentientibus, Anſelmo latiùs expendente. Quid igitur ſuſpicarentur illi, qui viderent, contemni à B. Virgine profeſſionem illam, qua Iſraëlitæ parentes filios ſuos Iſraëlitas eſſe profitebantur? Decuit ergo pro deuitando ſcandalo hoc infantem Meſſiam circumcidi: vt D. Thomas poſt Epiphanium commendauit.

Circumciſio proprium Abrahamici populi ſtemma.

Chriſtus circumciſus, vt ſe nobis attemperaret, factus indumentū noſtrum. Simile.

Sed quorſum, quum Chriſtum hominum dicimus indumentum; cauſas circumciſionis eius obiter indagamus? Indagamus quidem conſultiſſimè; eo quòd Dominicæ cauſa circumciſionis ea fuerit certa, vt ſe nimirum humanæ menſuræ attemperaret. Eſtque circumciſionis cauſa hæc ea ipſa, quam nunc vnam, & alteram exhibui. Eſt prorſus immenſus paruulus hic: eſt puſillus homo quiuis, cui immenſus hic attemperat ſe, vt ſit ei in veſtem, qua ſit iuſtus: quid faciet magnus, vt ad menſuram fiat puſilli? Quidnam facit quiſque veſtrum, quum veſtem ſuam paruulo vult mancipio accommodare? Nonne præſcindit eam, iuxta menſuram paruuli induendi? Quis ergo conſultiſſimam negabit artem hanc, qua, vt immenſus Dominus parui hominis fieret amictus, præſcidit ſe ipſum circumciſione; cùm veſtis quæque corpore longior ſcindatur circum, ſeu in circuitu, vt ei accommodetur? Nec vlla poſſet præciſione tantopere reſtringi immenſum indumentum, vt tam exiguo aptaretur Adæ filio, niſi vna hac circumciſione, qua, eo ipſo, quòd circumciſum eſt, ſpeciem habu-

Mag. ſ. in 4 diſt. 1. S. Tho. b. Suar. 3. p. 10 3. diſp 5 ſect 2. cō. 3
Cōc. Flo. in decr. Eugen. 4. Gōc Tri. ſeſſ. 7 canon 7 & 8 & ſeſſ. 6 c 7.
Rom. 4. 11 Epiph l 1. hær 30. S. Tho 3. p. q 37. ar. 1.
Suar 3 p. to 1 diſp. 43 ſect. 2. Matt 3 15
Iuſt. Dial. contra Tryph. Iren. l. 4. contra hær. c. 130 Chryſoſt. homil. 27. in Geneſ. Cyr l. 2. in Ioan. c 21 Euſ. l. 1 de præparat. Euang. c. 10. Orig. ho. 3 in Gen. Theodor q. 67. in Geneſim Damaſc. 4. de fide cap ...

Digitized by Google

peccatoris, qui ad peccati veniam circumciſione indigent: qui circumciſionis adimpleret præceptum, quaſi ſub lege eſſet, ſicut ſunt omnes peccatores. Hac igitur peccatoris ſpecie nimis fuit coarctatum indumentum. Accinit ei hodierna die coarctationem
Rom. 8. 3. hanc Pauli verbis Eccleſia; *Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* Ecce ideo factus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, vt nos iuſtificaret, factus indumentum ad menſuram peccatorum. Id quod & Philippenſibus dixit verbis
Phil. 2. 6. illis: *Qui, cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.* Oſtenſus mundo in forma Dei non aptaretur menſuræ, ac formæ peccatorum: ideo ſe exinaniuit, abbreuiauit, coarctauit, formam ſerui accipiens peccatoris, factus in ſimilitudinem eorum, & tanquam homo exiſtens habitu; vt eorumdem fieret habitus hominum peccatorum. Nimius amor eſt creatoris in homines: fateor, nimius, videoque Eccleſiam hodie confitentem verbis Pauli ipſius ad
Epheſ. 2. 4. Epheſios; *Deus (qui diues eſt in miſericordia) propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto: cuius gratia eſtis ſaluati.* O admiranda benignitas! Quoniam diues eſt Deus, facit ſe veſtem ſponſæ ſuæ, vt eam ditet veſtimento. Eſtque opulentia hæc miſericordia, & nimia quidem: nimia item dilectio in eo; quòd cùm in cruce tandem menſurandus eſſet, vt ad hominum fieret menſuram; dilectio ipſa moræ vllius impatiens, incepit ab infantia, eum quadamtenus metiri, vt ſponſæ animæ in ornamentum aptaretur. Nam, quia efficiendus erat in cruce ſciſſuris multis veſtimentum eius; ſcidit ex nunc infans ex ſe ipſo annulum paruum, ſponſæ digito adaptandum: dedit & guttas ſanguinis, pretioſiſſimis lachrymarum permiſtas margaritis, in certam impendendi poſtea integri arrham indumenti, tam pretioſis exornandum margaritis, & pyropis. Id enim, quod circumciſione præſcinditur, annulus quidam eſt, intimum ſignificans amorem. Sed amorem puriſſimum, naturaleque puritatis inſigne: ſiquidem circumciſio, quòd vitioſæ ſit carnis amputatio, proprium eſt ſignum caſtitatis. *Nonne circumciſio carnis*
Ambroſ. l. 1. de Abraham. c. 4. *euidenter eſt præceptum caſtimoniæ?* Hoc dixit Ambroſius: cuius alumnus Auguſtinus, *Significat*, ait, *iſta circumciſio ſpoliationem à*
Aug. trac. 30. in Ioã. *corde cupiditatum carnalium.* Fuit igitur arrha hæc, & annulus iſte initium ornamenti ſponſæ tandem impendendi: atque adeo initium ſaluationis, qua eam demum ſanctificaturus erat in cruce. Accidit, vt donans vir nobilis, ac diues monilia multa, purpuram, aurum, gemmas ſponſæ ſuæ talia, vt poſſint integrum ei eſſe ornamentum, dicat nihilominus: minimè quidem animus meus eſt, vt donaria hæc in veſtimentum admittantur, integrum, quod ſponſæ meæ facere intendo: non ſecus ornauit

Amor Chriſti in homines nimius oſtenſus eſt circumciſione.

Circumciſio cauſa caſtitatis

Digitized by Google

ornauit Chriſtus ſponſam, dum has cum annulo ei donauit arrhas, quæ redemptionis fuerunt initium: ſufficerentque ſi vellet ipſe, integra illi eſſe redemptio; quam ſponte ad crucem reſeruauit.

Suar 3 p. to. 2. diſ. 15 ſect. 1. conc. 2 in fine.

Cum hoc circumcidendi Chriſti incitamento ſimile concurrit aliud ex eo, quòd, ſicut ipſe nobis indumentum eſt, ita & eſt nobis cibus, vt ait ipſe verbis illis: *Caro mea verè eſt cibus.* Eſt autem amoris proprium, nullam (vt dixi) pati dilationem: quare & carnis huius, quæ tota in edulium porrigenda erat, particulam ab ipſa dedit infantia, ſi non ore ſumendam, animo ſaltem in ſaporem captandam ſuauiſſimum. Cenſent doctores aliqui, illud ſcientiæ lignum, cuius fructum vetitum decerpſit Adam, fuiſſe fici arborem, tum ob ipſius fructus præſtantiam, tum, quoniam mox, ac illum comederunt coniuges ambo, *Cùm cognouiſſent, ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.*

Ioan. 6. 56

Philogen. oratio de arb. vitæ. Moyſes Barcepha in Gen. c. 1 Theod. q. 28. in Gen. Hugo Victo. Gen. 3 Gloſſa Lyra ibi. Gen. 3. 7.

Lignū ſcientia ficum optimati ſunt multi.

Scimus autem, proprium eſſe arboris huius, vt bis in annum ferat fructum, vere præcoces ficus, alios æſtu permaturos. Præcoces auidus appetiuit Adam, decerpens fructum ante tempus auiditate nimia fruendi ſtatim Deitate, ex ſerpentis ſuggeſtione, qua coniugibus illis dixit; *Eritis ſicut Dij*; cùm ordinata Dei fruitio in poſterum eſſet reſeruata, manifeſtandi illis in cæleſtibus. Reperit ergo pro præcocibus ficis virides prorſus, ac immaturos, qui peſtiferi ſunt, atque lethales. Natus eſt nobis iam verum ſcientiæ lignum, ſimul & vitæ; quod vitæ, ac ſcientiæ adeo ferax eſt, vt in paſſionis æſtu maturiſſimum daturum fructum carnem ipſam ſuam, porrigat etiam hodie, tanquam amœno in vere præcocem fructum ſuauiſſimum, eiuſdem particulam carnis: vt dies hic verè ſit nouus annus, nouum tempus, vernum, placidum, gratum, ſalutiferum. Eadem ratione, cùm dicens Chriſtus, *Caro mea verè eſt cibus*, addat, *& ſanguis meus verè eſt potus:* dedit nunc pius infans ſanguinis guttas, daturus tandem fluuium ſanguinis. Quum Dei populus agebat per deſertam ſolitudinem iter ad promiſſam terram, lacte, & melle fluentem, miſſi ſunt à Moyſe exploratores: *Pergenteſque ad torrentem botri, abſciderunt palmitem cum vua ſua, quem portauerunt in vecte duo viri. Reuerſique exploratores, narrauerunt dicentes: venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ reuera fluit lacte, & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt.* Botrus hic myſticè eſt Chriſtus, Dei filius, certa promiſſæ in cælis patriæ oſtentatio, ductus duorum humeris, Patris Dei, & humanæ genitricis. Sic accinit Sponſa: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Eſt impenſe notandum circa vinetum hoc, quidnam intelligatur. *Engaddi*, interpretatur fons inciſionis: eſt ergo Chriſtus noſter botrus ex inciſionis fonte, ſeu certè ipſe inciſionis fons: quoniam profectò, quantumcumque à botro hoc ſcindatur, minimè conſumitur vnquam, nec minuitur: ſemper reſtat, quod ſumamus, ſicut aquæ fons nunquam exhauritur, quantumcumque hauriantur aquæ. Sed quinam fructus botrus Cypri?

Simile.

Ficus fructus ſcientiæ exiſtimatur à nonnullis.

Gen. 3. 5

Botrus allatus ex promiſſa terra typus fuit Chriſti.

Num. 13. 24.

Chriſtus fons inciſionis.

Botrus Cypri Chriſtus.

Cant. 1. 14

Cyprus quidnam.

Engaddi quid?

Digitized by Google

Prima interpretatione botrus vuæ eſt, vt legunt Gregorius, Bernardus, Rupertus, Aponius, Lyra, Honorius, Caſſiodorus. Dicitur Cypri, quoniam fragrantia cyprinum botrum imitatur; necnon ſpecie viſus, eo quòd viti ſimilis ſit Cyprus, vt ſcribunt Iarrhius, Plinius, Ioſephus, Hieronymus, & Philo. Engaddi vinetum eſt vuæ præſtantiſſimæ: ſcriptore Chaldæo, atque Vatablo. Quare ergo inciditur nunc circumciſione fœcundus hic botrus; cùm plenè in cruce daturus ſit ſanguinem totum? Verè inciſionis fons: ſanguinem præbet ſæpe: primùm circumciſione ex vua vna: deinde in horto ſudans ſanguinem, quaſi vinum primum, fluens vltro ex non calcata vua: tertiò flagellis, ac ſpinis, conculcantibus impijs diuinum hunc botrum: tandem in cruce, tanquam in prælo valdè conſtringente. Nec paucioribus ſanè, minuſve copioſis largitatis ſignis contentus eſt amor. Si ergo tanta ſunt filiorum Iſraël videntium botrum exultatio: quantò maior, alacrior, ac iucundior debet hodie eſſe noſtra, cùm ſaluberrimus hic botrus primum iam liquorem reddat ſuum? Eo vel maximè, quòd locus Engaddi aut idem ipſe eſt, ac Torrens botri, ex quo tulerunt vuam exploratores, aut certè valdè ei propinquus. Nec ſine præcelſo myſterio vuæ botrum vocat botrum Cypri, qui fragrantiſſimum ſtillat oleum; quod ſcribunt Philo, Iarrhius, & Plinius; vt in vnum concurrant circumciſio, & nomen Ieſu, in vino illa, hoc in oleo deſignatum, cùm canat ſponſa ipſa: *Oleum effuſum nomen tuum*: vt & gloſſet graphicè Bernardus: *Vulnera illius, qui incidit in latrones, non in ſolo oleo; ſed in vino ſimul, & oleo ſanitatem recipiunt.* Eſt interpretatio alia, botrum Cypri dici botrum florentem: id eſt, botrum vuæ, quum in flore eſt, nondum plenis granulis. Hæc eſt grauiſſimorum Patrum, Origenis, Gregorij Nyſſeni, Philonis, Theodoreti. Nituntur hic vocabulo Græco à floritione deducto. Nec poſſumus nos intellectum hunc non approbare, cùm Patres hi, qui Græci ſunt, Græcæ vocis propriam intelligentiam funditus calluerint. Pergratum certè Sponſæ canticum: floridum vocat botrum ſponſum ſuum.

Greg. in cant. 1. 14. Bern. ibi. Rupert. ib. Apon. in eundem locum. Lyr. ſuper idem caput. Hon. ibi. Caſſiod. ibidem. Iarrhius Cant. 1. Hier. ibi. & c. 4. Plin. l. 23. c. 4. & lib. 12. c. 24. Philo in c. 4. Cant. Chald. Cant. 1. Vatab. ib. Cant. 1. 2. Bern. ſer. 44. in cãt. Orig. in cant. 1. 14. Gregor. Nyſſen. in eundem locum. Philo ib. Theodor. ibi. Græca.

Chriſtus ſæpe effudit propriũ ſanguinem.

Cypri botrus florens botrus eſt. Ieſus nomẽ floridum.

Quidnam eſt infans noſter, niſi botrus in flore? Fuit pleniſſimus botrus, quum in crucis torculari largiſſimum preſſus dedit muſtum: hodie, quòd in flore ſit, guttas præbet exiguas, ſed ſuaues. Mira hic circumciſionis cum impoſito ei nomine conuentio. Enim verò nomen Ieſus Nazarenus, nomen floridi eſt, & nomen floridum: congruit ergo diuinitus vt ipſemet Ieſus botrus floridus ſit, vt nomen conueniat in perſonam: ſitque florens in ſe, qui florentis nomine vocatur.

Nazarenus floridus.

Adijcimus huic interpretationem botri tertiam: quæ, ſicut non minus celebris apud Doctores, ita non eſt minùs ad noſtrum propoſitum excelſa. Hæc Cypri botrum intelligit botrum arboris balſami, in cuius botri granis balſamum eſt odorantiſſimum, ſicut in vuis vinum. Auctores ſunt Gregorius Magnus, Ambroſius, Beda, Bernardus,

Greg. in cant. 1. 14. Beda ib. Bern. ſer. 44. in cãt.

Cyprus arbor balſami

Digitized by Google

Hailgrinus, Guilhelmus, Chriſtianus Adriconiicus Delphus, Valentinus, & Honorius. Sunt pro expoſitione hac quęcumque poſſunt deſiderari fundamenta. Ipſum imprimis Cypri vocabulum quod in loco hoc ſcribitur Copher Hebræo in textu originali: eſt autem Copher ſrutex arboris balſami. Deinde balſami frutecē vuarū botro ſimillimū; vt magnus Hieron. teſtatur. Præterea locus botri, nēpe vinetum Engaddi: qui vineis abundat (vt ita dicam) balſami. Nam terram Iericho maximè præ regionibus cunctis balſami feracem affirmant Strabus, & Iuſtinus: eſt autem Engaddi pars Ierichuntinæ terræ: quod ſcribit Ioſephus tribus in libris. Imo ipſam terram Engaddi expreſſis nominans verbis, balſami feraciſſimam aſſirmat Hieronymus. Quin etiam & plus ibi eſſe balſami quàm vini commendauit Ambroſius cum Origene. Eſt ergo infans noſter balſami botrus: atque adeo circumciſus, vt fragrantiſſimum, ſalutiferumque diſtillet balſamum. Solebat quondam æternum verbum glorianter dicere: *Quaſi balſamum non miſtum odor meus:* quidnam dicet nunc iam, vnitam habens ſibi humanitatem? Atqui ex quo *Verbum caro factum eſt*: habet & nouum nomen, quo *Vocatum eſt nomen eius Ieſus*: vt oleum hoc, quod nomen ipſum eſſe dicit Sponſa, coniunctum ſit circumciſionis balſamo, quo ſalutare nobis fiat vnguentum. Notanda hic conditio Cyprini botri: quem oleo coqui ſcribit Plinius, vt tam ſuauis, quàm ſalubris commiſtio efficiatur. Leget quiſquis voluerit duodecimo hiſtorię libro, quarto ſupra vigeſimum capite. Ergo botrus hic noſter confectus oleo ſuauiſſimo, nomine ſcilicet Ieſu, vnicum eſt vnguentum noſtrum æternam ad vitam, & ſalutē: vtpote qui diuino ſanguinis ſui balſamo Saluator eſt vnicus: & nomen Ieſus eſt item nomen ſaluationis. *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* Meritò in ſalutare animarum medicamentum Chriſma ex balſamo efficitur, & oleo, ob ſanguinem Chriſti, & eius nomen. Quod nec ſiluit Gregorius: cuius verba ſunt hæc: *In Engaddi balſamum gignitur: quod cum oleo, Pontificali benedictione Chriſma efficitur.* Eſto autem Cypri botrus non quidem balſamum, ſed alia eſſet ſpecies: nihil huic detrahit doctrinæ. Quoniam botrus Cypri, quiſquis ille ſit, eſt fragrantiſſimus, vt cum multis alijs ſcribit Theophraſtus: huncque admiſtum oleo primarium fieri vnguentum ſcribit Plinius: vt Cypri botrum, quem Chriſtum dicit Sponſa, pretioſiſſimo nominis Ieſu confectum oleo, vnicam noſtram ſciamus vitam, & ſalutem. Quam probè agnoſcens Sponſa ipſa, vbi dixit ſponſo, *Oleū effuſum nomen tuum*, continenter adiecit: *Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

O ſuauiſſime, ô dulciſſime Ieſu! O ſalutiferum, ô amœniſſimum nomen! quis non currat poſt te: cum ex te videat currentem pro me cruorem ſalutarem? Quis non currat poſt te in tam iucundi fragrantiam vnguenti? Trahe me (rogo) Domine: trahe me: tunc poſt te curram: immobilis hæream, ſicut lapis, niſi tu me trahas ad te ipſum. O æterne, ô perennis, ô vitalis inciſionis fons! A quo

Balſami frutex ſimilis botro vuæ.
Balſamum in Engaddi plurimum, ac præſtantiſſimum.
Balſami plurimum in Iericho.
Chriſtus diuinū ſtillans balſamum.
Simile.
Cypri botrus oleo coquitur.
Balſamum & oleum Chriſma eſt à Chriſti nomine deriuatum.

Hailgrin. in Can. 1. 14. Guil. ibi. Chri. Adricomicus in Theatro terræ ſanctæ, in deſcriptione terræ Iuda. n. 116. Valentin. Can. 1. 14 Hon. ibi. Hebræa. Hiero. in Ezech. 27 Strabus l. 16. Geog. Iuſti. hiſt. lib. 36. Ioſeph. li. 9 Antiqu. c. 1. l. 14. c. 7. l. 15. c. 4 Hiero. in Epit. Paulæ ep. 27. ad Euſtochium: & in ca. 27. Ezechiel. Ambr. in Pſal. 118. ſerm. 3. Orig. ho. 2. in cant. Eccli. 24. 21. Ioa. 1. 14. Plin. lib. 12 ca. 24. Actor. 4. 12. Greg in Can. 1. 14 Theoph. lib. 9. de hiſtoria plantarū. cap. 6. Cant. 1 2.

Digitized by Google

nam fonte, niſi à fonte inciſionis, tot tamque ſalubres poſſent prodire nobis liquores, oleum, muſtum, vinum, cyprium, balſamum, lux, charitas, gaudium, ſalus, vita ſempiterna? Tu quidem Domine, verè verus es inciſionis fons, qui pro nobis in gyro circumcideris, ne vlla tui nobis reſeruetur facultas, ne quis iam dubitet, exſcindere ex te quacunque libuerit, quidquid vitale eſt, ac ſalutiferum. Fons inciſionis inexhauſtus, eo quòd proprium fontis ſit, naturali perennare integritate, ac plenitudine; quantauis liquoris copia ex eo hauriatur. Quanta ex te, Domine, haurimus bona! Quàm te facilem exhibes, vt, quæcunque ſunt grandia, ex te ſcindamus! *Factus es nobis iuſtitia, ſanctificatio, redemptio.* Omnia hæc nobis factus es; vt hæc omnia ſimul, tamquam viuo ex fonte, ex te hauriamus, excindamus ex te, tanquam è ſalubri inciſionis fonte. Factus es nobis iuſtitia: quonam modo iuſtitia factus nobis? Vtique factus nobis indumentum; induenſque nos indumento iuſtitiæ iuſtiſſimo. O mirabilis inciſionis fons! Vt quidnam hodie incideris, imo & circumcideris: niſi, vt nobis fias iuſtitię, & veritatis ornamentum?

1. Cori. 1. 30.

Procedit eo vſque tuus hic in homines amor, tua hæc pietas, vt cùm verus fons ſis, velis ex cunctis tui corporis partibus pretioſiſſimum ſanguinem prodire, nullamque partem reſeruari: eò quòd fons inciſionis ſis plenus. Ideo prodiuit ſacer hic cruor ex dorſo tuo flagris multis: ex poplitibus lapſu, quo crucis ponderi ſuccubuiſti: ex humeris crebra eiuſdem crucis colliſione: ex capite ſpinis: clauis, ex manibus, ac pedibus: & ne vlla pars reſeruaretur: cùm indecens foret, illo paſſionis tempore, quum virilis iam adoleuerat ætas, nullam intactam reſeruari: anteuertit accenſus amor tuus, faciens te infantem circumcidi: quum non dedecebat circumciſio: vt & ille nobis in vitam ſanguis emanaret. Et non dicam te inciſionis fontem? Dicam, dicam te fontem inciſionis. Scio quem dicam te: me quem dixerim neſcio. Quem me dixerim, Domine? Quem vocabo me, tantis à te donis cumulatum, tantis tibi delictis ingratiſſimum? Ingratiſſimum planè appellabo me: & accuſabo me ingratiſſimum. Tu vocaris Ieſus, quòd me ſaluaueris: ingratiſſimus ego: qui pro impenſa mihi à te ſalute, crebras rependerim iniurias. Appellaris tu fons inciſionis: fons ego ſcelerum, turpitudinum fons, fons offenſionum. Sed quidnam! Tu es, qui es, ego ſum nihil nihil: pręter id; quod ſum à te, quod ſum per te, ac in te ſum vno, tanquam in vitę fonte: tanquam iuſtificante in veſtimento.

Chriſtus effudit pro nobis multum ex cunctis corporis partibus cruorem.

O peſſimos nos! Non ſolum Domino ipſi iniurij ſumus: ſed ſacroſancto etiam nomini eius: nec ſolum iniurij, ſed periuri. O iuratores! ô periuri, ô blaſphemi! *Qui iuratis in nomine Domini: & Dei Iſrael recordamini non in veritate, neque in iuſtitia.* Ecce non in ſolo mendacio peccatum eſt iurantis: verum etiam in manifeſta iniuſtitia, quæ in quouis defectu debitarum incluſa eſt circumſtan-

Iurandi abuſus.

Eſai. 48. 1.

Digitized by Google

ſtiarum. Nec illam tantum iuſtitiam offenditis, quę hominem efficit iuſtum: ſed eam etiam, quæ cardinalis eſt virtus, reddens vnicuique quod debetur: à nemine auferens, quod ſuum agnoſcit. Deo debetur honor, laus, reuerentia: non ſolùm hæc negatis ei iuratores: ſed adimitis potiùs, ſacrilegis inhonorantes linguis, abſque metu. Hinc iam de ſecunda tractamus iuſtitia, quæ ad iudiciale pertinet tribunal. Audiant iudices iuſtitię huius requiſita: vt nouerint ea obſeruare in reddendo vnicuique quidquid ei debetur: Deo imprimis, cui eſt debita laus, veritas, gloria, benedictio.

Iuſtitia cardinalis ſpecies tres.

Iuſtitiæ ergo Cardinalis (quam intelligunt communiter homines nomine iuſtitiæ) tres à doctoribus diſtinguntur ſpecies. Prima eſt diſtributiuæ iuſtitiæ, qua Reipublicę bona, munera, officia, magiſtratus, dignitates inter meritos ciues diſtribuuntur. Hęc ad Principes ſemper, ac gubernatores ſpectat, vt notat D. Thomas: rarò ad prætores, alioſque inferiores populi iudices. Ex parte verò ciuium ipſorum dignitas potiùs attenditur perſonę, quàm eius poteſtas, aut diuitiæ. Dignitatem dico probitatis primùm, captus deinde, & poſt hæc meriti ex præſtitis Regi, aut ipſi obſequijs ciuitati. Attendit autem huiuſmodi merita, ad diſtribuendas terras atque dominia inter eos, qui ſunt in hac parte potiores: captum magis quàm obſequia, ad conferendos reſpicit magiſtratus, prælationes, dignitates: ad vtrumque virtutem: quæ & merita auget obſequiorum, & captum etiam mentis, ad munera quęuis obeunda. Pecuniam autem, ſimileſue fortunas minimè attendit, ad conferendas aut Reipublicæ opes, aut dignitates in eos, qui aut ditiores ſunt, aut potentiores. Imo in id quidem attendit perſonarum diuitias in hac parte, vt eos viros, qui egeni ſunt magis, pręferat alijs, ſi pares ſint alijs ſimiliter dignis, quoad cętera meriti, aut dignitatis requiſita. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera: & corona tribuetur tibi in generatione, & generationem.* Non dixit conſidera opes, poteſtatem, fortunas: ſed vultum, & perſonam, pro meritorum qualitate. Eſt autem iuſtitia hæc cinctorium quoddam, quo perſonas metitur gubernator. Verba ſunt Dei, ſcripta calamo Iſaiæ; *Ponam iuſtitiam in menſura.* Cingulum enim menſura eſt, qua menſuratur hominis ambitus, & captus.

Iuſtitia diſtributiua quænam ſit.

S. Tho. 2. 2. qu. 61. art. 1.

Prou. 27. 23.

Iuſtitia diſtributiua cinctorium eſt hominis.

Iſai. 28. 17

Eſt ſecunda iuſtitiæ ſpecies commutatiua iuſtitia: quæ, auctore Ariſtotele, in mutua debiti ſolutione conſiſtit: nempe reſtituo tibi, quod dediſti, ſeu pro debito tantundem ſoluo. Hæc ex parte iudicum ad omnes ſpectat, tam prætores, quàm principes: ex parte litigantium pecuniam ſpectat, non perſonam: vt reddatur cuique, quod ſuum eſt, quiſquis ille fuerit, adeo vt plebeij homines ſępe vincant in lite Regium fiſcum, ac ærarium. Textus prouerbialis: *Qui cognoſcit in iudicio faciem, non bene facit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.* Mirandum eſt, in præcedenti capite, vigeſimo videlicet ſeptimo, dicit Deus iudicibus prouerbium illud, quod & nos pro

Ariſtot. 2. Ethi. cap. 3. & 4.

Iuſtitia commutatiua conditio, & requiſita.

Prouer. 28. 21.

Digitized by Google

prima iuſtitiæ retulimus ſpeciem; *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui*; in ſequenti autem, octauo nimirum ſupra vigeſimum, vituperat iudicem, qui faciem agnoſcit perſonæ. quid dicemus? Numquid contraria inuicem prouerbia? Dei verba inuicem oppoſita? Abſit. Imo noſtram vtramque fulcit doctrinam. Pro iuſtitia nempe diſtributiua, perſonæ vultum oportet agnoſcere: minimè agnoſcere pro commutatiua iuſtitia. Æquè enim nefas eſt, diſtribuere munera, & officia, non attenta perſonæ facie; ac attenta illa ciuiles lites definire. Quòd autem & hæc iuſtitię ſpecies cinctorium ſit, conſtat ex prędictis Iſaiæ verbis, adiectis his, quæ ad iudicium ſpectant, quibus dicit Deus: *Ponam in pondere iudicium; & iuſtitiam in menſura.* (Iſai. 28. 17) Iudicium enim ad commutatiuam ſpectat iuſtitiam: quod ideo in pondere poni præcipit Deus, quòd pecuniam oporteat ſtatera appendi: in menſura item, quoniam ſuper menſurabiles res ſolet non rarò litigari. Diximus autem nuper, cingulum eſſe menſuram quandam; vt viſus ipſe indicat.

(S.Tho. 2. 2. qu. 108.) Tertia iuſtitię ſpecies ad punitionem ſpectat delinquentium, quæ ideo vindicatiua iuſtitia nuncupatur: de qua prædictus S. Thomas. Hęc ex parte punientium contingit vtroſque; & inferiores iudices, & principes ſupremos: vtrumque etiam ex parte iudicatarum perſonarum, pecuniam nimirum, & perſonam: vt prudenter infligatur pœna, & iuxta qualitatem perſonę, & crumenæ quantitatem. Pro huiuſmodi munere eſſe ex vſu iudici cinctorium, non obſcurè dicunt illa Apoſtoli verba: *Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* (Ro. 13. 4.) Gladius autem pendens à cingulo portatur. (*Iuſtitia vindicatiua conditio, & requiſita.* *Iuſtitia vindicatiua cinctorium eſt hominis.*)

Iucundè notabunt auditores, circulare hoc iuſtitiæ cingulum cuiuis iudicum in ea accommodari corporis parte, in qua iuſtitiæ reſidet opus. Regi, quia caput eſt iudicum, iuſtitiæ cinctorium imponitur capiti; Regia videlicet corona, quæ proprium capitis cinctorium eſt, eo quòd in capite reſideat iudicium, ad condendas leges, cæteraſque grauiores regni res prudenter componendas. Ideo corona Regum diadema eſt, vt ſcribitur in libro Eſter; *Accipere Regium diadema ſuper caput ſuum*; (Eſter. 6. 8.) diadema autem Græcum eſt nomen, (Græca.) ſignificans cingere in circuitu. Ciuilis autem fori iudices geſtant cingulum manu ad metiendam cuiuſque iuſtitiam. Eſt ab initio iuſtitiæ hieroglyphicum Virgo libratas lances lęua tenens manu; dextera faſces, fune quaſi cingulo, alligatas, vt Pierius ſcribit; (Pierius li. 42. hiero. c. de Gladio § Periculoſus.) quo ſignificatur, iuſta cuique menſura tribuendum, quidquid ei debetur: & id quidem Virginis manu; quoniam iuſtitia incorrupta eſt, vt quæ nullis corrumpitur neque muneribus, nec precibus. Eſtque notum iuſtitię nomen Aſtrea virgo; quod deplorans cecinit Poeta, eo quòd terræ ambitum relinquens, ad aſtra aufugerit iuſtitia. (*Iuſtitiæ zona cuilibet ex rectoribus imponitur in ea parte, qua ſuum exercet munus.* *Iuſtitia hieroglyphicū.*)

Vltima cœleſtum terras Aſtrea reliquit. (Ouid lib. 1. Metam.)

Criminales autem iudices ſuis in lumbis gerunt cingulum, ex quo gladius pendet ad vindictam. Se ipſos cingulo conſtringunt: vt ſciāt, quouſque liceat ſtringere peccantes, iuſtè cauſam dimetientes. Narranti

Digitized by Google

Ioab iniuſtus Abſalom interfector:

Iuſtitiam corrumpentia dona minimè admittenda.

Balteus quid?

ranti militi, ſe vidiſſe, Abſalonem pendentem ex quercu, dixit hoſtis eius, Ioab; *Si vidiſti, quare non confodiſti eum cum terra? Et ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & vnum balteum. Qui dixit ad Ioab, ſi appenderes in manibus meis mille argenteos; nequaquam mitterem manum meam in filium Regis. Audientibus enim nobis præcepit Rex tibi, & Abiſai, & Ethai, dicens, cuſtodite mihi puerum Abſalom.* Nolo balteum tuum contra iuſtitiam. Eſt balteus, vt Varro ait & latiùs Soſipater, equitis Zona militaris, dextro ab humero pendula, traiecta obliquè ſuper pectus verſus ſiniſtrum latus, aurea ibi terminata bulla, ex qua pendet gladius, vt eſt apud Poetam:

2.Reg 18. 11.

Varro. de inſtit. Soſipater. li 18. rerũ humanarum. Ver.li 12. Æneid.in fine.

> "''' *Infelix humero quum apparuit alto*
> *Balteus; & notis fulſerunt cingula bullis.*

Viſus eſt ergo voluiſſe dicere miles ille ad Ioab: Nolo balteum tuum, quantumcumque nobilem deſignet equitem; cùm ſit iuſtitiæ aduerſus, vt qui non cingit hominem iuſtè, ſed laxus eſt prorſus: eſtque per iniquum pectus obliquè traiectus. Obliqua res eſt; non rotunda, non iuſta. Eſt iniuſtum homicidium: ſiquidem Regię opponitur legi. Fateor, poſſe forſam extendi baltei nomen ad circulare cingulum, lumbos iuſtè conſtringens: quod videtur innuere Poeta ipſe;

Vergil. 6. Æneid. ver. 273.

> """"""" *Teritur qua ſutilis aluo*
> *Balteus; & laterum iuncturas fibula mordet.*

Sed nec ſic eſt à prædicti militis mente alienus. Voluit namque ille dicere ad Ioab; Balteus hic, quem mihi polliceris, non eſt ex illis, quibus cingitur homo: ſed qui pendet ab humero: quandoquidem pro iniuſto actu mihi illum offers cum pecunia.

Iudicibus præbet Deus exemplum quoad omnes triplicis iuſtitiæ ſpecies.

Chriſtus iuſtus iudex præcinctus fidelitatis, iuſtitiaque cinctorio.

Iuſtitiæ Cardinalis obſeruantiſſimus Chriſtus.

Sed & illud etiam delectabit, & iucundius quidem, quod ad rationem attinet, qua triplex hæc cinctorij forma à Deo ſummo Rege, iudice ſupremo deriuatur. Etenim, quoniam Rex ſupremus eſt, capiti ſuo cingulum circumdat, factum ſibi coronam: vt conſultiſſimo cuncta regat iudicio. Eſt valde appoſitus apud Eſdram textus, quo dicit Deus ipſe: *Corona aſſimilabo iudicium meum:* Quod & ad condendas ſpectat leges, & ad regalia dona iuſtè diſtribuenda. De Chriſto autem, quia etiam quatenus homo eſt, conſtitutus eſt iudex, vt teſtatur ipſemet, dicens: *Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio:* Vaticinatus fuit Iſaias: *Iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: & percutiet terram virga oris ſui: & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius; & fides cinctorium renum eius.* Curnam cingulum dicit, & cinctorium? Numquid iuſtitia, & fides, Zonæ duæ? Maximè quidem: altera pro commutatiua iuſtitia, pro vindicatiua altera. Vtramque enim verbis his comprehendit: commutatiuam illis: *Iudicabit in iuſtitia pauperes:* vindicatiuam illis: *Percutiet terram virga oris ſui.* Quamobrem vindicatiua iuſtitia cingulum eius eſt: cinctorium fides, quod ad commutatiuam ſpectat. Non enim fides hac in parte eſt ea, qua cre-

4.Eſdræ.5. 42.

Ioa 5. 22. Iſai 11. 4.

Digitized by Google

dimus: ſed eſt rectitudinis fidelitas, quæ ſæpe fides dicitur; nec aliam capit præſens textus. Itaque in Deo eſt pro diſtributiua cingulum in capite: in lumbis pro commutatiua, in renibus tandem pro vindicatiua iuſtitia.

Chriſtus iuſtitiæ exemplum iudicibus.

In his omnibus iuge nobis Deus præbet exemplum, quod iudices notent, ſuſpiciant, imitentur. Præſertim præbuit, quum apparuit in carne; vt viſibilia eſſent exempla. *Iudices* enim, vt Auguſt. ait, *participatione Dei iuſti ſunt: quamuis comparatione ad Deum non ſint iuſti.*

Aug. li. ad Oroſium contra Priſcialianiſtas.

Nomina magna debentur hominibus in iuſtitia menſura.

Pro diſtributiua iuſtitia non libet peregrina nunc exempla proponere; ſed vnum hoc, quod noſtro lego in Euangelio. Enimuero, præter indicatas iam cauſas, quibus Dei filius voluit circumcidi, vna reſtat hæc, quæ ad diſtributiuam pertinet iuſtitiam. Hoc eſt, vt nomen Ieſus, quod ſupremum eſt nomen, Chriſto applicaretur, tum ob perſonæ dignitatem, tum ob circumciſionis meritum magnum. Nomen enim ab infantia imponi ei erat neceſſarium; præſertim, cùm in populo Iſraelitico cunctis octauo die imponeretur infantibus; nec aliud minùs grande ei imponi licebat, propter ſummam perſonæ dignitatem: quid ergo faciendum fuit, vt nec Saluatoris nomen dignæ illo perſonæ negaretur, nec imponeretur abſque meritis, quibus ſaluandi munus obijſſet? Incipiat (ait Deus) filius meus ex nunc iam officiũ exercere Saluatoris, proprium effundens ſanguinem; quo iſtam inchoet ſaluationem. Nomen enim Ieſus Hebraicè eſt Saluator, vt vertunt Septuaginta, & Hieronymus explicat cum Auguſtino, Beda, & alijs Patribus: eſtque paſſim expreſſum in libris Iudicum, & Eſdræ. Quo igitur titulo appellaretur Saluator, qui ſaluauerat neminem? Sane & nominum nobilium diſtributio ad diſtributiuam iuſtitiam ſpectat; qua merita attenduntur, quum ſignificantur nominibus merita. His attentis diſtribuebant nomina Romani. Sic Deciorum familia appellati ſunt Decij, propter vtilitatem Reipublicæ impenſam à decem viris legum conditoribus. Horum poſteri Decij nuncupantur. Similia ob merita egregijs fruuntur nominibus quatuor ſupra triginta familiæ Romanorum. Cur non idipſum attendat rectiſſimus iudex, Deus noſter? Nonne Iacobo nomen impoſuit Iſrael, quod interpretatur præualens Deo; propterea quòd repræſentatorem Dei Angelum luctans peruiciſſet? *Nequaquam* (inquit) *Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis?*. Eâdem iuſtitia priuauit Iſraeliticam gentem nomine Dominici populi dicens ad Oſee: *Voca nomen eius non populus meus:* reddenſque cauſam, ſubdit: *Quia vos non populus meus.* Non erit vobis nomen, cuius vobis deeſt ſignificatus. Et imponeretne filio ſuo nomen Saluatoris ante vllum ſaluationis actum? Inchoet circumciſionis ſanguine ſaluationem, ſimul ac Saluatoris accipit nomen. Hærent Doctores aliqui conſiderantes illa Apoſtoli verba ad Philippenſes: *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen,*

Circũciſionis Chriſti cauſa.

Ieſus venerandum nomen impoſitum Chriſto ex iuſtitia propter meritum.

Ieſus interpretatur Saluator.

Septuag. Hier. in c. 1 Matth. Auguſt. in medita. Beda in Lucæ 1 & homil. feriæ 4 quatuor tempor.

Nomina imponit Deus hominibus conformia meritis.

Gene. 32. 28.

Oſee. 1. 9

Phil. 2. 8.

Digitized by Google

quod eſt ſuper omne nomen. Quomodo dicitur, datum ei nomen Ieſus propter mortem crucis; cum à circumciſionis die ei fuiſſet impoſitum? Perpendamus (rogo) penſiculatiùs verba hæc. Non enim dicitur, humiliauit ſe factus in morte obediens; ſed *Factus obediens vſque ad mortem*; vt planè commendetur, à vitæ initio ſui humiliationem inchoaſſe, continua obedientia à circumciſione vſque ad mortem; quo in ipſa circumciſionis die inchoans Saluatoris munus, nomine initiaretur Saluatoris; cuius maiorem meruit propter crucis interitum gloriam, venerationem, amplitudinem: *Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Summè ergo oportet, attendant gubernatores, ac iudices, ad diſtribuenda dona, officia, atque ad magiſtratus eligendos, non perſonarum opes, poteſtatem, fauorem; multóque minùs peculiarem amicitiam, & affectum; ſed ſcientiam, induſtriam, probitatem, digna præmijs opera, ac merita. Quod quidem iuſtitiæ genus, quamuis maiori ex parte ad ſolos ſpectet gubernatores, ac Principes; non tamen raró alios quoſuis iudices contingit, etiam prætores, ac ædiles. Eſt, verbigratia, huiuſmodi occaſio, quum ſterilitatis, ac penuriæ tempore in communi horreo deponitur triticum, per domos vrbis iuſtè, atque fideliter diſtribuendum. Quoties in huiuſmodi anguſtijs magnatum domus anguſtiam non ſentiunt? Strictiſſima pauperes premuntur fame? Oppreſſa aliquando Roma huiuſmodi ſterilitate, quum imperij ſceptrum teneret Auguſtus, fecit imperator hic, aliàs frugi, & integerrimus, occultam in ſecretioribus domus penetralibus cœnam, ad quam chariores ſibi viros ſex, totidemque inuitauit puellas, quas Dearum habitu, & cultu ad menſam conſidere fecit, vt notiores ſex repreſentarent Deas, Deos ſex viri illi conſidentes: ipſe Deum ſeptimum, maximumque repræſentans Apollinem, menſæ tenuit caput. Quaſi diceret, Dijs, ac Deabus, quantumcunque eſurirent reliqui, minimè defecturum alimentum. Non vetuit ordinaria pij in omnes imperatoris largitas, nec cœnæ ſecretum, nec electarum paucitas perſonarum, quominus acclamaret multitudo, Deos, Deaſque totum Apollinea in domo vrbis frumentum comediſſe. Heu quot Dij, ac Deæ comedunt triticum temporibus noſtris, quum fames ingruit, ac penuria! Cœnæ illius ſcriptor Tranquillus eſt: at quis ſcribat ſimiles noſtrorum temporum cœnas, prandia, ientacula, conuiuia?

Diſtributio frumenti tempore famis ad iuſtitiam ſpectat.

Frumentū qualiter diſtribuendū tempore famis.

Suet. Trā. in Auguſto Octauiano. ca. 70.

Iam pro commutatiua iuſtitia adeſt celebris illa Chriſti ſententia iudicialis, qua inquirentibus, eſſetne debitum Cæſari tributum, reſpondit; *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Caueant iudices, ne miſerabilibus non faueant; præferant potiùs potentiores: habebunt ſibi auerſum ſupremum iudicem nouiſſimo in iudicio, ſi poſthabuerint diuitibus pauperes. *Facite iudiciū, & iuſtitiam: & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduā nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè. Quòd ſi non audieritis verba hæc: in memetipſo iuraui, dicit Domi-*

Miſerabiles perſonæ in iudicio præferendæ quum ſunt cætera paria.

Matth. 22. 21.

Ier. 22. 3

nus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.

Pergo ad vindicatiuam iuſtitiam. Pro hac gladium iudicis à iuſtitiæ cingulo pendere dixi: audiamus nunc quàm perfectè obſeruet ritum hunc diuinus iudex, accingens ſibi gladium, quem nouiſſimo exerturus eſt die. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, Potentiſsime*: ait Pater ad Filium. Nec otioſa femoris expreſſio: imo magni quidem momenti eſt: eò quòd, quum à cinctorio pendet ſuper femur enſis, vtraque exeritur manu: quod valdè expedit iuſtitiæ. Gerendi enſem modi ſunt tres: quidam gerunt manu, non per diem quidem, ſed ſub noctem: alij ſub brachio, & hi noctu ſimiliter: pendentem alij à cingulo: qui ſolus eſt vſitatus per diem modus. Iudex, qui gladium gerit manu, præceps vtique eſt, noxiuſque iuſtitię. Ideo enim quis gerit per noctem gladium manu, vt ſubitò, facilè, mora nulla vibret, hoſtemque perforet, aut fauciet: nec expediat enſem à vagina: ſed vaginato temerè feriat imparatum. Non ſic debet agere iudex: non repente ferire: non temerè quempiam iudicare: ſed intra vaginam gerere gladium, vt cùm neceſſe fuerit maturè vtraque educat manu, iuſtitia nimirum, & clementia. Vtrumque requiſitum à iudice, maturitas primum in procedendo: id quod & ſupremus ipſe iudex, cùm omnia intimè nouerit, nullaque ad cauſas diſcutiendas egeat indagine, ad iudicum obſeruat exemplum, examinans cauſas ſumma adhibita cautione. Nec in manifeſtiſſimo, communiſſimoque Sodomorum delicto ante exquiſitam voluit iudicare diſcuſſionem. *Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis: deſcendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam.* Egetne Deus deſcenſu, & examine, vt ſciat, quouſque proceſſerint crimina? Imo his ipſis verbis ſe ſcire teſtatur, dum dicit: *Peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Dicit ergo hoc pro inſtruendis exemplo iudicibus, ſicut inſtruit & verbis apud Exodum, Deuteronomium, Paralipomenon, Pſal. & Prouerbia. Loca igitur etiam, in quibus commiſſi ſunt lapſus, proprijs debet oculis ſcrutari iudex: atque in omni cauſa pedetentim, quamuis diligenter agere, ac maturè. Prudens Senecæ conſilium: *Dandum eſt ſemper tempus: veritatem dies aperit. Poteſt pœna dilata exigi: non poteſt exacta reuocari.* Prudens necnon hieroglyphicum illud, quo Iuſtitia in mulieris fortis ſculpebatur ſpecie trahens duas vinctas: vnam, quæ fractum enſem prętendebat manu: alteram, quæ conto innitebatur. Quo ſignificabatur, ſeueritas præceps alligata, fractaque acuta nimis ferri acies; ac per contrarium, innixa conto fœmina deſignabatur reuocatum in manus iuſtitiæ contum, quod in angulo domus erat otioſum. Ita duntaxat vt illi innixa ſit fœmina: vt ſcilicet conſideratè fauciet, & prudenter. Sic conceditur miſericordiæ iuxta rectitudinem locus. Multò minùs licet iudici, ſub brachio gladium ferre: hoc eſt, ſub fauore, quo defenditur à Gubernatore, ſeu Principe. Hic etenim fauor brachium vocari ſolet; vt legimus apud

Pſal. 44. 4

Gene. 18. 20.

Exod. 23. & 23. Deut. 17. & 21. Paral. 19. Prou. 28. Senec. li. 2. de ira. Pier. Val. li. 42 hieroglyphi. ca. de gladio §. Periculoſus

Iudices maturè, & conſultò, nō præcipites, aut effrenes procedant.

Simile.

Iudex diligentiſsima, ac ſolertiſsima procedat indagine, & cautione.

Iuſtitiæ deſcriptio.

Iudicibus iniquum eſt agere quidquid libet fretis fauore ſuperiorum.

Digitized by Google

Ieremiam: *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum.* Pendeat ergo à iuſtitiæ cingulo enſis; tunc maturè, debitè, iuſtè, prudenter exeretur. Ierem.17 5.

Iuſtitia tutrix communis pacis.
Pax populi effectus iuſtitiæ.

Si pro tribus his iuſtitię ſpeciebus vigilans fuerit iudex,& ſollicitus:in tranquilla conſeruabit populum pace. Hæc eſt propria iuſtitiæ conditio: Tullius definiuit: *Iuſtitia eſt habitus, ſuum cuique tribuens; atque ſocietatem coniunctionis humanæ munificè tuens.* Hunc eſſe proximum iuſtitiæ finem leges conclamant omnes: ſolam Hiſpaniæ noſtræ referam legem, ſeu ſolam legum præfationem. *Catamos carreras para ſaber derechos, con que mantener los pueblos en Iuſticia,y pax.* Verè effectus eſt pax,vbi vera viget iuſtitia. Verbum eſt Dei, *Erit opus iuſtitia pax.* Effectus ipſe coruſcauit Romæ; cuius imperij fœlicitatem, diuturnitatemque ac victorias admirans Vegetius, cauſam vnicam probat obſeruantiam fuiſſe iuſtitiæ. Quam quum paululum relaxari vidit Scipio, Factum eſt de te, dixit, ô Romanum imperium, vt ſcribit S. Auguſtinus, & oſtendit euentus. Quod probè intelligens Maximus Valerius, ſcitè dixit; Athenienſium imperium futurum fuiſſe perpetuum, ſi eorum iudices iuſtas Solonis leges ſeruauiſſent.

Cic.l.5.de finibus.
In prol. l. partitarũ Hiſpan.
Iſai.32.17
Veget. de re mil.c.1.
Aug de ciuit. Dei l 5 c.12.

Romani quamdiu iuſtitia perſtiterunt, imperio ſerua ſunt potiti: deſtituti, iuſtitia deficientes.
Athenienſes priuati ſunt imperio, eo quòd Solonis leges ſeruare deſtiterint.
Solonis leges prudentiſsimæ.
Iudices ſuper populum vigilare debent.
Iuſtitia murus vrbis.

Ex quo fit,vt iudex quiſque non ſolùm debeat ſingulares perſonas cinctorio metiri iuſtitiæ:ſed totam eodem cingulo per circuitum cingere ciuitatem, & hanc maximè. Ideo circumciſionem facimus cingulum,vt metiens iudex vrbem in circuitu,quidquid ſuperfluum viderit,circumcidat. Quænam eſt populi defenſio;niſi murus in gyro ciuitatis? Fortior profectò murus eſt iuſtitia in circuitu ſita; omne ſuperfluum circumcidens. Vigiliam hanc iudicum impensè commendauit Platonica lex; ſed elegantiùs dixit Cicero ad ſollicitos iudices; *Diligentius vrbem religione, quàm mœnibus cingitis.* Peruigil hoc cõmunis hominum virtutis, vitijque in ſuo populo ſcrutinium erat Iob ante oculos,qui propterea dixit; *Cauſam, quam neſciebam,diligentiſſimè inueſtigabam.* Quæ verba conſiderans Chryſoſtomus, ait; *Iob præuertens, luſtrabat omnia, multa adhibita diligentia.* Erat enim populi gubernator & Princeps, vt latè probat Pineda noſter.

Plato l.7. de legib.
Cic.l.3.de natura Deorum.
Iob 29 16
Chryſoſt. in hunc locum.

Quapropter, ſicut qui cingit pergamis vrbem,quoſlibet exorbitantes angulos circumcidit: ita rectus iudex debet excindere, quidquid à recto excedere videt,ſit,quæcunque fuerit exorbitans domus. Cùm enim iuſtitia zona cingens ſit, atque menſurans, ponduſque æquat æ,vt diximus,lancis:iniuſtus quidem eſſet iudex,qui alios ſtrictè cingens, crimina ponderans aliena, nec ſe præcingeret, nec ſuos, nec eadem domi ſuæ vteretur,qua extra illam vtitur, trutina. *Pondus, & pondus, menſura, & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum.* Adulteri hominis oculi ſuæ limitem ſphæræ tranſgrediuntur: nonne eruendi,vt in iuſtitia,& pace maneat ciuitas? Eruendos vtique decreuit Locrenſium lex:iuſta quidem:ſed num alienis in oculis complenda: non item in proprijs,aut domeſticis? Mirabile dictu:deprehenſus fuit in adulterio proprius Zeleuci imperatoris filius: quid circa eum pater iudicauit? Mirabile(inquam)dictu: legem quidem in eo executioni mandari iuſſit: vnuſque oculus coram ipſo parente filio erutus

Pineda in Iob c.1.v. 1. § An Iob fuerit Rex.
Prou.20. 10.

Adulteri oculi eruendi
Adulteros priuatione oculorum damnauit Locrenſium lex.

Digitized by Google

fuit. Cumque paterna viſcera tam ſæuum in filio ſupplicium vltra ferre non poſſent: ſibi ipſi oculum alterum pro eruendo filij oculo erui fecit; ne, vel legem erga alios non obſeruare compelleretur, qui non obſeruaret in filio; vel, ſi in alijs, dimiſſo obſeruaret filio, iuſtæ querelæ, ac notæ cauſam populo exhiberet. Eſt auctor Maximus Valerius.

Iudices, vt iudicialem iuſtitiam ſeruent, legalem imprimis cuſtodiant neceſſe eſt.

Valerius Max. l. 6. c. 5.

Sed enim, quamuis pro humana oſtentatione ſimiles actus memorandos ethnici iudices adierint: perfecta nihilominus iuſtitiæ cardinalis obſeruatio aliam profectò exigit iuſtitiam, legalem ſcilicet, cuius pars eſt iuſtitia cardinalis, ſicut & reliquæ virtutes. Cùm enim ſumma iuſtitiæ huius amor in Deum ſit, debitaque illi reuerentia; nemo vtique, qui non habuerit ante oculos Deum, neque eius arſerit amore, poterit non ſæpe ab omni deficere iuſtitia. Ideo B. Bernardus ſcripſit verba hæc ad primarium Eccleſiæ iudicem, ac Principem Eugenium: *Parum eſt iuſtitiam tenere, niſi diligas. Qui tenent, tenent: qui diligunt, zelantur. Amator iuſtitiæ inquirit iuſtitiam, & proſequitur eam: porro omnem iniuſtitiam perſequitur.* Itaque vbi iudex ſibi iuſtus eſt; ipſa quidem iuſtitia facit eum ardere zelo iuſtitiæ aliorum, eamque zelari: perſequi populi vitia, curare, vt omnes ſtudeant probitati. Arripit iuſtitiæ gladium, vt populi vitia in gyro circumcidat: ipſiuſque iuſtitiæ cingulo metiatur, ac præcingat.

Iuſtitia iudicialis legali innititur, eaque firmatur, & munitur.

Bernar. de conſid. ad Eugen. l. 3

Me quoque oportet cingulo iam perſtringere concionem: vt eius epilogus cinctorium ſit, cinctorium ſit epilogus. Sed numquid in epilogum reducendæ ſunt, ac recolendæ, quatuor illæ fœminæ, à quibus concionem inchoaui; quæ ſcilicet hodie ſummo mane binæ per domos diſcurrerunt, placidos viris annos implorantes? Fortè moleſtum eſſe poſſet, egreſſum hunc identidem inculcare; præſertim omiſſa conſueta populi in die hoc ſalutatione. Imò & vereor, ne aliquæ forſitam ex adſtantibus fœminis, quæ me audiunt, dixerint iam; heu quàm moleſtus eſt prædicator hic, qui ad reprehendendas reuertitur fœminas. At enim multò magis vereor, ne multi ex adſtantibus, inquieti ſermonem audierint, optantes finem, vt celeres exeant, quænam fœminæ ſint, inquiſituri. Ne autem & reliquum miſſæ inquieti audiant, dicam, quæ illæ ſint: & narratione hac fœlices me vobis annos precatum fuiſſe putabo. Si enim annis proſperis ipſæ viros multos ſalutauerunt in aurora: cur non & proſperos adſtantibus, tam viris annuntiabunt, quàm fœminis? Sint ergo quatuor hæ concionis epilogus. Scitote quatuor has eſſe miſericordiam, veritatem, iuſtitiam, & pacem. Qui diluculo hoc fœminas iſtas, quales dixi, exiiſſe, narrauit mihi, Vates Rex eſt, dum cecinit pſalmo octuageſimo quarto; *Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi; iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt.* Harum concurſum præſenti compleri die, tota hæc concio monſtrauit; nec aliud præterea intendi prædicare. Miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi; nempe circumciſio, & impoſitio nominis Ieſu. Proprij ſanguinis effuſio ſumma Chriſti eſt miſericordia; cùm pro nobis immeritis effuderit: nomen Ieſu veritas eſt: ſi quidem Saluatoris nomen in vero fundatur ſaluandi actu: eſtque item ex eo veritas, quòd cir-

Pſal 84. 11

Miſericordia & veritatis vnio facta à Dei filio.

Digitized by Google

cumciſionis figura acceperit hodie complementum. Duæ hæ obuiaerunt ſibi ardenti zelotypia: quoniam veritas zelotypa eſt, detegitque crimina impiorum, eoſque æterna oſtendit dignos punitione: ſed facit piè miſericordia, vt æternum iniquorum ſupplicium in diuini ſanguinis effuſionem, ſi verè pœniteant, commutetur. Iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt, quatenus, vt dixi, pax populi eſt effectus iuſtitiæ; vt & effectus ipſe, & verba illa oſtendunt Iſaiæ; *Erit opus iuſtitia pax.* Geſtat miſericordia tinctam minio veſtem, quam *encarnada* dicimus Hiſpani, eo quòd miſericordia humana ſit: *Benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris noſtri Dei.* Fimbria rubra eſt, ex elicito nempe circumciſione cruore. Aureus veſtis ornatus, & argenteus proprius eſt miſericordiæ; eo quòd ipſa munifica ſit, multas cunctis erogans tam corporales, quàm ſpiritales eleemoſynas. Veritas læui induitur ſerico, quod nos dicimus *raſo*: quoniam ipſa raſa eſt, abſque complicamentis: albo, quia nullis veritas fucat res coloribus. Nullo operta pallio: quoniam palliata veritas non eſt integra veritas. Iuſtitia croceo induitur, propter effuſum delinquentium cruorem: panno, non ſerico: quoniam iuſti iudices non diteſcunt iuſtitia. Veſte parum compoſita: qua è lectulo ſurgunt: quoniam exacti iudices ſeminudi deſerunt lectum, quum res exigit. Et fert iuſtitia ſicam in cinctorio: quoniam, vt dixi, vindex eſt. Pax induit pretioſum veſtimentum vario colore, multo & auro, & gēmis collucens: quoniam quum pace fruitur populus, abundāt diuitiæ. O bone Ieſu! Tu *benedices corona anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate:* quoniam tu es noſtra iuſtitia ſanctificatio, & redemptio, & tu pax vera. *Orietur in diebus eius iuſtitia: & abundantia pacis.* Ecce orta iuſtitia: & pax quoque nobis orta eſt, in terra pax hominibus. Pax quidem in terra; non, vt in terra finiatur, ſed vt in terris inchoata, perennet nobis æterna in cælis beatitudine.

Iuſtitia, & pax vnita valde.

Iſai. 32. 17

Titum 3

Pſal. 64. 12.

Digitized by Google

IN EPIPHANIA DOMINI.

SERMO I.

Matth. 2. 2.

Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum.

Verbum diuinum humana naturæ unitũ, perfectiùs loquitur, ad huc quum ſilet, quàm verba noſtra, illud edifferere nitentia.

LEPIDISSIMA illa, quæ inter vernantes in monte Dei fratres cęlicum ſugens apis rorem, dulci ſtillabat melle Bernardus, cùm illum ore carperet rorem, cui dixerat Deus: *Fluat, vt ros, eloquium meum,* adeo ſenſit ſuauem, adeo ſalubrem, adeo indeficientem, rorem illum, vt ipſam Dei agnoſcens ſubſtantiam, dixerit pio cuique auditori, *Quid quæris verbum in verbo?* Dilecte amice, qui me audiens, mea de verbo hoc, quod factum eſt caro, expectas verba, quid (rogo) quęris verbum in verbo? Infans tenellus hic, qui natus eſt nobis, Verbum Dei eſt, non ſicut noſtra aëreum verba: ſed diuina ipſa Dei ſubſtantia, ac Deus ipſe: quod ergo verbum oris humani idonea eſſe tam diuini verbi poteſt gloſſa? Silet verbum hoc, infans quippe verbum, cùm factum ſit caro: tamen ſic taciturnum omnia omnino expromit, expreſſum ipſum ore Dei. Eſt Verbum hoc in pectore Patris: ibi inueniet illud quiſquis quærit: quidnam opus eſt, in verbo ipſo quærere verbum, cùm quæcumque de illo dici poſſunt verba, verbum cõtineat ipſum, pandatque prę illis perfectiùs, ſuauiùs, luculentiùs? Veniunt hodierna die Magi Reges remotis è terris verbum hoc carne opertum quæritantes, publicoque præconio perquirentes: *Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum.* Verbum quærunt hi, verbum inueniunt: ſed quodnam in verbo quærunt verbum? *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum.* Adorant verbum procidentes: ſed quibus verbum verbis adorant? Nullum ex ore eorum ſonat verbum. Nihil dicunt ad puerum: nihil loquuntur ad parentem: ſed eo inuento protinus procidunt, hærent, ſtupent, admirantur. Mirabile dictu, quod nil penitus dicant, quum quæſitum inueniunt verbum, qui publicis illud quæſierant verbis. Vident ſtellam Magi orientali in regione à nato nunc infante creatam, vt eum natum indicaret: credunt illi natum, natum Regem, Regem ſupremum Iudæorum, quem futurum Meſſiam expectabant: proſiliunt celeres quærentes eum adorandum, pretioſiſque honorandum muneribus: clamitant per itinera & popu-

Deut. 32. 2.

Bern. ep. in qua de Natiuit. Domini ſcripſit.

Magi Reges inuento infanti Chriſto nullum locuti verbum referuntur.

& populos, vbi eſt, vbi eſt, qui natus eſt nuper Rex Iudæorum? Inueniunt, procidunt, & ſilent: quid hoc, niſi agnitio, qua, quem nouerant Regem, noſcunt iam verbum? Quænam (rogo) ſunt verba, quibus Reges hi inuentum alloquuntur Regem, cuius deſiderio tam anhelo è patria properant pectore? Quidnam dicunt, quum ſuum vident creatorem? Quid, quum creatorem vident infantem? Quid, quum vident in ſtabulo? Quid, quum in præſepi? Quid, quum nullo Regio comitatu, ſola Virgine adſtante cum Ioſeph ſponſo; niſi aliquis fortè interſit ex paſtoribus? Multa ſanè loquendi materia, fandi vrgens occaſio, nunquam vllibi tanta; & tamen nullum ex eorum ore verbum penitus auditur. Vnum, nec plura, eorum verbum refert Chronographus; ſed illud quidem ante prolatum, quàm Deum ex Virgine inuenerint natum; imo & antequam perueniant ad vrbem, in qua natum inueniunt: inuento nullum proferunt verbum. Fantur, vt inueniant; vt inueniãt, Reges fiũt præcones. *Vbi eſt? vbi eſt? Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum?* nullum inuento iam proferunt verbum: quidnam? Num inertes eloquio? Atqui Magi ſunt, omni ſapientiæ & eloquij genere præſtantes: quid igitur eos facit mutos? Nonne dixi vobis à principio? *Quid quæris verbum in verbo?* Sunt coram verbo Magi, ſunt coram ipſa genita ſapientia: quænam proferant verba coram verbo? Qua ſe ſapientia oſtendant ſapientes coram ſapientia ipſa: à qua ſcientia omnis deriuatur? Proferunt quidem, proferunt, proferunt: ſed quidnam proferunt? Non verba: munera potiùs proferunt grandia, munera tria Reges tres: *Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham*: ſapientiæ theſaurum non aperiunt, verba vt proferant ſapientum: eò quòd ſummum ſapientiæ theſaurum inter paleas videant in præſepio. Sunt Principes hi primitiæ, ac duces hominum omnium, qui adoraturi veniunt hominem Deum; vt eos ex verbis imitentur, & factis. Verba eorum ſunt; *Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum*: verba noſtra ſint eadem: Vbi eſt Deus noſter? Sit noſtra eadem auiditas, anhelitus idem: Vbi eſt Deus noſter? Vbi inueniam Deum: vbi inueniam? Hæc ſunt verba Magorum; hæc legimus hodie in Euangelio, præterea nulla Regum verba. Hæc ſint verba noſtra: ſed facta ea ſint, quæ ipſimet Domino, vt offerunt Reges, offeramus. Inquiramus igitur, *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* Reſpondet Lucas, primum quidem eſſe in manibus Virginis; deinde inter paleas in præſepio. *Maria peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio.* Ecce manibus illa reclinauit eum; priùs igitur eſt in manibus eius, quàm in præſepi reclinatus: ac conſequenter in manibus eius quærendus eſt primùm; vt & ipſa oſtendat nobis prima, & impetret gratiam, qua eum vbique inueniamus. Quòd ſi quæſito affertis munera infanti; in matris manibus deponẽda ſunt munera, cũ ille ſit in matris manibus. Eſtis diuites vos, qui munera ferre valeatis: pauper penitus ego: cui ſolũ proferẽdi verba competit munus. Tamen non ideo vacuus accedam: tria verba faciam munera tria, quæ ditiſſimus Angelus Virgini

Math. 2. 11.

Luc. 2. 7.

Luc. 1. 28.

huic offerre non erubuit: *Aue, gratia plena, Dominus tecum.* Nec maiora his illa Regum munera. Nam vocabulum, *Aue*, incenſum eſt, vtpote quo ſit Mariæ ſalutatio: nomen, *gratia plena*, obrizum eſt aurum: ſiquidem totus animi theſaurus eſt gratia, quo deauratur totus, quo reſplendet, quo & eſt eximij pretij: dictio denique extrema, *Dominus tecum*: quidnam eſt, niſi myrrha? Si enim huius virtus eſt, vt res conſeruet: nihil profectò tam plenè conſeruat, quàm Dei aſſiſtentia, qua cum homine eſt, præſertim cum Virgine parente. Vtque Magos in omnibus ſequamur: ita dona hæc oportet offerre, vt ſicut illi *Procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera*: ita & nos, ad offerenda noſtra, procidamus, dicentes, *Aue Maria.*

Maria obtulit Gabriel verba tria eo modo quo Magi Reges tria filio eius munera obtulerunt.

Aue Maria.

Quum Deus Opt. Max deleto iam, ac purificato diluuialibus aquis orbe vniuerſo, nouum voluit mundum inchoare; in nouæ aſſumpſit generationis initium ſatores hominum tres, Sem, Cham, & Iaphet, Noëti filios, quos occupata aquis terra vniuerſa, illæſos in arca liberauit. Cæteri homines, præter hoſce tres cum vxoribus ſuis, ac vtroque parente, diluuio illo perierunt, atque ita *Ab his diſſeminatum eſt omne hominum genus ſuper vniuerſam terram.* Tres igitur orbis regiones, Aſia, Europa, Africa, à tribus his excultæ ſunt, & occupatæ: poſtea reliquum terræ longo temporum ſucceſſu. Sunt itaque hi tres parentes noſtri; à quibus vitam duximus, per quos item ſumus, primo auctore Deo. Adſunt nobis hodie Reges tres ſpiritalis orbis ſatores; quos diuinus Noë, Saluator noſter, continuò ex inuiolata egreſſus arca, Virgine parente, ex gentilibus aſſumpſit populis, vt nouæ creationis, ſeu regenerationis ſpiritalis faceret genitores, fidemque ſuam in Eccleſiam omnem dilataret. Eſt tanta inter illos tres naturalis hominum ſtirpis propagatores, & tres Reges hos ſpiritalis vitæ initiatores conformitas; vt, cùm ex illis vnus fuerit fuſcus, fuſcus item fuerit ex his vnus. Fuit fuſcus Cham, ſeu certè fuſcorum hominum parens: cùm Æthiopes omnes primi filij Cham, nomine Chus, ſint fuſca propago, atque poſteritas; vt ſcribit Ioſephus, applaudente Hieronymo, Iſidoro, & tranſlatione Septuaginta. Fuiſſe quoque fuſcum tribus ex Magis vnum, narrat Beda, nomenque exprimit Balthaſarem; cùm ſeniorem nominet Melchiorem, Gaſparem ſecundum. Facit illud Euangelij noſtri dictum: *Ecce Magi ab Oriente venerunt*: quandoquidem Madianitæ Æthiopes orientales ſunt, vicini Sabæis, ex quibus fuiſſe creditur ex tribus his vnus, aut certè vterque, Melchior, & Gaſpar; vt impleretur vaticinium; *Reges Arabum, & Saba dona adducent.* Conſtat autem, Magos hos aut Madianitas fuiſſe, aut eis proximos; cùm ad Chriſtum ducti venerint ſtella, quam prædixerat vaticinans Balaam, qui fuit Madianites, vt conſtat ex 22. Numerorum capite. Verbis namque his prophetauerat ille: *Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.* Et quidem, vt ad amuſſim congruant omnia, voco Magos iſtos ſpiritalis filios Noë, Chriſti ex Virgine egreſſi, eò quòd fide, & gratia, qua cum cultu propenſaueruut filij fuerint eius adoptiui. Nec enim feſtina-

Gen. 9. 19

Magorum vnus fuſcus

Gen. 10 6. Ioſeph l. 2 Antiq. Hiero. in Gen. c. 1. Iſidor 10. Septuaginta ibi. Beda in collectaneis non longè à principio. Matt. 2. 1. Pſal 71. 10 Num 22. 7. Num 24. 17 Orig ho. 13 & 18 in Num.

Cham fuſcus, origo Æthiopum.

Æthiopes oriundi à Chus, primo filio Cham.

Magi Reges Sabai & terra Madian.

tione tanta, theſauris tantis properarent, niſi diuina moti fide vltra ſtellam, & gratia: vt contemplatur Auguſtinus, putat certum Chryſologus. Vtque cum Chryſologo adducamus Chryſoſtomum, dixit & hic ſimiliter: *Quod proculdubio fecit & ſtella, quam viderant, & à Deo donata lux, quæ illorum mentibus, quaſi aliud quoddam ſydus effulſerat, eoſque paulatim ad perfectiorem ſcientiam prouehebat.* Eſto autem, gratia hæc, qua fuerunt allecti, ſola illuminatrix eſſet gratia: non tamen eſt dubium, quin coram Deo homine proſtrati, cumque adorantes, & colentes, gratia quoque induti fuerint illa, quæ iuſtificat homines, facitque Deo gratos, placitos, filios adoptionis. Omnia certè vtrinque concurrunt indicia, tam ex parte infantis, quàm Magorum. Nam qui mundi Redemptor habens iuxta ſe ſui tempore interitus peccatorem latronem, diſpoſuit illum, vt intimè ſuper ſua dolens ſcelera, veniam obnixè poſtularet, petitamque facilè conceſſit & largè, dicens ei, *Hodie mecum eris in paradiſo*: nonne promptior diſponeret homines, quos ortus ſui tempore ad pedes ſuos vidit cadere, ex remotis propter eum terris aduenientes, reuerentiſſimè adorantes, ſuos illi theſauros aperientes, omnia propter eum pericula mortis ſuperantes? Nonne & Magi ipſi credendi ſunt, ſummè doluiſſe ſuper actæ priùs crimina vitæ, intimoque amore infantem dilexiſſe, propter quem à ſuis exceſſerunt vrbibus labore tanto properantes, tot onuſti theſauris, quos offerrent ei, tot eum obſequijs adorantes? Meritò ait Rupertus: *Hi tres homines tribus partibus orbis, Aſiæ, Europæ, atque Africæ, fidei, & confeſſionis, atque adorationis exemplar extitere.*

Magos veniſſe ad Chriſtum ductos ſpirituali mentis ſtella, fide, & gratia.

Baſil. ho. de huma. Chriſti gene. Hiero. in Matth. 2. Theophilact. ibi. Iſid. l. de de paſſione Dom. c. 13. Aug. ſer. 7. de Epiphania. Chryſol. ſerm. 155. Chryſoſt. hom 9. in Matth. Luc. 23. 43 Rupert in Matth. l. 2. c. 1.

Hodierna igitur feſtiuitas manifeſtationis Chriſti eſt, qua ſe gentibus cunctis notum dedit, notumque Patrem Deum: cùm in ſola antè fuiſſet notus Iudæa, raro, & parcè in alia extra Iudæam domo, aut vrbe. Id enim ſignificat nomen Epiphania, quod Græcè eſt apparitio, propterea quòd Saluator mundi hodierna die gentibus benignus apparuerit. Eſt propter ea feſtiuitas hæc feſtiuitas noſtra: quæ ideo Epiphania proprio dicitur titulo, quod propriæ ſit totius ſolennitas Eccleſiæ, propria omnium noſtrum, qui ipſa Eccleſia ſumus, quam Deus ex gentibus fundauit. Tanto quidem gaudio dignus eſt dies, vt multis retro annis præſcius inuitarit feſtiuum ad tripudium Iſaias omnem gentium nationem verbis illis: *Lauda ſterilis, quæ non paris: quoniam multi filij deſertæ magis, quàm eius, quæ habet virum*: nempe quàm Iſraëlitica natio. *Dilata locum tentorij tui; & pelles tabernaculorum extende. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis: & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* Quę verba in propoſitum hoc pro fœliciſſima regni Dei ex Iudæis ad Gẽtes tranſlatione afferens Apoſtolus, ad alacrem nos, qui ex Gentibus ſumus, exultationem inuitat. O Chriſtiani auditores! Si calleretis eximium hoc, quod hodie à Deo, accipitis donum! Si intelligeretis, quam fœlix dies ortus eſt nobis! Si agnoſceretis, diem hũc eſſe diem, in quo

Iſai. 54. 1. Gal. 4. 27.

Digitized by Google

1. Pet. 2. 9

Deus *De tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.* Hæc quidem omnia intimè ſciretis, ſi ea ipſa lux oſtenderet vobis, quantum bonum ſit Deum agnoſcere, Deum adorare, Deo vos mancipare, tradere, parere. *Noſſe enim te, conſummata iuſtitia eſt: & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis.*

Sap. 15. 3.

Epiphania tempore inuentus à Magis Chriſtus in diuerſorio, in quo natus eſt.

Scio, videri poſſe minimè tanto dignam ſolatio Epiphaniam hanc tam alienis à gaudio ſignis in ipſo Magorum aduentu celebratam, vt quæ caruit omni apparatu, omni comitatus maieſtate, imo quæ in ſumma fuit abiectione, ac ſolitudine, quum *Intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius*: nec domum quidem nobilem, dignamque homine honorato: ſed beſtiarum ſtabulum, in cuius præſepi ſumma iacebat infans paupertate. Ibi enim à Magis inuentum, Patres conſentiunt omnes, Nyſſenus, Gregorius, Cyprianus, Chryſoſtomus, Nicephorus, Theodoretus, Anciranus, Euſebius, Leo, Auguſtinus, Hieronymus, Fulgentius, & Bernardus. Vbi eſt ergo ampliſſima tentorij dilatatio? Magnifica domus amplitudo? Immenſus loci captus, quo à ſiniſtris, ac dextris mundus confluat? Vbi ornamenta? Vbi apparatus? Vbi famuli? *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Hæccine eſt tentorij maieſtas? Hæccine Regibus parantur hoſpitia? Hæccine gaudij ſigna, atque lætitiæ? Quid dicemus ad hæc? Dicetis vos, & dicam ego. Partes ego agam infantis: vt, quàm benè cum Regibus egerit, aperiam: veſtram vos cauſam tuebimini: ſi ea diſpoſitione, ea reuerentia, eis muneribus, quibus Magi acceſſerunt, accedatis.

Gregor. Nyſſ. ora. de Natiu. Cypr. de ſtella & Magis. Chryſ. homil. 6. in Matth. Niceph. l. 1. c. 13. Theodor. Anciran. oratio. de Natiuit. Euſebius Emiſſ. ſer. de Epiph. Leo ſerm. 20. de Epiph. Aug. ſer. de Epiph. Hier. ep. 17. & 27. Fulgent. ſer. de Epiph. Bern. ibi.

Chriſtus adoratus à Magis in præſepio.

Duo in cauſa hac ad excipientem Reges attinent Chriſtum: alterum id, quod ad viaticum requiritur, vt ad eum commodè perueniant; alterum, quod eſt ex parte hoſpitij, quo ſibi iam præſentes honorauit. Pro viatico miſit ad eos ductricem ſtellam cum antiqua Balaami prophetia, interiorique luce, qua eum natum, dignumque adoratione intellexerunt: in hoſpitio ſe ipſum præbuit cum matre ſua conſpiciendum, gratiam eis vberrimam in animos, egregias in ſenſibus, ac potentijs indidit virtutes. Hæc diuinus Rex. Illi, poſt acceptum viaticum, onuſti venere muneribus: muneribus onuſti redierunt. Quàm ſint magna hæc, vtrinque perſpecta, aperire iam expedit. Verumtamen, quoniam viſibilia hæc, & ſydus, & munera, inuiſibilium ſunt repræſentatio, nempe lucis diuinę, viam nobis ad Deum indicantis, gratię, atque virtutum, quibus ditat accedentes, vtrumque vna ſimul via proſequemur, inuiſibilia hæc per ea, quæ hodie apparent, expendentes.

Vocatio diuina nemini deficiens. Auxilium præueniens cunctis impenditur. Opera noſtra cooperantia Deo vocanti requiruntur.

Igitur, quod ex parte Dei eſt, primùm vocat homines interna inſpiratione, interno tactu, luce perfundens animos, ad dignoſcendam ſalutis viam, ſolamque eſſe viam ſalutis, quam oſtendit. Quod ſi vocatus homo reſpondeat ei, volens adiuuari, vt per viam hanc ad ipſum tendat, fugiens nimirum eas, quibus irretitur, lapſus occaſiones, incumbens necnon aliquibus virtutis operibus, quibus ſe quadātenus diſponit, orationi pręſertim, petēs à Deo vires, & gratiā, qua deteſtans crimina, ad Deum ipſum gradiatur, prębet tunc ei Deus ipſe manum,

Digitized by Google

Iuſtificationis ordo, ſeu greſſus.

Arbitrij hominum libertas plena.

deducens eum per viam hanc, qua ſponte gradi caput. Eſt appoſitum valde dictum Iobi, quo ad Deum ipſum loquitur: *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.* Ecce ante omnia vocat Deus: reſpondet deinde, diſponens ſe, vocatus homo: tandem reſpondenti porrigit Deus dexteram efficaci concurſu, quo, vt pergat per viam, eum ducit, & adiuuat. Hic eſt æternę ordo ſalutis; hæc via cœli: hoc ſalutationis noſtræ momentum. Itaque voluntariè reſpondet vocanti Deo homo, dicens, velle ſe vltro duci ab eo: paratuſque ita, ducitur quidem à cupientiſſimo ſaluandi eum Domino. Simile dixit Vates Rex: *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum: quia ipſam volui.* Primùm implorat mentis lucem, ad indagandam Dei legem, & viam; deinde orat, vt volenti ſibi, audeque per ſemitam hanc totum vitæ huius iter agere optanti porrigat manum, ſeque omnino deducat: ſiquidem non violentum deducit, ſed quia talem ipſe voluit ſemitam. Sciebat vterque, tam Dauid, quàm Iob, neminem ad Deum ire poſſe, niſi hac præuentus claritudine, quæ ſupra ipſum eſt naturale humanæ mentis lumen. Quę non ſolum eſt ſcholaſticorum cum Diuo Thoma certa doctrina; ſed & Conciliorum definitio, Arauſicani præſertim, Mileuitani, Tridentini. Quin & ipſius etiam Chriſti, dicentis; *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.*

Iob. 14. 15. Pſal. 118. 34. S. Tho. 1. 2 q. 109. art. 7. Con Ara. Mileuit. Tridenti. Ioa. 6. 44.

Lux mentalis ad ſalutis viam dignoſcendam, cunctis à Deo præſtita.

Præbet vniuerſis hominibus Deus mentalem hanc lucem, deſtituta nemine; tametſi clariorem alijs, alijs minùs perſpicuam; ſufficientem tamen ad viæ cognitionem. *Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.* Satis manifeſtè expreſſit ipſe Dei filius in parabola illa, quæ ad cœleſtes nuptias, & cœnam iuſſit vocari omnes, non proceres tantùm, ſed & pauperes, debiles, abiectos, *Miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent: quia iam parata ſunt omnia.* Dedit in vtroque teſtamento mentalis lucis ſymbolum Deus viſibile lumen. Nam in ipſo puncto, quo populum ſuum à ſeruitute eduxit Ægyptiaca, *Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo.* Numquid de viſibili luce, quæ à temporalibus educens homines ęrumnis, ad proſperitatem duxit temporalem, cura Deo ſedulior, quàm de diuini influxu luminis, quod ab æterna educit captiuitate, in vitam inducit ſempiternam? Si nunquam defuit illis columna per diem nubis, nunquam per noctem ignis columna, quis dubitet, vel vno deficere hominibus inſtanti ſpiritalem lucis columnam, quæ verè hominibus columna eſt, cui ad cœli iter innituntur? Si in columna illa pręcedebat homines Deus ipſe; nonne præcedet ipſemet Deus ad æternæ ſalutis viam, cùm ipſemet ſit ſplendidiſſimum lumen, de quo Ioannes; *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum?* Symbolum autem.

S. Tho. 1. 2 q. 109. art. 10. Scholaſti. ibi. Iſai. 40. 29. Luc. 14. 17. Exod. 13. 21. Ioa. 1. 9.

quod in nouo dedit teſtamento, hæc ſtella eſt, quo Magos adduxit ad ſeipſum. Hęc præclarius quidem ſymbolum fuit: tum, quoniam non ſolùm ductrix à loco ipſo, in quo diuinus aderat infans: ſed miſſa etiam ab eodem Domino ad proprias Magorum ſedes, quæ à Bethlehem remotæ erant: imo iuxta acceptam nonnullis ſententiam, remotiſſimæ; nempe in fœlice Arabia; vt intellexerunt Tertullianus, Cyrillus Alexandrinus, & Lyra, iuxta Regium illud vaticinium; *Reges Arabum, & Saba dona adducent*; aque adeo trecentarum diſtantia leucarum; tum propter celeritatem in ducendo, quæ tanta fuit, vt cùm ducti ab antiqua illa columna Iſraelitæ, quadraginta in itinere ab Ægypto ad Iordanem conſumpſiſſent annos, ſolis diebus tredecim peruenerint Magi ad nati conſpectum infantis. Sic enim ſcripſere Nicephorus, Ammonius, Albinus, conſentiente Auguſtino, & poſt eum Anſelmo. Apparuit ſiquidem ſtella Magis ipſomet die, quo Chriſtus eſt natus, vt notitiam eius nulla eis ingereret mora: quod ſenſerunt idem Auguſtin. Leo, Fulgentius, & Angelicus Thomas. Nunc dicite vos: quidnam potuerit aut egregior eſſe, aut magnificentior apparatus in itinere ipſo, quàm ſtella hæc, quę Magos ſic duxit, & reduxit? Quis ex Regibus terræ tale vllum potuit ad Reges alios mittere viaticum? *Vidimus ſtellam eius*: Eius ſtella eſt, & quòd eum deſignet, & quòd ab eo ſit creata, tanquam ab vniuerſali creatore, non initio mundi cum ſyderibus alijs; ſed in die hac, ad hoc ducendi Magos munus, vt ſenſere Baſilius, Chryſoſtomus, Origenes, Auguſtinus, Leo, Fulgentius, Damaſcenus: qui certis probat argumentis. Certè, quum vos nobilem aliquem virum viſitatis, non tam pompam attenditis domus, quàm viri in prouidenda, ſi diſceditis noctu, accenſa face vrbanitatem. Vulgares viri, atque plebeij, eo imprimis nobilitatem viri metiuntur, quod delectat oculos, guſtum, auditum: attendentes aulæa, tabulas, tapetia, muſicam, menſas, cibos, famulos, nihil de paratis ad iter lucernis cogitantes: nobiles autem non tam attendunt hæc, quàm, ſi ædium dominus paratum habeat famulum accenſa face, vt redeuntes domos ſuas præcedat itineris ductor. Quid, ſi mitteret famulum in viſitantium ædes, vt eos domum eius venientes præuius duceret? quidnam detrahit Chriſti auctoritati ſordidi natiuitatis ſuæ humilitas ſtabuli; cum talē ad viſitantes ſe Reges miſerit facem; non accenſum cereum, non funalem, ſed ſplendidiſſimum in aere ſydus; quod, vt præfati doctores affirmant, cœleſtia ipſa iubare aſtra ſuperauit? Præterea, quis ex vobis attenderet domus ornamenta ad cognoſcendam habitatoris amplitudinem, ſi videret, eius poteſtate viam venturis ad ſe Regibus trecentarum præparari leucarum diſpoſitione tali, vt eas facilè diebus tredecim percurrerent? Hanc fecit continuò natus infans noſter viæ præparationem Regibus Magis ad itinera: vt in omni, iuxta morem ſuum, occaſione & pauperem ſe oſtenderet hominem, & omnipotentem creatorem. Sed quidnam? Nonne & nobis ſpiritalem ipſe explanat viam, qua ad eum cœlica intuendum in Regia properemus? Sanè ortu hoc infantis noſtri adimpletam ait Lucas

Tertul li. contra Iudæos c. 9. Cyril. Alexand. l.4 in Iſa. Lyra in Pſalm 71. 10. Pſalm. 71. 10. Nicep. li. 1. c. 3. Ammonius Alexa. in harmonia euangeli. Albin. de diuinis offic. c. de Epip. Au. ſer. 2. de Epip. An. in Matth. ca. 2. Aug. ſer 4. de Epip. Leo ſerm. 1 de Epiphan. Fulge. ſer. de Epiph. S. Tho. 3. p. q. 36 ar. 6. ad 3. Mat. 2. 2. Baſil. ho. de humana Chriſti generatione. Chry. hom. 6. in Mat. Ori. l. 1. contra Celſum, circa fin. Aug. li. 2. contra Fauſt c. 5. Leo. ſer. 3. de Epiph. Fulg. ſer. de Epiph. Damaſ. li. 2. c. 7.

Magos à fœlice venyſſe Arabia Chriſtũ adoraturos cenſent non pauci.

Magi venerunt ab vrbibus ſuis vſque Bethlehem diebus tredecim.

Stella Magorum ducta ex creata à Chriſto in ipſo ſui inſtanti natalis.

Simil[e]

Chriſtus in ſtabulo natus ſuam, & humanam humilitatem, & diuinam maieſtatē oſtentauit.

pollicitationem Dei illam, qua dixit, vt ſcribit Iſaias; *Erunt praua in directa, & aſpera in vias planas: & reuelabitur gloria Domini.* quibus verbis conſtat, infantem ipſum, quatenus Deus eſt, fuiſſe in ſtellla hac, ſicut fuerat quondam in relata illa nubis columna. Imo & ipſum eſſe nobis ſtellam, ſicut expreſſit, qui accipiens cum manibus Simeon, dixit plenus lætitia: *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael.*

Iſai. 40. 4.

Luc. 2. 32.

Rex ſtella Regni ſui.

Nec, quia viſibilem illam, qua ducti ſunt Magi, ſtellam nobis hodie non præſtat, exiſtimandus eſt, omittere nos ſtella deſtitutos: imo præſtat iugiter vtramque; & mentalem, ſicut illis, vt nunc dixi; & viſibilem quoque ſi non cœlicam, lucidam tamen, valdeque ad regimen idoneam. Quamnam? Regem vtique quemlibet Chriſtianum præbet ſydus Deus Regno eius, vt illius ductu dirigantur ſui, tendantque, per viam ad Deum ipſum. Itaque Magos Reges duxit Deus ſtella: ſubditos autem Regum illorum ipſis direxit Regibus: quatenus ipſi ad Deum ducti, redierunt inſtructi. Et quidem hos ideo dedit Principum primitias Chriſtianorum: vt Chriſtiani Principes ſuis lucidæ populis agnoſcantur ſtellæ, inſtructi, ad dirigendos ſuos per ſalutis viam ad Deum ipſum. Nec minùs perſpicuè, minùſue directè duxerunt illi ſuos: quàm à cœli ſydere ducti ſint ipſi. Quàm rectè id muneris obierint, dixi nuper vobis: ſed non ideò grauabor audire à Chryſoſtomo, vt ab eo etiam audiatis. *Prædicauerunt omnibus in genere ſuo*, (nempe in eo genere, quo ad Reges ſpectat prædicare) *& multos erudierunt. Denique cùm poſt reſurrectionem Domini Thomas Apoſtolus iuiſſet in prouinciam illam, adiuncti ſunt ei; & baptizati ab eo, facti ſunt adiutores prædicationis eius.* Itaque prædicauerunt primùm in genere ſuo, nimirum ea, quæ propria eſt Regum, prædicatione, iubentes Chriſtum coli, & adorari, ſuoſque populos ad Chriſtianam formantes vitam, & legem: poſtea à Thoma plenius inſtructi, non iam ſolùm vt Reges, ſed vt Magi etiam, nempe vt docti, ac ſapientes, prædicarunt. Quòd ſi ipſi tres, vel eorum aliquis obierat, quum Thomas illas venit in terras: eorum quidem filij, qui ſceptra tunc tenebant Regni, ſydera fuerunt populis, ſtabilitam à parentibus legem, doctrinam, & rationem proſequuti. Ex quo deducendam arbitror ego ſcriptoris noſtri Matthæi mentem, qua hoſce tres appellat Magos, non nominans Reges, dum dicit: *Ecce Magi ab oriente venerunt*, cum dixiſſet Pſaltes: *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent.* Hic prophetauit venturos Reges, vt nati hujus Regis maieſtatem commendaret, quē adoratum Reges hinc illinc venturi eſſent: Euangelicus ſcriptor Magos putauit nominandos, vt eandem Chriſti augeret maieſtatem, quē illi, qui verè ſapiunt, quærunt, & adorant. Rex à regendo dicitur; eſt ergo ſydus populi ſui in regendo illo per directam viam præſtitutum ad finem: ſed eſt & ſapiens, vt ſydus ſit fulgens ſplendore ſapientiæ, quæ ſola eſt lux animi clariſſima. Quàm verè ſit mentis lux ſapientia, vel in eo etiam diſpici poteſt, quòd ſapientiſſimo illuxerit Plutarcho, vt loquens de Rege, præclariſſima hæc protulerit verba,

Chryſoſt. hom. 2 in opus imperfect.

Magi Reges prædicatore rediere ex Christi conſpectu.

Matt. 2. 1. Pſal. 71. 10.

Magi, qui venerunt adorare natum Chriſtum, cur non appellati ſunt Reges.

Digitized by Google

Plut. li de Doctrina Principũ? Tomo. 2. moraliũ.

Quemadmodum Deus in cœlo pulcherrimum ſui ſimulachrum conſtituit Solem, talis eſt in Republica imago, ac lumen Princeps, qui Dei reuerens, iuſtitiam tuetur: hoc eſt, Dei rationem geſtat, nempe intellectum, non ſceptrum, aut fulmen, aut tridentem: qua ſpecie ſeipſos nonnulli fingunt; ac pingunt: ſtultitiam ſuam, quòad videantur inacceſſi; reddentes inuidioſam. Offenditur enim Deus his, qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur: delectatur autem his, qui ſuam æmulantes virtutem, ſemet in honeſtate, & humanitate reddunt adſimiles: atque hos in maius proueh it, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, ac manſuetudinem. Quibus rebus nihil eſt diuinius; neque ignis, neque lux, neque Solis curſus, neque exortus, & occaſus aſtrorum, nec ipſa æternitas, aut immortalitas. Non enim fœlicior eſt Deus vitæ ſpatio, quàm eo, quòd eſt Princeps virtutis. Nam hoc eſt numen: porro virtutis decus eſt, in quod gerit imperium. Nullum ex his verbis non eſt auri granum. Non ſolum ſtellam, ſed Solem dicit Principem. Dicit Dei in terra ſubſtitutum, eumquẻ qui eius gerit rationem: quod quidem eſt magnæ verbum rationis. Dicit vanas eſſe principum tabulas, emblemata vana, Deoque diſplicita, quibus ſe viri iſti pingunt Deos, quoad poteſtatem, terrorem, imperium: non item quoad probitatem, & virtutem, qua ſuorum ſunt lumen, lex, exemplum: ad quam nulla indigent pictura, cùm in eis ipſis Principibus viua lex reſplendeat imitabilis. Nec premium horum dicere omittit: imo dicit eximium à Deo opt. Max. donandum: (& quod in gentili homine magis admiror) non putat præmium tanta dignum virtute humanas opes, ipſumque imperij augmentum, & vitę: ſed earundem incrementum virtutum, dicens: *Hos in maius proueh it, impertiens ſuam æquitatem, iuſtitiam, veritatem, manſuetudinem:* quod hæc lòngè ſint, humanis honoribus maiora. Sufficit certè in ſublime premium, quòd his Deus virtutibus delectetur: vt ſcitè ait magnus hic Philoſophus. Adeo verum eſt, Principem, ſi his virtutibus fulgeat, eſſe populo ſydus: vt & obſcuris moribus Regem ſtellam dixerit Tragicus malignam: imo vitium ipſum dixerit lucidum, forma hac loquendi peregrina:

Seneca Tragicus in Agam. actu. 2.

Perlucet omne Regiæ vitium domus.

Principes ſtella; populi talis, qualis eſt ipſe.

Perlucet vitium, ait: quoniam vndecunque eſt cunctis conſpicuum: ſicut in cœlis conſpicuus eſt malignus etiam aſtrorum adſpectus. Idcirco, quoniam Ièroboam fuit Rex impijſſimus Dei populo: appellat eum Sanctus Spiritus peccantem in omnibus peccantibus. Nec vllibi, cùm ſæpe eum nominet, omittit dicere, dum nominat: *Ieroboam, filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael.* Quæ verba repetit 3. Regum libro. cap. 14. 15. & 16. & lib. 4. cap. 3. 10. 13. 14. 15. 17. & 23. Appoſitè Cicero: *Magnum eſt, perſonam in Republica tueri Principis: qui non animis ſolum debet, ſed etiam oculis ſeruire ciuium.* Nec omittendum memorabile Sabeæ dictum Reginę in hoc propoſito. Audito hęc magnificentiſſimo Salomonis imperio, & apparatu, venit itineribus multis, videre eum. inſignemque domus amplitudinem. Vidit: nec quidquam fuit, quod non videret, multis

4. Reg. 3. 3 3 Reg. 14 7. 15. 25 16 19 4 Re. 3 3. 10. 19. 32 13. 2 6 11 14 24. 15 9 18 23 17. 12. 23 15.

Sapientia vera omnibus preſertur epibus etiam regalibus.

ibi

ibi diebus commorata. Quæ igitur ſe admiratione commotam; quid ſibi dixit admirabile? *Beati ſunt ſerui tui, & beati viri tui, qui audiũt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti; & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quod dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum; & conſtituit te Regem; vt faceres iudicium, & iuſtitiam.* Domus, & vrbis opulentiam, cùm fuerit ſupra omnes Reges vberior, ne nominauit quidem: ſolam attendit ſapiens ipſa ſapientiam, ſolam iuſtitiam, ſolam æquitatem, qua ſubditos eius omnes dixit beatos; dixitque à Deo valde dilectum populum illum, cui talem Regem præfeciſſet. Meritò igitur Chronographus noſter vſus eſt nomine Magorum, omiſſo Regum nomine, dum Regum narrauit aduentum; eo quòd ſapientis nomen titulum, ſeu nomen Regis superexaltet. Nec committam, vt omittam dicere; Reginam hanc, & hoſce Reges, ex eadem aduenisſe Saba, vt nuper dixi; tum, vt notemus, in regione illa primam in Regibus æſtimari ſapientiam, quæ vera eſt; omnem ſcilicet tuens probitatem; tum præterea, vt ſciamus, ad Salomonem, quòd typum geſſerit Chriſti, verè pacis Principis, aduenisſe Reginam ex regione ipſa, à qua erant venturi adorare Chriſtum Dominum Reges: ſed ad illum vna, & illa, mulier; Reges ad hunc tres, viri, atque ſapientes.

Salomon longè mirabilior ſapiẽtia, quàm diuitijs.

Porrò ſydera illa, quæ hominibus ſunt in terris regimini & in mari non omnia ſeorſum perſpiciuntur ad regimen, ſed quædam ſeorſim, vt Sol, & Luna: quædam in vnum congregata, ita vt conſtellatio aſtris pluribus conſtans, ſit regimini nautis, agricolis, medicis: imo ad regimen adeo neceſſaria, vt ad huiuſmodi gubernationem notentur Luna, & Sol obſeruata diſtantia, qua à conſtellationibus diſcedit: qua accedit ad has propinquitate. Ideo proprium harum nomen ſignorum eſt nomen: quo cœlica ſigna nuncupantur. Non ſecus in morali regimine, multóque magis in ſpiritali, non vnus exigitur Princeps: ſed vnus, & alter: Eccleſiaſticus nempe, & ſecularis. Imo, quoniam multæ in Dei populo ſunt vrbes: ſunt multi vtriuſque Principis miniſtri, qui vrbibus aſſiſtunt, præſunt, & moderantur: ſecularis Conſules, Senatores, Gubernatores, Rectores, & Prætores: Eccleſiaſtici, qui ſupremus eſt Pontifex, Cardinales, Nuntij, Delegati, inquiſitores, prædicatores: & multi etiam cuiuſuis Epiſcopi miniſtri, Vicarij, Parochi, prædicatores, alijque diuerſi muneris clerici. Eſt igitur & Eccleſiaſticus Princeps lucidiſſima ſtella: ſummus in tota Eccleſia Pontifex, in ſua quiſque Epiſcopus diæceſi: ſunt & aſtra micantia Cardinales, inquiſitores, Parochi, Vicarij, Prædicatores: quorum cuiuis dixit Deus Iſraelitico in populo: *Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Non ſolùm ſtellam, ſed lucem dicit ipſam Eccleſiaſticum Rectorem: prædicatorem etiam, ac plebanum. Quo item verbo vtitur Chriſtiano in populo Chriſtus, dicens ſuis diſcipulis: *Vos eſtis lux mundi.*

Principes Eccleſiaſticos, & ſeculares ſumma eſſe oportet conuentione concordes: vt ſe mutuò adiuuẽt in populi regimine.

Simile.

Prædicatorum monitiones ad populum debet Princeps facere, vt compleantur. Quod & alios quoſuis iudices ſpectat.

Iſai. 49. 6.

Mat. 5. 14.

Quæ cùm ita ſe habeant, venit apprimè perpendendum, cuiuſuis aſtra conſtellationis ita inter ſe ab auctore naturæ eſſe diſpoſita,

Digitized by Google

vt illa omnia in vnum confluant influxum, qui vnus quidem eſt, quippe vna à conſtellatione proueniens; cùm aſtra nihilominus ſint plura. Idem in morali regimine cenſeo dicendum; oportere omnino, vt Eccleſiaſtici, ac ſeculares rectores, cùm vtrique vrbis ſydera ſint, tali inter ſe conuentione ſint diſpoſiti, vt populi regimen ſummo ab vtriſque ordine procedat. Eſtque conuentio hæc non minùs in populo neceſſaria, quàm in mundo aſtrorum conſtellatio; imo tantò magis, quantò animi res præſtant corporalibus; atque adeo ab eodem auctore naturæ ſumma prouidentia commendata. Alioqui, ſicut nonnulli aſtrorum concurſus maligni ſunt adeo, vt eorum influxus ſit peſtifer; ita, & multò intenſiùs peſtifer eſt rectorum in populo concurſus, ſi ad extirpanda vitia, virtutes augendas, concordia ſumma conuenire non ſatagant. Sunt pro doctrina hac expreſſæ multæ in ſcripturis ſententiæ: ſunt ſanctiones multæ; ſunt experimenta, ſunt figuræ, ſeu ſymbola, tam emolumenta, quàm labes oſtendentia. Fateor, ſola prædicatione hominem aliquem, & aliquem alium mentali illuſtrari lumine, tantóque vberiori, quantò diuini Solis tangunt clariores animum radij; at integra populi compoſitio, debitus ordo, omnimoda obſeruatio, vt verum verè Dei populum referat, nunquam quidem contingit, ſi ſeculare brachium non ſubueniat brachio Eccleſiaſtico; faciatque manu iudex, quod verbo dicit prædicator. Nec caſu vocatur ſeculare brachium ſecularis poteſtas, Eccleſiaſtica brachium Eccleſiaſticum: imo ſic appellantur: vt ſciamus, vtrunque ſimul ad regimen debere concurrere, ſicut duo vnius hominis brachia ad actus ſuos naturali motione concurrunt. Eſt imprimis aureus ex Machabęorum libris textus: *Conſiderans Onias periculum contentionis, ad Regem ſe contulit, non vt ciuium accuſator, ſed communem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans. Videbat enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari.* Erat autem Onias Pontifex: non vnius vrbis, ſed ſummus. Tanta eſt conuentionis huius, qua cum ſacerdote concurrunt Reges, Gubernatoreſque neceſſitas. Eſt deinde experimentum indeficiens. Quum antiquum Deus eductis ex Ægypto Iſraelitis formauit populum, præfecit ſimul rectores duos: Gubernatorem Moſem, Summum Aaron Pontificem, omnimoda in cunctis vnitate concordes. Morum comparitas vtriuſque fuit, quæ ſumma eſſe poteſt: cùm eſſent inter ſe fratres germani. Electio ad regimen ſimul in vtroque facta: nec priùs cepit virgam Moſes regiminis, quàm Aaronem haberet adiutorem. Vnio voluntatum iugis vſque ad mortem: voluitque Deus eſſe tantam, vt dixerit ad Moſem: *Aaron frater tuus Leuites ſcio, quòd eloquens ſit: loquere ad eum & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius.* Poſtea ſedato iam promiſſa in terra populo, muratis vrbibus, plenaque forma populi compoſita, reduxit Deus brachium vtrumque ad vnũ eundem Gubernatorem: ita vt pro maiori brachiorum, Eccleſiaſtici, & ſecularis conformitate, vnus idem homo poteſtate vtraque eſſet in populo abſolutus. Huius regiminis ratione incipit liber Sa-

1 Macha. 4. 4.

Exod 4. 14.

Moyſem, & Aaron, Sacerdotem, et Principem Deus præfecit populo ſimul: vt ſumma inter eos eſſet concordia.

Gubernatio abſoluta tam eccleſiaſtica, quàm ſecularis aliquãdo apud vnum eundem Principem in Dei populo Iſraelitico.

Digitized by Google

muelis: fuitque primus huiuſmodi gubernator Eli, qui vtrique vſque ad ſenectam curæ incubuit. Sed cùm in puniendis ſceleratiſſimis filijs ſuis remiſſus eſſet gubernator; ſeculari fuit poteſtate priuatus, retenta illa, quæ ſacerdotalis eſt muneris. Volo in caſu hoc, vt ipſa textus verba attentius perpendantur. *Ecce dies veniunt: & præcidam brachium tuum.* Quid eſt, præcidam brachium? Notate ſententiam! Vnum duntaxat brachium præcidit, nempe ſeculare; relicto brachio ſacerdotis. Sic proſequitur textus: *Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo.* O admirabilia Dei iudicia! Correxerat Eli peruicaciſſimos filios verbis, non verberibus. Verba correptionis ad ſacerdotem quidem ſpectant, ad iudicem verbera etiamſi ſacerdos ſit iudex: merito igitur amotus eſt ſenex ille ab eo, cui ignauus præerat muneri. Ideo defuncto Eli reſtituta fuit ad vnum eundem gubernatorem tota regiminis poteſtas, Samuelem videlicet, virum in vtraque omnino perfectum. Fuit inſignis propheta; *& cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque ad Berſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini.* Fuit & gubernator populi vniuerſi; *iudicauitq; Samuel filios Iſrael in Maſphat.* Fuit quoque magnus Pontifex, vt qui preces, & hoſtias pro populo obtulerit publicè omnibus conuenientibus; quod proprium eſſe Pontificis munus, dixit Apoſtolus Hebræis. Simul enim, ac vocauit iudicem Samuelem, quod temporibus illis proprium erat gubernatorum nomen, addidit textus; *Dixeruntque ad Samuelem; ne ceſſes pro nobis clamare ad* Dominum; *vt ſaluet nos de manu Philiſtinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino, & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael.* Et iterum poſt multum temporis Samuel ipſe *Sanctificauit Iſai, & filios eius; & vocauit eos ad ſacrificium.* Quid, quòd & mulierem, quam Deus populo præfecit ad regimen, gubernatricem ſimul, ac prophetidem fecit? *Erat autem Debora prophetis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore, aſcendebantque ad eam filij Iſrael in omne iudicium.* Quid plura? Cùm ob ſenectam Samuelis, poſtulanti ſibi populo Regem concederet Deus, ſicut petijt; ita quidem conceſſit, vt ſumma inter Samuelem, & Regem eſſet in omnibus conſenſio. Quapropter eligendi, vngendique, ac collocandi Regem munus ipſi commiſit Samueli; vt ab electo Rege tanquam elector, honoratorque ſuus, veruſque pater ſuſpiceretur. Quod & obſeruauit ſemper Rex Saul: quem Samuel vnxit, & præfecit. *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & oſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in Principem.* Hic auditores, rogo, vt intenti conſiderent eam, qua præparauit Samuel Saulem, ad munus hoc diſpoſitionem. *Aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati: erant enim quaſi triginta viri. Dixitque Samuel coco: Da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres ſeorſum*

Eli Princeps Iſraelis Eccleſiaſticis in rebus necnon in ſecularibus

Debora prophetis iudex fuit populi Iſraelitici.

Reges quondam manu ſacerdotum & inungebãtur, & conſtituebantur Regia in dignitate.

Rex eligendus quare præparetur arme ante eum appoſitum

1. Reg 1. 3. 13. 16. 4. 18.
1 Reg 2. 31.
1. Reg. 2. 33.
1 Reg 3. 20.
1. Reg. 7. 6.
Hebr. 5. 1.
1. Reg 7. 8.
1. Reg. 16. 5.
Iudi. 4. 4.
1. Re. 10. 1.
1. Reg. 9. 22.

Digitized by Google

apud te. Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remanſit: pone ante te, & comede; quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. Quis non admiretur Dei verba? Quid (rogo) eſt in arietis armo, vt vngendi Regis diſpoſitio non ſcribatur alia præter vnam hanc, quòd ei fuerit appoſitus armus, quando ſedit ad menſam cum Propheta? Eo vel maximè, cùm tam notabilibus narretur verbis: nempe, quòd elector ipſe Samuel dederit coco partem illam accurate aſſeruandam: quòd dixerit vngendo Regi, de induſtria aſſeruatam ei: quòd eo tempore ſeruatam, quo, ad electionem Regis, populum cogregari præcepit.

Grego. in cap. 9. 1. Regum.

Beatus Gregorius in armo intelligit fortitudinem Regi neceſſariam: Approbo. Imo addo, quia armus, tum humeros, tum ſignificat tergum, potuiſſe ſignari his Samuelis verbis, oportere Regem eſſe humeris præditum & dorſo, ad ferendas regiminis ſarcinas. Sed enim aliam ego putaram Samuelis mentem hac in parte: nimirum, debere Regem tergum cuſtodire Pontificis, prędicatoris, ſacerdotis, eo modo, quo Hiſpana dicimus phraſi, *Que los Reyes, Gouernadores, y Iuezes, han de hazer eſpaldas al braço Eccleſiaſtico, obiſpos, curas, predicadores*: vt populus compoſitus ſit, & ordinatus: alioqui erit, qualem dixit Onias: *Videbat enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari.* Itaque honorandus eſt ab antiſtite Princeps: nam & Saulem in menſę capite conſtituit Samuel: Princeps quoque ipſe honoret eum. Cuſtodire enim à tergo ſacerdotes, eſt quidem ire à tergo Dei, eumque ante oculos habere. Quem quia non ſic

Principibus neceſſaria fortitudo.

Princeps honorans ſacerdotes, Deum honorat ipſum.

3 Reg. 14. 7.

habuit peſſimus ille Ieroboam, dixit ei Dominus: *Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael, & non fuiſti, ſicut ſeruus meus Dauid, me autem proieciſti poſt corpus tuum: idcirco ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam.* Plorandum, dolendum, eiulandum malum inſigens fidelibus Deo cordibus ſpinam. *Proieciſti me poſt corpus tuum.* Non dixit, poſt tergum, non poſt ſcapulas: ſed poſt corpus tuum. heu quàm peſſimum flagitium! Poſt corpus tuum: poſt res ad corpus pertinentes: poſt ſordidas res, poſt abiectiſſimas proijcit Deum impius homo, qui cùm tot ſit ab eo euectus muneribus, dignitate tanta, atque amplitudine, debet iugiter eum ante oculos habere, ac venerari. Nihil minus facit, qui poſt tergum proijcit miniſtros eius: quod expreſſis his verbis dicit Chriſtus ipſe:

Sacerdotes honorent Principem: Princeps ſacerdotes.

Luc. 10. 16.

Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Ponat ergo armum ante Regem Pontifex: fulciat Rex leges pontificias: & quæ lingua prędicant miniſtri, faciat ipſe operibus compleri. Amplius adhuc. Electos poſt Saulem Reges non ſeculari tantùm brachio adiutorium eſſe Eccleſiaſtico: ſed ipſa etiam prædicatione, qua Reges vtebantur, miniſtris ſuis eſſe adiumento, Dei fuit voluntas manifeſta.

Princeps ſecularis quouſque debeat eſſe prædicator.

2 Reg. 23. 1

Hæc autem ſunt verba nouiſſima Dauid: Spiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam. Dixit Deus Iſrael mihi: locutus eſt fortis Iſrael, Dominator hominum, iuſtus Dominator in timore Dei. Sicut lux auroræ oriente Sole mane abſque nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra. Sedens in cathe-

Dauid Rex prædicator inſignis.

Digitized by Google

dra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt, quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interſecit impetu vno. Poſt hunc Eleazar, qui ſacerdos erat Dei altiſſimi*: & poſt hunc Samma*, fortiſſimus comes. Itaque & prædicationi ſimul, & prælijs intendens Rex iſte, ſedebat inter ſacerdotem,& belli comitem, præferens duci ſacerdotem. Tanta erat inter eos conuentio.

Salomon Rex prædicator.

Salomon oratione facta in die templi dedicati, coram vniuerſo populo pius prædicauit, cuius verba inter alia fuerunt hæc:*Sit quoque cor noſtrum perfectum coram Domino Deo noſtro: vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mandata eius.* 3. Reg. 8. 60. Fuitque tanti apud Regem hunc vera ſapientia ad populi inſtructionem, & regimen; vt hanc à Deo poſtulauerit ſolam, quum Deus ipſe dedit ei optionem, vt poſtularet, quidquid vellet. Scribat infallibile illud, quod ipſe edidit, prouerbium; *Diſſipat impios Rex ſapiens, & incuruat ſuper eos fornicem.* Prou. 20. 26. Quidnam ſit incuruare fornicem, non inter omnes conuenit. Multi pro fornice legunt rotam: quæ eſt Pagnini[1] lectio, dicentis: *Redire faciet ſuper eos rotam.* Pagni. ib. Eadem Montani. Arias, Mõt. ibi. Rotam quoque legerunt Iſidorus Clarius,& Vatablus: eſtque proprium Hebraici textus vocabulum. Iſidor. ib. Vatab ib. Hebr. ib.

Delinquentes miſto benignitatis rigore plectendi. Iudices rigorem temperent clementia.

Chaldæus item legit; *Voluit rotam ſuper eos.* Chald. ib. Similiter Septuaginta ex Græco; *Immittet illis rotam.* Septuag. Varia lectio eſt fornicis,& rotæ: ſed notandum, fornicem ſemirotam eſſe, vt lectiones ambæ cohæreant. Auguſtinus,Beda,& Strabus ſcribunt rotam malorum,ex quibuſdam veteribus codicibus. Beda ibid. Strab. ib. Auguſt in pſal 11. Vatablus,quoniam Hebraicum nomen nouit rotam currus,ait,ſenſum prouerbij eſſe, ſapientem Regem ſic conterere impios, vt victores ſolent ferratis carpentis victos conterere. Vatab. ib. Quo ſupplicio videtur Dauid Ammonitas diſcidiſſe. *Circumegit ſuper eos ferrata carpenta.* 2 Reg. 12. 31. Iſidorus Clarius intelligit rotam triturantium, iuxta Iſaiæ dictum; *Non in perpetuum triturans triturabit illum; neque vexabit eum rota plauſtri.* Iſid. Clar. in 20. c. prou. 26. Iſai. 28. 28. Græcis deſeruit rota ad torturam; quam hoc in loco intelligunt aliqui; vt torqueat iudex reos,ad explorandam veritatem. Fornicem verò qui cum Vulgato legunt, intelligunt partim cum Beda triumphalem arcum, quem ſibi erigit victor, eoque victum deprimit,ac confundit. Beda in c. 20. prou. 26. Dura interpretatio. Nec minus dura, quæ ſepulchri fornicem putat; vt iudex delinquentem obruat ſepulchri fornice. Nulla harum congruit verbo, *incuruat*, quo dicitur, *incuruat ſuper eos fornicem*. Ego iuxta lectionem vulgatam dicerem, tunc incuruari ſuper impios fornicem, quum triumphales,quos ſibi ipſi erigunt,arcus incuruat Princeps ſuper eos, humilians illos,atque deprimens,in ſuorum pœnam delictorum. Aut certè, fornicem dici metaphoricè de ſagittario arcu, quem incuruat Princeps, iudexque ſuper impios, vt eos ſagittis confodiat. Tunc incuruatio hæc digna eſt ſapiente Principe, quatenus qui arcum incuruat, priùs minatur, quàm ſagittam emittat, vt delinquentes moneantur. Iuxta quam mentem, legitur ad amuſſim Hebræa illa lectio, atque Chaldaica, quæ rotam habet cum pleriſque. Hac etenim rota intelligo equidem, ita debere Principem, ſeu iudicem, rotam ſuper impios circumducere, vt vtatur in eos tum benignitate, tum rigore. Hæc viciſſitudo propria rotæ eſt: propterea enim Fortunæ tribui-

tur rota, quòd vices hominibus mutet. Itaque antequam exequatur, debet Princeps eſſe impiorum admonitor, & tanquam verus prædicator; lenibus priùs alliciens verbis, donis etiam aliquando. De pio valde Rege Ioſaphat ſcriptum eſt in Paralipomenon: *Cumque ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa, & lucos de Iuda abſtulit. Tertio autem anno regni ſui miſit de Principibus Iſrael, vt docerent in ciuitatibus Iudæ, & cum eis Eliſama, & Ioram, ſacerdotes. Docebantque populum in Iuda, habentes librum legis Domini. Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iudæ, nec audebant bellare contra Ioſaphat.* Notandum magis, quod Regis Ioas temporibus accidit. Voluit Deus puerum Ioas, qui ab infantia, ob imminentem ſibi necem, fuerat abſconditus, tandem conſtitui Regem poteſtate, & manu Ioiadæ ſacerdotis; vt inter eos ſumma vigeret concordia.

2. Paral 17. 7.

4. Reg. 11. 4.

Fuit certè arctiſſima per annos multos: *Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada ſacerdos.* Ideo terra illa erat quaſi paradiſus illo tempore. Firmum populi munimen, iugis inter Regem, & ſacerdotem conſultatio; vt vno animo ad regimen concurrant. Nam & cum eis, qui ſacerdotes non ſunt, ſi modò ſint ſapientes, ſolent ſolertes Principes, etiam ethnici, ſuper re publica inire concilium. Vſque adeo fuit hac in parte multus Cæſar Tiberius, vt ſcribat Suetonius: *Neque tam paruum quidquam, neque tam magnum publici, priuatique negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur.* Perſpecta in miſero Rege Ioade populi ruina, ex quo ſacerdos ille defecit vitæ, & ei cóſequenter à cóſilijs. Verſa fuit in dracones terra illa vniuerſa: in tantamque Rex ille impietatem, vt Zachariam, defuncti filium Ioiadæ, magnum ſacerdotem interimi mandauerit, propterea quòd liberè prædicaret; *Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum; vt derelinqueret vos?* Sed qualinam morte interijt Rex ipſe? *Surrexerunt autem ſerui eius, & coniurauerunt inter ſe; percuſſeruntque Ioas.* Propero ad Ioſiam, & Ioakim, filium eius; qui, ſicut extremæ ſunt conſiderationis, ita erunt in puncto hoc extremi. Fuerunt necnon extremi duo iſti extrema religionis, morumque diſtantia; tam pius pater, quàm impius filius, væcors, inſolens. Inuento ſanctus ille Rex, frugi, & integerrimus, libro legis Domini magna imprimis fuit veneratione commotus; deinde fecit, illum publicè coram omni perlegi multitudine ore Saphan, ſcribę Eccleſiaſtici apud Pontificem Helciam: poſtea miſit Rex ipſe nuntios multos per vrbes ditionis ſuæ omnes, vt conuocarent vniuerſos ſeniores: qui vndecunque confluxerunt ad eum: *Aſcenditque Rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuerſique, qui habitabant in Ieruſalem cum eo ſacerdotes, & prophetæ, & omnis populus à paruo vſque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus eſt in domo Domini. Stetitque Rex ſuper gradum, & fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cuſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima: & ſuſcitarent verba fœderis huius, quæ ſcripta erant in libro illo: acquieuitque populus pacto.* Sic prędicauit ardens zelo Rex; ſic po-

4. Reg 12. 2.

Ioas quandiu adhæſit ſacerdotis conſilio, rectè viuens ipſe, ſumma populum rexit rectitudine: poſt à ſacerdote deſciſcens perdidit & ipſum, & populum.

Sueton. Tranq. in Tiberio.

2. Par. 24. 20.

4. Reg 12. 20.

Ioſias Rex prædicator populum mirificè compoſuit.

4. Reg 23. 2.

Digitized by Google

pulum Rex commouit totum: peractaque prædicatione, exercuit opere, quod verbis prædicauerat, purificans funditus populum, ſummaque componens religione. Succeſſit illi in regno Ioakim, filius eius: quidnam fecit iſte? *Viginti quinque annorum erat Ioakim, quum regnare cœpiſſet. Et fecit malum coram Domino.* Quouſque malum? Audite, quàm diuerſus fuerit Rex hic à Patre ſuo in colendo Dei libro, eiuſque miniſtris. Eo quidem vſque fecit malum, vt ſanctificatum à Deo Ieremiam prophetam magnum tenuerit in vinculis, quòd ab eo corriperetur, duriſſimam nunciante punitionem. Tamen ille, ſicut erat in neruo ſcribere fecit Baruch ſocium ſuum verba Dei omnia nono in volumine, dictante ea Deo verbo ad verbum, ſicut Barucho dictabat Ieremias ipſe. Venit igitur ad manus Regis liber ille comminationibus plenus horribilibus, ſi fortè abſterreretur à flagitijs: alioqui complendis, vt verè impletæ ſunt, cõminationibus. Quid ille? O cælum! *Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis. Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illum ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam; donec conſumeretur omne volumen igni.* Heu te miſerum Regem: deuaſtantem Dei populo vſtionem! Loquor nunc ad vos, qui intereſtis concioni. Scitis, ad librum quemuis componendum tres agentes concurrere: auctorem, qui manu ſcribit verba; antiquarium, qui typis mandans, excudit in membrana; conſutorem item, ac conglutinatorem; qui etiam decorat, & deaurat. Sunt multæ leges in populo Dei Pontificiæ, quas ſummus ſcribit Pontifex; multa item prælatorum decreta ſynodalia: quid præſtabunt hęc, ſi deficiat impreſſor? Eſt impreſſor verbi prædicator; qui concurrente interiùs Deo, verba in cordibus imprimit audientium. Erunt (fateor) multi ex audientibus impreſſione hac ſatis benè compoſiti, cùm dicat Deus ipſe, *Dabo legem meam in viſceribus eorum: & in corde eorum ſcribam eam: & ipſi erunt mihi in populum*: at impreſſio hæc diuiſim in cordibus accepta, exigit ad totius populi conglutinationem, vt conſutor ſit, ac conglutinator? Quiſnam eſt in republica muneris huius faber? Princeps vtique, ſeu iudex. Certè populi compoſitio, ac conglutinatio, quod Hiſpani dicimus, *Eſtar el pueblo, en quadernado*, ad brachium ſpectat ſeculare, ad Reges, ad Dominos, ad Gubernatores, ad Iudices. Alioqui, ſi ſecularis Rector non conglutinet populum, ſeruari faciens verba Pontificum, prędicantium verba, erit abſque dubio diſſutus populus, inordinatus, incompoſitus. Quòd ſi Rector diſſuat populum ipſe, ſi diſſuat verba prædicantium, erit vtique exurens populum ignis: ſiquidem, vt in Ioakim compertum audiuimus, idem profectò eſt, librum, ſeu populum diſſuere, ac eum in vrentem mittere ignem. Væ populo, quem Rector non conglutinat! Quid proderunt leges? proderunt ſtatuta? Ipſæ quidem ciuiles leges executorem ſibi neceſſarium eſſe prænuttunt. Poſtquam enim lex prima de cultu egit, ac veneratione Deo iure debita, dicit lex ſecunda: *Parum eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddere poſſint.* Væ populo, cuius Rector non exequitur iura! Væ Rectori ipſi populum diſijcienti. Heu te miſerum Ioakim, qui & Dei librum, & popu-

Ioakim Rex Iuda peſſimus populi deſtructor, igni populũ vrens.

4. Reg. 23. 26.

Ier. 36. 1.

Ioakim Rex Iuda diſcidit Ieremiæ librum, in quo ſcripta erant ſupplicia ei parata: diſciſſũque miſit impius in ignem.

Ier. 36. 22.

Simile.

Ier. 31. 33.

Lege 2. ff. de orig. iuris in 2. column.

lum Dei diſſipaſti! Igni combuſſiſti librum, & populum, accendens tibi flammas in tetro viuidas inferno. *Hæc dicit Dominus: Tu combuſſiſti volumen illud, dicens; Quare ſcripſiſti in eo annuntians, Feſtinus veniet Rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc: & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum? Propterea hac dicit Dominus contra Ioakim Regem Iuda; Non erit ex eo, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.* Sic adimpletum eſt: *Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, & vinctum catenis duxit in Babylonem*, multò acriùs, quàm vinxerat ipſe prædicatorem Ieremiam. Et (quod infœlicius) diſſutus fuit Iſraëliticus populus: quem à Rege ſuo diſſutum combuſſerunt Chaldæi. Adduxit enim Dominus ſuper eos Regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij ſui. Non eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis: nec decrepiti quidem. Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ieruſalem, vniuerſas turres combuſſerunt: & quidquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt. Rectè igitur dixit Iſidorus: *Reges à regendo dicti ſunt: ideo quilibet rectè faciendo, Regis nomen tenet; peccando amittit.* Hac ergo de cauſa, volens Deus mundum ad ſe vniuerſum adducere, Reges imprimis adduxit Magos: nempe Reges ſapientes, qui & quandoque prædicarent, & ſummo populos ordine componerent, conſuerent, conglutinarent, cohiberent.

Iere. 36. 29. — 2. Paral. 36. 6. — 2. Par. 36. 17. — Iſid. l. 3 de ſummo bono cap. 98.

Iam cum populo ipſo, ſi tempus ſuppeteret, agere oportebat. Ducit eum Deus ſtellis multis, pontificibus, parochis, prædicatoribus, Principibus, ac reliquis iudicibus: ſi à debito deuiet, extrema quidem obſtinatio eſt. *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.* Vocat nos Deus ſyderibus multis, ſi reſpondeat homo, Deus porrigit dexteram, ſi non reſpondeat, dicens: *Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui*, non extendit Deus manum, vt vi attrahat nolentem. Lamentabilis quidem duritia eſt cordis illius, qui nec prædicantium vocibus, nec parochorum flectitur monitionibus, nec ipſa (quod peius) interna luce Dei illuminantis, vt eum toto quærat corde, dicens pectore anhelo: *Vbi eſt, qui natus eſt, Rex Iudæorum?* Vbi eſt Deus meus? Dominus meus? Vita, & ſalus mea? Bonum meum vnicum in terris, & in cælo? Væcordia omnino lamentabilis, quum tu diuina cernens luce, ad ima te miſerum ire præcipitem tartara, ſi ad Deum non tendis, benignè ſimul illuminantem, aſpereque terrentem: negligis nihilominus venire, vt poſt vana tendas, & turpia ſæpe deſideria. Quidnam dicet Deus, ſi videat te, ſicut Ieroboam, ab eo deſciſcentem? Dicet profectò id ipſum, quod dixit ad impium illum: *Me autem proieciſti poſt corpus tuum.* Poſt res corporales, infimas, ſordidas, abiectas, proieciſti me Deum Dominum, beatorem. Non meretur quidem redditionem hanc ardentiſſimus amor, quo te vocaui. Enim verò dictum illud Iobi, quod in Vulgata eſt. *Operi manuum tuarum porriges dexteram*, eſt in Hebraico textu originali, *Ad opus manuum tuarum deſiderabis.* Verbum enim, *Caçaph*, ardentiſſimum dicit ex amore procedens deſiderium: vt expli-

Libertatem humani arbitrij non coarctat Deus.

3 Reg. 14. 7. — *Carnales homines Deum poſt tergū ſuum proijciunt.*

Hebr. in Iob 14. 15. R. Abraham ibi.

Digitized by Google

Obſtinatio duriſsima hominis, qui punitus coarctiua iudicum vi, non reſipiſcit.

vt explicuerunt R. Abraham, R. Moſes, & Tygurinus. Eſt itaque lamentabilis duritia hominis, qui tam amanti, tam deſideranti, tam cupienti negligit reſpondere vocatori; at, quum & aliæ interueniunt ſtellæ, percutiente agentes influxu, Principes nempe, Rectores, ac Iudices, qui vi procedunt coarctiua; tunc, ſi perſtat obſtinatio, excedens vtique duritia eſt, & cui ſola inferni flamma vnicum manet miſtum lachrymis remedium. *Si contuleris ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo; non auferetur ab eo ſtultitia eius.* Pila, prout hîc vſurpatur, vas concauum eſt, vt legimus apud Catonem: pilum verò, vt lego apud Plinium, piſtillum eſt, quo ea, quæ in mortario ſunt, quaſſantur. Sed cùm ptiſana lac ſit elicitum ex granis in pila contuſis, vt poſt Martialem ſcripſit idem Plinius, nempe hordei lac, amygdalarum, ſeu frumenti: in prouerbio hoc ponuntur ptiſanæ pro granis ipſis, ſeu amygdalis. Ideo grana legunt R. Abraham, R. Immanuel, R. Leui; quę eſt Pagnini verſio. Eſt igitur prouerbij intellectus: Quantumuis contuderis multis ſtultum hominem ictibus, eo modo, quo in mortario quaſſantur grana, ad eliciendum cremorem ex eis; non tamen ex iſto elicies cremorem: non elicies ſuccum, non virtutem: ſed in ſua perſiſtet ſtultitia, ac duritate. Conſtat, ſigillatim agi in prouerbio de hominibus vi iudiciali contuſis; nam Septuaginta vertunt Græcè; *Si flagellaueris imprudentem in medio conſeſſus inhonorans: non emollietur, vt reſipiſcat.* Chaldæus ſimiliter: *Etiam ſi percuſſeris ſtultum plagis inter cœtus, idque piſtillo: perſtabit in duritia ſua.* Vtrumque intellectũ complexa eſt verſio Theodocionis, & Aquilæ: *Etiamſi cadas imprudentem in pila in medio contuſorum cũ piſtillo, non flectetur.* Appoſitè Lucianus:

Rab. Moſes ibi. Tygurinus ibi. Prou. 27. 22. Cato. Plin. l. 18. cap 10. Matt l. 12 Plin l. 18. c. 7. l 22. c. 25. R. Abraham ibid. R. Immanuel. R Leui. Pagni. ib. Septuag. ibi. Chald. ib. Theodoc. ibi. Aquila ib. Lucian. in epigr.

Abluis Æthiopem fruſtra: quin deſinis artem?
Haud vnquam efficies, nox ſit vt atra, dies.

Obſtinatio hominis nō emolliti teneritudine Chriſti maior, quam hominis multis ob crimina flagris fuſtigati, & adhuc pertinacis.

Sed enim, cùm internum animi lumen à Deo ſit diuinitus infuſum; hominem equidem illum, qui hac vocatus luce; non venit properans ad eum, dixerim duriorem ſuper homines omnes, qui fuſtigati in vijs, non flectuntur: tantoque duriorem, quantò Dei brachium fortius eſt brachijs Principum, ac iudicum. Sanè ipſa infantis, qui in præſepio eſt, teneritudo efficax eſt ad emolliendos homines magis, quàm verberum tunſiones, & pilorum.

Qui ergo vocatus à Deo interna animi ſtella viſibilibus ſuperueniente ſyderibus, prælatis, Prædicatoribus, Principibus, venit promptus ad eum, dicens cum Magis his, vbi eſt Deus meus: is quidem Dei brachio ſuſcipitur; educitur à crimine, in arctam Dei ipſius gratiam acceptus. Huiuſmodi enim homini dicitur: *Operi manuum tuarum porriges dexteram.* Dextera ſua aſſumit ad ſe Deus, quem, quum vocauit, videt accedentem. Porrigit eam vehementiſſimo affectu; amore intimo, ſummo beneplacito. Sic ſuſcepit venientes ad ſe Magos, quos viſibili vocauit ſtella; lucidiore item ſtella inuiſibili. Suſcepit, indulſit, locupletauit multò vberioribus animi donis, quàm quæ ipſi ex apertis prompſere theſauris.

Video obijci poſſe, nullum in aduentu hoc benigni hoſpitij ſignum ex parte fuiſſe Chriſti, qui tantos Reges in communi excepit

Digitized by Google

diuerſorio, & ibi quidem inter belluas. Tamen, ſi res attentiùs conſideretur, ipſamet Epiphaniæ conditio nullum habuit excipiendi Reges modum aptiorem. Eſt Epiphania (vt ab initio audiſtis) apparitio, ſeu perſpicua Chriſti manifeſtatio: quę autem perſpicua adeo eſſe potuit, ac vna hæc, qua in ſtabulo gentibus oſtenditur? Quid ad Epiphaniæ conditionem obeſt pompæ defectus, omniſq; ornamenti, ac maieſtatis? Redeunt in vrbem hanc homines duo ex regia ciuitate, in quam tetenderant, ad grauia cum Rege negotia tractanda. Ex his alter venit triſtis nimis, mœſtus, toruus, iratus: cuius vos angorem agnoſcentes, dicitis ei; quid eſt hoc, amice? Vndenam tanta tibi indignatio? Nonne exhilarauit cor, & oculos tuos eximia Regiæ pompa, & opulentia? Tam ſumptuoſa, pulchraque ædificia: auro contexta aulæa bombycina; tot paramenta, tot tapetia, tot tabulæ, tot margaritæ, tot vniones, tot veſtes, tot arma, tot famuli, tot ſerui, tot choreæ, tot ludi, tot menſæ, tot vaſa argentea, aurea, atque cryſtallina? Vndenam mœrorem contraxiſti? Quid ad me, ait ille, ſint, quæcumque fuerint Regiæ ornatus, & cætera? Minime quidem pro videndo Regiæ ornamento, atque tumultu, domo exceſſiſſem mea; pro conueniendo exiui Rege; ad quem poſt ſex aſſiſtentiæ ad ianuam menſes, nunquam inueni aditum: quo mœrore captus, minimè quidem attendi, eſſetne domus aurea, an vilis caſa. Superuenit alter hilaris nimis, quòd iter agentem inuenerit Regem, cumque fuerit in hoſpitij tectis allocutus. Aduerſa fuit tibi, dicitis ei, huiuſmodi occaſio, qua, cùm Rex abeſſet regia à curia ac domo, eius pompa, & ornatu, cæteriſque id genus mirabilibus frui nequiuiſti. Imo fauſta mihi, dicit ille, ſors, quòd eum inuenerim in via. Vix enim domum illam, in qua hoſpitio exceptus morabatur, perueni, quum aditus mihi apertus fuit: quidquid optabam, conceſſit mihi, quid ad meum attinet finem, fuerit domus illa regia, anguſta, aut inornata? Diuini Regis gloriæ finis in Magis his ad ſe adducendis conſpicua fuit Epiphania, qua ſe vniuerſis gentibus daret conſpiciendum; ianuam ad cæleſtia negotia pertractanda nulli non facilem præberet: quæ ergo domus adeo opulenta, adeo potuit eſſe fulgens, & ornata, quam ſtabulum iſtud non excederet ad lætam optati finis adeptionem? Eo ſiquidem ipſo, quòd ſtabulum fuit, communeque cunctis diuerſorium; ipſomet vocabulo manifeſtè innoteſcit, ideo inibi exceptos à ſummo Rege Magos, vt nouerint omnes, nemini ad Chriſtum aduenienti aditum non patere expeditiſſimum. Imo ideo excepit in pecorum loco, quòd in reliquis diuerſorij receptaculis poſtes in ianuis ſint, & feræ in poſtibus, nullæ in belluarum tectis feræ, nulli poſtes. Nec quidem caſu iacet inter pecora; ſed vt notum ſit cunctis, gentes vniuerſas, nobiles, ignobiles, diuites, pauperes, magnos, puſillos, albos, Æthiopes, ſapientes, rudes facilem apud eum inuenire aditum, nulla diei, aut noctis hora clauſum. Vocat ſtella duce, imo multis ductricibus ſtellis omnes vndecunque filios hominũ benigniſſimus Dominus, qui ſtella duce adduxit ad ſe Magos; vt ipſi aliorum fierent aſtra: quòd ſi vocati veniant ad eum; tunc extenſa illos accipit dextera, ſuauiſſimoq; recreat hoſpitio, non iam vt infantię tẽpore, ſordido in ſtabulo, ſed in cęleſti regno gloria beãs eos ſẽpiterna.

Epiphania Chriſti, nẽpe clara ſui manifeſtatio, ſummè enituit in ſtabulo.

Magi Reges iuſto fundamento excipiuntur à Chriſto in diuerſorio.

Simile.

Digitized by Google

IN EPIPHANIA DOMINI.

SERMO II.

Procidentes adorauerunt eum. Mat. 2. 11.

NATO in carne Dei Filio Bethlehemitico in ſtabulo, natum eſt ſimul orientali in regione ſydus eius, quod eo inſtanti, quo ſic natus fuit, creauit ipſe, vt ſua hæc natiuitas corruſcante luce nota fieret gentibus loco diſtantiſſimis, ſicut fulgore ſimili vicinis paſtoribus innotuit. Viſo ſydere, agnouerunt Magi numero tres, Reges dignitate, natum eſſe mundi Saluatorem: quo ſumma hilares lætitia, proceſſerunt ſtatim ædibus ſuis euntes Bethlehem, ſupremum hunc adoraturi Regem, ſtellam ducem magnis itineribus ſequuti. Tredecim illuc diebus peruenere: & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, *& procidentes adorauerunt eum.* Nec ſolus reuerentiæ honor, ſed oblatorum etiam donorum: obtulerunt enim Regi ſuo munera, *aurum, thus, & myrrham*: fragrantioraque ei, ac pretioſiora tradiderunt corda. Duabus igitur cognouerunt Magi Dominum ſtellis: altera, quæ apparuit in Oriente in id ab ipſo infante tunc creata, vt eum indicaret natum: altera, quæ ſub illius fulgebat tectum cubiculi, in quo recens natus iacebat Rex Regum in præſepio: ipſa nimirum genitrice eius, qua perſpecta, protinus cognouerunt infantem Saluatorem: tametſi proprio ſatis fulgore cognoſcibilem. *Maria ſtella Deum hominibus oſtendens.* Stella vtique in id à ſuo creata filio creatore, vt eum ipſa hominibus indicet, ſicut canit Eccleſia, *Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Fœlix dies eſt, fœlix omnibus Epiphania, manifeſtatio videlicet nati Saluatoris. Fœlix (inquam) dies vniuerſis, non ſolis Magis, ſed & nobis etiam, qui hîc adſtamus. Nam licet nobis non effulgeat illa, quæ Magos Reges eduxit ſtella domibus ſuis, effulget quidem illa, quæ præcipua eſt, quæque nullis eget ad ſui agnitionem magicis artibus, ſed pio affectu, ardente deuotione. Hanc nobis ducem inuocabimus, & quidem, ſicut Magi Reges, procidentes, vt ſuum nobis filium manifeſtet. *Maria theſaurus Dei.* Quòd ſi & in eo oportet nos imitari Magos, quòd infanti Deo obtulerint munera, vt diuinum nobis ad loquen-

Digitized by Google

dum ille præſtet auxilium: nullum ſanè tam gratum ei offerri poteſt ac Virgo ipſa, parens eius. Magi etenim Reges *apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera*: tunc noſtrum nos offeremus theſaurum, quum Virginem ei obtulerimus, verum ei theſaurum, veram parentem eius dilectiſſimam. *Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.* In humani generis agro inuenit diuinus homo, Dei Filius pretioſiſſimum theſaurum, auream Mariam; cuius amore emit agrum hunc ſanguine ſuo, quem, vt nos emeret, effudit. Priùs quàm agrum emeret, abſcondit theſaurum, *quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum*: quoniam profectò inuentam Dei Filius in agro humani generis Mariam abſcondit, ſeruans ſibi virginem, virginem eum parituram. Virgo etenim hæc abſcondita vocatur in Scripturis, prophetante Iſaia: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Quam virginem, quemque Emmanuelem, eſſe Mariam, & Ieſum Chriſtum, expreſſis his verbis ſcripſit Matthæus: *Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel: quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus.* Quæ verba continenter proſequitur, narrans Magorum aduentum, ad nati iam Emmanuelis adorationem, & honorem. Hebræa ergo vox, qua Virgo hæc paritura prædicebatur tum Iſaiæ verbis iſtis, tum Salomonis in 30. prouerbiorum capite, eſt hhalmah, quæ abſconditam ſignificat Virginem, vt probat Hieronymus, tum ex 24. Geneſis capite, in quo virgo Rebecca dicitur hhalmah, tum ex Punico vocabulo alma, quod ab Hebræa lingua, ſicut reliqua omnia, eductum eſt. Et quidem ratione hac; vt abſconditam deſignaret Salomō virginem vſus eſt vocabulo hhalmah, quum dixit: *Quartum penitus ignoro, viam viri in adoleſcentia*, quæ ſecundum Hebręos eſt adoleſcentula: quo adeo ſignificauit abſconditum, vt penitus ignoraret ipſe viam viri in ea, vel ad eam: vtrunque enim dicit Hebraica propoſitio. Eſt itaque Virgo hæc penitus abſcondita, quippe abſconſus in agro humani generis theſaurus. Quis enim poſſet ſuſpicari tam pretioſum theſaurum in terreſtri gignendum agro? Inuenit ſolus ille, qui ſumma eſt ſapientia, ſibique applicuit ipſi, vt ſe ipſum ſapientiam ipſam ſummam in tam puro abderet theſauro. Poſtquam ergo inuenit, & abſcondit ſeque in eo ipſum factus homo abdidit Dei Filius, vendidit certè omnia, quæ habuit, vt propter grandem hunc theſaurum, agrum emeret iſtum. Vendidit ſanguinem, & corpus, honorem, gloriam, reuerentiam, aut ſaltem venditum ſe à proditore Iuda tradidit emptoribus, vt agrum hunc, nos homines emeret, præ ingenti gaudio tam eximij theſauri à ſe ſolo inuenti, & occupati. Mirum, quòd omnia ſua vendiderit, præ gaudio inuenti huius theſauri: at ſi vendidit omnia, ipſo quidem in theſauro habuit, vnde viueret, vitalem ſanguinem, quo, in quantum homo eſt, vita viuit humana,

Matth. 13. 44.

Iſai. 7. 14.

Maria Virgo abſcondita.

Matt. 1. 22.

Hebræa.

Hiero. in Iſai 7. 14 & l. 1. cōtra Iouin. & in trad. Hebraicis in Geneſ. 24

Geneſ. 24

Prou. 30. 13.

Digitized by Google

ſumptum à Virgine, theſauro pretioſiſſimo. Excellentiorem ergo
illis Magorum theſauris ſupremo nos theſaurum offerimus Regi,
dum Virginem matrem præſentamus. Hanc ille ſtellam præbeat
nobis, qui eandem ei dedimus ipſam, contubernium, theſaurum, ge-
nitricem. Aſt vt Virgo hæc veniat nobiſcum offerenda; inuocanda
eſt ſuauiſſimis illis, quibus fuit ab Angelo verbis ſalutata.

Aue Maria

Epiphania dies præclariſſimo cuique viro eſt dies ille, in quo maximè oſtentatur.

Cùm Epiphaniæ vocabulum, quod Græcum eſt; latinè ſit ma-
nifeſtatio, ſitque præſens dies Chriſti Epiphaniæ titularis: ea qui-
dem eſt feſtiuitas præſens, qua ſe Dei Filius fecit mundo manifeſtũ.
Omni homini rebus præclarioribus inſigni ſuus proprius eſt Epi-
phaniæ dies; ſcilicet, in quo hominibus maximè oſtentatur; qualis
ergo putabitur hæc, quæ Chriſti Epiphania nominatur, cùm tot, ac
tanta ſint magnalia eius, quibus fulgentiſſima oſtentatione coruſcat?
Profana ſunt, ac prorſus vana illa, quę terreni homines grandia exi-
ſtimantes, eligunt ſibi celebranda, tanquam propriæ monumenta
oſtentationis: non ſic Dei homines, non ſic: ſed eum putant ſuæ
diem gloriæ, ac oſtentationis, in quo illuſtre aliquid in ſui adoriun-
tur creatoris obſequium: inanes prorſus oſtentationes reliquas, quæ
ad mundi ſpectant pompam, & honorem. Qui alienus terreſtri erat
à vanitate Ieremias, teſti dicebat Deo; *Diem hominis non deſideraui,* Ier. 17. 16
tu ſcis. Diem hominis dixit illum, in quo humanum quid celebrant
homines; tanquam propriæ diem fœlicitatis. Plurimi euenerunt
dies Dauidi, quorum quemlibet potuit proprium ſibi adſcribere, in
quo ſe glorioſiſſimè oſtentauit; nec tamen ex illis electus eſt aliquis,
qui dies Dauidis, eiuſve oſtentatio diceretur, niſi vnus ille, in quo
ſe eximiè oſtendit pium. Poterat vocari oſtentati dies Dauidis ille, in
quo, cùm paſtor ſeruandis ouibus intenderet, conſtitutus fuit ſubi-
tò Iſraelis Rex, omnium Regum terræ præclariſſimus; *Tulit ergo* 1. Reg. 16.
Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius: & tamen dies 13.
iſte nequaquam vocatur Dauidis dies. Nam alij non pauci ex ſimi-
li vita omnino humili ad Regiam aſcenderunt dignitatem, quos
multis ſuperauit Dauid tum naturæ donis, tũ fortunæ. Sic ad impe- Gell. li. 13. cap. 4.
rium aſcenderunt ex mulorum curatore Ventidius Baſſus, ex figulo
Agathocles, ex mancipio Seruius Tullius, & ex Paſtore, ſicut Dauid,
Lycaſtus, Parrhaſius, Tullius Hoſtilius, Galerius, Viriatus, Iuſti-
nus. Sed nec dies ille in quo portentoſum Philiſthæum, terrorem,
opprobrium, ac infamiam Iſraelitici populi, funda proſternens, &
lapide, proprio ipſius Gigantis abſcidit caput gladio, Dauidicę fuit
oſtentationis dies: cùm eximia fuerit oſtentatio, qua totum ſolus in
iuuenta aduerſariorum profligauit exercitum; nam & ſolus Samſon
Iuuentam maxillam, ideſt mandibulam aſini, quæ iacebat, interfecit Iud. 15. 15.
in ea mille viros, ſimiliter Philiſthæos. Nec dies ipſe, in quo, ob tru-
cidatum Goliath, totumque exercitum diſiectum, pompoſiſſima
trophæi gloria *Egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael can-* 1. Reg. 18.
tantes, chorôſque ducentes in occurſum Saul Regis in tympanis lætitiæ, 6.
& in ſiſtris: & præcinebant mulieres dicentes: Percuſſit Saul mille, &
Dauid decem millia. Nam victores alij fere ſimilibus factis, ſimili fe-

Oſtentationem ſui faciunt homines Dei in facienda Dei ipſius oſtentatione.

Dauidis dies quiſnã fuerit.

Dauid ex paſtore factus ſubitò Rex.

Reges multi ex infimo ſtatu ad Regiam euecti dignitatem

Ventidius Baſſus ex mulorum curatore imperator.

Agathocles figulus imperator.

Seruius Tullius ex mancipio Imperator.

Digitized by Google

re excepti ſunt in vrbes triumpho. Victorem Africæ Pompeium au-
Sueton. in Iulio Cæſare c. 37. rato excepit Roma curru Elephantibus vecto: ſimili Iulium Cæſa-
rem, elephantis quadraginta dextra, læuaque lychnos geſtantibus,
poſt quinque domitas nationes; nec longè abſimili Gordianum, de-
uicta ſimiliter Perſia. Fuerunt etenim tot, tamque Dauidis præcla-
ræ victoriæ, vt vix diſcerni potuerit, quænam eſſet præferenda, vt
oſtenſioni eius eſſet titularis. Ille igitur fuit oſtentati Dauidis dies,
in quo, cùm ei integrum eſſet, hoſtem Regem infeſtum, perſecu-
torem potentiſſimum ſaluo, ac impunito interimere, non tetigit:
ſed ſancta liberalitate dimiſit. Eo etenim tempore, quo atrox ille
hoſtis Saul ibat cum tribus millibus ſelectis bellatoribus Dauidem in
caula comprehendere, comprehenſus ab eo ipſe incautus penitus
ac ſolus, liberè relictus eſt. Dicebant Dauidi ſerui eius; *Ecce dies,*
1. Reg. 24. 5. *de qua locutus eſt Dominus ad te; Ego tradam tibi inimicum tuum: vt*
facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis; ſed reſpondit ille; turpiter deſi-
pitis. Nequaquam erit dies meus, meæve oſtentationis dies ille, in
qua Regem peremero inimicum: imo dies ille, in quo ei pepercero,
intacto penitus dimiſſo. Quod vbi aſpexit hoſtis ipſe Saul, ingenuè
faſſus eſt, dimiſſionem hanc oſtenſionem propriam eſſe Dauidis;
1 Reg. 24. 18. tuncque manifeſtè apparuiſſe, quiſnam, & qualis eſſet ille. *Et le-*
uauit Saul vocem ſuam, & fleuit, dixitque ad David: Iuſtior tu es,
quàm ego. Et tu indicaſti hodie, quæ feceris mihi bona. Multa Sauli
fecerat bona pius Dauid, liberans eum glorioſa ab hoſtibus victoria:
& tamen vna hac dimiſſione oſtenſus eſt Dauid, quàm eſſet ei bene-
3. Reg. 17. 18. 45. factor, pronuntiata ab ipſo inimico ſententia. Elias habuit cœleſtiũ
clauem portarum, & nubium; quas, quum volebat, obſerabat, ne
pluerent; quum pluuiam volebat, reſerabat: igneæ quoque regio-
nis, ex qua iuſſit bis deſcendere ignem, qui miniſtrum Regis Ocho-
4 Reg. 1. 9. 12. ſiæ quinquagenarium cum viris quinquaginta deuorauit; alioſque
poſtmodum cum duce ſuo quinquaginta; reſeruans à flammis quin-
quagenarium tertio miſſum loco, ſocioſque eius quinquaginta: qua
etiam eaſdem aperuit portas, vt deſcenderet iuſſus ab eo ignis ad
conſumendum oblatum ſacrificio bouem cum altari ſuo aqua vndi-
que imbuto, in manifeſtum diuinitatis teſtimonium Domini illius,
qui in oblatam ſibi hoſtiam vrentes iniecit flammas, conclamante
3 Reg. 18. 39. populo vniuerſo; *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus:*
Dominus ipſe eſt Deus: Clauem quoque mortis, ac vitæ, perimens
3 Reg. 17. 17. coram eodem populo, & Rege Prophetas Baal omnes, quadringen-
tos & quinquaginta, Reginæ dilectiſſimos: extinctum puerum red-
dens afflictę matri vitæ reſtitutum: & neque horum vllum dicitur
Eliç oſtentatio, nec extremum illud, quo vitę curriculum perfecit,
quando *Currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque*, Eliſeum, &
4 Re. 2. 11 Eliam, *Et aſcendit Elias per turbinem in cœlum.* In vno illo viſus eſt,
3 Re. 17. 1 egregiam ſui edidiſſe oſtenſionem, quòd ſe impio Regi conſtantiſſi-
ma oppoſuerit facie, vt eum humiliaret, multa ſæpius ei in faciem
obijciens: nunc dicens ad eum, claudam tibi cœlum, ne ſit annis his
aut ros, aut pluuia, vt tu, & omnes tui, tuaque iumenta miſerè tabeſ-

Pompeius Africa victor grandi in vrbem exceptus triumpho.

Iulius Cæſar grandi post victorias quinque exceptus triumpho.

Dauidis oſtenſio in dimittendis offenſoribus præclariſsima.

Eliæ oſtenſionis quiſnam fuerit dies.

Digitized by Google

catis: nunc acerbiùs dicens: *Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui; qui dereliquiſtis mandata Domini:* nunc longè acriùs, te inimicum *inueni, eo quòd venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu* Domini. *Ecce ego inducam ſuper te malum.* Tunc enim, *Cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam: ieiunauitque, & dormiuit in ſacco; & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Theſbitem, dicens: Nõne vidiſti humiliatum Achab coram me?* Magnum opus Eliæ imò maximum: quo oſtenſum eſt, quiſnam fuerit Elias.

3. Reg. 18. 18.
3. Reg. 21. 20.
3 Reg. 21. 27.

Epiphania Chriſti cur dicatur illa qua Magis Regibus oſtenſus eſt.

Similes poſſent magnorum Dei hominum referri oſtentationes: ita vt eorum quiſque præcipua ex multis aliqua dicatur oſtenſus. Eſt ergo profundiſſimæ conſiderationis hodierna hæc Chriſti Domini noſtri Epiphania, in eo præſertim, quòd cùm magnalia eius magno numero fuerint præclariſſima, quorum poſſet quodlibet oſtentatio eius nominari; ſit titularis oſtentatio, nempe Epiphania, hodierna hęc, qua Magis Regibus innotuit. Quam ergo dicemus huius cauſam inſcriptionis? Quidnam excedens eſt in benigna hac apparitione; vt tanquam potiſſima Domini, ac Saluatoris manifeſtatio, Epiphanię nomen ſortiatur? Sanè, ſi ex diuinæ virtutis operibus agnoſcendus eſt Chriſtus, vt vno aliquo ampliori gloria oſtentari prædicetur: multa huiuſmodi fulgent facta eius, quæ Epiphaniæ nomen ſibi vendicare videbantur. Homines ſitibundos, & famelicos homines ſtupendis valde miraculis refecit, quibus egregiè oſtenſus perhibetur: illos in nuptijs Cana Galilææ facto ex aqua vino ſuauiſſimo; hos in deſerto panibus quinque, cùm viri eſſent quinque millia. Grandis vtraque oſtentatio: nam de prima legimus, *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ; & manifeſtauit gloriam ſuam; & crediderunt in eum diſcipuli eius:* de ſecunda: *illi ergo homines cùm vidiſſent, quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum.* Verbo vno dixit Chriſtus ipſe huius generis plura, ad expreſſum ſuę finem oſtenſionis. Requiſitus enim à diſcipulis Ioannis, eſſet ne ipſe promiſſus hominibus Saluator reſpondit: *Cœci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt: mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.* Quid moror? Maximam Chriſti oſtentationem in diſijciendis Satanæ machinis elucere teſtatur expreſſis Ioannes verbis illis: *In hoc apparuit filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli.* Et diſſoluit quidem præclariſſima ſui oſtentatione: ſiquidem *exibant Dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius* Dei. Cur non Epiphaniæ proprius, ac titularis dies ille, in quo Dæmonia à corporibus truſit? Opus vtique hoc maximè dicendum videbatur propria Chriſti oſtentatio: quandequidem nemo alius ante illum ea eieciſſe perhibetur; ne illi quidem, qui defuncta corpora vitæ reſtituerunt. Quin imò ne cœli Angelus Raphael, qui Aſmodæum Dęmonem, libidinis Principem à Sara Virgine honeſtiſſima in deſertum relegauit, à corpore eiecit eius: ſed, à cubiculo, in quod praue intruſus, ſeptem ſponſos eius ſuffocauerat. Inde *Raphael*

Ioan 2. 1.
Marci. 6. 35.
Ioan. 2. 11
Ioan. 6. 14

Chriſtus primus omnium eiecit à corporibus Dæmonia: nemo ante illum ab initio ſæculi

Mat. 11. 5.
1. Ioa 3 8.
Luc. 4. 41.

Tobi.8.3. *Angelus apprehendit Dæmonium : & relegauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti.* Solus igitur Chriſtus Dæmonia eiecit à corporibus, nemo ab orbe condito alius : poſt eum eijciunt ſerui eius : in quo illuſtrior illius oſtenſio, ac coruſcatio. Poterat ergo oſtentatio hæc Epiphania Chriſti proprio titulo appellari.

Video, ſummum Dei opus, in quo maximè fulget brachium eius, conuerſionem eſſe peccatoris : atque adeo diuinitiùs fulgere Chriſti poteſtatem in adducendis ad ſe Magis : qui, cùm à Dei plebe eſſent extranei, gentium more vixiſſe, earumque ritibus videntur: fuerunt autem inſignes ſanctitate, ex quo à Dei filio ſtella illuminati, atque vocati, adorationi eius, cultuique intenderunt, & amori. Præſertim, quòd magnæ fuerit difficultatis virtus, ſuas reliquiſſe domos, totque itineribus properaſſe tam celſę dignitatis viros, qui Reges erant : nec, ſi quis neget Reges, eximiæ viros auctoritatis negare poſſit. Eſſe enim opus hoc maximè proprium Dei opus, dixit expreſſis his verbis ipſe filius eius : *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pa-* Ioa.6.44. *ter, qui miſit me, traxerit eum.* Sic eſt : at ex parte hac videbatur quidem inſcribenda Chriſto Epiphania conuerſio ex multis quæuis peccatorum, quos arctiori difficultate innodatos ruptis extricauit nodis, ad ſeque ipſum funditus allexit. Vno Matthæum traxit verbo, dicens: *Sequere me : Et ſurgens ſecutus eſt eum.* Vno verbo Zachæum : *Zachae, feſtinans deſcende ; quia hodie in domo tua oportet me manere : Et feſtinans deſcendit ; & excepit illum gaudens.* Sunt autem fortiſſimæ, eęque implicatiſſimæ auaritiæ reſtes, inquietęque negotiationis, cui turbine magno intendebant iſti : vtpote populorum teloniarij, Capharnaum Matthæus, Zachęus Iericho, confuſę Matt.9.9. nimis ciuitatis. Inextricabilis profectò mortalium implicatio auri fa-Luc.19.5. mes, cupiditas argenti : cuius implicamenta manus Dei ſola poteſt diſſoluere. Pro.21.6. *Qui congregat theſauros lingua mendacij, vanus, & excors eſt : & impingetur ad laqueos mortis.* Mortis profectò laqueos eſſe, crebra paſſim dicunt experimenta. Illaqueatum auaritia cor ne ipſa quidem mors à laqueis eximit. Raptant poſt ſe auari, quum moriũtur, auaritię reſtes, quibus ad horam vſque mortis intricantur. Caſum Pythei Regis proprijs ſcriptoris Plutarchi referam verbis. *Auri fodina inuenta, cupidè nimis, aut ſuperflua quadam curioſitate eiuſmodi operi intentus, omnes in eo ciues occupatos habebat : quum alijs ad fodiendum vteretur, alios conflando, purgandoque fatigaret, quoſdam verò ei, quod iam partum eſſet, cuſtodiendo præficeret : cùm aliud nihil agere poſſent : multique ob laboris magnitudinem perirent.* Tandem cùm Xerxes in Greciam tranſire pararet, dilectiſſimumque Pythei filium membratim conciſum per caſtra iuſſiſſet circumferri : *dolore confectus Pytheus, cùm & mortem formidaret, & vitæ ſatietate, atque odio teneretur, monumentum ingreſſus, ne quis illuc ingrederetur, cauere præcepit : vtque ſingulis diebus paratam cœnam ad monumenti oſtium poni curaret vxor. Et is quidem eo pacto, quod vitæ reliquum fuit, miſerabiliter duxit.* Itaque auarus iſte, qui in fodinis auri cor ſemper recluſerat, dum viueret : ſe totum denique recluſit ad interitum

Plutar. de virtutibus mulierum c.26. to.1. operum moralium

Chriſtus oſtenſus Deus in abducendis funditus peccatorib. à laqueis criminum acreribus.

Auaritia laqueus animarum implicatiſſimus, ſola Dei manu extricabilis

Pytheus Rex auariſſimus pleroſque in fodinis auri occupans ſubditos, in fodina tandẽ incluſus ipſe vixit, & obijt.

tum

tum. quis iam laqueum mortis neget auaritiam? Mortis dixit Salomon: ſed Paulus poſtea dixit Satanæ. *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* 1.Tim.6.9 Quàm bene dixit, laqueum Diaboli! Hic enim, cùm ſuperbus ſit, gloriatur in eo, quòd ex argento laqueos faciat, & ex auro; quibus mergit auaros horrendam in ſpecum æternæ perditionis, & interitus, ignitis ferri vinculis conſtringēdos in medijs flā mis, quibus ex hoc iam ſæculo auaritia ardere torridi cœperunt. Quàm etiam bene notauit Theophilactus verbum, *Qui volunt*: eò quòd hi etiam qui minimè diteſcunt, ſola diteſcendi auiditate laqueo miſeri irretiuntur diabolico, æternis torrentur flammis, nullis in præſenti hac vita opibus potiti. Theophi. ibi. Vt enim dixit Aug. *Auaritia eſt, velle eſſe diuitem.* Hæc eſt laqueus Diaboli; & propria item conditione laqueus eſt. Talē dixit Chryſoſt. *Diues, etiamſi non capiatur ſuis tamen compedibus irretitur: curis innumeris, & cogitationibus obſtrictus.* Augu. ſer. 205. de tempo. Certum Diabolici huius laquei experimentum memorabo ex multis vnum illud, quod ad glorioſam hanc Matthæi factam à Dei filio extricationem ſpectat. Chryſoſt. hom. 6. in Epiſt. ad Tim. c. 5 prope finē *Cùm veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes Dæmonia de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis, & tibi Ieſu, fili Dei? Si eijcis nos hinc: mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu: & viſo eo, rogabant, vt tranſiret à finibus eorum.* Mat. 8,28 Heu miſeros! ô Diaboli laqueum! ô auaritiam! quid eſt, quòd Chriſtum, vt ab eorum finibus tranſiret, rogauerunt, qui tam ſtupendum eius viderunt miraculum? Qui duos ex ſuis homines à tam ſæuis tormentis intuebantur exolutos? qui ſe ipſos à tam horrido liberos metu, quo nemo per viam illam tranſire audebat, ſed longis diſcedebat anfractibus? Non affirmo auaritiam: ne incertum, vt certum iudicemus: ſed vehementem auaritiæ video ſuſpicionem. Ægriùs, ſi ita fuit, tulerunt iſti iacturam porcorum, quàm hominum, qui tam dirè à Dæmonijs torquebantur. Ægriùs, quàm propriam ipſorum moleſtiam, qua per longiorem circuibant viam, ab energumenis diſcedentes. Benigniſſimo Domino, ſeruatore vtiliſſimo maluerunt priuari, quàm ſuibus. Nonne laqueus Diaboli? Laqueos expediere Dæmonia à corporibus illis duorum hominum miſerè conſtrictorum: vt inijcerent cordibus eorum, qui tam turpi auaritia Saluatorem ſuis eiecerant à finibus. A quibus diſcedens ille, continenter perrexit Capharnaum, vt Matthæum à laqueis expediret, non quidem corporis, ſed mentis, quibus auarus tenebatur: vt ſe oſtenderet Chriſtus Diaboli laqueos tam à corporibus dirumpere potentem, quàm ab animis. Non ignoro Lucæ narrationem, qua dicit: *Rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum, vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebantur*: quo viſi ſunt, ti- Luc. 8. 37.

more potiùs reuerentiæ, quàm pecuniæ amittendæ, rogauiſſe eum, vt diſcederet. Difficile quidem intellectu, quòd ob reuerentiæ metum à ſe amouerint illum, qui ab omni eos metu liberauit. Sed eſto fuerit reuerentia, non auaritia: ſatis quidem oſtendit Dei filius verum ſe Deum in diſſoluendis Diaboli laqueis tum humanorum corporum, tum mentium: mentium Matthæi, atque Zachæi, quos ab auaritiæ retibus auulſit. Erat igitur hęc digna oſtentatio, quę Chriſti Epiphania inſcriberetur, cùm tam fuerit publica, quàm publici auari ipſi, qui publicani appellantur in textu; Matthæus quidem te-

Mat 9.11. loniarius, de quo dixerunt ad Chriſti diſcipulos Phariſæi; *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Zachæus

Luc 19 2. plus vltra; *Et ecce vir nomine Zacheus, & hic Princeps erat publicanorum, & ipſe diues.*

Libidinis vitia difficilima eradicatu: nec niſi potenti Dei manu. Chriſtus introduxit perfectam in terras caſtitatem.

Non minùs perſpicuè Deum ſe oſtendit Chriſtus noſter in abducendis radicitùs à carnis vitio perditis hominibus. Ligat enim homines inclinatio hęc inextricabilibus retibus fœminę virum, viro

Eccl.7.27 fœminam. *Inueni amariorem morte mulierem; quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius.* Eſt enim rete ex ſolidiſſimis implicatum neruis, & eis quidem naturalibus, ſicut naturalis eſt inclinatio ipſa. Planè nihil minus eſt, ſeparare à dilecta virum fœmina, à dilecto illam, quàm duas vnius carnis partes ſeparare violenta neruorum diſciſſione. Sunt fœmina, & vir, cùm ardente ſe adamant affectu, *Duo*

Gen.2.24 *in carne vna*: atque adeo non minùs difficilis diſceſſus, quàm cruenta viuæ carnis diſciſſio. Dico adhuc difficilem magis; potiúſque diſcindere huiuſmodi amatores propriam in fruſta duo carnem, quàm ab adamata fœmina diſcedere. Quæ difficultatem hanc humanis inſuperabilem viribus oſtendunt, crebra vbique ſunt experimenta: Dei quoque ſententia crebrò in ſcripturis repetita: adeo vt captiuum dicat fœminæ virum, viri fœminam. *Condelector enim legi Dei*

Ro. 7. 22. *ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo.* Tanta eſt in ſeparanda à dilecta carne difficultas, vt quum victor quiſpiam eam ſeparat, propria ſit Dei gratia, Dei propria poteſtas, ſine qua impoſſibilis ſeparatio. *Infœlix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius*, ait

Ro.7 24. Paulus: *Gratia Dei.* Gratia Dei, ait: ſola Dei gratia, homine ipſo concurrente. Ideo dicens Eccleſiaſtes relata illa verba *laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius*, addit: *qui placet Deo effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. Et*

Ge.32. 24 *ecce vir luctabatur cum Iacob vſque mane, qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* Quæ verba expendens Aluarez noſter, ait; *Quia ſi Deus femur no-*

Didacus Aluarez de Paz. li. 5 par. 2. c. 10. tom. 2. *ſtrum ſua gratia non tangat, nunquam valebimus de carne victoriam reportare.* Hæc ergo victoria, quæ ſoli tribuitur Deo, propria Chriſti eſt; non ſolo merito, quo victoriam nobis comparauit, vt ſubiunxit prędictis Paulus verbis: *Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum:* ſed effectu etiam: quatenus pu-

Digitized by Google

iſſimus Dominus caſtitatem in terras perfectam introduxit. Quis enim ante aſſumptam ab eo carnem, perfectum coluit cœlibatum, niſi vnicus, quem ſciamus, Elias? Paſſim in Chriſti populo veneramur Virgines: fœminas, ac viros, qui extra carnem viuere videntur, à Chriſto inſtructi, adiuti, roborati. Id quod Paulus ipſe proſequitur, dicens: *Nihil ergo nunc damnationis eſt ys, qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundum carnem ambulant, ſed ſecundum ſpiritum. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis. Nam quod impoſsibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Nulla igitur maior Chriſti oſtentatio ingenti hac, quæ magnum in vniuerſo fuit tonitruum. Vnde Aluarez ille, qui ſolius dixit diuinæ opus poteſtatis: tandem attribuit illud Chriſto, reboantem hanc tonitrui conſiderans rationem. *Eſt etiam vita continentium, quaſi vox tonitrui magni. Nam tonitruum ſonus eſt ex nubis ruptione procedens: quia ex filio Dei ad nos per humanitatem veniente proceſsit. Chriſti enim humanitas eſt nubes illa, de qua Iſaias ait: ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem; ex eo nimirum, quòd verbum humanitatem aſſumpſit. Ex ea nube tonitruum caſtitatis egreſſum eſt: quoniam dum Chriſtus ex Virgine naſci voluit, munditiam virginitatis in ſe ipſo conſecrauit, & homines caſtitatem edocuit.* Meritò dicitur tonitruum caſtitas, cùm ſtupere faciat inſolita homines fama: cùm tam latè fama diffundatur: cùm exeat ab ardentiſſimo diuini amoris fulgure: cùm ſumma reſplendeat puritate. Potuit iuxta hæc Epiphaniæ dies ille maximè dici, in quo puriſſimus Dominus eam reduxit peccatricem, cuius conuerſio ſplendidiſſima fuit, tum ob perſonæ nobilitatem, qua Maria illa Magdalene erat ingenua, tum ob notam vniuerſis fœminæ vitam, conuerſationem, & famam: quoniam erat *Mulier in ciuitate peccatrix.* Eo vel maximè, quòd accenſa ſubitò intenſiſſima amoris flamma, qua *Dilexit multum,* tanquam fulgentiſſimum prorupit fulgur miſtum exeunte per oculos pluuia, cuius *Lacrymis capite rrigare pedes eius.* Quænam potuit glorioſior eſſe hac, Epiphania, qua fœminæ mutatio tam mirabilis fuit, vt ad oppoſitum tranſierit extremum, ruptis humani vinculis amoris, penituſque extricatis aureorum nexibus capillorum, dum lacrymis rigans Domini pedes, *Capillis capitis ſui tergebat:* ac vitæ reliquum, quod multorum fuit annorum, in ſegregato degerit eremi monte ſolos inter Angelos, perfecta vitæ puritate, ieiunio, cilicio, auſteritate?

Caſtitas tonitruum magnum, egreſſum à Dei filio.

Rom. 8. 1.

Didacus Aluarez de Inc. li. 5. pat. 2 c. 12. tom. 2.

Iſai. 19. 1.

Pœnitentia ardens amor miſtus lacrymis, fulmen eſt ardens, miſtum pluuia cœleſti.

Luc 7. 37

Vtriuſque affectus abſciſſio, carnis nimirum concupiſcentiæ, & auaritiæ, difficilis eſt adeo, vt non ſolùm debeat dici reſectio, ſed etiam vera mortificatio, qua tanquam morte ipſa dolorem ſibi incutit, quiſquis à ſe vel opes abſcindit, vel amatum, quo cum turpi eſt innexus contubernio. Pauli verba ſunt hæc; *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam.* In quo igitur potuit diuina

Colo. 3. 5

Digitized by Google

Chriſti vis glorioſiùs coruſcare, quàm in voluntaria hac hominum mortificatione, qua ſe ipſos afficiunt, qui impulſu eius tacti, vitam vſquequaque mutant, innouant, conuertunt?

Nihil tamen horum, nec ſimilium, propoſuit mundo Dei filius ſui oſtentationem, ſui notitiam, titularem ſui Epiphaniam: ſed illam propoſuit titularem, qua alienigenas hos, tum ſapientes, tum Reges curuare ſibi fecit genua, cùm in ſumma eſſet paupertate, deſpectione ſumma. Itaque facere humiles Reges, & humiles facere ſapientes, eximium Dei factum eſt, quo Deum ſe oſtentat in hominibus. Etenim ſumma hominum, quantum ad comparandam de ſeipſis victoriam, difficultas penes vincendum eſt elationis affectum, & effectum: ita vt multi poſt deuictam, deuinctamque auaritiam, iracundiam, ingluuiem, loquacitatem, diſtractionem, poſt compreſſum amorem ludi, atque ſpectaculi, petulantiam, libidinem, luxuriam, ipſamque in omnibus his carnem, nondum honoris vicerint, ac elationis appetitum; nondum æſtimationis, nondum reuerentiæ; nec cuipiam ſe inferiores exhibeant: præſertim, ſi ſapientes ſint, aut magni Principes. Eſſe in quocunque ingenuo homine poſtremam cum ſuperbia pugnam, Patres omnes affirmant, atque necnon experimentum; ita vt poſt deuictas inclinationes reliquas ſiniſtras, vigeat adhuc in corde intimus excellentię amor, turgens paſſim quibuſcunque oblatis occaſionibus, tantóque vehementior, quantò aut ſanguine, aut litteris, aut alia quauis dignitate ſuperior eſt homo. Vnde qui aut Princeps eſt, aut ſapientia præter ſolitum inſignis, cunctis ſe & honore præfert, & loco: niſi diuina gratia componatur. Sancti Gregorij verba ſunt hæc, quæ iam referam. *Mirum valde eſt, quum in cordibus ſublimium regnat humilitas morum. Vnde penſandum eſt, quia potentes quique, quum humiliter ſapiunt, culmen extranea, & quaſi longè poſitæ virtutis attingunt: & rectè hac virtute Dominum quantocius placant. Quia illud ei ſacrificium humiliter offerunt: quod potentes inuenire vix poſſunt.* Quapropter ex ſignis omnibus, quibus Deum ſe Deus in hominibus indicat, ſummum quidem eſt hoc, quo Reges magnos, altéque ſapientes, ante pedes ſuos humiles corde procidere facit, ac curuari. Sic oſtenſus eſt Deus, ad tantam redigens humilitatem Regem Iudæę Manaſſem, quanta ille ſe euexerat ſuperbia. *Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum ſuorum. Et cognouit Manaſſes, quod Dominus ipſe eſſet Deus.* Qua cognitione procidens ante eum, orauit, dicens: *Domine omnipotens, quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ, quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis comminationis tuæ ſuper peccatores, peccaui ſuper numerum arenæ maris, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ: & non ſum dignus intueri, & aſpicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem.* Nec ſolum hunc, qui ex eodem erat Dei populo, Regem humilem fecit: ſed extraneum etiam Antiochum Græcum, ſupra modum ſu-

Humilitas in Regibus, & in ſapientibus magnum eſt Dei opus.

Chriſtus oſtendit ſe Deum in faciendo humiles Reges, humiles ſapientes.

Principes eſſe humiles magnũ Dei opus.

Greg. lib. 26 moral. cap. 19.

Manaſſes Rex Iudæa initio peſſimus, poſtea pœnitentia magna, humiliate, que mutatus.

2. Paralip. 33. 12.

In oratione Manaſſe.

Antiochus ſuperbiſſimus à Deo horrende humiliatus

Digitized by Google

ſuperbum, humiliatum vltra modum. *Superbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit, illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari. Iſque, qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram, in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans: ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante ſydera cæli ſe contingere arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet, ait: Iuſtum eſt, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* Magis adhuc ſuperbum profundiore humilitate affecit Nabuchodonoſor Aſſyrium. Somniabat ſe Deum inſanus iſte, adeo vt tanquam Deum ſe adorari velle geſtiret: quem tantò Deus magis humiliauit, quantò inſanius vidit ſuperbire. *Et ex hominibus abiectus eſt, & fœnum, vt bos, comedit: & rore cæli corpus eius infectum eſt: donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius, quaſi auium. Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cælum leuaui, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & altiſſimo benedixi, & viuentem in ſempiternum laudaui, & glorificaui: quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna, & regnum eius in generatione & generationem.* Modicè quidem humilias te, Nabuchodonoſor: profundiorem exigit humilitatem & ſuperbia tua, & facta in te à Deo humiliatio. Perge humilians te inferiùs, quidnam dicis? *Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt.* Benè habet: ſatis profectò humilitatis eſt. Nec enim vltra dici poteſt, vbi dictum eſt: *Omnes apud eum in nihilum reputatos:* ſed perge nihilominus, ſi potes: *Omnia opera eius vera, & vitæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.* O altiſſime Deus! Hęc eſt immenſa celſitudo tua: vt potentiſſimos terrarum Reges humiles penitus facias: tantoque humiliores, quantò excelſiori inflatos culmine intueris. Quæ ergo potuit tam glorioſa tui in carne nati eſſe Epiphania, ac hodierna hæc, qua extraneos Reges, eoſque ſapientes humiles facis, non quidem iam deprimens eos, ſicut Manaſſem, ſicut Antiochum, ſicut Nabuchodonoſor abiectione ſumma depreſſiſti: ſed potiùs deprimens te ipſum humilitate tanta, vt iacens infans in ſordidi ſtabuli præſepio viſitantes te Reges pauper excipias, faciaſque eos procidentes adorare te, & tibi miniſtrare? Hæc eſt Chriſti gloria, hæc Epiphania, hæc, auditores, oſtentatio: vt humilians, non Reges, ſed ſe ipſum, Reges eſſe humiles efficiat. Sanè propria Deum in terris conuerſatum perſona, longè maiora facere, quàm vllo antea tempore effeciſſet, omnino oportebat: ideoque ante omnia hoc, quod ſummum reor, vt cùm olim ſuperbos Reges humiliaſſet deprimens, ac confundens, Reges iam & ſapientes humiles faceret, deprimens

2. Macha. 9. 7.

Nabuchodonoſor ſuperbiſſimus, à Deo ſtupendâ humiliatus arte, humiliſque ac modeſtus.

Dan. 4. 30.

Digitized by Google

ſe ipſum, ſummaque humilians abiectione. Deprimens nimis Manaſſem, humilem fecit, faciens eum catenis vinctum duci in Babylonem, duraque ibi in ſpecu multo vinculo ferreo ſæuè deprimi: deprimens ſimiliter Antiochum plaga illa ſtupenda, ac graueolentia fœtidiſſimum; Nabuchodonoſor præ cæteris deprimens, in belluam ex homine mirabiliter verſum: ſed Magos Reges nulla quidem plaga, nulla abiectione, depreſſione nulla humiles fecit; ſed ſe ipſum abijciens, deprimens, humilians; cuius & impulſu ſpiritali, ac viſibili exemplo humiles valde facti ſunt: *& procidentes adorauerunt eum.*

Nullam equidem virtutem ex moralibus noui, ad quam non fuerint compulſi à Principibus alijs, imo & à non Principibus Reges non pauci: ſolam non valuit ad humilitatem formare vllum vllus Rex Principem, niſi ſolus altiſſimus Rex Regum.

Difficillimum Regi opes relinquere; quoniam *Pecuniæ obediunt omnia*: & tamen fecit Rex eas à Rege relinqui: non dicam fecit Iuſtinianus à ditiſſimo relinqui Beliſario, adeo vt oſtiatim corrogaret ſtipem, vt ſcribit Iuſtinus: quoniam paupertas coacta fuit, non voluntaria: ſed dicam relictum ſponte Magno ab Alexandro Regnum Dædalorum, armis iam obtentum, totamque Indiam, cuius expugnationem proſequebatur: quam vt penitus relinqueret, effecit ipſa Dædalorum Regina, non armis, ſed amore, quo eiuſdem Reginæ Cleophidis captus, captum iam regnum omiſit libens. Auctor Iuſtinus ipſe. Nec inſeram his, quem abſtinentem fecit à cibis Imperator Baſilicus Zenonem: quoniam coacta inedia fuit: ſed referam eos, qui alios fecerunt caſtos: cùm difficillima ſit in omni carne carnis ipſius continentia. Homo caro eſt, ſic à Deo appellatur; *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum: quia caro eſt*: atque adeo propriam carnem compeſcere, eſt cohibere ſemetipſum: quo nihil difficilius: & fecerunt nihilominus caſtos multi multos. Omitto, quoniam coacta fortè fuit caſtitas, illam, in quam induxit Hiſpaniæ Rex Alfonſus cognomine caſtus ſororem ſuam Ximenam, quam in ſtricto recluſit monaſterio, vt ſcribit Iulianus del Caſtillo; cùm non mereatur caſti nomen, qui coactus eſt, vt docuerunt Auguſtinus & Hieronymus, Thomaſque cum Theologis, & ante illos Magnus Baſilius, cuius verba ſunt hæc: *Caſtum autem dicimus non eum, cuius iam libidinis pleni appetitus à ſenectute, aut morbo, aut alio quouis caſu exaruerunt: non enim quiſquam, ob id, quod efficere non valet, ſed cùm poſſit, nec abutitur tamen potentia ad iniuſtitiam perpetrandam, ſuſpicitur, atque admirationi eſt*: ſed non omittam, quem refert Sabellicus, Amatorem, qui ductam ſpecioſiſſimam, eamque nobiliſſimam vxorem in perpetuæ virginitatis induxit obſeruantiam lætiſſima vxoris voluntate. Vtrunque præſtitit Angliæ Rex tertius Eduardus; qui matrem vi, monitis vxorem fecit continentem. Quòd ſi maius cenſeatur, quòd viros faciant caſtos fœminæ: adeſt eiuſdem Angliæ Regina Edeltrudis, quæ duobus nupta Regibus, continentia viuere perſuaſit vtrique. Nec ſolos Chriſtianos, ac compoſitos viros valuerunt

Eccl. 10. 19.
Iuſtin. in epit. verbo Iuſtin. pag. 316
Iuſt. l. 12. hiſtor.
Iuſtin. in epit verbo Zenō pag. 319.
Gen. 6. 3.
Iulian. del Caſtillo l. 3. Regum Gothor. diſcurſu 4.
Aug. l. de mendac. c. 19.
Hier. l. 1. contra Iouin. c. 7.
S. Tho. 1. 2. q. 155 art. 1.
Baſ. orat. 8. de Tēp.
Sabellic.

Diuitias relinquere fecerunt multi multos.

Beliſarius ditiſſimus compulſus à Iuſtiniano eleemoſynã oſtiatim petere.

Cleophis Dædalorũ Regina blãditijs fecit renuntiare Alexandrũ obtẽto iam Regno Dædalorum.

Zenon fame peremptus à Baſilico Patricio Imperatore.

Eduardus Angliæ Rex continentem fecit matrẽ vi, monitis vxorem.

Edeltrudis fecit continentes ſponſos duos.

Digitized by Google

Theodora Virgo induxit ad continentiam cæcum libidine iuuenem.

Spurina Virgo extrema pulchritudinis deformauit faciẽ ſuam, ne ad libidinem viros cõcilia-ret.

Ambr. l. 2. de Virginib.

fœminæ caſtiſſimos efficere; ſed & cæcum libidine iuuenem, recluſæ in carcere iuſſu Diocletiani Theodoræ virgini Antiochenæ vim inferre nitentem ſciuit illa conuertere, fecitque ſanctis caſtum monitionibus. Scriptor eſt Ambroſius. Video, dici poſſe, continentiam hanc non ab ipſis factam monitoribus, ſed à Deo ipſo illis mediatoribus: quod idem de humilitate dici debet, cùm faciat ſæpe Deus humiles Principes miniſtris ſeruis ſuis, verbo eius corda emollientibus. At certè & naturali prorſus arte faciunt nonnulli continentes aliquos, tametſi illi, qui id efficiunt, à Deo ſint diuinitus moniti. Nam Spurina, extremæ Virgo pulchritudinis, cùm videret, adſpectu ſuo concitari ad libidinem homines quoſcunque eam adſpicientes, illo vſa fuit medicamento, vt ſe deformem faceret, multis faciem perdens vulneribus, vlceribus, ictibus, liuoribus: quibus eam horrore tanto deformauit, vt concitati ad libidinem viri, quiete omnimoda, quum videbant eam, ſedarentur. Scriptorem exhibeo Maximum Valerium. *Dubito*, an hodie inueniantur fœminæ multæ, quæ tam carè alienam mercentur caſtitatem. Aſt humilitatem nec multæ, nec vna, alij cuiquam ingeſſit: neminem quiſquam fecit humilem, niſi Rex ille vnus, qui Regum eſt Rex, & Princeps Principum. Quam diuinitatem ſibi vt propriam oſtenderet, quum ſe oſtendit in carne; deformauit pientiſſimus Dominus propriam pro nobis faciem, ſeu certe tradidit vltrò deformandam tortoribus, qui alapis multis, pugnis, laniatibus, liuoribus deformauerunt nimis diuinum illum vultum, quem admirantur Angeli, cui dixit Rex Vates: *Speciosus forma præ filijs hominum*, in tantum, vt dicat Iſaias: *Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum: deſpectum, & nouiſſimum virorum: & putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.* Qua deformitate mouit obnixè ad humilitatem Reges multos: non quidem à ſe amouens, ſed ad ſe conuertens, & alliciens. Multos multos Reges humiles fecit adſpectu ſuo, ita vt regna reliquerint, vt nudi nudum ſequerentur: multos etiam, qui retenta maieſtate humiles ſe exhibuerint, & exhibent: ex quorum numero fuit Francorum Rex Sanctus Ludouicus, Martyr Hiſpaniæ Rex Herminigildus, Imperator Theodoſius, Magnus Imperator Conſtantinus, Magnus item Heraclius. Cùm igitur hodierna die ſummo circumdatus ſtabuli dedecore Reges hoſce tres humiles fecerit dudum natus Rex Regum, adeo vt in abiecto illo præſepio eum procidentes adorauerint: iuſto quidem iure Epiphaniæ inſcriptio præſenti huic debetur diei, qui Regum item dies appellatur. Planè, quando nullum aliud naſcendi abiectione tanta adeſſet Chriſto incitamentum, præter vnum hoc, quo Reges humiles effecit: ſufficiens fuiſſet, ad ſic naſcendum, incitabulum.

Val. Max. De verec.

Pſal. 44. 3.
Iſai. 53. 2.

Iam, ni fallor, audio aliquos ex adſtantibus mutientes, atque intra ſe dicentes: imo frequentius eſt, vt magni Reges alios item Reges humiles faciant, quàm vt homines alij alios faciant pauperes, caſtos, modeſtos, continentes. Tygranes Armeniæ Rex deuictos Reges ſibi miniſtrare, ac corã ſe iũctis, velut mancipia, manibus faciebat adſtare

Digitized by Google

Fulgoſ. l. 9.

Tygranes Armeniæ Rex, qui deuictos Reges ſibi miniſtrare fecerat, victus à Pompeio, procidit ad pedes eius.

trementes. Scripſit Fulgoſus; qui continenter narrat, victum à Pompeio Tygranem ipſum ad pedes eius flexis procidiſſe genibus: ſuamque ad pedes eius coronam humiliter miſiſſe. Parum eſt hoc, ſi ſacræ conferatur hiſtoriæ. In qua apud librum Iudicum fortuitæ narratur rotæ gyrus ſimilis; ſed longè mirabilior. Habuit Adonibezec Chananæorum Rex humiliatos ſeptuaginta Reges abiectione tanta, quantam expreſſit ipſe horrendis his verbis: *Septuaginta Reges amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias.* Sed addidit miſer; *Sicut feci, ita dedit mihi Deus.* Quidnam? Expugnante Iuda cunctas terræ illius vrbes, *Fugit Adonibezec, quem perſecuti, comprehenderunt, caſis ſummitatibus manuum eius, ac pedum,* & cætera. Cuius generis caſus paſſim quidem offendimus tam apud ſacras, quàm apud hiſtorias humanas: caſus ad caſtitatem, ad opum dimiſſionem pertinentes raros, ac peregrinos: non ergo videtur affirmandum, propriam Dei eſſe oſtentationem, Reges humiles facere; cùm id ipſum faciant terræ Principes. Sed enim conuerſiones aliæ, quas circa virtutes reliquas ab hominibus fieri commendaui, verè virtutes fuerunt, vt ibi dictum eſt, poſſentque multæ ſimiles referri: ſola coacta à victoribus humilitas, minimè humilitas eſt, ſed humiliatio; qua turgens corde victus homo ſe pro vita ſubmittit, non pro humilitate. Sanè coacta caſtitas caſtitas eſt, ſi non ſpiritalis, corporalis ſaltem, ac exterior: humilitas ſi exterior eſt, ac corporalis, non item cordi fixa, nequaquam humilitas eſt; ſed eſt humiliatio, atque depreſſio. Doctrinam hanc Patres proferunt omnes, præſertim Magnus Antonius, Iſidorus, Ephræm, Bernardus, Laurentius Iuſtinianus, Victorinus Richardus, & Angelicus Aquinas. Super omnes magiſtrorum Magiſter, ſimulque humilium humiliſſimus, dicens dilectis ſuis; *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Satis humiliatus fugit à prælio Rex Aſſyriorum Senacherib, quum *Angelus Domini percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia,* & nihilominus perſtitit in ſuperbia, *Cum reuerſus eſſet Rex Senacherib, fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret.* Quis inter mundi Reges potentior Alexandro? Et tamen cùm ſe à Principibus terræ adorari obnixiùs intenderet; qui primi reſtiterunt ei, patriæ ſuæ fuerunt; Principes ſcilicet Macedones. Nec, cùm id tormentis obtinere niteretur, valuit obtinere, extinctis plurimis priùs, quàm genuflexis. Iuſtinus eſt ſcriptor. Hac de cauſa propoſui à principio, illum fuiſſe diem Epiphaniæ, ſeu ſummæ Eliç oſtentationis, quo fecit humilem Achab; Epiphaniç Dauidicæ illum, in quo Regem Saul ad magnam reduxit humilitatem. Et huius quidem proprior Epiphaniæ dies, eo quòd humilem fecerit Regem illum, humilians infimè ſe ipſum: quoniam Dauid ille laudatiſſima Chriſti figura fuit, vt cunctis eſt notum. Veruntamen neque duo hi tam integrè fecerunt humiles Reges illos, ſicut humiles fecit Dei filius: ſiquidem nec Achab, nec Saulis humilitas firmi fuit fundamenti; quç vix oſtenſa, ſtatim fugit, redeunte ad ſcelera impio Achab, ad perſecutionem Saule eiuſdem innocui Dauidis.

Iudic. 1. 7.

Adonibezec, Chananæorū Rex, qui ſeptuaginta Reges nimis humiliauerat, captus ipſe à Iuda eadē humiliatione cecidit miſer.

Anto. ep. 2 & 6. habetur in bibl. to. 1. Iſid. l. 10. ethym. Ephræm. to. 1 in ſe reprehēſione ſui ipſius. Bern. l. de gradibus humil. & in cantic. ſer. 42. Laur. Iuſt. in ligno vitæ, trac. de humil. Ric. Vict. in cant. c. 14. S. Tho. 1. 2. q. 161. art. 1. ad 1. Matth. 11. 29. 4 Reg. 19. 35. Tob. 1. 21. Iuſtin. l. 12 hiſtoriæ.

Qui

Qui ergo Reges verè humiles facit, ſolus eſt Deus; cui Pſalmographus dixit; *Omnes gentes, quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te, Domine: & glorificabunt nomen tuum: Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.* Venient, dixit; non dixit, cogentur; non, coarctabuntur. Sic venerunt Chriſtum adorare Magi; quoniam verus eſt Deus, & ille, cui dicitur: *Tu es Deus ſolus.* Venerunt ipſi: non coacti illum coluerunt. *Vidimus*, inquiunt, *ſtellam eius: & venimus adorare eum.* Iuuabit non modicè auditores, ſcire, non eos ſolùm Reges, qui ab oriente venerunt, adoraſſe humiles Chriſtum: ſed alios etiam, qui ad eum non venerunt, humiles eum cognouiſſe Dominum, ſponte depoſuiſſe titulum Dominorum. Notum arbitror multis ex adſtantibus, Auguſtum illum Octauianum, qui naſcente Chriſto clauum tenebat imperij, publico præcepiſſe edicto, ne quis eum deinceps Dominum diceret; eſt enim hoc in ſcriptis Suetonij, Oroſij, & Dionis expreſſum: at paucis fortè notum, illam decreti edicti diem, eandem fuiſſe diem, in qua Magi Reges procidentes adorauerunt Dei filium. Facta enim diligenter computatione vnam eandem fuiſſe diem explorauerunt curioſi quidam. Sed eſto, non fuerit dies idem, certum ſaltem eſt, factam fuiſſe renuntiationem illam intra nati ſeptennium Chriſti: quod manifeſtè oſtendit Baronius. Benè ſupremum imperatorem hunc, illinc Dominum agnouere imperatores, ac Reges, Magi venientes ab oriente, in occidente manens Auguſtus imperator. Et plus vltra: eiuſdem Auguſti ſucceſſor Tiberius id ipſum quoad ſe obſeruari iuſſit, ne à quouis Dominus diceretur; vt ſcribit idem Suetonius. Imperauit autem eo Tiberius tempore, quo diuinus Dominus mundo ſe dedit manifeſtum: ſicuti habemus expreſſum apud Lucam: vt duo hi maximi terræ imperatores, tam qui dominabatur, quando natus eſt Dominus, quàm qui ſceptrum tenuit, quum interijt, titulo cederent Domini eo. Quo pulchra viget extricatio dubij illius percelebris, cur nimirum Matthæus vocauerit Magos adoratores hos, qui ab oriente ad Chriſtum aduenerunt, omiſſo Regum nomine, cùm illi verè fuerint Reges, vt ſcripſerunt Athanaſius, Tertullianus, & Beda, eſtque acceptum in Eccleſia. Ea namque certa videtur locutionis huius cauſa, quòd ſcilicet coram ſupremo Rege nemo alius debeat dici Rex: etiam ſi peculiarem habeat principatum, in quo Rex, aut Princeps appellatur. Hac quippe de cauſa *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſæcula ſæculorum: & mittebant coronas ſuas ante thronum*: & ea ipſa de cauſa poſuerunt ſub Domini pedibus regalia nomina imperatores illi Auguſtus, & Tiberius. Eſt præclarus in prouerbijs textus: *Noli apparere glorioſus coram Rege.*

Ex quo liquet, grande fieri Deo ab illis hominibus obſequium, qui in templum eius & libenter veniunt, & cum ibi reuerenter adorant. Duæ enim magnæ in cultum hunc concurrunt virtutes, religio, & humilitas, quibus Deum adorans, humiliat homo ſemetipſum. *Adoratio eſt ſubmiſſionis, & humilitatis nota*, dixit B. Ioannes Damaſcenus. Liquet necnon, quàm obnixè incumbere cultui huic debeant

Octauianus depoſuit Domini titulũ in die, quo Chriſtum adorauerunt Magi Reges.

Magi Reges cur non appellati Reges, ſed Magi.

Pſal. 85. 9.

Sueton in Aug. c. 53. Paulus Oroſ l. 6. c. 20. Dio l. [illegible]

Baro. tom.

Sueton. in Tib. c. 27. Lucæ 3. 1.

Athan. de varijs q. q. 2.

Tert. l. 3. contra Marc.

Beda in collectaneis.

Apoc. 4. 10.

Prou. 25. 6

Damaſc. orat. 1 de imaginib.

Digitized by Google

fideles omnes. Si enim tanta Reges humilitate ante ſuum procidunt Dominum, ac Regem: cur reliqui omnes, qui Reges non ſunt, aut ad templum accedere deſidia grauabuntur, aut ingreſſi iam templum, humiliari recuſabunt? Verba ſunt hæc B. Chryſoſtomi; *Quis veſtrũ, qui innumeris eſtis beneficijs Christo obligati, tam longinqua, ſicut Magi Reges, propter Chriſtum arripuit expeditionis laborem? Verum quid ego de ſpatio loquor itineris? Cùm plurimæ fœminarum tanta iam animi mollitie reuoluantur, vt, niſi adductæ mulis, quamlibet exiguo ſpatio venire nequeant ad videndum Dominum in præſepio ſpiritali.* Nondum agnouerunt Magi Chriſtum: & tanta cu currerunt diligentia, promptitudine tanta, ac voluntate, vt ſuos ei aperuerint theſauros, ex quibus pretioſiora quęque dona ad præſepium attulerunt. In ſummi honorem Regis ſua inſumpſerunt ornamenta, nullo ipſi ante eum ſedentes ornamento, nulla pompa: & ſunt tamen non pauci, qui templa eius ingreſſi, magno ibi ſedent apparatu; certantque totis viribus, vt alijs loco præferantur, ſtratis ſedibus locentur. *Magi* ait Origenes, *Fidem ſuam magnopere oſtenderunt, adorantes tanta animi reuerentia puerum tam vilibus pannis inuolutum.* Oſtenderunt item amorem ardentiſſimum: quoniam, vt ait Laurentius Iuſtinianus, *Dona inter amantes mutuæ dilectionis ſunt ſigna.* Si diligeremus Deum: omnem cultum noſtrum in eius cultum offerremus, nulla coram eo pompa aſſiſtentes, nulla ſupra adſtantes alios prælatione. Voluit tam ſibi humiles Reges hos Magos Dei filius, vt, cùm in aurea poſſet Regia eos excipere, exceperit in ſtabulo; quæ magna fuit eorum humilitas, magna Chriſti maieſtas. Mirum, quod, ad magnificam ſui coram tribus oſtentationem piſcatoribus, Petro, Ioanne, Iacobo, tam grandi ſe induerit ornamento, quando in excelſo montis cacumine *Reſplenduit facies eius, ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix;* adduxeritque illuc magnos illos viros Moſem, & Eliam: ad excipiendos autem Reges tres, eoſque ſapientiſſimos iacuerit in præſepio humilibus pannis inuolutus inter ſtabuli animantia. Mirum quidem valde, valde mirum: nam ſuam in hoc & humilitatem, & ſummam oſtendit celſitudinem. Poterat certè Reges hos excipere glorioſus, qui piſcatoribus ſe glorioſum edidit; ſed voluit abiecta forma recipere, vt in eo magis maieſtatem ſuam commendaret, quòd vel ſic à Regibus adoraretur procidentibus.

Chryſ. ho. 7 in Matt.

Orig. in l. Num. ho. 13. c. 22.

Laurent. Iuſtin in Faſciculo amor. c. 9.

Matt. 17. 2.

Templi debita, & aſſiſtentia, & reuerentia.

Magos Reges cur in ſtabulo receperit Chriſtus.

Fuit vnum hoc concionis huius inſtitutum, quod nempe ſe Chriſtus exhibuerit Deum in adducendo ad ſe Reges verè humiles, verè humiles ſapientes. Sed reſtat verbum vnum, in quo propoſiti conſiſtit momentum: humiliationem hanc, qua procidunt Reges coram Chriſto, veram vtique eſſe exaltationem. Aucti ſapientia ſunt, dum curuant ſe ad Domini pedes; ſiquidem *Vbi eſt humilitas, ibi eſt ſapientia.* Aucti necnon regali fulgore, quo propterea quòd Chriſtum procidentes adorauerint, adorantur ipſi ab vniuerſis vſque nunc, & in ſęcula; fulgebuntque gloria ſempiterna.

Prou. 11. 2

Digitized by Google

IN EPIPHANIA DOMINI.

SERMO III.

Obtulerunt ei munera. Mat. 2. 11.

NASCENTE Domino nata fuit ſtella; gauiſi valde Magi Reges: Herodes Rex turbatus nimis. Illi proceſſerunt è regionibus ſuis, vt natum in carne gloriæ Regem adorarent, natam cum nato ſtellam ſubſecuti; iſte turbatione obſcuratus; in tenebris manſit domi ſuę, corde à nato Domino remotus. Illi obtulerunt munera infanti, aurum, thus, & myrrham: iſte ſategit viribus totis, vt ipſam etiam eriperet vitam nato pro vita hominum Regi. Cum turbato Herode Hieroſolyma fuit turbatione percluſa: cum gauiſis Magis vniuerſæ gentes exultauerunt, ad diuini infantis obſequium conuerſæ. Ad nos ergo ſpectat iubilare; Magoſque Reges ſubſequentes, ſimilia nato Regi munera ouantes humili offerre adoratione. Tria Magi tres dederunt dona: tria demus ei nos, qui tres hîc interſumus. Eſt hic auditorum congregatio: eſt ſacerdos celebrans, & eſt prædicator: tres ad dona offerenda concurrentes. Auditorum conuentus offeret aurum, ſuis puero ſeruiens eleemoſynis: ad celebrantem ſpectat incenſum, vtpote ſacra Domino offerentem: quid, niſi myrrha, concionatori reſtat, offerendum? Benè quidem habet: quoniam & ſi myrrha amara eſt, eſt ſimul ſalubris, & vitalis. Eſt adeo ſalubris, vt à corruptione præſeruet carnem, vt ſcribunt Chryſoſtomus, Ambroſius, & Rupertus. Nec quia amara, cùm ſalubris ſit, à prædicatore omittenda; imo propria eſt prædicatoris. Sponſam audite, quæ; ob myrrham hanc, prædicationem veneratur ſponſi. *Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.* Quòd ſi verba hæc non omnino expreſsè prædicationem commendarent; adeſt profectò communis Patrum intellectus, Nyſſeni cum primis Gregorij, qui verba Chriſti, ait, erant quidem increpatis hominibus amara; ſed ſpiritalis mortis corruptionem arcebant. Quod prædicantium verbis cunctorum proprium dicit Gregorius alius, Magnus Gregorius, magnus prædicator, *Quid enim per labia ſponſi, niſi ipſos, quos dicimus prædicatores Chriſti, intelligimus? Qui dum mortes martyrum populis prædicant, quaſi myrrham mortificandis carnibus ad condimentum diſtillant.* Verumtamen ita partem

Myrrha à corruptione præſeruat carnem.

Myrrha in labijs prædicatorum.

Prædicatorum labia amarā, ſed ſalubrem diſtillant myrrham.

Prædicatores labia Chriſti.

Chryſ. ho. 11. ex varijs in Matth.
Ambr. l. 9 in Luc. c. 20.
Rupert. in Cant. c. 5.
Cant 5. 13.
Gregor. Nyſſ. orat. 14.
Gregor in Cant 5. 13.

Digitized by Google

nunc meam myrrham eſſe vellem,vt acerbitati deſit acrimonia. Deerit quidem, Deo auſpice: non tam propter id, quod naturale dicit Plinius Sabeæ myrrhæ,à Magis oblatæ,vt dicendum eſt poſtea,quàm propter diuinam ſponſi ſuauitatem labiorum. Myrrha vtique eſt,quę ab eo ſtillatur?ſed diſtillatur labijs eius *Labia eius lilia diſtillātia myrrham primam*. Quid acerbitas oberit, vbi tam iucundis ſtillatur myrrha labijs? Sed plus vltra. Quis credat,prudentiſſimos Magos munera in manus dediſſe infantis,cùm eſſet ibi mater eius, habens eum ſuis in manibus? Data in manus parentis munera illa,non eſt dubium: vnde conſequenter munera noſtra in eiuſdem matris ponenda ſunt manibus. Quidnam inde eueniet nobis? Sane,ipſamet, quæ in ſponſi labijs myrrham nouit ſponſa, dicit de ſe ipſa, *Manus meæ diſtillauerunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Probatam diſtillant myrrham ſanctæ Virginis manus, quatenus, dum in eis noſtram ponimus myrrham, probat illam ipſa, vt ſuaui ſit temperamento commiſta. Pono ego iam, vt exeat probata, myrrham prædicationis in manibus eius: ponat & ſuum celebrans incenſum: nempe orationem ſuam,vt Virgo eam infanti ſuo offerat interuentrix,vt ſuam plenè, & ad loquendum mihi, & vobis præſtet gratiam ad audiendum. Quòd ſi & vos, auditores, in manus eius aurum veſtrum ponere velitis: ſummè,(credite) in eo ditabimini: nam & manus eius aureæ ſunt. Ea tamen lege,ne,quia aurum offertis,gloriabundi accedatis,& erecti: ſed genibus,ſicut Magi Reges,flexis,humilique oratione ſalutantes. *Aue Maria.*

Plin.l.12. c.16.

Cant. 5.5.

Aue Maria.

Epiphania Græcum eſt nomen: quod perſpicua eſt manifeſtatio. Eſt vniuerſali in Eccleſia titularis hodie Epiphania, propterea quòd immenſus ille,qui,ante carnem aſſumptam,in Iudea notus fuerat, Deus, nunc iam humana (vt ita dicam) pelle abbreuiatus, ſui per omnes gentes notitiam extenderit, præbens ſe Magis tribus manifeſtum,quos,indicante ſuum in carne ortum ſtella, è terris ad ſe diſtantibus adduxit. Erit ergo appoſitum concionis huius inſtitutum, duas vobis proponere oſtenſiones: alteram adorati à Regibus Regis, alteram Regum ipſorum,qui ad eum adorandum concurrerunt. Chriſti manifeſtatio ſtetit in hoc, vt cùm increatus Dei filius, Deuſque ipſe verus,ac creator,humilem ſibi naturam vnierit humanam,tali fuerit vſus vbique ſemper ſui oſtenſione,quâ ſupremæ ſignis maieſtatis certa naturæ humilis ſigna, ſigna diuinitatis humilibus humanæ conditionis ſignis appoſuerit. Hæc oſtenſio Chriſti. Magorum Regum oſtentatio in earum fiet vnione virtutum,quæ propriæ Regum ſunt,vt integro in Rege inueniantur vnitæ. Elucebunt autem his in Regibus iſtæ,ſi ea,quæ nato Domino obtulerunt,munera expendantur.

Mirifica ergo,quam Dominus Chriſtus hodierno die ſui fecit, oſtenſio ea vtique fuit, qua tributo addictus hominem ſe perhibuit, ſupremum Regem,cui Reges ſoluerent tributa. Natus eſt glorię Rex Bethlehemitico in ſtabulo,ſoluendi occaſione tributi,quod vt redderet Cæſari Ioſephus,peruenit illuc eo tempore,quo prægnans Virgo ſponſa eius,ſociaque itineris chariſſima,peperit in diuerſorio filium, filium Dei vnigenitum. *In diebus illis exijt edictum à Cæſare Au-*

Chriſtus reddens tributa, vt homo, accipiens à Regibus, tanquam ſupremus Rex.

Luc. 2. 1.

guſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis: & ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Haud dubium, quin ad tributa perſoluenda, vt ſcribit hiſtoricus Ioſephus, ſuntque Ambroſius, & Beda proſecuti. *Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem: eo quòd eſſet de domo, & familia Dauid, cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.* O magnum Deum! Etiam fœmina, & ea quidem grauida, pergit ad profitendum nomen ſuum, quaſi tributo ſubdita, cùm portet in vtero ſummum gloriæ Regem. Tunc quidem *Factum eſt, cùm eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret: & peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in diuerſorio.* O præcelſe Domine Ieſu! Ad tributa es vocatus, antequam natus. Prægnans mater tua nomen ſuum, ad ſoluenda tributa, profitetur; fœminæ nullæ ſoluunt tributum; profitetur ergo cauſa fœtus, quem geſtat in vtero, vt filius eius tributo ſcribatur addictus, antequàm editus. Parum (ô cœlum!) dico, dicens tributum: parum certè abeſt, vt te dicam mancipium ſpecie, forma, indicijs, habitu. Imo nec parum abeſt, vt dicam; cùm legam Pauli Apoſtoli verba: *Qui, cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.* Quiſnam abſque ſcripto cauſæ proceſſu flagellatur, niſi mancipium ſit, quod herus pro libito verberibus afficit? Tu quidem, Domine, flagellatus es nullo ſcripto proceſſu, nulla diſcuſſa cauſa verberandi. Quid opus eſt pluribus? Venditus es accepta à proditore Iuda pecunia; & quia emptus, dirè flagellatus: quidnam tibi deeſt, vt mancipium appelleris? Sed quò tendo? quid neceſſe eſt, nouiſſima expectare tua; cùm videam te nunc in equili natum, in præſepio iacentem inter belluas? Quis vnquam natus eſt in equili, niſi viliſſimum mancipium? Nec plura quidem mancipia ſic nata; niſi fortè aliquod deſpectum nimis, & abiectum. Te ſolum ſcio in equili natum: te in præſepio poſitum: quem ergo te dixero? Nonne mãcipij ſpecie: nonne mancipij natum paupertate? O tamen ſtupenda humilitatis ſummę cum ſumma vnio maieſtate! Eo ipſo tempore, quo in equili natus iacet homo Deus in prẹſepio, vt ad tributum adſcribatur: veniunt Reges tres e regnis ſuis, offerre nato Regi tributa, offeruntque iacenti, in terram procidentes ipſi. In ipſo quippe natiuitatis loco Magos à Chriſto Domino exceptos, concors ſemper fuit Patrum conſenſio. Ex his eſt Euſebius Emiſſenus, Nicephorus, Gregorius Nyſſenus, Chryſoſtomus, Theodoretus, Euthymius, Hieronymus, Auguſtinus, Leo, Fulgentius, & Bernardus. Dominante quondam ſuperbiſſimo Grẹcis Antiocho, cùm ſummum apud Romanos eſſet imperium, Ptolemẹus Celeſiriç prẹfectus miſit aduerſus Iudęam Nicanorem ducem, vt Iudæos redigens ſub tributo, duriſſima vexaret ſeruitute. Contulit ſe ad debellandos eos Nicanor, eorumque imprimis ducem Iudam, virum omni virtute, bellicoque Marte prẹſtantiſſimum: Volenſque captare gratiam ſui Regis, &

Ioſeph. l. 18. Antiq. Ambr. l. in Luc c. 2. Beda l. 1. in Luc. c. 5

Phil. 2. 6.

Chriſtus ſerui forma & habitu viuit inter homines.

Ioa. 19. 1.

Mat. 26. 15

Euſeb. Emiſſ. ſer. de Epiph. Nicep. l. 1. hiſt. ca 13. Gre. Nyſ. oratio. de S. Chriſti Natiuita. Chry. ho. 6. in Mat. Theodor. Ancyra. Oratio. de natiuitate Eut. in c. 2 Mat. Hie. epiſ. 18. & 27. Aug. ſer. de Ep. to. 10. Leo ibi. Ber. ibi.

Nicanoris impium cogitatum in ipſum recidit.

Digitized by Google

populi, ſtatuit impius, non ſolo tributo ſubijcere Iudam, cæteroſque Iudæos; ſed vendere etiam in mancipia; vt ex eorum pretio multum ſupereſſet pecuniæ, qua & debitum à Iuda Romano imperatori tributum ſolueretur & ipſe quoque Rex Antiochus redderet eidem Imperatori tributum, quod à Græcis illi debebatur. Verba 8. capitis ex ſecundo libro Machabæorum ſunt hæc, quæ iam referam: *Conſtituit autem Nicanor, vt Regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret. Statimque ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens, ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum.* Itaque velut triumphi compos inſultabat inſanus hic, præ diſpari ſuæ, & Iudaicę gentis multitudine: vendebatque iam, quos nondum vinculauerat, immemor illius ſententiæ; *Ne glorietur accinctus, æque vt diſcinctus*, quam pronuntiauit Rex Achab, quum Benadad Syriæ Rex obſidens eundem Iſraeliticum populum, ſimili ante confertas manus inſolentia blaterabat. Vnde & contigit Nicanori iſti, quod Benadad Regi contigerat: qui diſiecto ab Iſraelitis agmine terga miſer vertit, parumque abfuit, quin cum alijs multis interiret. Accidit quidem ſimile Nicanori; imo longè infœlicius: quo operam ſimul, & impenſam perdidit. Nam impetitus ab eo Iudas, præſtantioris Achabina illa auctor ſententiæ, ſolo confortauit ſuos Dei munimine. *Nam illi quidem armis confidunt, ait, & audacia: nos autem in omnipotente Domino, qui poteſt & venientes aduerſum nos, & vniuerſum mundum vno nutu delere, confidimus.* His dictis, multiſque relatis in confirmationem exemplis, lectoque coram eis legis libro, ardentem Iudæ milites reuocauerunt cum viribus animum; *Et Facto ſibi adiutore omnipotente, interfecerunt ſuper nouem millia hominum: maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt.* Hęc de venditoribus Græcis. Sed quid de illis, qui ad emendos concurrerant, Iudæos, & Iudam? Non facetum quidem dicam euentum, ſed glorioſum diuinæ præconium prouidentiæ: illiuſque hominum virtutis, quæ Deum ipſum habens ante oculos, ſoli illius nititur amori. Textus verba audiamus. *Pecunijs vero eorum, qui ad emptionem ipſorum venerant, ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti ſunt. Arma autem ipſorum, & ſpolia congregantes, ſabbatum agebant, benedicentes Dominum, qui liberauit eos in iſto die; miſericordiæ initium ſtillans in eos.* Quis non agnoſcat in hiſtoria hac præclariſſimum ſymbolum, ac typum diuinæ huius, quam hodierna die celebramus? Eo ipſo tempore, quo diuinus Dux Iudas, Dei filius, vix ex vtero egreſſus, ac velut mancipium in equili natus, ad ſoluendum tanquam ſeruus Romano Imperatori tributum adſcribebatur; facti ſunt ei tributarij Reges tres, qui ſua è longinquo attulere tributa, multo altiori gloria, præ antiqua illa, qua acceperat Iudas eandem pecuniam, quam, ad emendum eum, attulerant emptores. Ducem voco Chriſtum in Bethlehem natum, eo quòd ducem in Bethlehem naſciturum prędixiſſet Michęas verbis illis: *Tu Bethlehem Ephrata paruu-*

2. Macha. 8. 10.

3. Re. 20. 11.

2. Macha. 8. 18.

2. Macha. 8. 24.

2. Macha. 8. 25.

Mich. 5. 2.

Iudæ Machabæi illuſtriſsima cum ſpolijs victoria aduerſus Nicanorem: à quo in mancipium vendendus impetitus fuit.

Achab Regis memorabile circa vanos fortunæ caſus dictum.

Benadad Syriæ Rex nimis arrogans contra Dei populũ; victus tandem aufugit.

Belli tempore publicæ orationi inſtandum.

Digitized by Google

lus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit **Dominator** *in Iſ-*
rael: & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Quam prophetiam
de infante hoc dictam notum fecerunt Sacerdotum Principes He-
rodi, ob Magorum aduentum ſciſſitanti, vbinam fuiſſet natus Rex
ille, quem Magi inquirebant adorandum. Eſtque notanda verbo-
rum verſio, qua vſi ſacerdotes illi *Dixerunt ei, in Bethlehem Iuda:*
ſic enim ſcriptum eſt per prophetam: Et tu Bethlehem, terra Iuda, ne-
quaquam minima es in Principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui
regat populum meum Iſrael. Ecce quem Dominatorem dixerat Pro-
pheta, verterunt Ducem ſacerdotes; eo quòd vtraque in natum
hunc conueniat dignitas. Eſt Dominator: ideoque tanquam ſupre-
mo Dominatori, tributum ei reddunt Reges: eſt item dux, in Iuda
duce præfiguratus: & ideo ad ſe transfert redditionem tributi, quum
deſcribitur ipſe tributarius, mancipij ſpecie pauper, & humilis. Nec
ſine firmo fundamento voco ducem Iudam infantem hunc noſtrum,
qui ex Iuda oriundus, victor eſt, ſicut Iudas, ea ipſa ratione, qua
nepos eſt Iudę: cùm dixerit Ioanni vnus de cœleſtis throni ſeniori-
bus: *Ecce vicit Leo de tribu Iuda.* Nec diſſimilis in vtraque hiſtoria
circumſtantia loci, ex quo venerunt Magi offerre tributum, vene-
rantque emptores Iudęorum. Venerunt ſiquidem Magi ex mariti-
mis terris, vt poſtmodum dicendum eſt, & dixit Chryſoſtomus: vt
hominibus illis conformarentur, qui auro ad emptionem onuſti ex
maritimis terris venerunt ad Iudam. Quantò maior fuerit hęc du-
cis noſtri præ illa ducis Iudæ gloria, ex vtroque planè latere conſtat:
& ex parte ducis, & ex parte Regum, munera offerentium. Ducis
quidem, quoniam in cauſa hac non fuit dux exercitus, ad extor-
quendum violenta armis tributa: ſed fuit viæ dux, ſeu dux itineris,
ducens ad ſeipſum hac, quam in id muneris creauit, ſtella Reges tres
remotis ex terris ouantes nimis, gratiſque muneribus onuſtos. Ex
parte verò venientium Magorum enituit in eo Domini gloria, quòd
tributa ei dederint Reges: quòd non famulorum miſerint manibus,
ſed attulerint ipſi: quòd non aurum ſolum, tanquam ei qui ſolùm
eſſet Rex, ſed cum auro incenſum, atque myrrham: quod non re-
nitentes, ſed vltronei; *& procidentes adorauerunt eum.*

Chriſtus Dominator ac dux Dominici populi. — Matt. 2. 6 — Apoc. 5. 5. — *Chriſtus Iuda duce præfiguratur.* — Chryſo. in imperfec. hom. 2.

Meritò ergo conſiderant ſencti peruigilem hanc incarnati Ver-
bi prouidentiam in vniendis pro ſui oſtenſione, profundæ ſignis hu-
militatis cum diuinis maieſtatis inſignibus. Iacet in pręſepio; & præ-
ſepium circumdatur ſplendoribus. Reſidet inter belluas: & magno
ibi Angelorum circumdatur exercitu. Vagit tenellus, vt mortalis:
& glorioſis ibi, tanquam omnium artifex, camœnis celebratur. In-
quiritur ab Herode Rege occidendus: dum à Magis Regibus quęri-
tur adorandus. Dilabitur, vt puer, maternis ab oculis, & brachijs: &
inuenitur docens tēpli doctores. Baptizatur cum illis, qui pœnitentię
indigēt baptiſmate: & declaratur ibi vnicus Dei filius propria loquē-
tis Patris cōfeſſione. Tētatur vt homo à maligno Diabolo: & miniſtris
mox circūcingitur Angelis. Eſurit, & ſitit, vt terrigena: & ſatiat quinq;
panib. turbas; potat & vino ex aqua facto ſitibūdos in nuptijs cōuiuas.

Digitized by Google

Apprehenditur, vt latro à ſatellitibus: & in terram proſternit eos ſolo nomine ſuo pronuntiato. Blaſphematur in cruce à flagitioſis; & ibi adoratur à latrone. Moritur vt homo: & dat lugubre, vt Deus, propriæ familiæ veſtimentum, Soli, Lunæ, planetis, & ſyderibus, quæ illo moriente nigris induta ſunt tenebris. Cæterum, quanquam omnia hæc oppoſitione ſua naturam Chriſti manifeſtant vtramque; hanc ego tamen contrariam præ reliquis oppoſitionem agnoſco, qua tenellus infans, dum ad exhibendum tributum tanquam ſeruus adſcribitur, accipit tanquam Dominus tribus à Regibus tributum. Adiuuatur donis, vt egenus: & digna Deo accipit dona. Ait etenim

Aug. ſer. 1 de Epiph. tom. 10. S. Auguſtinus: *Vident humanitatem, diuinitatem autem adorant.* Quam dati, acceptique tributi elegantiſſimam vnionem factus iam prouectioris ętatis ſimili alia confirmauit humilis Rex gloriæ. Cùm enim tributorum exactores dicerent ad Petrum; *Magiſter veſter non*

Matt. 17. 26. *ſoluit didrachma*, dixit Ieſus ipſe eidem Petro: *Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me, & te.* Quæ maior potuit diuinitatis, celſitudinis, ſupremi fieri oſtentatio dominij, quàm glorioſa hæc, tantæ permiſta humilitati, qua, velut tributo ſubditus eſſet, reddidit humilis tributum? Verè, ô tenelle infans,

Pſal. 88. 10. *Tu dominaris poteſtati maris,* adhuc iacens in præſepio, adhuc requiſitus ad tributum. Ore fert ad te tributum piſcis; quo eſt ore confeſſus, piſces tibi eſſe tributarios: ſicut fatentur Reges, dum procidentes, vt te adorent, reddunt tibi humiles tributum. *Chriſtus Dominator maris.* Huc facit notanda hæc inſcriptio Regum, qua Chronographus vtitur, nominans eos Magos non Reges: cùm verè Reges fuerint, ſcriptore

Athan. de varijs quæſtionibus q. 1. Tert. li. 8 cõtra Marcio. Athanaſio, & Tertulliano, acceptoque conſenſu ſubſcribente. Huius ego cauſam locutionis, ſi humanus, non ſacer, eſſet ſcriptor, non grauarer, eam aſſignare, quòd ternarius, ad magicam artem ſpectare videatur. *Magi Reges cur non dicantur Reges à Chronographo?* Erat quondam veteribus gentibus perſuaſum, licia tribus contexta varij filis coloris vim in magicis habere; vt Adagiogra-

Adagiog. Chiliad. 2 centu. 9. adagio. 5. phus ſcribit. *Ternarius numerus ſacer in arte magica.* Sunt Magi hi noſtri fibræ tres vnius ſolidiſſimi funiculi, quo ductæ ſunt ad Chriſtum gentes; varij fibrę coloris, fibræ eximij pretij. Sunt funiculus ille, de quo Salomon; *Funiculus tri-*

Eccl. 4. 12. *plex difficile rumpitur.* Filum huius primum aureum eſt, Rex ſcilicet ille, qui aurum Chriſto obtulit Arabicum, nomine Melchior: pallidum ſecundum filum, qui videlicet Rex attulit thura: & fortè colore pallidus Rex ipſe, nomine Gaſpar, cùm eſſet Madianites: tertium filum eſt nigrum: nam fuſcum fuiſſe Regem tertium, nomi-

Beda in collectaneis non longè à principio. *Magi Reges tres funiculus trium vnius filorũ ſolidiſſimus ad attrahẽdas gentes ad Chriſtũ venientes.* ne Balthaſarem, præterquam quòd ſcripſit Beda, generalis eſt Eccleſiæ traditio, atque pictura. At verò, quoniam funiculus hic ſummè elegans eſt, ſuperatque elegantiam vtilitate fortitudinis; poſtmodũ texendus eſt, quum ad conſiderandam Magorum inter ſe conuentionem deuenerimus. *Magis ex Regibus Chriſti cenſitoribus faſcis fuit vnus.* Maneant nunc fila ſic diſpoſita; reiecta gentium ſuperſtitione, quæ licia hæc tria ad magiam credebant pertinere. Interim hanc propoſiti noſtri oſtendimus cauſam litteralem: quòd, cùm Reges hi ob magicam, qua ſtellæ indicium agnouerunt, artem.

Digitized by Google

artem, moti fuerint ad gloriæ Regem perquirendum; meritò nominati à ſcriptore ſint nomine illo, quod ſpectat ad magiam, omiſſa Regum inſcriptione. Accedit cauſa alia; auctoritas illa, quam adorationi conciliauit trium Regum ſapientia, ne quis putare poſſet, eos ignorantia cultum exhibuiſſe paruulo infanti, quē in pręſepio repererunt, ſola parente ſocia; ſed potiùs dictauiſſe ſapientiam ipſam, vt illum ſic abiectum adorarent. Nomen quippe Magorum ſapientum eſt nomen; ita vt dicere Magos, dicere ſapientes ſit, vt probant Iſidorus, & Hieronymus. Qui addit quoſdam apud Perſas vocari magos, eximia præſtantes ſcientia, ac eloquentia: ad hęc & abſtinentia exquiſitiſſimos. Hac ſapientia præditos fuiſſe Magos hos Chriſti cultores, præter ipſum Hieronymum ſenſerunt idem Iſidorus, Leo, Cyprianus, Anſelmus, & Rupertus. Vbi non poſſum non mirari immenſam ſupremi Gubernatoris ſapientiam, qui, cùm doctor virili ętate pauperes ſibi elegerit cultores, eoſque ignaros adeo, vt ſolam piſcaturæ ſcirent artem; elegit infans, quum nulla doctrinæ vſus eſt voce, opulentos Reges, eoſque ſapientes: vt qui ad humilitatis oſtenſionem cuneo comitabatur piſcatorum, ſapientiſſimos Reges ad ſui cultum è terris afferret remotiſſimis.

Magi Reges qui adoraturi Chriſtū aduenerūt, appellati ſunt Magi, non quaſi venefici, ſed tanquam philoſophica inſignes ſapientia.

Iſido. li. 8. Ethi. c. 9. Hiero. in Iſai. 47. & in Dan. 2. Idē in regula monachorū. c. de abſtinentia Philoſop. Hiero. in Iſai. 47. Iſid. li. de paſſione Domini. Leo. ſer. 4 de Epiph. Cypr ſer. de ſtella. & Magis. Anſel. in Matth 2. Rup. li. 2. in Matth. Mat. 2. 9.

Nec aliena ab inſtituto hoc imminens ſupra ſtabulum ſtella fulgentiſſima. *Stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, vſque dū veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer.* Quæ conuentio ſyderis ad ſtabulum? Eſt vtique vſitatum; vt quum inſignis celebratur feſtiuitas, exornetur intrinſecùs templum, ac extrinſecùs; ita vt pręter ſerica, aureaque parietum, chori, & altarium ornamenta, thura & thymiamata, circumdetur deforis feſtis frondibus, ac floribus: micantia quoque ſupra tectum in tegulis, ac turri ponantur luminaria. Nec vſpiam vidit quis aliquando huiuſmodi ſupra tectū lucernas emicare, qui magnū intùs ornatum fulgere non agnoſceret non inueniret magnū, quum templum ipſum introiuit. O mirabilis Deus! Fulget, diuine puer, candidiſſimum ſupra tectum habitationis tuæ luminare, non ex cera confectum, ſicut ea, quę in noſtris accendimus feſtis, ſed verum ſydus, nulla accenſum manu: quis non certum exiſtimet dignū tanto luminari intra tecta ipſa fulgere ornatum, cremari thymiamata, magnum fidelium conuenire concurſum? Et tamen belluarum habitaculum intùs inueniunt Reges, ſolis ornatum paleis; ſolam tecum Mariam matrem tuam. At certè non ſe ſtella deceptos putant Reges: quandoquidem inuentis ſub tecto Sole, & Luna, te, & Maria parente, planè agnoſcunt, non arctiorem radium à tam diuino Sole, tam micante Luna exire potuiſſe, quàm præfulgens hoc aſtrū, quo ad te inquirendum moti ſunt, ac excitati. Verumtamen quod ad meum ſpectat inſtitutum, video & in ſtella hac propoſitam humilitatis cum maieſtate coniunctionem: feſtiuum templi luminare, ſuper belluarum habitaculum.

Simile.

Ezechiæ datum in Sole valetudinis ſignum confertur ſtella data Magis Regibus in ſignum nati Saluatoris.

Non prætereo latiſſimum inter hiſtoriam hanc, aliamque quamcunque ſimilem diſcrimen. Nulla tam ſimilis, quam Regis Ezechię: & tamen eſt multum inter hanc, & illam differentiæ. Regi huic ex-

Digitized by Google

tremè ægrotanti dedit Deus promiſſæ valetudinis ſignum in cœlo; *& reuerſus eſt Sol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.* Sed qui-
Iſai. 38. 8. nam venerunt tunc ad Ezechiam, quoue fine concurrerunt? *In tempore illo miſit Berodach Baladan filius Baladan Rex Babyloniorum*
4. Reg. 20. 12. *litteras, & munera ad Ezechiam.* Non venit Rex ipſe; ſed miſſi ab eo nuntij. Non moti ſigno illo cœleſti; ſed ea, quam textus exprimit, cauſa: *Audierat enim, quòd ægrotaſſet, & conualuiſſet.* Non adorauerunt nuntij illi Regem; qui minimè ob id erat adorandus, quòd tanquam homo corruptibilis, proximus morti fuiſſet, eſſetque Dei conceſſione reductus. Nec ob id tradiderunt ei munera, quòd egenum, ac pauperem viderent: imo Regum terræ omnium locupletiſſimum viderunt. Non in ſordido ſtabulo; ſed magnificentiſſima in regia, ſuauiſſimis aromatibus, alijſque odoramentis fragrantiſſima.

Stella Magorum ductrix confertur Soli retrogrado tempore Ezechiæ.

4. Reg. 20. 13. *Oſtendit eis domũ aromatum, & aurũ, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoq;, & domum vaſorũ, & omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis.* Reges Magi venerunt ipſi; nihil auri inuenerunt, nec argenti, nulla pigmenta, aromata nulla: & tamen procidentes adorauerunt Regẽ infantem, pretioſa ei munera offerentes. quoniam profectò ipſa filij, & parentis pulchritudo, ſerenitas, grauitas, iucunditas omnẽ regię domus longè excedebat apparatũ: eorum candor omnia pigmenta, aromata omnia ſuauiſſimus filij, ac matris odor, cœlicaque fragrantia. Mater talis eſt, vt dicat ei ſponſus; *Pulchra es, amica mea ſuauis, & decora, ſicut Ieruſalem.* Specioſitas tua totius eſt vrbis
Cant. 6. 3. Hieroſolymæ decor, ac ſpecies. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.* Quid Mariam dicam integram ciuitatem, ſpecioſiſſi-
Cant. 4. 11. mam, thuriferam? Imo dicam etiam paradiſum, quem Reges Magi repererunt, in quem conuerſum erat ſtabulum. *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus, & crocus, fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis*
Cant. 4. 13. *Libani, myrha, & aloe cum omnibus primis vnguentis.* Ecce ſtabulum paradiſus eſt; nonne admirabilis ſapientię coniunctio? Vincit belluini habitaculi odorem diuina puerperæ fragrantia; quæ omnia ſimul eſt aromata, omniaque iucunda odoramenta. En ſumma paupertas ſumma eſt opulentia: quandoquidem opertus paleis infans, eſt ſuper Solem *Candidus, & rubicundus: caput eius aurum optimũ: Genæ illius ſicut areola aromatum conſitæ à pigmentarijs. Labia illius*
Cant. 5. 10. *diſtillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes argenteas.* Ecce beſtiarum ſtabulum regia domus eſt marmoreis elegans columnis ſuper argenteas baſes: multo emicans auro, multis hyacinthis, ſapphiris multis: multis fragrans aromatibus, emblematibus multis exornata: quorum nihil extra ipſum eſt puerum, ipſamq; puerperam: ſed mater ipſa domus eſt odorantiſſima, plenuſque odore, & auro paradiſus: filius cœlum totum; cuius ſignum eſt hæc, quæ Magos concitat, quæ Reges affert cum muneribus ſtella. Benedictus tu, ſuauiſſime puer: qui tam mirabili nexu humanam humilitatem maieſtati di-

Epiphania ſua excepit Chriſtus magnifico Reges apparatu.

Maria in ſtabulo enixa paradiſus Regum amœniſſimus.

Digitized by Google

uinæ coaptaſti: benedicta tu, glorioſa Deipara: quę belluinum habitaculum ſumptuoſiſſimam facis ciuitatem: paradiſum amœniſſimum. Quis dicat, à gloriæ Rege Reges tres indigno Regibus hoſpitio exceptos? quis non videat exceptos Regia vrbe Ieroſolyma, Virgine ſcilicet Deipara: cœlico paradiſo, qui eſt eadem mater Saluatoris?

Mirabilem hanc humilitatis cum maieſtate connexionem multis retro annis ſymbolo Deus grandi deſignauerat. Tranſlaturus enim populum ſuum Ægyptiaca à terra, in qua ſub ſeruitutis iugo tenebatur, in terram lacte, & melle fluentem, vidit paſcentem oues Moyſem in monte Horeb. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Ibi adorauit detractis calceis Dominum Moſes: ibi inſtructus eſt, ad educendum ex ſeruitute Iſraeliticum populum. Quid (rogo) fuit, quòd arborem Deus omnium deſpectiſſimam elegerit, in qua ſplendidiſſimũ fulgorem, nitidiſſimos lucis oſtenderet radios? Certè quò obſcurior arbor fuit: eò manifeſtiùs, glorioſiúſque cognitus diuinæ nitor maieſtatis. Hanc ergo eandem vt Deus ipſe in carne naſcens paruulus, tantò glorioſiùs oſtentaret, quantò altior eſt ſpiritalis à peccato libertas libertate à iugo temporali: voluit fulgorem ſuum in brutorum manſione coruſcare: quæ longè ſordidior eſt rubo. Nam diuina hęc maieſtatis oſtenſio, Græcè Epiphania, Magis Regibus facta, ideo quidem Regibus facta fuit Magis, vt eã ipſi peruulgarent: inciperetque innoteſcere gentibus humanitas Chriſti: atque diuinitas; quã debito colentes obſequio, à peccatorũ iugo eriperentur. Vt enim doctè dixit Rupertus: Sydus hoc principiũ dedit illuminationi gentium, & vocationi, ab Apoſtolis deinde proſequẽdę.

Exod. 3. 2

Ruper. de gloria, & honore filij hominis li. 2. in c. 2. Matt.

Epiphania feſtum, & gaudium cunctis generale, ac proprium gentibus.

Hinc liquet, Epiphaniam hanc generale gentium eſſe feſtum, & gaudium, ad nos pertinens omnes qui ex gentibus ad natum in carne venimus Deum. Nullum eſſe potuit lætitiæ maius fundamentum: nulla gaudendi hilarior occaſio. *Adorant in tribus Magis vniuerſi populi vniuerſitatis auctorem*, dixit. B. Pontifex Leo. Quæ ergo tanta eſſe potuit exultationis occaſio: cùm in hac, qua humanatum agnoſcimus Deum, Epiphania noſtrum ſitum ſit bonum, ſita noſtra fœlicitas, iuxta ipſius Domini præconium; *Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.*

Leo. ſer 3. de Epiph.

Ioa. 17. 3.

Magi Reges inſigne omnibus exemplum.

Gaudio huic, vt completum ſit gaudium, annexa eſt eorundem imitatio Magorum, qui notitiæ huius initium extiterunt: quique ad notitiam hanc pleniùs accipiendam, diuina ſe gratia diſpoſuerunt, & adoratione procidentes, & idonea offerentes Domino munera. Eam hucuſque vidimus, qua ſe Regibus Chriſtus oſtendit, vnionem naturæ diuinæ cum humana: nunc iam, quas Magi ipſi rerum vniones fecerint, videamus. Et quidem litterali intellectu ipſum Magorum factum magno vtraque ex parte exemplo eſt; ſiue eorum dona tanquam tributũ adſpiciantur: ſiue tanquã erogata indigenti puerperę, filioque eius tenero eleemoſyna. Elegantiſſima coniunctio: eleemoſyna tributum eſt, & eſt tributum eleemoſyna. Quæ elegantior vnio?

Tributa ſi dicamus dona hæc, quæ Reges exhibuerunt: dignũ qui-

dem eſt, quòd vniuerſi Reges factum imitentur. Si enim ipſi, quòd Reges ſint, exigunt à ſubditis ſuis tributa, obſequia, ac vectigalia, ipſamet quidem ratio poſcit, vt idem Reges ſupremo illi reddant tributum, qui *Habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum : Rex Regum, & Dominus dominantium.* In veſtimento, ſicut cæteri Reges : & in femore, qualis alius nemo : quoniam natura ſua proprius eſt Dominus. Atque ita, dum in abiecto erat præſepi, præcipuum Regis habebat inſigne, naturale videlicet in femore; tametſi nullũ in veſte ſignum Regis. Ideo adorantes eum Reges, flexo obtulerunt munera genu; vt qui ſupremi notam Regis cognouerunt in femore, quamuis nullam in pannis, quibus ibi erat inuolutus. Nullus vnquam Rex Dauide nobilior, aut potentior : & dicebat hic; *O Domine! Quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Certè cum obſequia Regibus exhibita nunquam neceſſitatibus plenè ſatisfaciant, nec omnipotentem faciant Regem : quiſquis placidè eſt Rex potius eſt Rex propter tributa à ſe Deo exhibita, quàm propter tributa à ſubditis accepta. Quod acceptiſſimum eſt vbique axioma, expreſſum verbis illis, *Seruire Deo, regnare eſt.* Introduxit Sophocles Tireſiam dicentem Regi Oedipo; *Non ſeruus ego viuo tibi : aſt Apollini.* Quod dictum laudat Apollonius, vt ſcribit Philoſtratus. Vnde ille, quem potentiſſimum dixi, Rex Dauid admonebat Principes, ac Reges: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes, qui in circuitu eius affertis munera. Terribili & ei, qui aufert ſpiritum Principum; terribili apud Reges terræ.* In quo non poſſum, non maximas Deo gratias agere, cùm videam circa cultum hunc, atque donaria omnino circumſpectos Chriſtianos Principes omnes, qui verè Eccleſiæ ſunt filij. Nam quoad Philippum noſtrum, Hiſpaniæ Regem huius nominis tertium, res nota eſt vbique gentium. Magno eſt illuſtris ſplendore, in ea, qua in templis aſſiſtit reuerentia : magno & in eis, quibus Dei templa partim erigit, partim ſuis erigenda adiuuat ſumptibus. Et, vt illa canam, quæ iugiter video in regnis his Americanis, cùm conſideret Rex illa multa, quæ ex his tributa percipit, à Deo ei eſſe donata : ampliſſima largitori reddit ipſe tributa, memor diuini illius moniti; *Da altiſſimo ſecundum datum eius.* Primariorum in cunctis vrbibus templorum fabricam diligenter conſtrui præcipiens, tertiam ſaltem expenſarum partem impendit. Prædicatores, Parochoſque Indorum religioſos magno ſemper numero mittit ex Europa ſumptibus ſuis, naulo, annona, libris, veſtibus à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam calceamenti. Præterea cuiuis Religioſorum templo, quàmprimùm extructo integrum altaris dat ornamentum cum calice, & cæteris iſthuc pertinentibus : adhuc & campanam. Deinde præbet iugiter vinum ad miſſas, ad lampadem oleum. Adhæc, quoniam religioſi expoſiti ſunt, vt ſacris eſuriant miniſterijs : eorum conſulit ſanitati, præbens vniuerſis à maximo vſque ad minimum medicamenta ægrotantibus, quæcunque medici diſponunt. Multa huius generis; quæ & ſecundus Philippus, ſicut hodie filius, largiebatur. Audio & Principes alios, qui Chriſtiani ſunt, diuerſis

Apoc. 19. 16.

Pſal. 115. 16.

Sophocl. in Oedipo

Philoſtratus lib. 7. c 2.

Pſal. 75. 12

Eccl. 35. 12

Chriſtus etiam dum pauper erat habitu, propria ſupremi Regis in ſemetipſo gerebat inſignia.

Reges potius ſunt Reges, eo quod ipſi ſint Dei: quàm eò quòd plures habeant ſeruos.

Principes Chriſtiani laudantur ob pia opera: quibus diuino cultui, Deique miniſtris ſe exhibent liberales.

Digitized by Google

quemque occaſionum generibus. multa huc ſpectantia pios exercere. In quo multæ Dei gloriæ ſe eſſe miniſtros, debita debent humilitate exiſtimare. Fatentur enim opere ipſo latiſſimum inter Reges terræ, ſupremumque Dominum diſcrimen. Terræ etenim Principes à puſillioribus accipiunt tributa, opulentos eximunt, ac proceres: Deus per contrarium, quoniam ſupremus eſt Dominus, pauperum leuans ſarcinas, à Regibus accipit tributa. Quod non obſcurè præcinuit Rex pſaltes in pſalmo illo, quo futurum Magorum Regum aduentum, adorationem, & tributa Regi Chriſto exhibenda glorioſo expreſſit vaticinio, vt tota intelligit Eccleſia. *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent; & adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes ſeruient ei. Quia liberabit pauperem à potente: & pauperem, cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet.* In hoc reſplendet Chriſti gloria; quòd cùm tributa pauperibus dimittat accipit à Regibus, iunctis auro odoramentis. Hiſpani aliqui, quum à puſillis quippiam ſuperbo exigunt imperio, ſolent dicere ad eos: *Aueis melo de dar ſahumado.* Talia dederunt Reges tributa humillimo Domino: aurum cum thure, & myrrha, vt aurum eſſet ſuffumigatum, ſuffita redderent tributa. Ideo B. Baſilius illuſtriſſimum diuinitatis Chriſti ponderat teſtimonium humillimam Regum adorationem: eò quòd rei cuiuſuis teſtificatio tantò ſit à ſuſpicione remotior, quantò teſtis eſt magis extraneus: fuerintque Reges iſti remotiſſimi.

Pſal. 71. 10.

Similie.

Baſilius de humana Chriſti generatione, in die epiphaniæ, homi. 25. quæ incipit Chriſti generatio.

Vereor nihilominus, ne nobiles aliqui, ac primarij, qui Reges non ſunt, nec magni Principes, virtuti huic vel vtrique deficiant, vel alterutri. Nimirum vel reuerentiæ templis Dei debitæ, vel ſoluendi rationi tributi. Video; quantum ad cultum, nonnullos ex primoribus populorum tanta in templis ſedere pompa, vt & ibi velint, ſe ab adſtantibus coli, & honorari: quaſi decens eſſet, hominem vllum in Dei præſentia ſe ab alijs colendum præſentare. Video & iurgia ſæpe inter viros crebra, crebriora inter fœminas ſuper locorum ad ſedendum in templis præeminentiam: cùm vnicus ibi attendendus ſit Deus: cæteri coram illo æquales ſint omnes, omnes terra. Præclariſſimum planè dynaſtis exemplum, quod in Magis his Regibus enituit. *Procidentes adorauerunt eum,* nulla præeminentia maieſtatis, nulla locorum differentia. Solus ſupremus Rex altiori erat in loco, præſepi videlicet, tres illi incuruati coram eo, abſque vllo præcedentiæ reſpectu. Quàm laudabilis in oculis omnium huiuſmodi procerum humilitas! Prudentes quique ac verè Chriſtiani tam viri, quàm fœminæ, nihil aliud in templis recordantur, nihil reſpiciunt aliud præter Dominum illum, ad cuius ibi adorationem conueniunt. Quoque illuſtriores ſunt, ac nobiliores; eò humiliores procidunt ibi, Magos Reges imitati, memoreſque ſacri illius dicti: *Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium: quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes, qui deſcendunt in terram.* Sanè experimento ipſo compertum eſt, ſenſatos quoſque, ac verè in populo honoratos

Reuerentia templis debita, quoad locorum, quæ in eis occupant viri, ac fœminæ nobiles, obſeruationem.

Pſal. 21. 28

Digitized by Google

ea coram Deo aſtare reuerentia, vt corde offerre geſtiant dona eadem, quæ Magi obtulerunt Domino manibus. Verba audiamus Chryſologi Petri. *Gratius namque Deus in ſuo, quam in hominis opere requieſcit: & non tam libenter odoratur Arabicæ arboris guttam, quàm ſinceri cordis, & pectoris ſanctitatem.* Opus Dei vocat templum viuum, quod homo ipſe eſt, aſſiſtens in templo manufacto, quod hominis ipſius eſt opus. Atque adeo gratius Deo eſt, quod offertur in corde, quàm quod manibus munus offertur in templo.

Petrus Chryſol. ſer. 87.

Quantum verò ad tributa, dubito, an Domini quidam oppidorum tam ſolliciti ſint in reddendis Deo debitis ad cultum oblationibus, quàm in accipiendis à plebe non debitis. Non video, quo iure vel naturali, vel diuino, quave iuſtitiæ ſpecie Domini, ac iudices aliqui, quos pauciſſimos arbitror, diſſimulent, dum diſpenſatores eorum exigunt à ſubditis cibaria minori, quàm in macellis pretio venditentur. Minuſque ſcio, quo idipſum introduxerint iure magiſtratus aliqui, ac rectores magno miſerorum hominum fletu. Quid cauſæ eſt, quòd venditores hi, qui res proferunt venales, debeant, præter communia plebis tributa, grauari in his, quibus reliqui homines minimè vexantur? Contingit & ſæpiùs, arctioris eſſe paupertatis huiuſmodi fœminas, ac viros, qui pullos alunt, olera colunt, fructus, & frumentum; cùm id, quod ſolito detrahitur pretio, maior ſit longè argenti ſumma, quàm, quæ ab alijs datur in tributum. Quænam vocanda ſit exactio hæc, ipſi iudices videant: dicunt rapinam miſeri ipſi, quibus onus imponitur: ego nihil dixerim; ſed nec verba Dei ſilentio comprimam. *Ne attingas paruulorum terminos: & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.* Maior Dominis iſtis erat Petrus Luſitaniæ Rex; qui tamen ſtrictè præcipiebat famulis ſuis, ne quid vnquam credito, ne quid minoris emerent, quàm cæteri homines emunt in macellis. Scriptor eſt Duarte Nunnez.

Domini oppidorum ne accipiant cibaria, aliaſve res venales minori pretio, quàm quo reliqui emunt.

Prou. 23. 10. Duarte Nũnez in hiſt. Reg. anno 1367

Iam, ſi pia hæc Magorum oblata eleemoſynam dicamus: eſt in eo cunctis exemplum, quòd humilis offerẽdi modus honorauerit potiùs, quàm accipientem confuderit virginem. Enim verò modeſtus quiſque ac honoratus tanto ſolet affici rubore, confuſione tanta in accipiendis eleemoſynis: vt dura potiùs premi eligat fame, quàm eleemoſynas accipiat. Ideo acceptiſſimus Deo charitatis eſt actus, ſi ille, qui eleemoſynam erogat, ita porrigat eam, vt non eleemoſynam pauperi, ſed amicum amico impendere donum videatur. *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum.* Senſus eſt: panis, qui in decurrentes mittitur aquas, abſque vlla quidem mittitur ſpe, quòd ad mittentis manum reuertatur. Sic mittere debes panem tuum, datum in eleemoſynam, abſque vlla ſpe retributionis ab accipiente paupere impendendæ. Sed inuenies illum poſt tempora multa, in futuro videlicet ſæculo, cæleſti in patria ad victum ſempiternum. Plana interpretatio eſt, præterquam quòd accepta vtrique Neocæſarienſi, & Nazianzeno; Eliæ item Cretenſi, ac Thar-

Eccl. 11. 1. Gregor. Neocæſ. ibi.

Eleemoſyna erogãda abſque vlla ſpe retributionis humana.

Gregor. Naz. orat. funebri patri. ſui.

gumæis. Cum hoc tamen litterali intellectu capit textus & alium litteralem, tanquam duo eleemoſynæ propria requiſita. Nempe, qui in currentes aquas mittitur panis, protinus fugit, nec vllius oculis apparet: mittiturque illuc, quaſi nemini detur, ſed caſu in flumen proijciatur: quæ propria eſt eleemoſynæ conditio, vt ita ſcilicet tradatur, vt fugiat ab oculis, ne eam accipiens erubeſcat. Satis manifeſtè dixit Dei filius verbis illis: *Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Quibus verbis quamuis de arcenda loquatur gloria inani erogantis, conſequenter attendit confuſionem accipientis; cùm oppoſita ſint confuſio, & gloria. Non committam, vt prætereram hîc vnum illud monitum, quod tam vtile opinor, quàm inſolitum. Fortè retrahat quis à tradenda manum eleemoſyna, quòd cernat accipientem non adusque raſa indutum veſte; imo nec omnino nudam domum eius; ſed nonnullis aulæis, lecto, ſiue tapetibus; aut certè videat & ancillam, ſeu mancipium. Non enim leuant omnia hæc indigentiam, famem, ac penuriam. Sunt ſupellectilia hæc à parentibus tradita, & ab atauis, vetera, ac tineata: quid proderit viro, ſiue fœminæ, ſi vendat ea, vt domus repræſentet paupertatem? Sanè, ſi venundet, minimum inde eliciet pecuniæ, quæ nec ſeptimam ei partem præſtabit vtilitatis, quam illa ornamenta præſtabant. Conſumetur diebus decem impenſa in victum pecunia hæc: quid deinde faciet miſer homo, niſi ad victum rurſus ſtipem corroget? Manebit nudus, & famelicus. Satius ergo eſt, ſi, quam poſt dies decem ſupellectili conſumpta, eſt accepturus eleemoſynam, accipiat ex nunc; ne in nudo cogatur ſedere pauimento, vt comedat panem multis habitum ſuſpirijs. Appoſitam cenſeo Apoſtoli doctrinam. *Veſtra abundantia eorum inopiam ſuppleat.* Suppleat, ait: ſuppleat id, quod eis deficit, etiam ſi non deficiant omnia. Acceptiſſimum (rurſus dixerim) iudico datam huiuſmodi eleemoſynam: ſi præſertim quo dixi detur modo: quo nimirum eleemoſynæ auferatur ſpecies, vt rubor accipientis deuitetur. Quæſiuit B. Nicolaus erogandæ viam eleemoſynæ, qua ne accipientes quidem ipſi ſcirent, eſſet homo, an Angelus, largitor. Quod idem ſæpiùs fecit Senenſis Catharina Beatiſſima. Diſſimulatam eleemoſynam iudicauit Bernardus oblationem hanc, quam B. Virgo accepit à Magis. *Hæc fortaſſe*, ait, *pro loco, & tempore neceſſaria videbantur: auri pretium, ob paupertatem: myrrha vnguentum, ob infantilis corporis teneritudinem: thuris odoramentum, ob ſordidam ſtabuli manſionem.*

Elias Cretenſis in comm ad Nazianz. Thargumæi in Eccl.11.1. Matt.6.3.

Eleemoſyna non deneganda honoratis perſonis eò quòd non nihil ſupellectilis habeant ſuis in domibus.

2. Cor.8. 14.

In vita S. Nicolai Epiſcopi. In vita S. Cathar. Bernar. in ſentēt. folio ex veterib. 221. in fine. S. Obtulerūt Magi.

Venio ad myſticam Magorum trium, necnon trium ſignificationem donorum: nam & myſticam fuiſſe poſt litteralem, verbis his dixit Abbas Rupertus. *Si ſolum obtuliſſent aurum, videri poterant, matris attendiſſe paupertatem: offerentes autem aurum, thus, & myrrham, ſpiritalis oblationis genus inſinuant.* Sunt igitur iam capienda manu licia illa tria, quæ ſupra reliquimus diſpoſita, ad contexendum funem illum, de quo Salomon: *Funiculus triplex difficilè rumpitur.* Myſtica etenim triplicis huius ſignificata funiculi

Rupert. de Trinit. & operibus inquatuor Euang. l. 1. c. 7. Eccl. 4. 12.

Digitized by Google

pleraque & fortè omnia inueniemus in ternario hoc, tum Regum, tum donorum. Sanè quæcunque vtriuſque ſignificatio eximiæ erit eminentiæ; nam ſummam aduſque perfectionem in ternario eſſe definiuit Philoſophus.

Ariſt l. 1. de cælo.

Et quidem ſignificatio propria funiculi, prout in loco hoc ab authore pronuntiatur, ad perſonas ſpectat, vt ex perſonis tribus fiat firmiſſimus ad quamlibet rem, indiſſolubiliſque funis. Agit namque hic de mutua hominũ ſocietate: quàm facilè decidat, qui ſolus eſt: quàm difficulter, qui ſocio communitus. Quòd ſi ſocij ſint tres; tunc *Funiculus triplex difficilè rumpitur.* Hæc litteralis quoad funiculum: ſed quoad perſonas, intellexerunt myſticè Ambroſius, & Gregorius. Nempe diuinas in eſſentia vna perſonas tres triplicem eſſe funiculum, qui cùm vnus ſit eſſentiæ identitate; eſt tribus perſonis, tanquam licijs tribus, vnus. Eſt & Olympiodori interpretatio. Aſt B. Gregorius noſtram, qua tres in eſſentia vna intelligimus perſonas, cognitionem, trilicem hunc vult eſſe funiculum. Quæ ſi congrua expoſitio eſt, vt verè congruam dicent omnes; conſequenter dicemus nos hanc Regum trium conuentionem funiculum triplicem; cùm ex diuerſis regnis adeo conformes ad Domini adorationem concurrerint. Eo vel maximè, cum infans hic in mundum venerit, non ſolam ſui, ſed diuinæ quoque Trinitatis notitiam intimare; venerintque in vnum Reges tres, quaſi diuinam hanc repræſentantes cognitionem. Mirum, quod circa hoc apud Brachmanes hodie conſpicitur. Horum Gymnoſophiſtæ ſacroſanctam Trinitatem profitentur funiculo ex tribus torto filis, quorum extrema nodo copulantur: quo vnitatem eſſentiæ in tribus denotant perſonis. Auctor Perpinianus, qui rem diligentiſſimè indagauit. Qui ergo ſolidior potuit eſſe funiculus, ad attrahendas ad Deum Trinum, humanatumque filium eius vniuerſo ex mundo gentes vniuerſas, ſtrictiſſimo hoc Regum ternario, ex tam diſtantibus inter ſe terris concurrentium animo vno, vna voluntate?

Ambr ep. 17.

Greg. l. 33. mor c. 12. vel 9.

Olymp. ibid.

Greg l. 3. mor. c. 9. vel 12.

Perpinia. orat. 8. de Deo Trino & vno.

Trinitas diuina funiculus triplex.

Trinitatis diuina cognitio funiculus triplex.

Brachmanes gymnoſophiſta profitentur diuinam Trinitatem funiculo triplici.

At verò in hac eadem interpretatione perſiſtens, qua tres funiculi vnius fibras perſonas tres, tres videlicet Reges commendaui, libentiſſimè prædico, Chriſtianos Principes vnanimi inter ſe ſpiritu, affectu, opereque concordes, vt Dei cauſis proſpiciant, Chriſtianæ religionis, rectique regiminis conſulant rebus, indiſſolubilem prorſus eſſe funiculum, ad fœlicem populorum ſtatum, ne vnquam ruat, colligandum. Hunc quippe triplicem funiculum ideo ſummè firmum putauerunt antiqui; quòd concors hominum conuentio nunquam diſcindatur. Qua ratione volentes Geryonis imperium indicare perpetuum, Regem illum tricorporem poſuerunt, eo quòd fratres illi tres, nomine Geryones, tam vnus eſſent voluntate, quàm nomine. Idcirco indiſſolubile eorum regnum; quod ſola morte finem habuit.

Geryones tres fratres vnanimes vnum Geryonem poſuerunt antiqui tricorporem, imperioque ob concordiam perpetuo.

Alciatus emblema. Concordia inſuperabilis: quod eſt 40.

Ter geminos inter fuerat concordia fratres:
Tanta ſimul pietas mutua, & vnus amor.
Inuicti humanis vt viribus, ampla tenerent

Regna,

Digitized by Google

Regna, vno dicti nomine Geryones.

Quæ maior potuit eſſe concordia, quàm hæc Magorum trium, è diuerſis inter ſe, eiſque diſtantiſſimis à Iudæa regnis ſimul in vnum concurrentium, vt natum in carne Deum adorarent? Venerunt Reges hi tribus ex prouincijs, quarum ipſi erant Reges; nempe ex Madian, Epha, & Fœlice Arabia, quæ ſunt inter ſe contiguæ prouinciæ: remotæ tamen Bethlehemitica ab vrbe. Etenim Dauidico vaticinio dictum fuerat: *Reges Arabum, & Saba dona adducent*: ex quo iam habemus, Magos hos Reges ex Saba veniſſe, & ex Arabia. Et quidem, quo ad Arabiam attinet Fœlicem, accepta eſt Patribus ſententia, præſertim Cyrillo, Tertulliano, Iuſtino, Cypriano, & Iſidoro. Cuius rei augmento eſſe poteſt ipſamet Arabiæ feracitas auri, quam ſcimus ex eodem pſalmo, in quo prædictis verbis ſubditur; *Dabitur ei de auro Arabiæ: & adorabunt de ipſo ſemper.* Myrrha quoque abundare eandem Arabiam, ſcribit Plinius: qui etiam cum Tertulliano feracem nimis dicit thuris. Eſt necnon placita Hieronymo, Iſidoro, & Cypriano ſententia aſſerens, hoſce Reges fuiſſe Sabæos. Fundamentum eſt ipſum pſalmi verbum; *Reges Arabum, & Saba*: cui adſtipulatur copioſa myrrhæ, thuris, & auri, quæ eſt apud Sabæos, abundantia. Myrrhæ ſcribitur à Plinio aſſerente, quintam myrrhæ ſpeciem appellari Sembracenam à ciuitate quadam Sabæorum. Thuris ab eodem Plinio, & Tertulliano. Auri, & thuris ſimul diuino ſcribitur textu 3. Regum libro, cuius verba ſunt hæc; *Sed & Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus: & ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis.* Nec omittendum, Reginam hanc, dum venit offerre dona Salomoni, figuram horum extitiſſe Magorum, qui ad colendum Chriſtum aduentarent: ſiquidem Salomon Chriſti fuit typus. Congruit igitur, iuxta dicta hęc, ex Regibus Magis alterum Sabæum, Arabem fuiſſe alterum; eò quòd Saba, & Arabia Fœlix, vicina ſint regna, vt ſcribunt Plinius, & Hieronymus. Cùm ergo ferè compertum ſit, ex Regibus illis alterum ex Saba, ex Arabia alterum veniſſe; reſtat nunc perpendendum, regionem Saba duas eſſe diuiſam in prouincias, Madian, & Epha, vt teſtatur Hieronymus. Atque adeo ex Regibus his duo ex duabus Saba prouincijs concurrerunt: vnus ex Madian, ex Epha vnus. Extat pro reſolutione hac illuſtriſſimum illud Iſaiæ vaticinium: *Dromedarij Madian, & Epha: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes: & laudem Domino annuntiantes.* Ecce, cùm dixiſſet Madian, & Epha, dixit, omnes de Saba venient; eò quòd & Epha, & Madian Sabęæ ſint partes. Venit ergo vnus ex Arabia, ex Saba duo: ex duabus ſcilicet Sabæis prouincijs. Ex his vnus creditur fuſcus: ille ſcilicet qui fuit ex Madianitis; eo quòd in Madian ſit orientalis Æthiopia. Fuit autem certum de Chriſto vaticinium illud Iſaiæ; vt ex ipſo contextu, & vniuerſali conſtat acceptione. Eluxit ergo mirum in modum trium Regum concordia, qua ex diuerſis, quamuis inter ſe vicinis regnis, ad

Arabia abundans auro, & aromatibus.

Saba abundans auro, thure, & myrrha.

Pſal. 71. 10.
Cyr. Alex. l. 4. in Iſa. orat. 4.
Tertul. l. cõtra Iudæos c. 9.
Cypr. l. de ſtella, & Magis.
Iſid. l. de Paſſione Domini c. 14.
Pli. l. 12. c. 14 & 15.
Tertul. in Apol. c. 30
Hier. l. q. in Gen. c. 10 ibi. Filij autẽ Chus.
Iſid ſup.
Cypr ſup.
Pli. l. 12 c. 16.
Idem eodẽ l. c. 14.
Tertul. in Apol. c 42
3. Reg. 10. 1.
Pli. l. 7. c. 28.
Hiero. in Iſai. c 60.
Hier. ibi.
Iſai 60 6.
Beda in collectan.

Chriſti adorationem confluxerunt. Summè profectò neceſſarium Chriſtianis Principibus documentum: vt in omnibus, quæ ad Chriſti reuerentiam, cultum, fidemque ſpectant, & obſequium, concordes ſint prorſus: in idque ipſum prompti concurrant. Tantò quidem glorioſius omni tempore enituit Chriſti fides, & Eccleſia: quantò conformiori in eius conſeruationem, & augmentum conuenerunt Principes conſenſu. Gratia Dei eſt: nec modica gratia, ſed eximia. Nam & ethnici ſapientes nomine gratiæ concordiam hanc graphicè depingunt. Simulant ſorores tres, gratias nomine, Virgines illibatas, Iouis filias, & Autonoës, vt ſcribit Heſiodus: Aglaiam, quæ Græco ſermone eſt idem, ac ſplendida, Euphroſyne, quæ eſt bene affecta, & hilaris; Talia, quæ germinans eſt, ſiue vireſcens, vt eſt apud Homerum. Vocantur etiam alio Græco nomine Charites: quo ſignificantur vnitæ prorſus, ac concordes; vt Baptiſta pius commendauit. Ipſa vtique ſculptura ſatis innuit: quatenus manibus depinguntur complexis, ſe mutuò ipſas conſpicientes, verno ſaltantes tempore. Extant Horatij carmina.

Concordiæ ſymbolum ſorores tres, Gratiæ nũcupatæ.

Homer. Baptiſta pius. Angelus Politia. in Ruſti, Horat.

Iunctæque Nymphis Gratiæ decentes
Alterno terram quatiunt pede.

Omnia itaque ſplendent, omnia exhilarantur, & exhilarant, ſaltantque præ gaudio, & abundantia, germinant, florent, ac vireſcunt, vbi amica hæc manuum viget innexio inter perſonas tres penitùs concordes, quibus triplex funiculus contexitur, quibus omnium Chriſtianorum Principum ſignificatur conformatio.

Aut certè ſit funiculus triplex ille, qui ex tribus his Magorum muneribus myſticè contexitur. Myſtico enim ſignificatu tres Theologicas virtutes, Fidem, Spem, Charitatem, funiculum intellexerunt triplicem Paulinus, & Hieronymus. Quæ tres, ſi verè ſunt funiculus vnus, ut veriſſimè vnus ſunt; dicemus tunc Fidem repræſentari auro, quod attulerunt Magi, aut eorum aliquis. Fides enim mentis eſt lux: & aurum dicitur ab aura, quæ candor eſt, ſeu lucis ſplendor. Thus, cùm accenſum aſcendat ad Deum; aptè deſignat Charitatem: Spem vero myrrha; eo quòd huius effectus conſeruatio ſit rerum, ne deficiant: id quod & Spei proprium ſcimus, quæ incorruptibilem expectans in cæleſtibus vitam, vitam conſeruat in hoc ſæculo iuncta conſeruatrici charitati.

Virtutes Theologicæ tres triplex funiculus.

Magorum dona tria, quæ obtulerunt infanti Chriſto, tres virtutes Theologicas deſignarũt.

Paulin. epiſt. 4. ad Sulpit. Hiero. epiſt. 62. ad Theoph.

Verum enim vero illam ego interpretationem extremo proferendam loco excogitaui, quam ideo ſeruaui extremũ in locum, quòd moribus videam vtiliſſimã. Eſt funiculus in Principe triplex, triplex item in iudice, ille, qui ex tribus his contexitur licijs: beneficẽtia erga pios, erga impios vindicta, & erga ſe ipſum vitæ integritate. Huiuſmodi virtutes tribus his Magorum donis perbellè deſignantur: auro nimirum beneficentia, myrrha ſupplicium, quo maleficorum carnes myrrhatæ, præſeruantur tam ipſæ, quàm reſpublica tota, ab vlteriore corruptione, thure vitę frugalitas, cùm ſuauis odor iuſtã ſignificet vitam, iuxta Apoſtoli verbum: *Chriſti bonus odor ſumus.* Itaque requiſitum gubernatoris primum eſt diuerſa agendi cum hominibus ratio, vt pu-

2 Cor. 2. 15.

Digitized by Google

niat iniquos, afficiat præmio viros bonos: talemque ſe exhibeat exteriùs, quali interiùs affectus eſt animo. Sunt iudices, quos extrinſecùs blandos inueniunt omnes nullo diſcrimine, tam flagitioſi, quàm modeſti, feruntur que cuiuſuis manu nunc huc, nunc illuc, iuxta propria commoda, ducti lucro potiùs, quàm iuſtitia. Recuſant hi aliquem vllum habere ſibi auerſum, omnium abſque exceptione beneuolentiam conciliare, ſibi ipſis duntaxat proſpicientes: cùm intus damnato ſint corde, cũctis nudo virtutibus, omni charitate deſtituto. Alij ſunt verbis aſperi, torui, ac rigidi vultu, vt vix vllus ad eos audeat accedere, ſiue flagitioſus, ſiue innoxius: eo tamen tempore, quo rigor exigitur in rebelles, deficit eis animus ad iuſtitiæ executionem, ſuntque erga omnes æquè blandi, ac enerues, tam ad delinquentium coactionem, quàm ad præmia meritorum. Integer ergo gubernator, ac iudex ille vnus eſt, qui ſe facinoroſis exhibet tremendum, ita vt ab eis timeatur, eſtque animo conſtans ad executionem meriti ſupplicij in eos, quos timor non cohibuit: erga pios autem humanum ſe conuerſatione oſtendit, & comitem, impletque effectu, quod aſpectu profitetur. Hoſce tres conſidero ergo perſimiles animalibus tribus, Stellioni, Echino, Leoni. Stellio ſerpentinum eſt animal de lacertarum genere, cuius exterior ſpecies oppoſita eſt indoli interiori. Eſt pelle ſtellatus, ac proinde lucidis ſyderibus candens, vnde ſtellio dictus, vt tradit Iſychius, & Nichander. Sed & illud notandum, quòd pellis nec vnde aduerſo eſt pilo, ſed vtrinque ſedato: ita vt ad vtrumuis latus traxeris ſuper pellem manum, inuenias læuem, neutro hiſpidam tractu: ſequitur enim manum pilus reſiſtentia nulla. Multa his ſimilia ſcripſere Ariſtoteles, Ælianus, & latiùs Buſtamantius, & Geſnerus. Intrinſecus autem venenoſus eſt, & plenus dolo: imo Plinius ait, *Nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellionum nomen aiunt in maledictum tranſlatum.* Id eſt callidi, ac doloſi homines maledicto nomine ſtelliones appellantur, quod non rarò apud iuriſconſultos offendimus. Sic Vlpianus, *Stellionatum obijci poſſe his, qui dolo aliquid fecerint.* Vnde crimen vendendi bis, eandem rem duobus emptoribus, ſtellionatus appellatur. Talis eſt ſtellio: & tamen eſt ſapientis prouerbium: *Stellio manibus nititur: & moratur in ædibus Regum.* Oppoſita eſt Echinus conditione: deforis ſummè aſper, ita vt pili omnes pungentes ſint ſpinæ, vt notum eſt omnibus: intus caro leniſſima, & ſuauis, ſuper omnes carnes, quas aquatilium ederim, aut terreſtrium. Eſt autem os eius in medio corpore, ſemper verſus terram, vt ſcribit Aldrouandus, & Conradus teſtatur: qui etiam ait, oua eius amariſſima. Leo medius eſt, ab vtroque cautus extremo. Talem ſe exhibet extrinſecùs, qualis intrinſecùs eſt corde: erga pios pium, durum in offenſores. Itaque quum animo miteſcit, iuba quoque blãditur: quę tremenda obriget, dum iratus eſt animo: ſicut poſt Plinium notauit Albertus. Igitur ſimilis ſtellioni eſt, ſeu certè eſt ipſe ſtellio Gubernator ille, qui cùm in regia verſetur domo, fauore Regis populo præfectus, in omnes blandus eſt ſpecie, blandus conuerſatione, blãdus verbis, nullo erga pios, impioſque diſcrimine: ita vt à quocunque

Stellio doloſum animal ſymbolum fraudulenti Rectoris, ac iudicis.

Echinus extrinſecùs ſummè aſper, ſummè eſt mollis intrinſecùs. Os eius eſt in medio corpore.

Leo nobiliſsimus animantium talem ſe extrinſecus exhibet, quali affectus eſt corde.

Iſyc. presbiter l 3. in Leuit.
Ariſt. l. 8. de hiſtor. animal.
Ælian l. 3. de natura animal.
Buſtam. l. 5. de reptilib. c. 6.
Geſner. to. de terreſtr. ani. c. de ſtell.
Pli. l 30. c. 10.
Vlpia. l 3. D. ſtellio. & gloſſa ſtellion.
Pro. 30. 28
Aldrouan. de Echin.
Conra. to. de aquat. c. de Ech.
Pli. l. 8. c. 16.
Albert. de animal. c. de Leône.

tangatur, plano ſentiatur pilo, manũ ſubſequuto, ſiue ſiniſtrã, ſiue dexterã: cũ non, niſi à plena muneribus, aut ſaltẽ aſſentationibus blandiẽte, tractetur manu. Hiſpani dicim⁹: *Inez, que à todas manos tiene el pelo aſſẽtado. Para todos viene à pelo, que traygan la mano al derecho, como la traen los buenos: que la traygan al reues, como la traen los delinquentes.* Hic manibus nititur, nõ ſecus ac innititur ſtellio: pedibus minimè firmatur. Aliter Rex maximus Dauid, qui rectus canebat; *Statuit ſupra petram pedes meos.* Iniuſtus rector manibus nititur: muneribus nempe, quæ manibus accipit, nullo innixus pede, ſed mobilis, vt poſt propria feratur commoda, non innixus iuſtitiæ. At quàm exterius eſt lenis, tam eſt animo noxius, & lethalis. Impijs impiè nocet, ductus poſt eorum impietatem, nullo vſus rigore, vt abſterreantur à criminibus: nocet & bonis, ſola eis bonus ſuperficie, nullis bonus operibus, aut donis. Ideo reprobatur, ſicut Leuitico reprobatur ſtellio verbis Dei illis: *Mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa: omnia hæc immunda ſunt.*

Leuit. 11. 30.

Stellio reprobatur, vt immundus.

Illum autem rectorem dicemus echinum, qui erga omnes ſemper eſt aſper, pungenſque omnes, tam improbos, quàm probos verborum ſpinis, toruoque vultu, ac toruis nutibus; & (quod peius eſt) ferè ſemper ore verſus terram, ne inueniatur à quærentibus; nempe abſcondit os, ne alloquatur eos, qui ad eum, pro neceſſitatibus accedunt: intrinſecus autem mollis eſt nimis: nec viget animo ad cohibendum hominum ſcelera, componendumque populum: ſed viuat quiſque prout libuerit. Solum ergo dixerimus leonem Principem illum, ſeu rectorem, qui in ſceleratos excandeſcens, validis pollet neruis, ad exequendas minas, ac terrores: complet per contrarium erga pios operibus multis eam, quã in facie beneuolentiam oſtendit. Quemnam ergo ex tribus his verum dicemus Principem? Quemnam regio nomine dignum? Quemnam perfectum Gubernatorem, ac Iudicem? Leonem animantium Regem omnes concedunt. Probat multis Baſilius: eſtque Ægyptiorum antiqua deſcriptio. Excudit propterea leonem in nummo ſuo, tanquam regium inſigne, Antoninus Imperator. Peſtis eſt populi rector blandiens cunctis; nemini horridus, beneficus nemini. Nullo terret vultu ſceleratos; nulli timorem incutit; vt Saluſtio dicere licuerit: *Quàm quiſque peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt. Metum à ſcelere ſuo ad ignauiam veſtram tranſtulere.* Hæc obiecit iudicibus in faciem. Eſt maledictum populi ſtellio iudex: non ſolùm propter id, quod Plinius ſcripſit, ſed propter dictum Eliu; *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Volens Agamemnon, Spartæ Rex, integrum ſe Principem oſtendere, terrificum leonis caput ſculpſit in clypeo, cuius Pauſanias eſt teſtis, celebrator Lucretius carmine illo:

Princeps integer leoni confertur. Leo ſymbolum perfecti Principis.

Baſil. apud Pierium Valer. l. 1. §. Domitor. Saluſt. de bello Iugurtino.

Antoninus Imperator excudit in nummo ſuo leonem, tãquam proprium Principum ſtemma.

Iob 34. 30. Pauſan. apud Pierium l. 1. § Terrificus. Lucret.

Agamemnon Spartæ Rex cudit in ſcuto terrificum leonem.

Princeps pater eſt patriæ.

Principio genus acre leonum ſæuaque ſæcla:
Tutata eſt virtus.

Nec melior ille iudex, qui echinus eſt, aſper conuerſatione, executione remiſſus. Vtrum que peſſimum. Verborum acerbitas intolerabi-

Digitized by Google

lem facit Gubernatorẽ, ac Iudicem. Nemini acrem verbis eſſe decet ne ipſis quidẽ delinquẽtibus: tametſi hos debeat grauitate cõponere, in magnũque inducere timorem. Probis amicè debet indulgere. Laudatiſſimus ille Imperator Lycurgus obiurgabat ſeueriſſimè iudices, quos ſæuis verbis reos affligere ſciebat, ſcriptore Plutarcho. Patris patrię nomen putauerunt ſemper ſummum imperatores: nec ulli vnquam ante Cęſarem Iulium conceſſit Roma. Suetonius eſt ſcriptor. Ante vtrumque definierat Plato, dum ſcripſit de republica, *Verum Regem Patrem eſſe familiæ.* Odioſiſſimus rector, qui verbis pungit, qui facie faſtidit. Mira Caſſiodori ſententia; *Sub parente publico, genitoris minimè ſentiri debet amiſſio.* Leonem ideo ſculpſit in nummo Seuerus pius Auguſtus exporrectum, ſedente deſuper fœmina Clementia, cum inſcriptione *indulgentia Aug. in car.* vt ſcribit Pierius. Peior peſſima clauſura oris, ad colloquendos quoſcunque eum alloqui volentes. Inuiſus rector ille, cuius os non ſtatim inuenitur in capite: ſed occultum eſt, ne pateat cunctis accedentibus: ne cunctis præbeat auditum. Regem Midam ingentibus depictum auribus ſcribit Herodotus: quòd in audiendis cunctis fuerit iugis: ideoque Delphico in templo dicatam ei ſellam, ad iudicium. Super omnia exitialis, pernicioſaque deſidia Iudicis, qui poſt minas multas, multos terrores, eſt ad executionem blandior Echino, nihil de cohibendis curat vitijs, nil de republica Chriſtiano more componenda. *Audite ergo, Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ: præbete aures vos, qui continetis multitudines: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Quoniam, cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis. Horrendè, & citò apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet.* Fuit antiqua Tenediorum lex, ab Ariſtotele relata, qua cautum erat, vt in adulterio deprehenſi mas, & fœmina eodem ſupplicio ſecuri ſubijcerentur. Audiuit legiſlator eorum Rex, filium ſuum legem illam tranſgreſſum; cuius cauſa ad purum diſcuſſa, conuictum iuſſit trucidari. Scribunt Plutarchus, & Stephanus de vrbibus. Quod factum æterno in ſtemma ſuum ſculpi fecit monumento. Vnde memorat Pollux Tenedium nummum, in cuius vna facie, ſeu parte cuſa erant capita duo, vna ceruice contenta, ſubiecta ſecuri; ad deſignandum, iuſti iudicis eſſe capita omnium, quod ad iuſtitiam attinet, æquare abſque perſonarum acceptione; ſit extraneus, ſit filius.

Hæc omnia vt perfectè exequerentur, inſtructi redierunt è pedibus Chriſti Magi Reges, vt reliquos Principes inſtruerent ipſi: inſtruerent nos omnes, oſtenſa via, qua ad eundem Dominum tendamus. Quæ his munera nos idonea deferemus, qui talibus eorum muneribus mente ditati ſumus, & inſtructi? Quum Dei populus promiſſam intrare terram nitebatur, quærebat familia Ioſeph, qua vrbem Bethel ingrederetur. Et *Viderunt hominem egredientem de*

Imperatores Romani ſupremũ nomen æſtimabant Pater patriæ.

Seueri Pij Imperatoris ſtemma, Virgo ſedẽs in Leone.

Tenediorũ Rex impleuit in filio ſuo legem damnantẽ capitis adulteros.

Principes exequentes in filijs ſuis vindicatiuas leges.

Iuſtitia æqui iudicis commendata ſtemmate Tenediorum præclariſſimo.

Plutarch. in Lycurg.
Sueton. in Iulio Cæſare. c. 76.
Plato l. 16 de regno.
Caſſiodorus 4. varia. c 92.
Pier. li. 1. §. Cleme.
Herodot.
Sapi. 6. 2.
Ariſtot. in Tenediorum republica.
Plutar. de Pythijs oraculis.
Stepha de vrbibus.
Pollux apud Pierium Val. li 32 c de Bicipitio. §. Animaduerſio ſeuera.
Iudi. 1. 24

Digitized by Google

ciuitate, dixeruntque ad eum: oſtende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum miſericordiam. Oſtendit, & fecerunt. Quibus nos donis munerare oportet Magos, qui viam nobis, & oſtenderunt, & panderunt, & ad Bethlehem, & ad Bethel? Ad Bethlehem quæ eſt ciuitas Chriſti; ad Bethel, quæ domus Dei interpretatur. Tria nos munera, ſicut ipſi Chriſto, offeramus eis, laudem, gratitudinem, reuerentiam, procidentes coram eis, qui ante Dominum Chriſtum prociderunt. Ante Dominum Chriſtum, Deum, & hominem, qui in ſtabulo natus, ſicut in omni aliàs loco, ſigna diuinitatis cum humanitatis coniunxit indicijs. Epiloga?

Digitized by Google

IN TRANSFIGVRATIONE DOMINI.

SERMO I.

Transfiguratus eſt ante eos. Mat. 17.2

Transfiguratio Domini.

PIGNVS glorię certum hodie mundo eluceſcit; quum gloriæ Regis, qui ipſa gloria eſt, perpetuò in cœlis ſanctos beatura, candidiſſimi radij perfunduntur in terras; ab excelſo videlicet monte, in cuius vertice inter Petrum, Iacobum, & Ioannem mira transfiguratur claritate. Ibi reſplendet facies eius, ſicut Sol; ſicut nix albeſcunt veſtimenta. Concurrunt occulto ex loco, qui ex hoc ſæculo rapti deliteſcunt, Moyſes, & Elias, vt ſupremæ huic Regis ſui glorificationi interſint, medium tenentes eum: qui & de inſtanti iam paſſione illius colloquuntur, ſicut ſcribit S. Lucas. Captus ſuauiſſima hac pulchritudine Petrus, non de paſſione tractat, ſed de conſtruendis ad fruendum gloria hac tabernaculis tribus, Chriſto, Moyſi, & Eliæ, dicens; Bonum eſt nos hic eſſe: at nullum quidem extruit: nam vix prolatis verbis, ecce nubes lucida obumbrat eos, exitque de nube vox hęc, dicens; *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.* Cadunt conterriti diſcipuli; ſed erecti à Domino, timoreque per eum ſoluti, nec Moſem inueniunt, nec alium quemquam præter vnum Ieſum; à quo, ne rem cuiquam, quo ad vſque reſurgat, notam faciant, admonentur. Hucuſque textus Euangelicus. Nunc ante omnia ſcrutari libet, cur ſonante Patris voce, qua filium ſuum vnicum profitetur Chriſtum, fulgor mox vultus retrocedit, & abſconditur? Numquid deſerit nos tam dulci priuatos ſuauitate? Heu nos miſeros! heu pauperes! Plorabimuſne, qui tanto relinquimur bono deſtituti? At certè diuinus hic, qui in Domini facie elucet candor, non in id coruſcat, vt angamur: ſed intimo vt gaudio collætemur. Supplet quidem abundè candida nubes vultus candorem: ita vt innoteſcat illa ijs, quibus faciei fulgor minimè innoteſcit. Indicat fulgor eſſe Dei filium Chriſtum, in facie eius glorioſè reſplendens: indicat idipſum lucida nubes ſonante voce illa; *Hic eſt filius meus dilectus*: nonne nubes hæc candorem vultus ſupplet abundè? Splendor

Fides auditu ſupplet intuitum.

Digitized by Google

facici cognoſcitur oculis: oculis nubes, & auditu; nam & lucida eſt, & voce tonans. Ille à circunſtantibus; hęc ab orbe vniuerſo, per
Ro.10.17 quem currit vox, notificans Chriſtum Dei filium. *Quid ergo? Ergo fides ex auditu.* Vera abſque dubio Pauli reſolutio; nam ingreſſa aures vox, lucidum ſibi inuoluit ſplendorem. Inuoluit profectò ſplendorem ſibi, & cum quidem vbique perceptum, & acceptum. Eſt enim nubi proprius cum tonitruo fulgor; ſimul prodeunt fulgor & tonitruum: imo & ſæpe cum tonitruo fulmen: quin etiam quum diuina eſt nubes, crepat ſemper cum fulmine tonitruum; quoniam
Pſal.28.7. *Vox Domini intercedentis flammam ignis.* Attinet ergo ad nos audire vocem; gentibus cunctis prædicare: ſed numquid vocem abſque fulgure? Sanè, niſi gratia Dei interſit, omni eſt vox fulgore deſtituta: nam gratia ipſa diuinus eſt candor. Vnde ergo audiemus vocem hanc; nitore vt inuolutam percipiamus? An in illis,
Heb.10.1 quæ fabrefacere intendit Petrus, Eliç, & Moyſi tabernaculis. Erat opacæ nubis lex illa, quę à Moyſe fuit lata, quæ à zelante Elia cuſtodita, vt definit Apoſtolus; *Vmbram enim habens lex.* Vnum igitur manet tabernaculum: illud nimirum, quod ſolius eſt Chriſti: reliqua conſtrui prohibentur: quòd ad tempora priſca, non ad noſtra *Maria tabernaculũ Dei.*
Eccl.24.12. hæc pertineant tempora. Sed quodnam Chriſti tabernaculum? Nonne Maria? Atqui Maria eſt: ipſamet profitetur: *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* In hoc auditur plena fulgore vox: quo-
Luc.1.28. niam Maria ipſa eſt *gratia plena*, vtpote in qua diuinus gloriæ Rex non ad modicum quidem habitauit, ſed requieſcens requieuit. Vt ergo tabernaculo hoc protecti, vocem Domini audientes, mente illuminemur: reuerenter ſalutabimus illud verbis, quibus Gabriel ſalutauit, dicens: *Aue Maria.* *Aue Maria*

Mens Domini hodierno in myſterio eſt prębere ſe ita cognoſcendum Adæ filijs, vt cognita gloria eius moueamur, ad configurandum nos ei in paſſionibus ſuis. Eſt certa inter obiectum, & incitamentum diuerſitas, quam iuriſperiti meritò conſiderant: noſque in præſenti oportet intelligere. Mouet animos incitamentum, vt applicentur ad obiectum, ſiue ſpeculandum, ſiue efficiendum, ſiue proprijs actis imitandum. Dei filius imitationis noſtrę obiectum eſt vnicum: cætera propter eum; quatenus ei configurata ſunt, ac con- *Transfigurationnis Chriſti finis fuit, vt patienti illi cõformemur. Obiecti, & incitamenti diſcrimẽ.*
Rõ.3.29. formata. In hac quippe noſtri cum eo conformitate bonum noſtrum ſitum eſt totum, ſicut docet Apoſtolus his Romanos verbis: *Quos prædeſtinauit conformes fieri imagini filij eius.* At conformitas hæc, vt ſit conformitas, exigit quidem nos in ſæculo hoc humiliationi deditos, ac cruci, quam Dominus ipſe hoc in ſæculo ſubijt: vt eidem Domino ſummè glorioſo configuremur in futuro. Eſt itaque imitationis noſtræ obiectum Chriſtus humilis, patiens, manſuetus: glo- *Imitatio Chriſti ſalus eſt noſtra. Chriſto qui conformantur, ſalui ſiunt: reliqui minimè.*
Luc.9.31. ria plenus Chriſtus incitamentum, quo ad configurationem hanc, auidè prouocemur, & trahamur. Ideo concurrunt hodie in excelſo monte, & gloria in Chriſti facie, & paſſio eius in decreto, quo à Deo Patre pronuntiato, Elias. & Moſes *Dicebant exceſſum eius.* Et quoniam imitationis obiectum iugem poſcit præſentiam, incitabulum

lum autem ſemel, aut raro perſpectum, concitat animos videntium: oſtendit ſe Chriſtus humilem ſemper, & vbique: glorioſum non ſemper: ſed breui hac per horas tres manifeſtatione glorioſum, & nonnunquam etiam poſtquam à mortuis reſurrexit. Oportuit igitur, propoſitam diuinitatis oſtenſionem tam breuem eſſe, quàm conſpicuam: quoniam vtriuſque tam perſpicuitatis, quàm breuitatis, duplex vrgebat cauſa. Perſpicuitatem exigebant duo: & Chriſti honor, ad quem ſpectat, vt ipſe manifeſtè agnoſcatur Deus verus: & hominum ſalus, quatenus Chriſtum Deum agnoſcentes, eum, tanquam Deum audimus, & ſequimur: in quo vita, & ſalus conſiſtit æterna. Breuitatem duo alia: imitatio primum, qua non glorioſum ſequimur Chriſtum; ſed humilem, patientem, crucifixum: alterum gloriæ illius opertio, ne, ſi agnoſcerent eum inimici, illæſum relinquerent, relictis communi in læſione hominibus cunctis, qui nece eius ſanandi erant. Hac enim de cauſa non oſtendit omnibus diuinitatem ſuam eo tempore, quo incarnatus iam conuerſabatur in terris, ante interitum ſuum, ne innoteſceret hæc hominibus illis, quorum manibus erat perimendus: quod verbis his teſtatur Paulus: *Gloriam, quam nemo Principum huius ſæculi cognouit. Si enim cognouiſſent; nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Qua ſimiliter ratione præcepit Chriſtus ipſe teſtibus transfigurationis ſuæ diſcipulis: *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Igitur excepto operimento illo, quo diuinitas Chriſti eatenus latuit, quatenus non impediret necem eius: fuit ſummæ Deo in ſæculis cunctis prouidentiæ, vt manifeſtè innoteſceret mundo, tam ante incarnationem, quàm eo tempore, quo in terris conuerſatus fuit, & hoc etiam in ſtatu, & in æternum. Quare dum vox de nube ſonans dicit hodie diſcipulis; *hic eſt filius meus dilectus*, verum vtique Deum dicit filium, non filium, ſicut iuſtos, adoptiuum; ſed naturalem, conſubſtantialem, & æternum; qui tam Deus eſt, quàm Pater ipſe; cùm Deus ſit perſonæ tres vnus, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, ſubſtantia vna cum diſtinctione perſonarum. Referam nonnulla ſcripturarum verba, quibus dicitur Chriſtus Deus verus. Iſaias dixit; *Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et erit ibi ſemita, & via; & via ſancta vocabitur.* Eſſe Chriſtum Deum illum verum, quem verum Deum venturum dixit Iſaias, explicuit, quum venit, Chriſtus ipſe: qui à diſcipulis Ioannis interrogatus, eſſetne ipſe ille, quem, inſtructus hoc, & ſimilibus vaticinijs expectabat mundus, planè reſpondit, dicens; *Euntes, renuntiate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.* Quæ ſigna illa ipſa ſunt, quibus cognoſcendum, quum veniret, Deum, dixerat Iſaias. Et quidem extremum illud prophetæ verbum; *erit ibi ſemita, & via: & via ſancta vocabitur*, glorioſiſſimè adimpletum eſt Chriſti doctrina, ac vitæ exemplo, proſequentibus diſcipulis eius, de quibus dixit ipſe, *Pauperes euangelizan-*

1. Cor. 2. 8

Mat. 17. 9.

Iſai 35. 4.

Chriſtus Deus oſtenditur verus.

Mat. 11. 4.

Digitized by Google

tur, tanquam extremum ſignum, & potiſſimum. Aſt Eccleſiaſticus vtrumque coniungens, & quòd ſcilicet eſſet Dei filius, & quòd Deus verus Chriſtus ipſe, dixit verba hæc: *inuocaui Dominum, Patrem Domini mei.* Ecce & Patrem, & filium æquo tenore vocat Dominum: quod ſoli vero competit Dẽo: cæteris vetitum eſt prorſus.

Eccli. 51. 14.

Exod 6. 3. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo omnipotente; & nomen meum Adonai non indicaui eis.* Eſt autem *Adonai* nomen ſignificans Dominum, qui plures, quàm vna perſona eſt. Dominum autem hunc, cuius Patrem quoque Dominum dicit Eccleſiaſticus, explicuit Chriſtus ipſe, eſſe ſeipſum, dum dixit Apoſtolis: *Vos vocatis me, Magiſter, & Domine: & bene dicitis, ſum etenim.* Poſt reſurrectioné autem ſuam, quum iam nullum erat impediendi interitus periculum, manifeſtè ſe oſtendit Deum Chriſtus & verbo & adſpectu candidiſſimo. Ingreſſus enim ianuis clauſis, ſeque Thomę, & alijs oſtendens glorioſum, dixit ad eum: *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti.* Quibus verbis ratum fecit, ac certum dictum hoc Thomæ. Id ipſum publicè prædicauerunt Apoſtoli. Solum ex multis Pauli verbis dicam illud, quod ſcripſit ad Galatas. *Notum vobis facio Euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, neque ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.* Ecce expreſſis verbis dicit Apoſtolus, Chriſtum, à quo euangelium accepit & didicit, verum eſſe Deum. Nec tamen negat hominem, dum ait, non ab homine accepi: ſed ait, ſe non accepiſſe ab aliquo, qui homo tantùm ſit, ſicut cæteri homines. Eſſe enim verum hominem Chriſtum, paſſim aſſirmat Paulus ipſe, à primo ſuarum verbo epiſtolarum, illo videlicet: *In ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* Vtrumque expreſsè dicit: verum Deum, & hominem verum. Dicens enim ex ſemine, & ſecundum carnem, planè exprimit hominem: & planè ibidem Deum exprimit: dum ait, eſſe aliquid aliud vltra id, quod eſt ſecundum carnem. Nec ideo, quòd diuinitatem ſuam non oſtenderit ſemper vultu ſuo, ſicut hodie profert Dei filius, omiſit, tam verbis manifeſtare quàm factis, ſe verum Deum: Patri coæqualem, quoad fuit ad integram notitiam neceſſarium. *Acceſſerunt ad eum cœci, & dixit eis Ieſus: creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorũ, dicens: ſecundum fidem veſtram fiat vobis: & aperti ſunt oculi eorum.* Nemo ſanè ex prophetis, dum fuit miraculis vſus, tale quicquam dixit: ne ſimile quidem aliquid dicto huic: *Creditis, quia hoc poſſum vobis facere:* quod propriam ſignificat potentiam. Imo dicunt, quicunque faciunt miracula, ſe quidem non propria, ſed Dei virtute facere, quem humiliter ad talia facta inuocant, vt in cunctis legimus ſcripturis. Sic ſanaturus claudum hominem Petrus, dixit ad eũ: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula:* ſanato iam, dixit ad populum: *Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare?* Duo hîc perpen-

In Hebraicorum nominum interpretatione quæ habetur in fine bibliorum.

Ioa. 13. 13.

Ioan. 20. 28.

Gal. 1. 11.

Rom. 1. 2.

Mat. 9. 28.

Chriſtus, quum faciebat miracula, verbis, & operibus propria vtebatur poteſtatis, non deprecando ſed præcipiendo.

Acto. 3. 6.

dendæ: alterum confeſſio, qua miraculum hoc non virtute propria fatetur Petrus, ſicut propria virtute ſe miracula hęc dixit edere Chriſtus: alterum inuocatio, qua idem Petrus auctorem miraculi inuocauit Chriſtum, dicens: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Confirmauit autem dictum ſuum Chriſtus ipſe, cæcorum illorum oculos aperiens, dicenſque eis, vt aperirent, verbis illis: ſecundum fidem veſtram fiat vobis; apertiſſimè oſtendens, fidem ei deberi, tanquam Deo. Multa poſſem factis iuncta ſimilibus ſimilia verba, ſi peteret tempus, enarrare: ſed hæc ſufficiunt auditoribus.

Forma autem oſtendendi ſe Deum propriæ perſonę aſpectu, manifeſto paternæ vocis teſtimonio, famulorum aſſiſtentia, & Regijs ornamentis bis, nec pluriès ante glorioſam reſurrectionem illuxit in Chriſto; & id quidem paucis coram teſtibus. Primò illuxit in baptiſmo eius: quando *Aperti ſunt cœli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem, ſicut columbam, & venientem ſuper ſe: & ecce vox de cœlo dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui:* deinde in monte vbi hodie *reſplenduit facies eius, ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix*, concurrentibus illis, quę ex noſtro retuli Euangelio. Vtrobique adfuit magnum ex cœlis ornamentum; cùm in baptiſmo cœli ipſi aperti fuerint, lucida in monte reſplenduerit nubes. In baptiſmo deſcendit Sanctus Spiritus in columbæ ſpecie candidiſſimæ, in transfiguratione concurrerunt Moyſes ex alio ſęculo & Elias; famuli aſſiſtentes Domino ſuo. Vtrobique autem adfuit Patris confeſſio filium ſuum affirmans Chriſtum, vnicum, verum, naturalem. Modus enim ille dicendi, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite*, Satis apertè oſtendit, Chriſtum eſſe filium illum, quem naturalem ſcimus Dei filium. Nec opponi poteſt, obſcuriorem fuiſſe confeſſionem, quàm ſi diceret Pater, hic eſt Deus: quoniam propria paternæ confeſſionis conditio illa quidem eſt, vt filium ſuum pater fateatur naturalem filium: qua eiuſdem, cuius pater naturę eſt, filium eſſe teſtatur. Præſertim cùm ſcripturæ ſacrę promiſcuè vtraque vtantur locutione; vt modò Deum, modò Dei filium appellent Chriſtum, vt vtrumque commendent: & eum eſſe verum Deum, & perſonam ſecundam Trinitatis. Eadem ratione dicit hodie ſe filium hominis Chriſtus ipſe, dum diſcipulis ait: *Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Cùm enim Chriſtus & verus Deus ſit, & homo verus; nemo negabit, vtroque eum nomine in ſcripturis aptè nominari, nunc filium Dei, nunc hominis filium. Imo eum crebrò dici hominis filium, ideo ſanè oportet, quòd in veteri ſcriptura filius hominis appellatus ſit ille, qui mundum & iudicaturus erat, & redempturus, *Ecce*, ait Daniel, *quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient: poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.* Fulcit mirificè veritatem hanc colloquiũ illud quod cum Chriſto ipſo ſacerdotum Pricipibus interceſſit. Dixit

Mat. 3. 16.

Chriſtus quum dicitur filius Dei: verus dicitur Deus.

Mat. 17. 9.

Chriſtus cùm Deus, & homo ſit, appellatur ſæpe filius hominis.

Dan. 7. 13.

Digitized by Google

Luc.22.69 etenim ad eos ille; *Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei: Qui ait; vos dicitis, quia ego ſum.* Nunc interrogo homines iſtos, vndenam inferant, dixiſſe Chriſtum, ſe filium Dei eſſe, cùm dixerit ille, *Filius hominis?* Vtique cùm adſtantes ibi omnes intellexerint Dei filium; non dubium eſt, quin Dei filium dixerit Chriſtus. Non enim poſſent omnes pariter falli in locutione hac intelligenda: præſertim, cùm Dominus ipſe conceſſerit eorum intellectum, aſſerens; *Vos dicitis, quia ego ſum.* Eſt & æquè certum, ſermonem hunc de naturali fuiſſe, ac vnico filio; alioqui, ſi de communi filiorum ratione loqueretur Chriſtus, non inferrent illi, *ergo tu es filius Dei*, nec damnarent eum blaſphemiæ, dicentes; *Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam?* Quòd ſi quis intelligat, in eo Chriſtum filium ſe Dei pronuntiauiſſe, quòd dixerit, à Dei dextris aſſeſſurum; manebit quidem firma reſolutio, quòd Dei ſe filium pronuntiauerit, vtrouis id expreſſerit verbo; ſiue illo, quo ſe dixit filium hominis, ſiue quo dixit, ſe Deo à dextris conſeſſurum.

Marc.14.63.

His comperta ſatis manſit Chriſti diuinitas, quoad integra corroborandæ fidei exigebantur teſtimonia. Qua planè cognita, vehementer inuitamur, ad imitandum eundem Dominum humilem, patientem, manſuetum, continua mortificatione circumdatum, quantumuis aſpera videatur imitatio. Itaque obiectum imitandum humilis & patiens Chriſtus eſt: at incitamentum, quo imitamur eum, eſt Chriſtus glorioſus. Imitandum eſt ærumnoſum obiectum, eo quòd mundi huius res, quæ pulchræ ſunt adſpectui, guſtuique ſuaues, ferè ſemper ſint intrinſecus mortiferæ: ſalubres illæ, quæ aſperæ & guſtui, & aſpectui. At, ne ſuperficie earum decipiamur: prouidet Deus, vt noxiarum rerum abſconſum venenum, & abſconſa deformitas, prodeat nonnunquam ad aſpectum & frontem: prodeat ad frontem, & aſpectum abſconſa in aſperis ſalus, & gloria. Licet enim crucifixi aſpectus abſterreat nos potiùs, quàm alliciat: allicit tamen intenſiſſimo affectu ſcientes, ſub amaro vultu eam latêre gloriam, quæ hodie oſtenditur immenſa. Verba Apoſtoli audiamus. *Deus, qui dixit, de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus; vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus? ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes: vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Verba hæc præcelſa ſunt omnia. Deus dixit, decreuit, ordinauit, vt de tenebris, quibus rerum occulitur veritas, (vt mortiferæ res appareant ſuaues: aſperæ, quæ ſalubres ſunt atque ditantes) lucis radij oriantur, quibus detegatur fallacia, fulgeat veritas in cordibus. In cordibus fulget, non in oculis: quoniam diuina ſcientia eſt, quæ luce hac illuminatur. Sed refulget in facie Ieſu Chriſti, in qua nullus eſt locus deceptionis; cùm tot diuini Patris teſtimonijs, tot

Mortificatio appetentiarũ aſpera vultu, plena intrinſecùs lætitia, & gloria: quæ etiam non nunquam ſeris detegitur.

2.Cor.4.6.

Digitized by Google

ſcripturarum dictis, tot miraculis, tot ſignis, ipſaque, ſuper omnia, Chriſti ipſius vita, atque virtute confirmetur. Eſt autem immenſus ſcientia iſta theſaurus, vt ipſamet Sapientia teſtatur, dicens: *Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei:* Vnde eſt ab oculis abſcondita, intus ſummum bonum; cùm hæc ſit propria theſauri conditio, vt abſconſus deliteſcat. Cumque in fictilibus ſit abſcondita vaſis, humanorum videlicet corporum; corda quidem illuminat, eo quòd hæc intra ipſa ſint corpora, intrinſecus abſconſa; in quo eſt glorioſior ſublimitas eius; quæ abſque viſibili adminiculo, cordibus diuinitùs elucet. Ideo ait Paulus: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes* hilareſcimus. Curnam? *Vt vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.* Eſt ergo noſtris in corporibus occulta vita Ieſu, quamdiu mortificatione Domini ipſius circumcinguntur; quandoquidem mortificatione peracta, vita eius in illis manifeſtatur, & effulget. Semper itaque circumcingenda ſunt mortificatione corpora noſtra, ſicut Chriſti corpus circumſtrictum fuit ſemper: ita vt mortificatio toto iugis fuerit in corpore, gloria in facie reluxerit; & id quidem per trium ſpatium horarum. Suauiſſima quippe hæc manifeſtatio pulchritudinis tanto corda excitat feruore, vt in medijs doloribus, afflictionibus, ærumnis, quæ ſepiunt in gyro corpora, exultent corda, & glorientur; quod dicunt verba illa, *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur*, & cætera; eo quòd ad menſuram, qua conſtringitur corpus, intimo cor ſolatio dilatetur. Nihilominus, quamuis ordinarium immenſæ Chriſti gloriæ teſtimonium cordibus intrinſecùs effulgeat: lucet tamen quandoque in ipſa Chriſti facie, in ipſa necnon ſanctarum rerum ſuperficie, vt omni nos modo alliciat ille ad ſemetipſum: ad illa etiam, quæ ſancta cognoſcuntur.

Sapientia vera theſaurus infinitus. — Sap. 7. 14.

Eſt perpendendum maximum illud, quod inter bonas, & malas res diſcrimen interponitur. Bona quæque res prodire amat, ac diffundi, quo manifeſta cunctis innoteſcat: fugit exitum mala, ſeque ipſam concentrat, ne compareat, quaſi ſuam erubeſcens turpitudinem. Vnde contraria ſunt confuſio, & gloria: hæc quippe latè ſplendere cupit, ac diffundi, quo à cunctis cum laude conſpiciatur: ad centrum ſe colligit confuſio, fugiens conſpici. Confundi namque comprimi eſt, diffuſioni contrarium; ita vt idem ſit confundi, ac erubeſcere. Textus apud Eccleſiaſticum. *Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio.* Ecce oppoſita confuſioni ſcribitur gloria. Procedūtque hinc oppoſita lucis, tenebrarumque nomina, vt bonum appelletur lux, tenebræ malum. Eſt ſiquidem inclinatio boni, ad auras exire, & luce perſpici conſpicua, mali non exire, ſed recludi intra obſcuras ſui ipſius tenebras: *Hoc eſt autem iudicium; quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. erant enim eorum mala opera. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius: quia in Deo ſunt facta.* Eſt difficile nimis inter doctores ſcrutinium, quo diſcutiunt, vndenam proceſſerit illa,

Bonum quodlibet amat oſtendi, atque diffundi. — Eccl. 3. 12. — Ioan. 3. 19.

Digitized by Google

quæ primo creati orbis die apparuit lux mundo, cùm fons lucis Sol quarto die creatus ſit, non die primo. *In principio creauit Deus cælum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus: fiat lux, & facta eſt lux: factumque eſt veſpere, & mane dies vnus.* Poſt hęc numeratis diebus tribus creatio narratur Solis. *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & factum eſt veſpere, & mane dies quartus.* Vnde (rogo) proceſſit prima illa lux diei primi, ſi die illo nondum erat Sol, qui ſolus eſt origo lucis? Omitto alijs expendendas concionibus cauſas huius alias, ſeu alias textus oppoſitiones, vt modò dicam vnum illud, quòd pręſenti congruit inſtituto. Sequor B. Dionyſij iudicium, quod & S. Ambroſius, Eugubinus, & Thomas comprobarunt; primo Solem die fuiſſe creatum; dici verò creatum die quarto, quòd antea non apparuiſſet, denſiſſimis illis velatus nebulis, quæ *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Quo ſuppoſito, dico, illam Solis lucem, cùm natura ſua diffuſiua ſit, ac recluſionis impatiens, minimè potuiſſe contineri, quin inter craſſiſſimas illas nebulas erumperet, appareretque, ſi non tota ſua plenitudine, illo ſaltem gradu, quo verè lux cognoſci poſſet. Id quod frequenter videmus & nos: qui, quantauis operiat Solem caligo, transfluentem adſpicimus lucem; etiam quum ille Luna operitur in eclipſi. Quid igitur iam de diuino iuſtitiæ Sole dicemus? De fulgentiſſimo Dei filio, qui diuinus eſt Sol, ſuprema diuinæ lucis origo? Die ille quarto apparuit coruſcus; quarto nempe vitæ ſuæ decennio, quando à mortuis glorioſus reſurrexit, cùm præcedenti tempore continuis ærumnarum nubibus fulgorem ſponte occuluiſſet, dicente Iſaia: *Virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: & quaſi abſconditus vultus eius:* tamen quantumcumque obſcuræ fuiſſent nebulæ illæ reſurrectionem præcedentes, non potuerunt tantopere eum operire, quin ſemel, ac iterum transfunderetur naturalis lux eius aliquo ſaltem, ſi non ſummo gradu. Quod graphicè ait Ioannes verbis illis: *Lux in tenebris lucet.* Vnde in primo ipſo natiuitatis ſuæ die, cùm in præſepio eſſet cohibita, prorupit lux vſque ad paſtores, nam *Claritas Dei circumfulſit illos:* & vſque ad remotos etiam Magos, quibus ſua in regione illuxit ſtella: cuius fulgentiſſimum candorem intuiti, proceſſerunt læti, vt intuerentur eum, à quo tantus procedebat ſplendor. Hoc enim properandi ad eum incitamentum publicè prædicauerunt ipſi, dicentes; *Vidimus ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Sed glorioſiùs hodierna die: cùm tantus in ipſo Domini vultu, tantus fulgeat in eius veſtibus candor, vt ex ignotis mundi locis concurrant Moyſes, & Elias, tanta vt fruantur pulchritudine, ipſumque à quo procedit, Dominum adorent. Eſt ſummè diffuſibile argentum viuum, adeo vt in quocunque vaſe aſſeruetur; transfluat pondere ſuo; niſi magna vas cautione muniatur. Video poſt multa vaſorum genera, in quibus Peruïno hoc in regno ad fodinas portabatur argenti, nullum inuentum vas, in quo abſque effuſionis eſſet periculo, donec tandem in agninis portatur, ſeu arietinis pellibus, vt

Geneſ. 1. 1.

Gen. 1. 16.

Dionyſi. de diuinis nomin. c. 4. Amb. in exameron c. 19. Eugubi. in coſmope. in gene. & lib. 7. de perenni philoſophia S. Tho. 1. p. q. 67. art. 4. q. 70. art. 1.

Iſa. 53. 3.

Ioan. 1. 5.

Lucæ. 2. 9.

Mat. 2. 2.

Sol, & luna quonam die creata?

Chriſti fulgor quantumcumque abſconditus erumpebat non nunquam? ita vt plane agnoſceretur.

Simile. Argentum viuum quibus in vaſis aſſeruetur, ne diffluat, & perdatur.

Digitized by Google

cernimus. Nihilominus ne in his quidem adeo tenêri poteſt, quin nonnulla eius grana foras prodeant, vt etiam videmus omnes. Eſt Dei gloria argento viuo & pretio,&pondere præſtantior,quam proinde vocat Apoſtolus *Æternum gloriæ pondus*: Vnde nullo tempore tam fuit nubibus tecta tenebrarum,quin vbique gentium refulgeret; vt Deus ipſe, à quo illa procedit, noſceretur. *A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri.* Volens igitur Deus, diuinam hanc, quæ Deus ipſe eſt, gloriam aliquandiu deliteſcere; agnina eam recluſit in pelle; pelle humana, humana nempe Chriſti natura: *Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*: tantaque recluſit prouidentia,vt dicat Iſaias: *Quaſi abſconditus vultus eius.* Tamen quantumcunque fuerit idonea pellis operiendis gloriæ diuitijs, dum ad connectendos ſibi hominum animos, noſtras percurrebat terras, erumpit tamen nonnunquam gloria eius, ſicut in facie hodie coruſcauit, donec Dominus ipſe videns captum ea Petrum, eamque ad alios ferri impedientem, cohibuit diligenter gloriam illam,intra ſe recludens,tanquam fideliſſimus viator, qui nobis omnibus portabat eam.

2. Cor 4. 17.
Sap. 13 5.
Coloſſ. 2. 9.

Tales vtique ſunt virtutes omnes, quibus Chriſtum imitamur, deſtitutæ pulchro foris adſpectu, intus ſalus, vita, beatitudo. Sed quantumuis earum fœlicitas abſconſa ſit, prodit ad faciem aliquando,ita vt à nemine ignoretur, nec vlla poſſit eſſe fallacia. Sed enim, quamuis propria ſit virtutum nobilitas præcautio deceptionis hæc, ac illuſionis:eſt tamen eadem in vitijs cautio,ne noxiæ res,quæ fucata facie oculos alliciunt,tam intimè abſcondere venenum poſſint, quin aliquando appareat deforis, ſicut dixit Poëta.

Heu quàm difficile eſt, crimen non prodere vultu.

Ouid. 2. Metam.

Vitia vultu placito, plena intrinſecus veneno.

Vanitas rerum humanarum, vmbra picturæ.

Fallacia rerum humanarum.

Certè iucundas res, ac oculis placitas, ſuperficie tantum eſſe ſpecioſas,lethales intrinſecùs. aſſidua eſt Scripturarum doctrina, aſſidua quoque experimenta. Quidnam eſt humanarum rerum pompa, apparatus, voluptas, pulchritudo, niſi quod diuina Sapientia notum facit? *Vmbra pictura, labor ſine fructu; effigies ſculpta per varios colores; cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam.* Verba hæc profundiſſimo myſterio plena ſunt omnia. Id, quod inſenſatos homines ardentiſſima capit concupiſcentia, pictura quædam eſt, grata apparens deforis,vacua intrinſecùs fructu. Imo ne pictura quidem,ſed picturæ vmbra: qua nulla potuit maior eſſe exaggeratio deceptionis eorum hominum, qui tali vmbræ pictura feruntur inſenſati. Labor ſine fructu. heu deceptos! heu amentes! Effigies ſculpta per varios colores, quorum adſpectus rapit oculos:ſed quorumnam oculos,niſi hominis illius, qui inſenſatus eſt, vt qui attentiſſimè perſpiciens apparentem duntaxat ſpeciem,non inculcat id,quod intus eſt,ſi fructus,ſi vanitas, ſi interitus, ſi vita. Scio, verba hæc tum à Sapiente prolata, quum de idololatria ſermoné inſtituit: atque ita, picturas has ſimulacra idolorum intelligi à multis, at quaſcunque apparentes rerũ ſpecies intelligũt alij,inter quos Bonau.&Sixtus,Græcus paraphraſtes. Certè nomé cócupiſcentia voluptati magis, quá idolorũ cultui congruũ videtur,

Sap. 15. 4.
Bona. ibi.
Sixt. ibid.

dicitur autem circa effigies eſſe concupiſcentia,non tam colendi eas,
quàm fruendi earum venuſtate. Cultum etenim illum,quo argentum
colunt homines, quo honorem, quo pompam, quo carnem, quo in-
Coloſſ.3.5 dumenta,genus idololatriæ definit Apoſtolus,dicens ad Coloſſenſes,
Mortificate ergo membra veſtra,quæ ſunt ſuper terram, fornicationem,
immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt
ſimulacrorum ſeruitus: propter quæ venit ira Dei ſuper filios increduli-
tatis. Dictio illa, *Quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus*, non ſolam refert a-
uaritiam: ſed omnia hæc, quæ mortificanda monet, ac fugienda, im-
munditiam, libidinem, propriamque ipſam hominis carnem. Prima
idololatriæ origo,hominum pulchritudo fuit:quam vt præ oculis ha- *Idololatriæ origo.*
berent amatores eorum, ſimiles dilectis effigies depinxerunt. Sacris
conſtat ex Scripturis, captos fœminarum ſplendore Iſraëlitas mul- *Libidinis cauſa multi idola coluerunt.*
ta coluiſſe ſimulacra, vt fœminis illis morem gererent. Eo etenim
tempore, quo Iſraëlitæ illi venientes ex Ægypto cunctas promiſſæ
terræ, obuiaſque in itinere vrbes ſolo adiutore Deo nullo expugna-
bant paſſim negotio; videntes Moabitæ iam iam ad ſe illos propin-
quare,vrbeſque ſuas abſque vlla capiendas reſiſtentia,miſerunt ad eo-
rum caſtra ſplendidiſſimum exercitum; non armatorum quidem vi-
rorum, ſed ornatarum fœminarum, elegantibus veſtibus auro, gem-
mis monilibus,fuco, ac ſtibio collucentium: quæ ſolo viros peruice-
runt adſpectu, ita vt, præ nimia carnis mollitie, arma capere nequi-
Num.25.1 rent: & (quod fœdius fuit) *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab,*
quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua: at illi comederunt, & adorauerunt
Deos earum. Ecce cultus carnis idololatria eſt, quandoquidem ideo
coluerunt illi Deos earum, quia eaſdem fœminas libidine nimia co-
luerunt. Nec omittere licet inflictum à Deo vtriſque ſupplicium.
Num. 25. 4. Quàm primùm enim deceptos puniuit viros: *Et iratus Dominus, ait*
ad Moyſem: tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem
in patibulis. Curnam contra Solem? Vtique, vt Solis lumine res per-
ſpicuè viderēt, nec falſa rurſus ſpecie illuderentur. Sic morientes no-
uerunt miſeri,quantum boni ſit ſub apparente pulchritudine. Poſteà
puniuit Dominus fallaces illas fœminas pœna ſimiliter capitis, dixit-
Num. 31. 15. que ad Moabitarum virorum percuſſores: *Cur fœminas reſeruaſtis?*
Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael? & iuſſit eas iugulari. Addo,
eam concupiſcentiam, qua idolorum picturis decipi inſenſatos, ait
Sapiens, libidinis quidem eſſe concupiſcentiam, non concupiſcen-
tiam colendi eos, quos inanimes agnoſcunt lapides. Loquitur enim *Pygmaliō, Cypri Rex lapideam adamauit Veneris ſtatuam.*
Sapiens de ſimulacris illis,quæ formoſos repræſentant viros,pulchras
fœminas: in quæ feruntur ſtulti turpiſſimo ardore, non ob repræſen-
tatam ſolùm venuſtatem,ſed etiam propter ipſammet earundem ſpe-
ciem ſculpturarum. Legimus,Pygmalionem Cypri Regem lapideam
adamaſſe Veneris ſtatuam: eaque tanquam propria vſum coniuge: *Alchiadas Rhodius deperijt lapideum Cupidinis ſimulacrum.*
Arnob. l. 6. contra Gentes. cuius ſimili adſpectu deperijt Alchiadas Rhodius ſpecioſiſſimum
Cupidinis ſimulacrum apud Parium: ac ſi marmor illud vera eſſet ca-
Plin. l. 36. cap. 5. ro. Primum narrat Arnobius, extremum Plinius: qui etiam alium re-
fert ſimulatæ in marmore Veneris amatorem apud Gnidum. Quis
non

non defleat hîc, tam dolendam videns hominum cæcitatem, vt vel ipſarum picturarum ſpeciem apparentem eſſe, non agnoſcat? Quis non vacuam omni videat fructu? Quàm benè ait Sapiens, *Vmbra picturæ*, non pictura ipſa! Quàm benè vocat inſenſatum hominem illum, qui talia demens concupiſcit!

Dicant iam nobis experti quique, quidnam in rebus his, quas homines appetunt, ſub fucata inuenerint ſpecie, præter aut vanitatem, aut dolorem, aut morbum, aut amaritudinem, aut mortem? Quidnam inuenit ille, qui præ hominibus cunctis adeptus eſt ſummo hæc omnia cumulo, Rex Salomon? Dicat, dicat ipſe, quid inuenerit? *Omnia, quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibuit cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo.* Heu deceptionem! Omnem, quam ex labore ſuo partem inuenit, ſolum dicit ipſum laboris vſum. Itaque poſt nimium in præparandis delicijs laborem, nimias in regijs ædibus, aulæis, equis, hortis, viridarijs expenſas, ſolum laboris vſum partem ſuam reperit Salomon, non delicias ipſas partem ſuam, non ornamenta, non ſplendorem. Quoniam profectò ſplendor hic, & hæc voluptas, pars nulla eſt; ſed ſola ſuperficies, ſolus aſpectus, ſola ſpecies, ſola picturæ vmbra, ſine fructu. Non dixit, hanc ratus ſum partem meam, vt fruerer labore meo; ſed dixit, *Vt vterer labore meo.* Solus labor fuit pars, pars nulla deliciæ. Non dixit, vt manducarem laborem meum; ſed dixit, *Vt vterer labore meo*; nam laborem in præſenti ſæculo manducare, timentium Deum eſt; qui ſuis laboribus fruuntur. *Beati omnes, qui timent Dominum; qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua, ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui, ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Dicat Amnon, quidnam delectabile, præter apparentem ſuperficiem, inuenerit in fruitione illa, qua delectatus fuit in Thamare, quam ſupra modum deperibat adeo, vt præ amore illius ad mortis peruenerit ianuam, ſeque putauerit fœlicem, ſi ea ſemel frueretur. *Deperiret eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret.* Denique renitentem, plorantem, reſiſtentem oppreſſit lupus, optata vt ſatiaretur virginis carne. Dicat, quantum ſenſerit oblectamenti. Vix expleto appetitu, *Exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, amore, quo antea dilexerat. Dixitque ei Amnon, Surge, & vade. Vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit: Eijce hanc à me foras, & claude oſtium poſt eam.* Quis non agnoſcat hinc, non ſolùm ſola in ſuperficie eſſe delicias; ſed ſub ea etiam eſſe afflictionem, amaritudinem, tædium, ægritudinem, compunctionem, agoniam? Dicat Eccleſiaſtes, quàm exitialis fallacia hęc: *Inueni amariorem morte mulierem; quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius: vincula ſunt manus illius.* Perpendite venatorum laqueum, ſagenam piſcatorum. Fraudibus vtuntur vtrique hi ad capiendos piſces illi, vt aucupētur ceruos; vt videre eſt, & apud piſcato-

Eccl. 2. 10.

Pſal. 127. 1.

2 Reg. 13. 2.

Mulier viro acerbiſsima dulcedo.

Eccl. 7. 27.

Digitized by Google

res vtentes hamo, quē carne operiunt, aut vermiculo, ita vt deceptus piſcis vix guſtata carne, nondum deglutita, latente perforetur ferro, captuſque ad terram extrahatur. Talis eſt viro mulier, imo longè fallacior, ait Sapiens: ſiquidem non ſola mors ſub pulchra eius ſpecie latet viris, ſed ipſa peius aliquid morte. *Amariorem morte* ait: in quo amariorem? Mors in eo amara eſt, quòd à carne diuidit animam: in hoc quippe eam ſenſit amaram, qui ſubiectus gladio Amalecites Rex

1 Reg 15. 32. Agag. tremens dixit, *Siccine ſeparat amara mors.* Si mors in eo amara eſt, quòd animam ſeparat à carne, eſtque amarior morte mulier viro, aliquam profectò cauſa mulieris fieri in viro ſeparationem, planè conſequitur.

Imo ſeparatio hæc erit quidem diuiſio rerum arctiore nexu coniunctarum, quàm quo carne vtitur anima. Talis vtique eſt. Quidnam? Eſt quidem cruenta ſuperficiei à carne ſeparatio. Tanta quidem, vt, cùm ſit iucunda ſuperficies; morte amarius ſit, quod ſub ea delitet. Quis credat, rem, quæ in ſuperficie ſentitur dulcis, eſſe intrinſecus amaram? Separatur ergo à ſuperficie corpus, ſeu ſuperficiei contrarium eſt propriæ, quatenus amari ſuperficies dulcis ſentiatur. Eſt itaque morte amarior ſeparatio hæc: quoniam adſtrictior eſt ſuperficies corpori, quàm corpus animæ. Dicat eloquentiæ parens Cicero, quid hac in parte deprehenderit. *Tota res eſt inuenta fallacijs, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionem, aut ad errorem.* Dicat prudentiſſimus Seneca. *Munera iſta, quæ fortunæ putas, inſidiæ ſunt.* Dicat item Tragicus, quid nobis præbeat conſilij.

Cicer. l 2. de Diuin. Seneca epiſt. 8. Tragicus in Thyeſte act. 3

Mihi crede: falſis magna nominibus placent.
Fruſtra timentur dura.

Monita ſalubria præbent hi, vt lethalis deceptio caueatur: ſed eam deplorant, qui ſancti ſunt homines: profuſiſque ſuper hoc nos commonent lacrymis. Sic B. Proſper; *Heu quàm ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit! Quanta cæcitate oculos noſtræ mentis obducit; ne diſcernamus gaudendi auidi, vnde iuſtiùs gaudeamus!* Quid ſanctorum dicta referre pergam: cùm innumera ſint, voſque ea paſſim, quæ circa hoc loquuntur, audiatis? Ab expertis petatur teſtimonium; quid impij ipſi, qui falſis rerum feruntur adſpectibus, tandem dicant, audiamus. Impij *Dixerunt cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis. Vmbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt; & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.* Perpendite verba. Solo vino, & vnguentis impleri cupiunt iſti: reliqua in ſola ſuperficie eſſe fatentur. Roſarum ſpeciem in ſuperficie: luxuriam in tranſitu pratorum: temporis etiam florem in tranſitu: minus adhuc; vmbram dicunt tempus, imo ne vmbram quidem dicunt, ſed ſolum vmbræ tranſitum. *Vmbra enim tranſitus eſt tempus noſtrum.* Solo igitur vino, & vnguentis impleri volunt iſti.

Proſper de vita contemp. c. 13.

Sap. 2. 1. 5.

Suauitas vitiorum vana, atque breuiſſima.

Digitized by Google

Ne miremur: nam ipſi quidem vino impleti ſunt; & tanquam vino impleti delirant. Vel in eo quidem fatuitatem agnoſcetis, quòd pari modo & vnguentis velint, & vino impleri; cùm vnguentorum conditio ſit, vt ſolam linant ſuperficiem, corpus minimè repleant. Certè vini repletio exinanitio eſt; nam facit caput euaneſcere. Latiſſimum huius, & vini illius, quo potat nos Deus, diſcrimen expendamus. Ait enim Deus apud Eccleſiaſticum: *Ego, quaſi vitis, fructificaui ſuauitatem odoris.* Rogo vos, auditores, vt dicatis, ſi noſtis, quo tempore ſit odoris ſuauitas in vita? Quis vnquam fragrantes odoratus eſt vites? An, quum aridæ ſunt brumali tempore? An, quum turgent pampinis? An, quum germinant botros? An, quum vuæ mateſcunt? An, quum fit vindemia? Nullo, quod ego viderim, tempore vllus aliquis ex vite efflatur odor: quare ergo dicit Dominus Deus; *Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris*? Expectate, rogo: exprimatur iam ex vuis muſtum: ſentiturne illo in ſucco fragrantia? Imo faſtidioſus muſti odor. Adhuc (rogo) expectemus menſibus quinque: eſtne iam odor vini iucundior? Muſti odor eſt adhuc; quo qui apotecam ingrediuntur, turbantur capite, ac deficiunt. Quid completo anno? Olet iam vinum, quamuis non ſuauiter. Quid poſt biennium? Iam quidem odor vino eſt, delectans hominem. Quid poſt quadriennium? Suauis quidem odor vini. Quid poſt decennium? Roſis iam fragrantia comparatur? Quid poſt annos viginti? Nihil ſanè ſuauius: ſuperat omnem penitus fragrantiam. Quo ordine ſemper augetur ſuauitas, tantò indies iucundior, quantò diuturnior. Vnde (rogo) aduenit ſuauitas hæc vino? Vndenam iuge fragrantiæ incrementum? Nec vnde quidem venit; ex ipſa ſecum vite elicuit illam vinum ipſum, cùm nullis ſit conditum aromatibus, pulueribus nullis, nullo ambaro. Ecce intra vitem ipſam, adhuc quum in hyeme areſcebat, latitabat fragrantia, quam poſt annos multos efflat vinum. Talem dicit Deus odorem ſuum: talem (inquam) ſanctitatis odorem. Nullam homines multi in virtutibus ſentiunt ſuauitatem, quinimo tædium, difficultatem, faſtidium, & horrorem: at ſi labore multo excolant illas, ſicut vineam vinitor, nulla præſente iucunditate commotus, tandem vtique inuenient, tandem ſentient illam, tandem recreabuntur, exultabunt, gaudebunt, ea æternum fruiti, ac beati. Eſt præterea conſiderandum verbum *fructificaui ſuauitatem.* Quæ (rogo) vitis, quæue alia ex arboribus ſuauitatem fructificat? Vuas profectò fructificat vitis, proprium arbor quælibet fructum: non ſuauitatem, quæ fructuum eſt accidens. Hæc diuinæ eſt vitis eminentia, vt & ſuauitas ipſa ſubſtantia ſit ſolida.

Suauitas Dei initio abſcondita indies magis ac magis percipitur, & lætificat. — Ecc. 24. 23.

Verùm enim verò, quamuis ita ſit, quamuis nimirum nec virtutum ſuauitas, nec vitiorum initio ſentiatur acerbitas, ſed lateat ſub iucunda vitiorum ſpecie venenum, beatitudo ſub aſpero virtutũ adſpectu: prodit nihilominus quandoque interna ex vitijs amaritudo, interna ex virtutibus iucunditas ne quis decipi poſſit, vt ipſis perſpicimus in vitibus, quę adhuc dum abſque odore ſunt, pollicentur aſpectu ſuauitatem. Quin etiam, vt omnis homo manifeſto noſcat verita-

Prouidentia Dei nũquam deficiens in detegendo abſconſam in vitijs mortẽ, vitam abſconſam in virtutibus.

Digitized by Google

tem teſtimonio, adhibet Deus tam virtuti, quàm vitio, duo cognitionis fundamenta: alterum eſt Dei ipſius præconium, quo homines facit certiores fallacis vitiorum voluptatis, abſconſæ in virtutibus beatitudinis; alterum ipſa vitiorum amaritudo, quæ quantumuis occulta, prodit nonnunquam: prodiens necnon virtutum ſuauitas: quantumcumque aſpero abſcondita ſub cortice. Mos eſt hic Dei nũquam deficiens ab ipſa hominum primorum, primæua creatione deliciarum. Creauit terreſtri in paradiſo arborem vitæ, ſcientiæ arborem, amœniſſimam hanc, vitalem illam: at ſub iucundiſſimo ligni ſcientiæ adſpectu latitabat acerbitas, morbus, ignominia, mors, infernus: ſanitatem, & vitam vitali incluſam ligno neſcimus quæ texerit ſpecies; qui nempe fuerit aſpectus eius: ſed arbitror parum ſpecioſum: ſiquidem quæ ſalubres ſunt eſcæ, rarò ſunt delectabiles guſtu ſimul, & aſpectu. *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet* ſcientiæ *lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, adſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* Numquid reliquit Deus decipiendam ligni adſpectu mulierem? Imo appoſuit duos veritatis indices; ſuum nempe ſermonem, & horridam ſpeciem illuſoris ſerpentis. Sermone (inquam) ſuo patefecit incluſam in arbore mortem, dicens; *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas: in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Aperite aures, qui me auditis; aperite aures, oculos claudite. Quiſnam ſenſatus ſenſibus vtitur, quum ad mentis aures loquitur Deus? Quis ſanæ mentis homo rei attendit ſpeciem, ſeu adſpectum, ad diſpiciendam ſalubritatem, aut venenum, quum dicit Deus, lethale eſt hoc, hoc eſt ſalubre? Pertinet ſanè ad Dei honorem, vt rationales quique credant, agnoſcant, fateantur, tales eſſe res, quales dicit ille, quæcunque ſit earum forma: ita vt, quum Deus dicit, amarum eſt hoc, nouerint ipſi amarum, etiamſi palatum dicat dulce: nouerint ſalubre, quod ille ſalubre propoſuerit, quantumuis acerbum ſentiatur. Quod vt omnibus innoteſcere faceret, dedit Ezechieli comedendum volumen ori dulce, amarum viſceribus: eo quòd quiſquis comedit librum, id eſt mentis ventrem imbuit ſapientia, is quidem ipſamet ſapientia apertè intelligit, non quales iudicat guſtus, ſed quales Deus dicit, eſſe res quaslibet, ſiue adſpectui iucundas, ſiue horribiles. Verba Dei ſunt hæc: *Fili hominis, quodcunque inueneris, comede: comede volumen iſtud: & vade loquere ad filios Iſrael.* Ecce, ait Deus, comedendum eſſe, quidquid dixerit ille, qualiſcunque adſpectus illud ſit; & id quidem eo fine, vt qui ſic manducat, prædicet alijs veritatem; rerumque fallaciam manifeſtet. Ait ergo Ezechiel, *Et comede illud: & factum eſt in ore meo quaſi mel, dulce*: & deinde ſubdit, *& abij amarus*, videte; quod in ore dulce eſt, facit amarum abire comedentem. Similia verba dixit Deus ad Ioannẽ: *Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum; ſed in ore tuo erit dulce, tanquam mel.* Conſiderandum eſt, cur nam appellauerit Deus lignum ſcientiæ, non appellarit lignum mortis arborem illam, quam ipſe mortiferam dixit, quæ item ipſo dedit mortem effectu; cùm arborem aliam, quæ ſcilicet viuificaret comedentes, lignum vitæ appellarit,

Fides adhibenda cuiuis Dei verbo, etiam ſi ſenſibus oppoſita.

Gen. 3. 6.

Gen. 2. 17

Ezech. 3. 1

Apoc. 10. 9.

deſcripſeritque vtramque ſimul, aſſerens: *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi; lignumque ſcientiæ boni, & mali.* Eam ego cauſam huius exhibuerim: quòd res quæque ſcientia, non ſenſibus cognoſcendę ſint: ſcientia autem ea vnica eſt, vt ſciamus, rem quamlibet eam quidem eſſe, quam eſſe dicit Deus: non quam ſenſus dicit: alioqui deſipiet omnis homo. Græcum enim nomen Sophia, quod eſt Latinè ſcientia, à Sophos dicitur, quod eſt caligo: eo quòd vera ſcientia rimetur quod abſtruſum eſt, abſconſum, latens: non ex ſuperficie iudicet res, aut ex adſpectu. Vnde, cùm dixerit Iob: *Sapientia verò vbi inuenitur? Aut quis eſt locus intelligentiæ? Trahitur autem ſapientia de occultis*: ait S. Bernardus: *Quid eam foris quæris in corporis ſenſibus?*

Scientia Græcè Sophia dicta, quòd abſcondita ſit.

Gen. 2. 9.

Græca.

Iob. 28. 12. 18.

Ber. ſer. 28. in Cantic.

Hæc quoad primam veritatis oſtenſionem, quæ eſt Dei atteſtatio, atque monitio. Iam ſecundum illud, quod in rebus ipſis indicium eſſe dixi veritatis, oſtendunt quidem crebra experimenta, quibus paſſim videmus multos, quos ad culmen euexerat fortuna, miſerè deiectos, ac depreſſos: multos, qui delicijs largè oblectabantur, afflictos doloribus, amaritudine, anguſtia, morbis, vermibus, tormentis: multos per contrarium, qui ſe ab omni abducunt voluptate, à mundi æſtimatione, à ludis, à gloria, ab ipſis etiam corpori ferè neceſſarijs, valde alacres animo, eximia ſpiritus ſuauitate repletos. *Sancti viri, quia tranſeuntia non amant, non ſolùm nulla temporalium deſideriorum pondera tolerant: ſed &, ſi qua aduerſa conſurgunt, in ipſis ſuis preſſuris, & langoribus non laborant*, ait S. Gregorius. Quæ potuerunt à Deo peti potiores, aut plures contra fallacem ſpeciem cautiones, quàm illę tres, quas ſcientię ligno adhibuit; hinc verbum ſuum, dicens adſpectum ligni eſſe fallacem; iſthinc horrendam illuſoris ſpeciem ſerpentis: & in ligno ipſo mortis ſpecimen, in ipſo intrinſecus abſconditæ? Quis ſanæ mentis homo videns ſerpentina ſpecie Diabolum, non agnoſceret fallacem? quis non diceret: cur credam miſero huic, reptantique ſerpenti, ad eſum me fructus inuitanti, meque eſu hoc Deum fore dicenti; non credam Deo, qui me nunc fecit, fecit & lignum ipſum, dicenti mihi, acerbam mortem latere ſub ligno? Nulla profectò ex terreſtribus rebus adeo iucunda eſt, quin alicui ſit adiuncta ſerpenti, quo delectabilis indicatur fallacia. Quis auarus non intuetur auri comitem ſerpentem, quo ſplendorem illum agnoſcat fallacem? Quiſnam eſt ſerpens hic? Sanè auarus ipſe miſerè ſerpens eſt: cùm ab ipſa raptetur auaritia: Serpens enim dicitur ille, qui per terram ſerpit, & obrepit: quod proprium auarorum eſt: qui vt familię augeant ſtatum, ac pompam, raptantur propria voluntate. Nonne in ipſa ſua vita, ipſo ſuo in labore agnoſcunt hi, quàm ſint fallaces terræ diuitię, quàm triſtem occulant ſub ſplendore miſeriam, quæ tam indeſinenter hominem raptant, abijciunt, inquietant? Quis ambitioſus, nimij honoris amator, glorię cupidus, non ſentit horribilem ſuo in corde ſerpentem, qui pectus eius præ tabeſcente corrodit inuidia, dum homines alij præferuntur ei, atque præfulgent? quid delicioſi? Quid carnales? Si coniugatus

Fortuna viciſſitudines. Voluptates doloribus repletæ. Mortificatio carnis dulcedine repletur cordis.

Greg. li 6. moral. c. 7

Auaritia ſicut ſerpentes à ſua raptantur auari,

Libidinoſi homines horrido abſterrentur à luxuria ſerpente.

Digitized by Google

eſt, qui ſuis indulgens voluptatibus, aliam prẹter ſuam, adamat fœminam; ſerpens eſt ei ipſamet vxor, ſi ſpecioſa eſt; cùm ardeat zelotypia, cernens ſe alteri poſtponi. Si deformis eſt vxor, ſerpens item eſt; imo maiore ſerpens feritate. Qui ſerpentem dicit, Deus ipſe eſt, loquens in ore Eccleſiaſtici; *Dolor cordis, & luctus mulier zelotypa.* Si eſt à coniuge ſolutus, tunc illæ ipſæ, quas adamant, mulierculę ſerpentes ſunt ei, aliæ ob aliarum æmulationem; cùm ſubdat ibi Eccleſiaſticus ipſe: *Sicut bonum iugum, ita mulier nequam: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.* Scorpio autem ſerpentis eſt ſpecies. Nec, ſi per ſingula diſcurratis bona illa, quæ deceptus bona vocat mundus; vnum quidem aliquod abſque ſuo videbitis ſerpente, cuius horrore diſpiciatis, ipſa quoque bona eſſe fallacia, nec quid in eis vltra ſuperficiem eſſe boni. Eſt nihilominus aliud aliquid, quod multò manifeſtiùs, quàm huiuſmodi ſerpentes, rerum detegat fallaciam: ipſum videlicet rerum venenum foras prodiens; quatenus propriam ipſam rerum acerbitatem terrenarum ſæpe deprehenditis; cùm ipſamet ſępe erumpat in auras, quantumuis amabili lateat ſub adſpectu. Eſt in Euripo Thracij Boſphori in freto Europam ab Aſia diuidente ſaxum à parte Aſiæ iuxta Chalcedonem vndique pellucidum, vndique nitidiſſimum instar adamantis, ac pyropi. Hunc quum ſubitò vident Thynni, fretum illud gregatim ingreſſi; tanto gēmæ candore perterriti, aufugiunt celeres, in contrarium pauidi conuerſi; nempe in Bizantij promontorium, nomine Auri cornu; ibi capiuntur facilè: cùm à parte Chalcedonis nulla ſit piſcatura. Heu vos, decepti homines! Fugitis inſenſati candidiſſimam probitatem, inclinantes ad partem, in qua videtis auri cornu; imo minimam quamque auri particulam. Fugitis, quaſi horridam, virtutem: cùm adſpectus eius minimè horridus, ſed potiùs ſit ſplendidiſſimus. At ſplendor hic horror eſt vobis, eò quòd in nullum, niſi in auri ſplendorem ſitis affecti, ſeu certè in auri ſimilem, qualis eſt humanę maieſtatis, qualis terreſtris pulchritudinis. Nequaquam eſt horrenda virtus: imo tantò ſplendidior humanis diuitijs, ac delicijs, quantò lapis ille Chalcedonicus auri cornu promontorio. Tamen ardens erga aurum, erga voluptatem, erga pompam affectus, oculos obnubilat veſtros, vt virtutis fulgor horridus appareat; eamque feſtini fugiatis, ac in terreſtria bona declinantes, facilè quaſi Thynni, capiamini à piſcatoribus Dæmonibus: cùm à parte virtutis omnimoda ſecuritas ſit, quam ſumma ſubſequitur iucunditas, opulentia, hilaritas, voluptas.

Ecc. 26. 8. — *Zelotypa mulier ſerpens.* — *Eccl. 26. 10.* — *Plin. li. 9. cap. 15.* — *Simile. Gemmæ eximiæ magnitudinis nitidiſſimæ in Euripo Thracij Boſphori; cuius ſplendore conterriti fugiunt, Thynni, fugienteſque facilè capiuntur.* — *Chalcedonicum lapidem nitidiſſimum fugientes Thynni, in Bizantij promontorio facilè capiuntur.*

Adhibet igitur hodierna die ſapientiſſimus Deus omnem agnoſcendæ diuinarum rerum præſtantiæ, omnem diſpiciendæ vitiorum fallaciæ cautionem; dum propoſitus hominum oculis Deus ipſe aſpera ærumnarum ſpecie, aſpectu carnalibus diſplicito, manifeſtat repentè abſconditam in ſeipſo ſub humili ſpecie pulchritudinem, coruſcationem, iucunditatem, gloriam, beatitudinem, tum voce Patris in nube lucida, dicentis; *Hic eſt filius meus in quo mihi benè complacui*; tum intuitu ipſo, quo *Reſplenduit facies eius*,

Digitized by Google

ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix. Quis non toto iam rapiatur affectu in tam amabilem, tam glorioſum, tam beãtem Dominum, quem verum Deum videt probari, tum verbo, tum ipſa oſtentatione? Quis non ſequatur eum, qui diuina vitis eſt, vt teſtatur, dicens ipſe; *Ego ſum vitis*: cùm in vite hac illam vini latere ſciat fragrantiam, quæ prodibit tandem, vniuerſos delectatura beatos; cuius vel breuiſſimo hauſtu inebriatus hodie canit Petrus? O Domine! Quis iam videret faciem tuam ea fulgentem pulchritudine, qua vidit Petrus, Ioannes, & Iacobus? Fac me, Domine, audire vocem tuam: vt tuam demum videam faciem æterna coruſcantem beatitudine.

IN EADEM TRANS-FIGVRATIONE.

SERMO II.

Mat.17.2 *Reſplenduit facies eius, ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba, ſicut nix.*

TRANSFIGVRATVR hodie Dominus Ieſus Chriſtus excelſi montis in cacumine ita, vt conſueta vultus eius ſpecies, quæ ſimilis erat aliorum hominum faciebus, in glorioſam ſubitò mutetur, inſtar aperti Solis candens, ac coruſcans. Adſunt diuina hac gloria fruituri ex omni orbis loco hilariter concurrentes homines; ex terra Petrus Princeps terræ: piſcator ex mari Iacobus: Ioannes aquila ex aere, Moſes ex ſinu Abrahæ, & ex igneo curru ſeu certè ex terreſtri Elias paradiſo. Quibus præfulgentem mirantibus faciem, albaſque, ſicut niuem, Domini veſtes, lucida repente apparet nubes, voxque in ea ſonat Dei Patris dicentis: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite.* Horridus voce hac irruit pauor in diſcipulos, qui in facies ſuas cadunt conſternati eo tempore, quo de extruendis tabernaculis tribus, Chriſto, Moſi, & Eliæ tractat Petrus: vt in dulci gloriæ huius fruitione permaneat. Sed reſonante Patris voce, reliqua ſubitò euaneſcunt, amotis ex diſcipulorum oculis Elia, & Moyſe, amoto etiam fulgore vultus, ac veſtium Domini: ne quid aliud diſcipuli perſpiciant, quàm Dominum Ieſum ea forma, ac ſpecie, qua conuerſatur inter homines: ſciantque gloriam hanc in id eis oſtenſam, vt hunc verum ſciant Dei filium, cumque ſolum audiant: non vt eas conſtructis in monte vmbraculis, fruantur. Oportet ergo nos ſcientes hunc verum Dei filium, ipſum audire, vt iubet Pater, & vt audiatur prædicare: ſed quanam luce prædicare, & audire? Certè Patris vox quę hunc audiri præcipit, lucida egreditur ex nube: vt intelligant omnes, prædicatam Dei vocem, vt accepta ſit, debitaque audiatur obedientia, candidæ eiuſdem Domini luci debere coniungi: luci irradianti prędicantium mentes ad docendum: ad percipiendum, mentes auſcultantium. Igitur vox à Patre eſt: quoniam Patris eſt exprimere verbum: lux à facie filij: fulgur à nube Sancti Spiritus. Ex vtroque nos ſumamus lucem: qui vocem iam audimus Patris.

Prædicatio, vt idonea ſit, atque proficua: lucem exigit Dei illuminans mentes & prædicantium, & audientium.

Vtque

Chriſti ſplendor transfigurati valde excedens antiquum Moſis fulgorem.

Vtque pleniùs agnoſcamus, quàm plenum nobis ex Chriſti facie emanet lumen; operæ pretium eſt perpendere, magno Eliam, & Moyſem transfigurationi intereſſe myſterio: vt ſcilicet innoteſcat diſcrimen, quod apertè verſatur inter gloriam vultus Moyſis, vultuſque gloriam Saluatoris; gloriam vocis Dei patris, Elianæque vocis vrentiſſimæ. Ille enim, qui in Moſis vultu fulgor reſplenduit in monte, non proceſſit à gloria interiori; ſed ex diuturno illo contubernio quo per dies quadraginta cum Deo fuit ibi conuerſatus; ſicut & hiſtorico habetur in textu, & in textu etiam S. Pauli; qui autem in Chriſti facie candor hodie coruſcat, ab interno quidem prodit fulgore proprio ex natura ſua Domino ipſi, non extrinſecùs adiecto. Similiter *Verbum Eliæ quaſi facula ardebat*: Patris æterni vox non quaſi facula, ſed in lucida verè auditur nube, vt diuino circumdata audiatur fulgore. Itaque Patris vocem in medijs hodie audimus fulgoribus, filij nimirum, ac diuini ſpiritus; vt mentes noſtrę apertè agnoſcant, quod vox de cœlis prædicat Paterna. Sed numquid pars nulla transfigurati Domini matri in tam magno feſto, tam iucundo, tam grato? Imo magna pars; verè debitus locus. Nam fulgorem hunc, qui in diuino filij micat vultu, ex materno eduxit ille ventre, mortali opertum velamine, interdum aperiendum in hoc ſæculo, iuxta filij ipſius voluntatem, ac placitum, donec in cœlis plenè aperiretur. Atque adeo ſicut Patris eſt proferre vocem; filij fulgere in oculis, corda illuminare Sancti Spiritus: ita quidem eſt proprium matris munus, apud tres has perſonas intercedere pro impetrando vocis auxilio, atque fulgoris; præſertim ſi eam inuocauerimus interuentricem, dicentes, *Aue Maria*.

Exod. 34. 33. 2. Cor. 3. 13. Ecc. 48, 1.

Aue Maria

Refulget hodie candidiſſimo Dei filius ſplendore, facie primùm, deinde veſtimentis: illa inſtar Solis, inſtar niuis his, deriuata à vultu claritate. Ordinatiſſima hominis compoſitio, noſtrique ſermonis inſtitutum: vt priùs, ac præclariùs ſplendeat facies, veſtis deinde participato à facie fulgore. Etenim qui primus hominem decorat, candor vultus eſt; ex accidenti veſtium candor: eò quòd is, qui coruſcat in vultu, ab interna prodeat puritate: à pigmentis, & fucis ſplendidus veſtium ornatus. Loquor de vero vultus ſplendore, qui hominem verè condecorat: non de adiecto, ſeu appoſito: illo nimirum, qui vnguentis apponitur, & fucis. Illi etenim homini, qui candida fruitur conſcientia: ad faciem ſtatim exit candor, ita vt ex vultu ipſo ſerenus corde cognoſcatur. Gloria enim, quod græcum eſt vocabulum, candor latinè eſt: ſed talis candor, vt totus illo cognoſcatur homo: cognoſcatur illuſtris, pius, nobilis, glorioſus. Ex propria namque definitione, quam à Tullio traditam approbauerunt Ambroſius, Auguſtinus, & Thomas, *gloria eſt clara cum laude notitia*. Ecce gloria non eſt quilibet fulgor: ſed ille, quo laudabilis agnoſcitur homo, quique candido ab animo emanare conſpicitur. Itaque nequaquam glorioſus eſt homo, qui micanti graditur vultu, ſi adiecta eſt fucis concinnatio, quantumuis turgeat gloriabundus: ille glorioſus eſt, ſoluſque glorioſus, qui candorem mentis oſtendit in

Gloria vnde adueniat hominibus.

Conſcientiæ puritas, & candor in fronte hominis reſplendet.

Gloriæ definitio.

Gloria veræ ac inanis gloria diſcrimen.

Cic. lib. 1. de officijs Ambr. in c. 1. Epiſt. ad Roma. Aug. li. 5. de ciui. c. 12. lib 33. qq. q 31. S. Tho 1. p. q. 2. art. 3. & in 2. 2 q. 132. ar. 1

Digitized by Google

fronte, non affectata oſtentatione, ſed vltroneo exitu candoris ad faciem, qui ex intima emanat abundantia. Eſt appoſitiſſima Apoſtoli ſententia; *Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: quòd in ſimplicitate cordis, & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali conuerſati ſumus in hoc mundo.* Itaque quiſquis propriam conſcientiam aperto noſcit puram teſtimonio; is quidem vera fruitur gloria, vera gloria apparet glorioſus, non ille, qui carnali fulget ſapientia, carnali ornamento, & apparatu; cùm ex vera cordis ſimplicitate, qua ſynceris Deum oculis ſuſpicit, vera gloria exeat, & noſcatur. Cùmque efficax valde à contrarijs ſumatur argumentum; eſt non modicè firmum illud, quod ex mœſta ob peccatum facie Caini peti appoſitè poteſt. *Factum eſt poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino; Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum; & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit, iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius: dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne, ſi benè egeris, recipies; ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* Ecce deiecta facies Cain, atque confuſa commiſſum repræſentabat crimen indignæ frugum oblationis. Nihil enim tantæ eſt homini ignominiæ, quantæ oblata Deo res non ex cunctis ſelectiſſima. Sunt autem gloria, & ignominia contrariæ prorſus affectiones. Eſt ſiquidem gloria affectus ille, quo quis ob egregias, honoreque dignas geſtas res hilareſcit, vultuque incedit penitus detecto: ignominia affectus, quo mœſta facies, ac confuſa: factum dignum dedecore, ac vituperio præ ſe fert, & ſignificat. Quocirca venuſtiſſima fuit illa loquendi formula, qua Deus dixit ad Cainum: *Si male egeris; ſtatim in foribus peccatum aderit.* Quibuſnam in foribus? Certè in foribus ſenſuum, quæ in facie ſunt omnes: in oculis, auribus, ac naribus, in ore, & in fronte; quæ omnia confuſione plena, perpetratum indicant, aliquid ingenuo indignũ homine. Adeſt itaque in hominis foribus peccatum, ſimulatque committitur: adeſt in facie, in fronte, in geſtibus, fulgore prorſus alienis, plenis confuſione, atque mœſtitia. Quæ doctrina graphicè corroboratur ſequentibus textus propoſiti verbis: *Poſuitque Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, qui inueniſſet eum.* Quod ſignum ſolam, nec aliud, fuiſſe mœſtitudinem ac confuſionem, iudicat Chryſoſtomus. Quicumque enim videbat Cain adeo, ob perpetratum fratricidium, triſtem, deiectum, miſerabilem; cauebat quidem ſibi ab homicidio, ne in ſimilem ipſe incideret mœrorem, confuſionem, agoniam: quoniam mœror Caini ſignum erat ſimilis mœroris, dedecus ſimilis dedecoris contrahendi à ſimili quouis homicida. Liquet igitur, illum faciei candorem, quo glorioſus eſt homo, oppoſitamque vultus confuſionem, ab intimo prodire animo: ab animo hanc contaminato; à puro illum, ac ſereno.

Eſt autem circa hæc conſiderandum, alium eſſe fulgorem quem ab hominis animo ad faciem prodire dicimus; alium fulgorem vul-

2 Cor. 1. 12.

Gen. 4. 3.

Ignominia gloriæ oppoſita eſt.

Ignominia ſumma eſt oblatio facta Deo diminutæ rei: non rei ex cunctis ſelectiſſima.

Gen. 4. 15. Chryſoſt. hom. 19. 4 ca. Geneſ.

Candor vultus Chriſti eſt ab intrinſeco, Moſis ſplendorem valde exuperans.

Digitized by Google

tus Moyſi, quem ab intrinſeco procedere negamus, ſoliuſque proprium dicimus Chriſti, cuius in corde nitens, ad faciem hodie prodiens coruſcat. Hic namque transfigurati vultus candor inſtar Solis eſt, excedens oculorum potentiam intuentium: exitque ab eius anima, quoniam glorioſa eſt; quo etiam corpus eſt glorioſum, ſola non glorioſum ſuperficie, à qua Dominus ipſe ſponte retrahebat ſplendorem, dum conuerſaretur in hoc ſeculo; eumque hodie ad frontem exire permittit. Fulgorem hunc imitatus fuit, multò tamen remiſſiùs, candor Moſis; qui, quòd intuentium oculos nitore percuteret, *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam.* Exod 34. 33. Hunc ergo ſplendorem externum fuiſſe dicimus Moyſi; eò quòd eius corpus nondum eſſet ante reſurrectionem glorificatum; quod nihilominus reſplenduit in monte ex conſortio illo, quo fuit cum Deo conuerſatus. Alius fulgor eſt, quo iuſti homines facie reſplendent omnes: fulgor

Iuſti homines reſplendent facie nitore ex intimis prodeunte.

non ſicut Solis, non mutans in roſeum proprium vultus colorem, nō lædens oculos videntium; ſed gratus quidam ſplendor placidæ, ac modeſtæ hilaritatis, qui animum indicat purum, quietam, & candidam ex intima ſanctitate conſcientiam. Conſtat ineſſe pijs quibuſque huiuſmodi fulgorem, etiam ijs, quibus corporalis deficit candor: *Nigra ſum, ſed formoſa,* inquit Sponſa. Quæ verba in noſtrum hoc propoſitum interpretatur Ciſtercienſis Cyprianus, qui & Cant. 1. 5. ſententiam hanc Platonicis receptam aſſeuerat. *Magno*, ait, *conſenſu affirmant Platonici, pulchritudinem, etiam corpoream, alibi eſſe inueſtigandam, quàm in ipſa corporis mole; cùm ſit res potius ſpiritalis, quàm corporea. Quamuis enim corporea pulchritudo ſit optimus corporis habitus, qui debita quantitate, & qualitatum ſymmetria conſiſtat: tamen eſt qualitatis quoddam genus vix explicabile, certè anonymon.* In hac igitur ſplendoris ſpecie conueniunt Chriſtus, & imitatores eius, quoad rationem hanc, qua tam Domino Chriſto, quàm dilectis eius exit ad frontem ſplendor ab intrinſeco: at nihilominus adhuc quoad nitorem hunc eſt, inter Chriſtum, & eius famulos

Candor vultus Chriſti, & iuſtorum cādor prodit ad vultum ab interno: diuerſo tamē modo.

diſcrimen. Nam hominibus iuſtis exit ad frontem candor ab interno, quia procedit ab animo; non autem exit ita, vt ab ipſa animi natura procedat: cùm ab infuſo animæ candore deriuetur, quem animæ ipſi diuinitus infundit Deus, vt eam & decoret, & componat: Chriſto ad faciem exit candor tam ab intrinſeco, & interno, vt ſit ei proprius; nec deficere poſſit, ſicut deficit hominibus iuſtis, quorum multi à gratia cadunt ſceleribus, candore ipſius gratiæ euaneſcente. quem lapſum vtinam ne tam crebrò experiremur.

Chriſtus, verus Deus, & homo verus.

Origo, qua Chriſto vterque & corporis, & ſpiritus naturalis eſt candor, eſt perſonæ ſublimitas; quæ eſt verus Deus, ſicut verus eſt homo. hæc duplici hodie manifeſtatur oſtenſione: & confeſſione Patris è nube aſſerentis: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*: & candore ipſo, qui in eiuſdem filij facie coruſcat. Vtraque enim & claritas vultus, & Patris confeſſio vtrumque planè exprimunt: & verum Deum, & verum filium. Oportet autem in actu

Digitized by Google

hoc eum nominari filium ea de cauſa, quam ſtatim dicam, quamuis non nominetur expreſſè Deus: ſuppoſito, quod & ipſa filij nominatio verè nominatio Dei ſit: & aliàs ſæpe in ſacris litteris tum verus Deus, tum Dei verus filius nuncupetur. Vtar concinnis hodierno inſtituto verbis Apoſtoli Moſem cum Chriſto conferentis: eò quòd hodie Moyſes cum Chriſto interſit in monte. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus: Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos.* Duplex verbis his inter Chriſtum ſit, Moyſemque collatio: quarum prima Chriſtus oſtenditur Deus, oſtenditur filius ſecunda. Honorem domus, quam ipſos dicit homines, Chriſti dicit honorem, eo quòd domum ille fabrefecerit: atque adeo tantò ampliorem Moſayca honorem dignitate, quantò amplior eſt artificis honor honore tectorum, ac parietum, quorum vnus eſt Moyſes, à Chriſto inter reliquos conſtructus. Subditque continenter: *Qui autem omnia creauit, Deus eſt*: quo Chriſtum planè vocat Deum, à quo homines ipſos domum affirmat fabrefactam. Cúmque Chriſtus Deus ſecunda ſit Trinitatis perſona, videlicet filius: addit protinus Paulus ſecundam inter hunc, & Moſem collationem, qua Chriſtum filium, Moſem dicit famulum, dum ait: *Et Moyſes quidem fidelis erat in domo eius tanquam famulus, Chriſtus verò tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos.* En filium dicens Chriſtum in domo ſua, duplici dictione vocat Deum: prima, qua hunc Moyſi collatum, vocat filium, illum nominans ſeruum: quo dicto naturalem exprimit filium eiuſdem naturę Dei Patris. Si enim adoptiuum intelligeret filium: minimè negaret filium Moyſem, qui ſelectiſſimus fuit amicus Dei, valdeque dilectus. Secunda dictio eſt, qua inquit, Chriſtus tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos. Solius enim Dei ſunt domus homines: nec Meſſię eſſe domus poſſent, niſi Meſſias eſſet Deus. Adijciam nihilominus, quoniam præclariſſima ſunt, illa Apoſtolicorum actuum verba: *Vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam* Dei, *quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Quonam ſanguine ſuo? Num Deus noſter conſtat ſanguine? Planè abſque aſſumpta Deus humana carne, ſanguine nullo conſtat, ſicut neque carne. Qui ergo Deus ſanguine ſuo acquiſiuit Eccleſiam, Deus homo eſt. Nec vlla aduerſa euaſio eſſe poteſt: quoniam nemo vllus, præter vnicum Deum, nominatur in textu, cui ſanguis ille attribui poſſit. Quod luculenter confirmatur in eo, quòd, cùm in textu hoc dicat Paulus, ſuo Deum ſanguine Eccleſiam acquiſijſſe: dicit ad Corinthios: *Perſecutus ſum Eccleſiam Dei*, loquens de Eccleſia Chriſti. Nam Eccleſiam Dei aliam nunquam fuit perſecutus, imo ardenti Synagogam defendebat zelo. Si enim dum dicit, perſecutus ſum Eccleſiam Dei, Chriſti dicit Eccleſiam: Chriſtum Deum eſſe planè exprimit.

Hebr. 3. 3.

Actor. 20. 28

1. Cor. 15. 9.

Nec obſtat humilitas, qua Dei filius tanquam maiorem allo-

Digitized by Google

Chriſtus æquum tanquam ſuperiorem alloquebatur Patrem; nõ negabat ſe æqualem ei.

quebatur Patrem: cùm ſæpe eum fuerit tanquam æqualem allocutus. Quoniam, cùm filius Deus, & homo ſit; vtroque eum modo loqui oportebat; tum tanquam Patri inferiorem, eò quòd homo ſit; tum eò quòd ſit Deus, tanquam eidem Patri coæqualem. Imo & vno eodem eloquio & tanquam æqualis, & tanquam minor ſolebat loqui. *Dixit Martha ad Ieſum, Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus: ſed & nunc ſcio, quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, Vtique Domine, ego credidi: quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Et nihilominus poſt dicta hæc, conuerſus ad colloquendum cum Patre, dixit: *Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me: ego autem ſciebam, quia ſemper me audis: ſed propter populum, qui circunſtat, dixi: vt credant, quia tu me miſiſti.* Verbis his ſe Deum imprimis dicit Chriſtus: probatque ipſo ſuſcitandi mortuum Lazarum opere. Dicit ſe quidem verum Deum dicto illo, quo Martham aſſerentem, impetraturum à Deo Chriſtum quidquid peteret, inſtruit vlteriùs Chriſtus ipſe, dicens: *Ego ſum reſurrectio, & vita.* Scias, Martha, omnipotentiam hanc, qua me, quidquid volo, facere vides, non à ſola eſſe Dei gratia, qua vndique plenus impetro ab illo, quidquid poſco; ſed ex eo etiam, & hoc maximè, quòd ipſe ſim vita, & reſurrectio. Eſt autem reſurrectio, & vita ſolus Deus: præter eum nemo. Et continenter proſequitur, dicens: *Qui credit in me, ſi mortuus fuerit, viuet: ſi viuus, non morietur in æternum.* Non dixit; Qui credit, conceſſurum mihi Deum quidquid poſcam: ſed dixit; *Qui credit in me.* Ad hæc cùm adiecerit, *credis hoc?* manifeſtè interrogauit, crederetne Martha, Chriſtum virtute propria, non ex ſola gratia impetrationis poſſe ad vitam reuocare defunctos, vt qui vita eſt, & reſurrectio. Nam quoad impetrationis gratiam, non erat, cur interrogaret, crederetne illa, poſſe Chriſtum omnia impetratione, cùm id primo verbo confeſſa fuiſſet, dicens; *Scio, quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus.* Nec omittendum, quòd quæ id à principio faſſa fuerat, tandem inſtructa à Chriſto, rogataque an crederet id, in quo eam planè inſtruxerat, reſponderit, dicens: *Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* Quibus verbis duplici confeſſione fatetur Deum; tum dicens: *Filius Dei viui,* non ſicut filij alij, qui adoptiui ſunt; alioqui nihil quidem diceret: tum verbo illo: *Qui in hunc mundum veniſti*: nam qui puri ſunt homines, non veniunt in hunc mundum: ſed in eo generantur, & naſcuntur. Stabilita autem colloquio hoc diuinitate ſua, pergit Dominus, humanam quoque oſtendere naturam, dicens; *Pater, gratias tibi ago, quoniam audiſti me.* Dicens tandem: *Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter circunſtantes dixi: vt credant, quia tu me miſiſti*, docet, ideo ſe, ad tantum miraculum patrandum, gratias imprimis agere Patri, vt circunſtantes intelligerent, minimè diabolica virtute fieri miracula ab eo, qui Patri ante omnia agebat gratias. Quæ eſt Toleti interpretatio.

Ioan. 11. 21.

Tolet. in Ioan. 11.

Cùm ergo ſcripturis his, & alijs non paucis conſtet, Chriſtum eſſe verum Deum, atque ſignanter Dei filium; congruit mirificè, vt in hodierna transfiguratione filius exprimeretur Dei, ac conſequenter Deus ipſe, quamuis nullo diceretur proprio nomine Deus. Imo duplici congruit ratione. Prima; quoniam in id facta eſt transfiguratio, vt viſuri Chriſtum cruci affixum diſcipuli, minimè dubitarent verum Deum, quem in monte priùs gloria collucentem perſpexiſſent. Hac enim de cauſa loquentes cum eo Moſes, & Elias, *Dicebant exceſſum eius: quem completurus erat in Ieruſalem.* Atque ideo congruens omnino fuit, vocari filium, eum, qui & vt filius Dei, & hominis filius transfiguratus cernebatur. Secunda ratio in conuentione dicti cum opere fundata eſt: nempe dicti, quo Pater appellauit filium, cum transfiguratione, qua filij vultus, veſtiſque refulſit. Vtrumque expreſſerat Deus Pater Pſal. 109. dicens ore Dauidis: *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Dicens: *Tecum principium in die virtutis tuæ ex vtero ante luciferum genui te*, expreſſit id ipſum, quod hodie ait; *Hic eſt filius meus*: Dicens *in ſplendoribus ſanctorum*, oſtendit, filium in eis genitum ſplendoribus, quorum ſigna ſunt hi, qui in facie coruſcant hodie. Nempe. ego principium diuinarum perſonarum, genui te ab æterno, antequam luciferum, quidve aliud creauiſſem. Genui te meo ex vtero, non quidem carnali, ſeu corporeo: ſed ex mentali vtero, ipſa nimirum mente mea. Generat quippe Deus verbum ſuum, quod & filius eſt eius, cognitione mentali, quatenus cognoſcens ſe ipſum, exprimit naturalem ſui ipſius conceptum. Nam conceptus hic vocatur verbum, eſtque verè filius; cùm ſit naturalis repræſentatio genitoris, deque eius ſubſtantia, in tantum, vt generans Pater, & genitus filius vna eadem natura ſint, ſubſtantia vna, vnus duntaxat Deus, perſonæ duæ; manens perpetuò filius Paterno in vtero, mente videlicet Dei, quæ nunquam ceſſat videre ſe ipſum, ſeque intelligere, ac cognoſcere, atque iugem ſui formare conceptum. Hac de cauſa luculentiſſimus eſt modus hic dicendi: *Tecum principium in die virtutis tuæ ex vtero genui te.* Latini Patres, & cum eis Nazianzenus, & Cyrillus intellexerunt nomine principij deſignari Patrem, eò quod hic diuinæ ſit Trinitatis principium, vt confitemur Orthodoxi cum Baſilio, Athanaſio, & Auguſtino, cumque Concilio Vormacienſi. Eſtque iuxta interpretationem hanc proprius pſalmi intellectus: Ego Pater tecum ſum in die virtutis tuæ; qui genui te ex vtero meo ante luciferum; atque adeo antequam quidquam facerem à principio. Alij ex quibus Rupertus, Principium intelligunt filium ipſum. Certè filius principium eſt: cùm ſe principium nuncupet ipſe, dicens; *Principium, qui & loquor vobis.* Quo nomine ſæpe appellatur in Apocalypſi, vt legimus c. 1. 3. atque 12. Quomodo interpretationem hanc applicent textui, vix capio ego, quanquam filius principium eſt verè. Approbo nihilominus interpretationem vtramque, quatenus principij nomen & Patri applicat, & filio. Dixerimque propterea, principium hoc in loco ambas eſſe perſonas; atque adeo non generationis dici principium, cùm ſolus Pater generet filium: ſed dici hoc in loco

Luc 9 31.
Pſal. 109. 3.
Athanaſ. orat. contra Gregales.
Aug. l. 6. de Trin. c. 1. l 15. c. 14
Suar. 1. p. tract. de Trin. l. 6. c. 4 n 5.
D. Tho 1. p. q 27.
Bonau. in 1 diſt. 10. & 27
S. Tho. 1. p. q. 27. art. 2 ad 3. q 30. ar. 4.
Suar. 1 p. tract. de Trin. l. 4. c. 5 n 3.
Aug l. 7. de Tri. & l. 5. c 9. 10. 3 l de fide ad Petrum c. 1.
Nazianz. orat. 35. ſiue 3. de Theolog.
Cyr. Alex. l. 1. in Ioã.
Diony de diu. nom. c. 3.
Athanaſ. orat. contra Gregales Sabel.
Aug 4. de Trin. c. 2.
Concil. Vorm. in confeſſ. fidei.
Ruper l 1 de gloria Trin. c 7 exponens verſũ hũc

Chriſtus in quantum Deus Dei filius genitus in ſplendoribus ſanctorum.

Chriſtus ſecundum diuinitatem genitus mente Dei.

Verbum diuinum verè filius eſt Dei.

Trinitas perſona tres, ſubſtantia vna, vnus Deus.

principium Patrem, & filium, quatenus rerum vniuerſarum sũt principium vnum; quod etiam ſancto conuenit ſpiritui, ita vt perſonæ tres ſint principium vnum rerum cunctarum, quæ ad extra (vt aiunt) producuntur. Appoſitiſſimum inuenio intellectum hunc propoſitæ myſterij explicationi. Ait nimirum Pater ad filium: Ego qui tecum ſum principium rerum vniuerſarum, ita vt vterque vnũ ſimus principium, genui te antequam luciferum crearem; ab æterno videlicet, in ipſomet virtutis tuæ die; in die nimirum, quo virtute tua habebas, vt eſſes, ſicut & ſemper es, omnium rerum principium, & creator. Itaque ex eo, quòd te ex vtero genuerim meo, ſimque tuæ originis principium, verúſque Pater tuus, nequaquam ſequitur, quòd ſis me aut poſterior, aut minor; quandoquidem principium es tu æquè, ac ego principium rerum vniuerſarum: imo id ipſum tu principium, quod ſum ego. Sed curnam dicit, *In ſplendoribus ſanctorum genui te*? Scimus, diuinum gloriæ ſplendorem ſingulariter attribui filio; quanquam Deus in perſonis tribus ipſa ſit lux refulgentiſſima. *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*, ait Ioannes: cùm de filio prædicauerit Paulus: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ; & figura ſubſtantiæ eius.* Videamus, quid ſit in ſanctorum ſplendoribus gigni à Patre filium; quid etiam ſit, filium Dei ipſum eſſe ſplendorem. Sciendum, res vniuerſas, tam quæ factæ ſunt, quàm quæ fieri poſſunt, in Deo eſſe eminẽti quadam, ſublimique ratione. Vnde fit, vt dum ſe ipſum intelligit Deus, ac ſe intuetur; vniuerſas res intueatur, & videat in ſe ipſo. Eſt doctrina Gregorij Nyſſeni, Dionyſij, Auguſtini, & Anſelmi, conſequentibus Theologis cunctis: conſtatque ex veteri inſtrumento apud Sapientiam: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum; & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*: ex nouo apud Apoſtolum dicentem: *In ipſo ſunt omnia.* Vnde manifeſtè ſequitur, mentalem hunc actum, quo à Patre Deo gignitur verbum, talem quidem eſſe actum, vt Deus actu hoc cognoſcat ſe ipſum, omneſque creaturas, cùm in eo ſint omnes; ſitque verbum ipſum conceptus vnicus, in quo intelligit Pater; planeque intuetur ſe ipſum, & omnia poſſibilia. Docuerunt hoc B. Auguſtinus, Anſelmus, Thomas, ac ex Theologis plerique. Itaque Dei filius conceptus Dei, in quo vniuerſæ res mira coruſcant claritate: atque adeo in earum ſplendoribus genitus: id eſt, ex ea procedens cognitione, qua Deus cognoſcit vniuerſa. Quod eo vſque procedit, vt ſplendores iſti rerum, quarum cognitione Pater generat verbum, fulgentiores ſint ex ea parte, qua ſanctorum ſplendores ſunt, eo quòd fulgor maximus ſit ſanctitas. Qua de cauſa intendens Deus eximium hunc filij ſui nitorem commendare, dicit ad eum: genui te in ſplendoribus, id eſt, genui te, concipiens mente mea res vniuerſas. Tamen eſt tantò illuſtrior ſanctitatis ſplendor præ naturalibus fulgoribus, vt dicat ſignanter: *In ſplendoribus ſanctorum*: quaſi fulgores alios, qui naturales ſunt rebus, minimè computet, nec attendat in comparatione ad ſanctitatem. Eſt itaque Verbum, qui & Deus eſt filius, adeo fulgens, ac coruſcans, vt Dei ſplendor ei attribuatur, cùm in tribus Deus perſonis ſit candidus. Gloriæ ſplendor eſt filius, quaſi dicatur ſummus ſplendor. Quoniam Deus lux eſt, ſplendor Dei verbum:

Deus eminenter continet in ſe ipſo res omnes, quæ vllo eſſe poſſunt modo.

Dei in eſſentia ſunt eminenter res vniuerſæ, quæ fieri poſſunt.

Deus videt in ſe ipſo res vniuerſas.

Verbum diuinum procedit à Patre per cognitionem ſui & creaturarum poſſibilium.

Sanctitas maximus fulgor.

Ioan. 8. 25 citati ibi à Maldon. 4
Apoc. 1. 8 3. 14. 22. 13
Hebr. 1. 3.
Ioan. 1. 5.
Hebr. 1. 3.

Gregor. Nyſſ. ora. quæ habetur inter tranſlatas à Franciſco Zino.
Dion. de diu. nom. c. 5.
Aug. l. 1. in Ioan. c. 5.
Anſel. in monol. c. 33. & 34.
Sap. 1. 7.
Rom. 11. 36.
Aug. lib. 5. de Tri. c. 12 & 14 l. 11. confeſ. c. 7.
Anſel. in monol. c. 28 vſque ad 44
S. Tho. 1. p. q. 34. ar. 1. ad 3. & art. 2. & 3.
Suar. 1 p. tract. de Trin. l. 9. c. 6.

Digitized by Google

atque adeo Verbum lucis ſplendor, ſeu ſplendor gloriæ, diuinæque ſubſtantiæ eius figura, lumenque de lumine.

Propoſita ergo ſermonis fundamenta duo ex hac iam colligo doctrina. Alterum eſt ad ipſum attinens Dei filium, ad inſtructionem noſtram alterum. Attinet ad Dominum Chriſtum cauſa, ob quam Pater dicit eum hodie filium meum; non appellans eum verbis Deum expreſſis. Quoniam videlicet, cùm Transfiguratio diuini ſit oſtenſio fulgoris, ſit verò fulgor proprius filij, oportuit eum nominari filium, vt operi nempe coruſcationi vultus & veſtis, conformia ſint verba, ſuppoſita prædicta certitudine, qua Pater dicens, *Hic eſt filius meus,* dicit manifeſtè. Hic eſt Deus, vt non obſcurè ſupra oſtendimus. Fundamentum ſecundum. quod ad noſtram nimirum inſtitutionem ſpectat, eſtque à concionis initio conſtitutum, nempe vultus ſplendorem, vt glorioſus ſit, ab animo prodire oportere, planè ſimiliter ex propoſito elicitur verſu. Si enim Deus filij ſui ſplendorem ſolum computat illum, quo filius eſt conceptus ſanctitatis, cùm vniuerſarum rerum conceptus ſit, apertè quidem prædicat, noſtrum quoque ſplendorem illum duntaxat eſſe, qui probitatis eſt fulgor: parui momenti fulgores reliquos, quicunque ſint illi. Poterat certè Filio dicere Pater: Tu, fili mi, es fulgentiſſimus conceptus, quem ego habeo de candidiſſimis cælorum ſyderibus, de ſpecioſiſſimis agrorum floribus, de vernantibus nemorum arboribus, de illimibus fontibus, & fluuijs, de collucentibus margaritis, & gemmis, de argenteis bracteis, & aureis, de albis ardeis, & columbis, de pulcherrimis hominum faciebus, de lucidiſſimis ſapientum intellectibus, de ſublimibus Angelis tam natura, quàm mente, de pyropeis Cherubinis, Seraphinque pellucidis: & tamen nihil horum commemorat, ſed ſolam probitatem, & iuſtitiam, dicens: Tu, Fili mi, conceptus es candidus, quem de ſanctis ego tam Angelis habeo, quàm hominibus, teque vnum gigno. mente concipiens, & me ipſum, & candidiſſimos virtutibus homines, ac cælites. Tu ergo, amice, qui me audis, quantumuis verè poſſis dicere, ſum candidus ſanguine, forma, venuſtate, ſapientia, corde, animo, ingenuitate, fortitudine, egregijs erga Regem, ac rempublicam factis, veſtibus, ornamentis, ædibus, diuitijs, dignitatibus: irrita quidem gloria iactas hæc, teque irrito euehis conatu: cùm vnicus ſit ſplendor verus, rata gloria vnicá ille, qui ad frontem candor ex intimo exit puri animi candore, modeſtia, iuſtitia. probitate. Audi iterum (quæſo) vocem Dei Patris prædicantis, *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Hic, quem adeo candidum tum facie conſpicitis, tum veſtibus, ideo candidus eſt, ideoque mihi placet, quòd ſanctitate ſit candidus. Eſt nempe mihi placitus hic, & ſecundum quod eſt æternus filius meus, in ſanctorum genitus ſplendoribus: & quatenus etiam verus eſt homo abſoluta puriſſimi cordis. bonorumque operum ſanctitate preſulgens. Tibi ergo, amice, dicet Deus ipſe, Tu es filius meus adoptiuus, ſi te fulgentem videat corpore, & corde, egregijs candidum eloquijs, cogitationibus, operibus. Sin minus, nequaquam de te dicet, Hic eſt filius meus, quãtumuis ſanguinis claritate glorieris, quantumuis

Gloria hominum vera ſolus eſt fulgor ſanctitatis.

Honor in ſola probitate verus.

Matt. 17. 5.

tauis venuſtate vultus,ac corporis, veſtiumque, & apparatus elegantia. Quin potius, ſi infectum videat peccato,tetrumque proinde,deformem, ac turpem, dicet profectò, Tu es filius diaboli, vt in faciem obiecit Phariſæis,dicens; *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere;* cùm illi genus ſuum gloriabundi iactarent blaterantes, ac dicentes, *Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam..* Ioan. 8. 44 Ioan. 8. 33.

Veritatis huius comprobationes cùm in medium afferendæ ſuppetant multæ, multæ omittendæ ſunt, paucæ proponendæ, eo quòd vos ipſi in parte hac & quod cenſeo cenſeatis,& fateamini,quod prędico. Cuncti vbique dicitis, verum hominis ſplendorem, honorem verum, ſolum ſplendorem eſſe virtutis, minimè æſtimabilem fulgorem paternæ nobilitatis, corporeæ pulchritudinis, aureæ veſtis, domus magnificæ,cæterarumque id genus fortunarum. Dicitis quidem, & cenſetis. At obijcietis mihi omnes: imo qui capit oculos noſtros, qui rapit cor, qui mouet appetitum, ſolus fulgor eſt corporeæ pulchritudinis, veſtium pretioſarum, nobilis æſtimationis, ædium ſumptuoſarum,graduum ampliſſimorum,magiſtratuum,præturæ, dignitatum. Horum appetitus dormire non ſinit: cura de acquirendis propter ſplendorem virtutibus, neminem à quieto ſoluit ſomno. Ita quidem res habet: talis eſt (fateor) humani appetentia fulgoris: ſed rogo, vt attendatis latam inter iudicium, & appetitum differentiam. Contingit etenim non rarò, homines multos, cognitione ſaltem ſpeculatiua,verum iudicare bonum,quod bonum eſt verum;& tamen id minimè appetere;imo vehementer,quaſi aduerſum,effugere. Prudenter Seneca, *Quid eſt ergo,in quo erratur? Cum omnes beatam vitam optant, quòd inſtrumenta eius pro ipſa habent; & illam dum petunt, fugiunt.* Student ergo miſeri, bonum ſuum reſpuere, ac deuitare. In genere hoc fulgor eſt hominum: cenſetis verum eum, qui verus eſt, ſed ei, quem ſcitis vanum, inhiatis. Quæ deceptio, vt apertè vobis innoteſcat, alieno in capite conſideranda eſt. Vides tu, bone vir, vicinum tuum ſplendidiſſimo mundi fulgore collucentem,veſtimentorum, ædium, famulorum, diuitiarum, pompæ, dignitatum, ſuperbum tamen, omnes deſpicientem,detractorem,laſciuum, tumidum, procacem, peieratorem,auarum,iracundum,ſæuum,blateratorem,& in cuius lingua nemo ingenuus ſit,nemo ſanguine clarus,nemo iuſtus: quantum (rogo) fulget in oculis tuis, quàm eſt apud te honore dignus homo iſte? Imo ſummè,ais,cum corde contemno,& deſpiciunt omnes ac aſpernantur. Benè: dic, qualis eſt apud te vicinus alius,qui cùm egenus ſit, ſtrictaque viuat domo, nulla ornamentorum concinnitate, nullis famulis,eſt pius,benignus,modeſtus,compoſitus,ab omni alienus mordacitate, dolo, petulantia, elatione, rixa,detractione,magna vtens in omnes comitate,neminem lædens lingua; neminem,aut contentione irritans, aut contemptu? Hic, dices, non ſolùm fulget in oculis meis, ſed eſt etiam valdè venerabilis, & quem eximiè veneror ego: diligo, laudo: eſtque apud omnes amabilis multùm, & laudabilis. Hæc dicis

Appetitus in multis iudicio contrarius, ſaltem ſpeculatiuo.

Seneca l. 5 epiſt. 44.

Digitized by Google

Euripides apud Plutarch. tractat. de nobil to. 3 mor.

tu: eadem dicunt omnes, eademque dixere apud nationes cunctas omni tempore. Apud Græcos Euripides: *Non antiquitate maiorum æſtimanda eſt nobilitas; ſed virtute. Nec alius quiſquam nobilis omnino, niſi vir bonus.* Chryſippus vocat humanam nobilitatem quiſquilias, & ramenta. Plutarchus definit, illuſtris proſapiæ fulgorem accidens eſſe ſplendoris virtutum; quarum fulgorem ſummum aſſeuerat. *Nobilitas virtutum ipſam quando admirabiliorem reddere non poteſt, cum ipſa Solis radys illuſtrior ſit: tamen neſcio quid ſplendoris, & ornatus ſtudioſo affert.* Solum ex Ethnicis Latinis inferam Iuuenalem, ſcitè canentem:

Chryſip. de æqualitate virtutum. Plutar. de nobil. to. 3 mor.

Nobilitas ſola eſt, atque vnica virtus.

Iuuenal.

Adſtipulatur B. Ambroſius, eleganter admonens: *Probati viri genus virtutis proſapia eſt; quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt.* Ex Vandalis Gilimer, Rex ductus in triũphum, trahente currum Beliſario, amictus purpura, gemmis multis collucẽs, vbi in Hippodromo conſtitit, ſeque ab Imperatore Iuſtiniano ſublimi ſede famulis circundato ſpectari conſpexit, alta voce, dixit; *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Nempe tam ſuum triumphantis, quàm imperantis ornamentum. Scriptor eſt Procopius. Sunt innumera huius generis dicta. Nunc loquor ad te, auditor prudens: ſi vicinum tuum iudicas fulgentem non ex pulchritudine, non ex veſtimentis, non ex claro proauorum ſanguine, non ex magiſtratu, non ex pompa, ſed ex virtute, ac pietate; iudicaſque tetrum, ac inglorium eum, quem pietate vides deſtitutum, quantumuis pulchrum, ac ornatum: cur non cenſebis, te quoque ſimiliter in omnium oculis lucere, honore affici, & amari, dum virtuti inſiſtis, etiam pauperem, & inopem: obſcurum eſſe coram omnibus, minimeque æſtimari, neque diligi, dum es pietate deſtitutus, quantouis auro, quantouis margaritarum pondere exorneris? Audi ſapientem Ciceronem: *Virtus eſt animi habitus, natura modo, rationi conſentaneus.* Acceptiſſima tam Philoſophis, quàm Doctoribus ſacris definitio. Si ergo virtus habitus eſt, quod & dixerat priùs Ariſtoteles; quis neget, præditum virtutibus hominem, multò his illuſtriùs elucere, quàm quibuſuis corporis habitibus, etiam purpureis, etiam ſericis, etiam aureis, & gemmatis? Vrgebo te ſtrictiùs ratione hac manifeſtiſſima. *Gloria* (vt diximus) *eſt clara cum laude notitia:* concedamus clarum, concedamus fulgentem vicinum tuum faciei decore, elegantia veſtium, ædium magnificentia; quem tamen ob morum indignitatem vituperant omnes, & oderunt: numquid glorioſus eſt? Numquid appetibilis ſors eius? Abſit. Clarus eſt (vt concedo) ob orichalcum: at non cum laude, imo cum vituperio: minimè ergo glorioſus eſt, cum clara ſit cum laude notitia ea, quam gloriam diffinimus. Cumque ille cum laude clarus ſit, qui ſeu lana, ſeu ſericis eſt pius, iuſtus, comes, benignus, nemini iniurius, nec ſuſurro: ſatis quidem comprobatum manet, vnicum hunc probitatis ſplendorem verum eſſe ſplendorem, verè appetibilem: præterea nullum.

Ambr. de Noë, & arca.

Procop. l. 2. de bello Vandal.

Cicer. l. 2. de inuent. prope finem.

Virtus eſt animi habitus natura modo, rationi conſentaneus.

Digitized by Google

Virtutes veræ, atque fulgentes in charitate fundata ſũt Hic autem virtutis ſplendor tunc eſt vndecumque verus, quum eſt vera vndecumque virtus ipſa: fundata nimirum in charitate, qua Deo coniunctus eſt homo, qua eſt diuinæ conſors naturæ. Cùm enim Chriſti fulgor inde in facie fulgeat glorioſiſſimus, quòd diuinæ humana naturæ ſit nexa: cumque ille, qui in Moſis facie illuxit ſplendor, ex diuino ei aduenerit conſortio: nemini quidem dubium eſſe debet, nullum alium poſſe in hominis facie verum lucere fulgorem, quàm qui aduenit ei ex vnione cum Deo, quæ ex gratia eſt, ac charitate; ſeu eſt ipſa charitas, & gratia. *Charitate ſunt veræ virtutes, quæcumque veræ virtutes ſunt.* Hic eſt, quem vnicum nouit ſponſa fulgorem, quæ ad ſponſum ait: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.* Cant 1.16 Cùm tu, ſponſe mi, fulgor ipſe ſis, decor vnicus ipſe, ipſa pulchritudo: conſequenter quidem lectus hic noſter, in quo ego tuis vnita tibi fruor delicijs, floridus eſt virtutibus cunctis, quæ verè flores ſunt, tantò campeſtribus pulchriores, quantò ſubli- miores corporibus animi. Qua ratione domus hæc noſtra, in qua vterque habitamus, odorantiſſimis tegitur tignis, cedris fragrantiſſimis, adiectis ex cupreſſo elegantiſſimis laquearibus: quatenus quoties ad tecta oculos eleuo, cælum tuum video, diuinis cælatum imaginibus. Quod ſponſæ dictum expendens Bernardus, ſuum adiecit, dicens: *Quod ſi lectulus reſperſus floribus conſcientia eſt bonis referta operibus: vides certè, vt ſimilitudo ſeruetur, nequaquam ſufficere ſemel, vel ſecundo operari, quod bonum eſt, niſi inceſſanter addas noua prioribus, quatenus ſeminans in benedictionibus, de benedictionibus & metas.* Bernar. in Cant. ſer. 47. Vt quid ergo tanto Petrus appetat nixu, in monte permanere, fruens candido vultus, ac veſtium Domini fulgore, triaque ibi facere, ad permanendum in illis, tabernacula; cùm diuinus ſplendor, qui in ipſum etiam redundat Petrum, vnicus ille ſit, quo diuinitùs fulget, dum in Dei perſtat tabernaculo; dumque vnita eſt Deo anima eius puriſſimo in lecto charitatis multò florentiore præ monte Thabor, præ Hybla, præ Libano, præ Adæ, & Euæ paradiſo? In domo enim hac, & in hoc lectulo ſummè fulgentem dixit hominis animam Petrus ipſe, cùm eſſet inſtructione conſummatus: *Omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam, & pietatem donata ſunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute: per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem.* 2.Pet. 1.3. Profundiſſimo eſt conſideranda ſpiritu doctrina hæc, qua dicit Petrus, grandia illa, ac pretioſiſſima promiſſa, quæ Deus ab initio fuerat pollicitus, tam plenè Chriſti aduentu compleri, vt in hoc iam ſæculo diuinæ ſimus naturæ conſortes, minimè conſortes corruptelæ, quæ mundi concupiſcentiam ſubſequitur. Diuinæ in tantùm naturæ conſortes, vt in lecto vno ſupremus gloriæ Rex, & iuſti hominis anima tanquam ſponſa, & ſponſus ſpirituali vnione commorentur. Candori huic, quem à tali ſponſo participat ſponſa, quiſnam fulgor eſſe ſimilis poteſt?

Digitized by Google

Facit & Dauidicus verſus: *Domine, in voluntate tua præſtitiſti de-*
Pſal. 29. 8 *cori meo virtutem.* Quantuſcunque ſit decor, ac ſplendor meus; nulla
profectò viget virtute lucendi ac coruſcandi in hominum oculis, niſi
ex tua fulgeat voluntate. Ille verè lucet coram omnibus, quem tu lu-
cere volueris, ſiue eximio nitore, ſiue exiguo. Quem lucere nolueris,
nequaquam lucebit; etiamſi pulcherrimus, ſi ſapientiſſimus, ſi locu-
ples, ſi opertus ſit auro, ac margaritis. Teſtis eſt Saul, vt legimus in pri-
mo Regum libro. Exprobrauit huic Samuel tetram animi maculam
ex defectu debitæ Domino obedientiæ, triſtemque indixit miſero
ſententiam, Regij nempe ſceptri priuationem: Quid tunc infœlix?
1. Reg. 15. 30. Quid reſpondit Saul: *Peccaui: ſed nunc honora me coram ſenioribus po-*
puli mei, & coram Iſrael reuertere mecum, vt adorem Dominum. Nũc
dicite vos: quidnam egens erat exhibiti vno ab homine honoris ſu-
premus Rex, cunctis tam corporis, quàm fortunarum muneribus am-
pliſſimus, cunctiſque à Principibus profunda ſuſpectus reuerentia?
Corporis elegantia, & fortitudine. *Ab humero, & ſurſum eminebat*
1. Reg. 9. 2 *ſuper omnem populum.* Quanta verò fuerit poteſtas eius, quanta maie-
ſtas, quantaque cum reuerentia Iſraelitæ coluerint vniuerſi, paſſim in
ſacris ſcribitur paginis; *Et exclamauit omnis populus, & ait, Viuat Rex.*
1 Reg. 10. 24. Et rurſus alibi ad vocem Saulis, *Inuaſit ergo timor Domini populum,*
1. Reg. 11. 7. *& egreſſi ſunt quaſi vir vnus: & recenſuit eos in Bezech: fueruntque fi-*
liorum Iſrael trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia: &
hic bellatorum numerus, præter mulieres, & reliquum populum.
Qui ergo Rex ſic honorabatur: quonam fine adeo obnixè orabat vnũ
Samuelem, ne non honore afficeret eum? quonam pallium illius ap-
prehendit, tenens eum, ac deprecans, ne tanto eum honore priuaret?
Sciebat certè miſer ille Rex, totum illum fulgorem, quo à populis
cunctis colebatur, obſcuriſſimum eſſe, minimique momenti, dum
vnus Samuel, Dei miniſter, diſcedebat ab eo, ne honorem ei exhibe-
ret, eo quòd ille non reddidiſſet Deo honorem illum, qui in perfecta
conſiſtit obedientia. Quonam ſplendore fulgere poteſt, qui niger eſt
carbo? Talis eſt abſque dubio homo quicunque mortifero eſt infe-
ctus peccato: atque ita, ſi mũdi ſplendore fulgens eſt, nitor quiuis eius
accenſi carbonis eſt nitor. Igni applicita ligna, incendio primo fiunt
carbones: qui poſtquam nigri carbones ſunt, incenſi rurſus, factique
prunæ, flammiferi coruſcant, vt pyropi; ſed & tunc tamen carbones
ſunt nigri, extrinſecùs tantùm candeſcentes. Gemina eſt impiorum
vſtio: prima, qua, cùm ligna ſint, peccato fiunt nigri carbones, ſunt-
que nigri, ac deformes, quamdiu à Deo diuiſi perſiſtunt: poſtea ve-
rò, quàm ita tetri viuunt, cremantur vſtione ſecunda: quæ in ſæ-
culo hoc multis inchoata tormentis, æterna in orco miſeris per-
ennat. Quid igitur præſtat his, ſi dum peccatis carbones ſunt,
humano aliquo nitore reſplendeant? Non eſt vtique alius ſplen-
dor iſte, quàm accenſorum carbonum fulgor, qui & exter-
nus eſt, & animarum vſtio potiùs, quàm ſplendor. Heu dece-
ptionem! heu, heu! Quid gloriamini peccatores? quid gloriamini

Honor hominis exiguus erit, niſi Dominus voluntate ſua fulgorẽ eius lucere faciat.

Impius homo carbo bis accenſus, parui fulgoris, nigredinis æternæ.

Simile.

Carbonibus deſignantur homines peccato infecti.

Peccatores carbones sũt bis accenſi ad modicũ candidi.

Impiorum fulgor eſt carbonum bis accenſorum fulgor.

vano iſto ſplendore corporis, vultus, veſtium, fortunarum: ſi peccatis veſtris in tetros ex viridibus lignis tranſiiſtis carbones, quorum fulgore citiſſimè mutato, extrema æternùm combuſtione exardebitis? *Non incendas carbones peccatorum: & ne incendaris flamma ignis peccatorum*, ait Eccleſiaſticus. Sic ſuperbus homo, qui ſuper omnes, ſe fulgere affectat, à cunctiſque vnicè adorari, ipſa imprimis ſuperbia nigreſcit; tandem infernis flammis in perpetuum: ſic & auarus; ſic & iniuſtus quiſque negotiator. *Eleuatum eſt cor tuum in decôre tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decôre tuo: in terram proieci te: ante faciem Regum dedi te, vt cernerent te. In multitudine iniquitatũ tuarũ, & iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te: & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te. Omnes, qui viderint te in gentibus, obſtupeſcent ſuper te: nihili factus es; & non eris in perpetuum.* Sic & iracundus, quique damnato eſt erga alios corde. *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.* Sic item detractor, bilinguis, doloſus, impoſtor, & ſuſurro. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.* Sic necnon laſciuus, libidinoſus, petulans, fornicarius; *Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere; & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum. Hoc enim nefas eſt: & iniquitas maxima. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina*, dicebat Iob. Heu vos deceptos homines! Qui tam ardenti affectatis ſtudio mundi fulgorem, qui tertio marceſcit die: non curatis effugere nigredinem illam, quam alia ſequitur fuligo; ignem, quem alius ſequitur ignis, æterno vos tormento combuſturus.

Eccl 8 15.
Ezech. 28 17.
Prou. 26. 21.
Pſal 119. 3
Iob 31. 9.
Eccl 9 8.

Veſtimentorum fulgens elegantia non illa curanda, quæ in corporis indumentis eſt, ſed quæ in habitibus virtutum.

Habitus animi candidos eſſe oportet.

Qui ergo vultus candor, qui veſtimentorum curandus eſt fulgor, ille ſolus eſt, qui ex puro in faciem corde, qui in habitus virtutum deriuatur. *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida*, ait Eccleſiaſtes: qui verbis his; quę Dei ſunt verba, non de micanti veſtium candore, ac elegantia; ſed de virtutum potiùs agit habitibus, qui ſoli hominem coram Deo decorant, & hominibus. *Puto*, ait Cyrillus Alexandrinus, *& quidem rectè, nunquam virum ſapientiſſimum Salomonem ad has nugas peruenturum fuiſſe, vt ſuaderet nobis veſtium ſplendore pueriliter oblectari.* Quæ & alterius Cyrilli, Hieroſolymitani videlicet, eſt interpretatio. Imo eſt ex antiquis vtriuſque Chaldęi, & Rab. Salomonis: ex Patribus noſtris, Ambroſii, Hieronymi, Gregorii, Iſychii, Alcuini; qui omnes litteralem cenſent intellectum hunc iſtius loci. Præſcribit nempe Sapiens eas nobis virtutes, quibus nos decet amiciri, vt nos Deo puros offeramus in odorem ſuauitatis; exemplum proximis, vt ſimiles induant ipſi virtutes. Quid, quòd & Ethnici illi, qui corporalium veſtimentorum candorem docebant attendendum, ideo attendendum ſuggerebant, quòd exhibenda Diis reuerentia poſceret, nemo vt coram illis compareret veſtibus ſordidis, nemo non mundis, non candidis, non puris? Virgilius;

--- *Puraque in veſte ſacerdos.*

Cyr. Alex li. de adoratio. in ſpiritu. 14. Cyr. Hieroſ. Cate. myſt. 4. Chaldæus in Eccleſiaſtes 9 8 R. Salom. ibi. Hier. ibi. & li 1. contra Iouini. Ambroſius in frag. to de fide reſurrectionis. & in exhortatione ad Virgines. Greg. li. 9. mo. ca. 18 Iſychi. li. 4. in Leui. cap. 14. Alcuin. Eccleſ. 9. Virg. 12. Æneid.

Digitized by Google

Tib. li. 2. Elegi. 1. Latiùs Tibullus.

---- *Diſcedite ab aris*

Queis tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Caſta placent Superis: pura cum veſte venite:

Et manibus puris ſumite fontis aquam.

PhiloCar. in cap. 4. canticorũ 7. Philo Carpatius iuſtitiam, quæ cunctis integratur virtutibus, interpretatur veſtimentum: pœnitentiæ fletum lauacrum, quo à ſordibus dealbantur contractis. *Dum fidelis anima ſe à peccatis quotidie per pœnitentiam mundat, dum quotidie minora peccata lacrymis lauat, & à maioribus ſibi cauet: quamuis peccat frequenter: nihilominus per aſsiduam pœnitentiam perpetuò munditiam ſuam ſeruat.*

Similis eſt tabernaculorum amplitudo, aureuſque eorum ſplendor. Vanus fulgor tabernaculi, vanus ædium, & aularum, qui in ſola eſt ędificij elegantia, tignis, laquearibus, aulæis, multò ornatis auro, multis margaritis, & vnionibus. Illud refulgentiſſimum tentorium, in quo anima pura cum Deo purè conuerſatur: cùm Deo degit, viuit, habitat. *Beati, qui habitant in domo tua, Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Irridetur Petri ſimplicitas, quòd, ad fruendum breui gloria, tria hodie voluerit in monte formare tabernacula: quantò magis irridendi ſunt homines, qui, vt fruantur hac, quæ nec gloria eſt, vani gloria mundi, tanto intendunt ardore ſumptuoſa ædificia fabrefacere, grandibus ea pompis exornare? Appoſitum, quod Hiſpanus Valerius narrat exemplum. Eo tempore, quo quartus Ferdinandus Hiſpanię Rex Calpe deuictis expugnauit Mauris, procidit coram eo vnus illorum, ſenex nimis, qui ſupra centum vixerat annos: hiſque Regem affatus eſt verbis. Ego, pie Rex, habui Hiſpali quondam domicilium meum: quod relinquere compulſus fui, cùm Ferdinandus proauus tuus ciuitatem illam expugnaret. Transtuli meam inde familiam in Mundanam Cęſarianam: ſed & inde miſer relicta, quam extruxeram, domo, Tarteſſiam petij, capta Cæſariana ab Alfonſo auo tuo. Viuebam iam Tarteſſiæ ſecurus, quũ ecce SanctiusPater tuus vrbe illa redactà in ditionem ſuam, Mauros, meque cum illis profligauit. Putans denique infœlix, nullum Hiſpanię locum adeo Mauris tutum, ac maritimum hunc: domum in eo ſenex labore magno ædificaui: à qua cùm minimè iam me pellendum timerem, cogis me tu poſt centum ætatis annos in alium rurſus fugere locum: alium denuò conſtruere habitaculum. Prębuit ſe ſanctus Rex benigniſſimum Mauro: ſed ille nihilominus reliquit domum ſuam. quis non videat terrenarum ædium inconſtantiam? Quis ſenſatus ſuperfluam adhibeat terrenis curam fabricis, depingendis, poliendis, deaurandis, ad tres duntaxat vitę dies: cùm ſciat, quia *non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus?* Non omittam pro concionis calce id, quod nec omiſit Plinius: cùm non valde fuerit rerum ſpiritalium procurator. Notum eſt inter ſeptem orbis miracula primo æſtimari loco grandia illa Memphis, quæ, ſcriptore Siculo Diodoro, fuerunt pyramides tres inter Memphim, & Deltam tanti laboris, vt in vna laborarint annis viginti,

Margin notes: Pſal. 83. 5. — *Domus ampliſsimæ, multo auro ac pompa collucentes, vanitatis ſunt domus.* — Val. Hiſpanus de hiſtorijs ſcholaſticis li. 8. tit. 7. c. 4. — *Hiſpanè Gibraltar.* — *Xerez de la frontera.* — *Tariſa.* — *Vanitas hominum pro magnificis ædificijs laborantium.* — Heb. 13. 14. — *Miracula Memphis quiſnam extruxerit, magna Dei prouidentia ignorãt homines.* — Diod. Siculu. li. 2.

ſexaginta ſupra trecenta fabrorum millia: ſtructæ in ſepulchra eorum Regum, qui tanto eas fecerunt apparatu. O humana vanitas! Tantum argenti, & auri præbes cineribus? Sed eſt adhuc dictu mirabilius: nullus ex Regibus his, qui ſibi eas in ſepulchra condiderunt, in eis ſepultus eſt. Et magis adhuc miror, quòd notauerit Plinius, nullam manſiſſe auctorum gloriam: ſuntque verba eius hæc: *Inter omnes eos non conſtat, à quibus factæ ſint, iuſtiſſimo caſu obliteratis tantæ vanitatis auctoribus.* Quid iam adijcere nos poſſumus, vbi tam aperta eſt etiam apud ethnicos humani vanitas fulgoris? O diuine Rex: ô gloriæ candor, ſumma pulchritudo! Scio fulſiſſe hodie in facie tua candidiſſimum inſtar Solis ſplendorem: Lux diuina es, oculos delectans intuentium: obſecro, Domine, vt in id etiam oculos afficiat, vt verè, planè, atque ſalubriter, quæ noxia ſunt, quę ſunt ſalubria, cognoſcamus: perſpicuo calleamus intuitu, quàm ſint vana, quę ſuperba ſunt profanorum ædificia, quàm fallax mundi fulgor, & ornatus: fulgor veſtium, monilium, aulęorum, ipſeque vultus fulgor, qui aliunde prodit, quàm ex diuino illo ſplendore, quo intrinſecùs tibi gratæ ſunt animæ. Hoc noſtras (obſecro) diuinitùs reple: quo ſimul & tibi ſimus placidi, & tuo feruidi intendentes obſequio, cultui tuo, tuo tabernaculo: ipſeque pariter ſplendor noſter augeatur. O mi Deus! ô qui videret ſua in plenitudine candidiſſimum hunc, quem te ipſum eſſe credimus fulgorem! Credimus firmiter, certaque firmitate confitemur, te Verum Deum ipſum eſſe ſplendorem, ipſam pulchritudinem, ſolatium ipſum, ipſam gloriam. Illumina (quęſumus) oculos noſtros, vt in via hac illius illuſtremur radijs fulgoris, qui in viæ termino plenè dilectis tuis illucebit. Hoc plenum eſt munificentiæ tuæ donum, vt qui ſplendorem electis tuis manifeſtas in cœlo: præbeas eis in via claros eius radios ad itinera. Hoc ſe donum teſtatur accepiſſe dilectus ille tuus Dauid, dulci pſallens cantico: *Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem.* Vſque in finem Domine: vſque in finem permanent, quas dextera tua dilectis tuis oblectationes diſtribuit. vultus candor æternus, qui videntes te lætitia repleat: repleat iucunditate, gaudio, ſolatio, gloria, beatitudine.

Plin. li. 36. c. 12 alij. que duodecim ſcriptores

Pſal. 15. 10

Digitized by Google

IN EADEM TRANS-FIGVRATIONE.

SERMO III.

Mat. 17. 8 *Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum.*

QVÆ multa hodie in monte Thabor digna occurrunt perſpectu, ea omnia, vt in vnum Ieſum conijciamus oculos, ſuadent. Ideo, cùm adſpiciens Ieſum Petrus, Moſem ſimul intueretur, & Eliam: aufugerunt illi; ſimulque reliqua, quæ ibi in Chriſti gloriam comparuerant, euanuerunt, ne quid, præter Ieſum, adſpicerent Diſcipuli. Adeſt hodie imprimis Ieſus ipſe excelſum conſcendens montem; adſunt Petrus, Ioannes, atque Iacobus, quos Dominus ipſe ibi transfigurandus ſecum detulit; adſunt Moſes, & Elias, qui ſponte concurrunt, ille ex ſinu Abrahæ, hic terreſtri ex paradiſo: adeſt Domino in facie, inſtar Solis, candor, niui ſimilis in veſtibus; colloquia etiam interueniunt vtrorumque; Moſis nimirum, ac Eliæ, de Domini interitu loquentium; Petri loquentis ad Ieſum de conſtruendis tabernaculis tribus, Domino ipſi, Eliæ, ac Moyſi: adeſt lucida nubes, ſubitò apparens eis, voxque de nube dicens; *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui: ipſum audite*: adeſt horridus diſcipulorum ſtupor, quo in facies ſuas conſternati ceciderunt: adeſt montis fulgor, ac fragrantia, aeris tranquillitas, lętitia cœli, paſſerum ſuſpenſio, immotio auium, ceruorum abſortio: concurſus tandem Angelorum, quos hîc adeſſe liquet, cùm ex omni loco concurrerint homines, tàm defuncti, quàm viui, vt glorioſo Domino fruantur. O quot, & quanta adſpectu digniſſima concurrunt hodie! ſed omnia hæc præter vnum Ieſum euanuerunt, vt ſolus adſpiciatur ille: nam leuantes diſcipuli oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Ieſum. Solus hic eſt mirandus, & mirabilis: reliqua propter hunc: vt in vnum hunc conijciamus oculos intenti. Hoc planè commendant Moſes, & Elias, dum ab oculis repentè euaneſcunt, vt vnus Ieſus perſpiciatur. Hoc Patris vox: quæ ad diſcipulos dicit: *Hic eſt filius meus: ipſum audite*. Hoc filius ipſe: qui diuino ſplēdore refulgens, omnium ad ſe oculos allicit, nec alioſum diuerti patitur. Hoc Sanctus Spiritus, hac (vt alias ſolet) figuratus

Digitized by Google

ratus nube; ex qua vox reſonat Patris hunc verum filium ſuum confitentis. Nemo igitur alius, niſi ſolus Ieſus, aſpiciendus eſt hodie. Sed quid erit nobis non aſpicientibus Matrem: quę in concionibus cunctis indeficiens eſt ductrix? Aſpiciam equidem ductricem hanc; nec ideo me ab Euangelij ſcopo deflectere putabo. Quoniam, ſi adſpiciendus eſt Ieſus: Mater eius præbet aſpiciendum. Quotidiana eſt Eccleſię petitio dicentis ad Virginem; *Ieſum, benedictum fructum ventris tui nobis, poſt hoc exilium, oſtende.* Cur poſt hoc exilium? Vtique, quoniam poſt ſæculi huius incolatum, magno in cœlis oſtẽditur ſplendore conſpicuus? eſtque interuentrix in cauſa hac refulgentiſſima Deipara, adeo vt dicatur ipſa, candidiſſimum gloria filium oſtendere. Hanc ergo ſupplices aduocemus, vt in vitę huius periodo filium nobis oſtendat gloria conſpicuum: ſed & interim lucentem hodie gratię fulgore; vt & ego gloriam eius vtrunque incipiam aperire; & ea vos capti, tam glorioſum Dominum ſequi, ac imitari. *Aue Maria.*

Aue Maria

Tranſfigurationis ſulgor pignus, ac index plenæ in cœlis gloriæ in Deo inueniendæ.

Largitur nobis hodie munificentiſſimus glorię Rex breue quoddam gloriæ ſuæ pignus, candidiſſimum vultus ſui ſplendorem, in ſignum aliquod prǽclariſſimæ diuinitatis ſuæ, ex qua tantus in faciem prodit fulgor; quòd humana eius natura vnita ſit diuinitati. Præbet (inquam) pignus, quo & cum verum ſciamus Deum; & id certò ſcientes, auidi ſtudeamus, ita nos gerere, & ita viuere, vt ad quietum illum aſcendamùs locum, in quo adſtantes omnes, tam terrigenas, quàm Angelos æterno ipſe fulgore exhilarat, ac beat. Qui enim ſciunt breuiſſimo hoc, qui in facie hodie nitet, fulgore, tanta Petrum eccſtaſi abſortum, vt in monte iugiter manere contenderit, modica hac gloria fruiturus; quomodo à ſolicitudine deſiſtent, qua ad illius perueniant montis theatrum, in quo non ſolam corporei gloriam vultus, ſed eam etiam intuebuntur, quæ plena eſt diuinitatis? Hac de cauſa ita oſtendit hodie pignus hoc, vt certum, etſi breue, agnoſcatur pignus; adijciens nempe plana fulgori verba, quibus verus Dei filius, veruſque conſequenter Deus innoteſcat.

Chriſti notitia, qua verus agnoſcitur Deus, ſæpe à Domino ipſo cõmẽdata.

Quę notitia, cùm tam ad eam ipſius Domini gloriam, quæ aduenit ei ex eo, quòd ſuis creaturis ſit notus, quàm ad excitandos in obſequium eius homines ipſos, ſummi momenti ſit; nunquam deſtitit Dominus Ieſus, dum fuit cum eis conuerſatus, multis eam modis, & eis quidem præclariſſimis diffundere. Nec præclarior ſanè modus hic, quo candidiſſima vultus, ac veſtium coruſcatione notum hodie ſe fecit adſpicientibus, quàm quo & fecit notum in Caluariæ monte; dum omni exutus veſtimento inter infames pependit in cruce. Tunc etenim aer, terra, cœlum, Luna, Sol, nubes, petræ, ſepulchra, ac velum templi medium ſe diſcindens, creatorem ſuum morientem Chriſtum conclamarunt, nouitque Centurio cum militibus. Nullo (inquam) tempore aſſiduo ſui omiſit præbere teſtimonia; vitæ præcipuę ſanctitatem multis cum miraculis cõiunctam, multis cum documentis, quibus ſe Deum verum prædicauit. Phariſæis dicebat; *Si enim non credideritis, quia ego ſum; moriemini in* Ioa. 8. 24

Chriſtus Deus verus

Digitized by Google

peccato veſtro: quo dicto verum ſe Deum duabus vijs pronuntiauit.
Prima, dicens; *quia ego ſum*. Quidnam eſt, *quia ego ſum?* Non dixit,
quia ego ſum Chriſtus, ſum Meſſias, ſum propheta, ſum à Deo
miſſus; ſed nullo perſonæ nomine appoſito, nullo præcedente, aut
ſubſequente, dixit, *quia ego ſum*. Nec poteſt intelligi, quòd dixe-
rit: *Si non credideritis quia ego ſum* homo hic, quem videtis: minimè
ſiquidem dubitare poſſent illi; eum, quem videbant eſſe aliquem.
Ergo dictum hoc ſupremæ omnino maieſtatis eſt dictum. Confir-
maturque hæc veritas ex eo, quòd proprium Dei nomen eſt, *ego ſum*,
abſque vllo additamento. Nomine hoc præbuit ſe cognoſcendum
Exo.3 14. populo ſuo, dicens ad ducem populi Moyſem: *Ego ſum, qui ſum.*
Ait, ſic dices filijs Iſrael: qui eſt, miſit me ad vos. Secunda via oſtendit
ſe Deum verbis iſtis, dum ait, in peccato morituros omnes, quicun-
que non crederent, quia ille eſſet. Moriendi enim in peccato, ob
incredulitatem, qua eum eſſe non credebant, nulla profectò ſuf-
ficiens eſſe potuit cauſa, niſi ille verus eſſet Deus; ſuppoſita locu-
tionis huius forma, qua nec dicens Meſſiam, nec prophetam, dixit;
Si non credideritis, quia ego ſum. Adſtipulantur reliqua colloquij hu-
ius verba, quibus ſuam ex profeſſo diuinitatem intendit indicare. Il-
Ioa 8 12. lud inter alia; *Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in*
tenebris: ſed habebit lumen vitæ. Et illud: *Verum eſt teſtimonium*
Ioa.8.14 *meum: quia ſcio, vnde veni, & quò vado.* Itaque venerat è cœlis
Ioa 8 23. Chriſtus. Et illud: *Vos de deorſum eſtis: ego de ſupernis ſum: vos de*
mundo hoc eſtis: ego non ſum de hoc mundo. Ad hæc, cùm diceret: *Si*
non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro, dicebāt ei:
Ioa 8.25. Tu quis es? Tuncque reſpondit eis; *Principium, qui & loquor vobis.*
Plana profectò confeſſio, qua ſe Deum apertè nominauit. Nemo
quippe alius, ne ipſe quidem mundi Saluator, niſi eſſet Deus, ita
eſſet principium, nihil præterea adijciens, quo principij modum co-
arctaret. Tandem verbum illud: *Antequam Abraham fieret, ego ſum.*
Ioa 8 58 Si purus eſſet homo, etiam mundi redemptor, non ideo fuiſſet ante
Abrahamum, cùm in quantum homo natus fuerit multis poſt Ab-
rahamum diebus, ac ſæculis. Eſtque notandum verborum diſcri-
men, quo de Abraham dixit: *Antequam fieret*: de ſeipſo non dixit, ***Deus cùm***
factus ſum ante illum. Nec dixit, antequam Abraham fieret, ego ***extra omne***
fui: ſed antequam fieret, ego ſum: quæ extra Dei os eſt inepta locu- ***ſit tempus,***
tio: cùm nunquam inter creaturas aliquas, Angelos, aut homines ***idem eſt in***
ponatur præſens ante præteritum, ita vt aliquis dicat; ego ſum an- ***eo eſſe, ac***
tequam tu naſcereris: ſed dicit quiuis: ego fui antequàm tu naſcere- ***fuiſſe.***
ris: ſed dicit quiuis: ego fui antequàm tu naſcereris. Solus ergo
Deus benè, ac verè quouis tempore dicit: antequam ille eſſet, ego
ſum: quoniam in ſolo Deo nulla eſt temporum diuerſitas: ſed idem
eſt prorſus eſſe, ac fuiſſe: ideoque dixit filio ſuo: *ego hodie genui te*,
Pſal 2.7. cùm & dicat ad eum, *Ex vtero ante luciferum genui te*, eodem Pſal-
Pſal.109 mographo vtriuſque dicti atteſtatore. Nec omiſit Dominus Ieſus te-
ſtimonio huic verbis expreſſo factum aliquod adijcere mirabile: imo
ante colloquium, quod longiſſimum fuit, eripuit adulteram à nece

Digitized by Google

arte illa ſuprema, qua accuſatores dimiſſa fœmina, *vnus poſt vnum exibant, incipientes à ſenioribus.* Toties, tamque apertè explicuit veritatem hanc multis argumentis, multiſque eam corroborans miraculis; vt dixerit tandem: *Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatũ non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Ioan 8 9. Ioa.15.22.

Vtque veritatem hanc vndecunque ſalubrem prædicent miniſtri eius omni tempore, & loco: dederunt initium prædicationi diſcipuli: ex quibus ille, qui transfigurationi interfuit Petrus, certum ex viſu transfigurati præbuit teſtimonium. *Non enim doctas, ait, fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite.* Nulla (vt arbitror) egent expenſione verba hæc, vt Chriſti diuinitatem eis explicari explicẽm ego. Propono nihilominus impenſiùs conſiderandum dictum illud, *Accipiens à Deo Patre.* Non enim diceret à Deo Patre, niſi eſſet Deus filius is, qui ab eo accepit honorem: ſed diceret, accipiens à Deo. Nuſquam enim (quod meminerim) legi in ſcripturis appoſitum Deo nomen, Pater, propter paternitatem, qua communis eſt Pater; niſi adiuncto nomine alio, quo ipſa exprimitur communitas; vt Pater hominum, pater iuſtorum, pater noſter: aut certè verbum, eſt, inter nomina duo Deum, & Patrem, apponatur; vt quum dicitur, Deus eſt Pater, aut dicit Deus ipſe, Pater ſum ego. Tunc ergo dicitur Pater Deus abſque additamento, quum fit ſermo de illo ſimul, & de filio, vt Patris nomine diſtinguatur Pater à filio, qui nomine Dei non diſtinguitur. Nec obſtat, ſi aliquando, dum Deus, & Chriſtus ſimul nominantur, non apponitur Deo Patris nomen, eo quòd de filio, quatenus eſt homo, fiat ſermo: quoniam tunc quidem ex alijs adiunctis conſtat filij diuinitas: aut certè tacetur Patris nomen, eo quod alijs exprimatur in textibus. Addit præterea S. Petrus; *Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam; cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmiorem propheticum ſermonem.* Plana Petri conteſtatio: præſertim, cùm non ſolam transfigurati gloriam narret: ſed prophetias etiam, quibus gloria ipſa ſæpius fuerat prædicta. Nec ideo firmiorem voce hac, quæ ſonuit in nube, appellat propheticum ſermonem, quòd verbum Dei aliquod minùs firmum ſit: cùm verba eius, omnia abſque limite ſint firma: ſed vocat firmiorem, ob eam cauſam quam verbis his ediſſerit Auguſtinus. *Certiorem ſanè dixit: certiorem, non meliorem, non veriorem. Tam verus enim ille ſermo de cœlo, quàm ſermo propheticus: tam bonus, tam vtilis. Quid eſt ergo certiorem: niſi in quo magis confirmatur auditor?* Eſt Auguſtini mens, & quidem ſcitè ſatis, dicere: ſecundum ſe ipſa, paria omnino eſſe quoad veritatem verba Dei omnia: tamen quoad homines audientes, ſunt præ alijs alia conformiora hominum captui, ac ingenio. Tales ſunt prophetiæ: quę vehementer vrgent rationales mentes, ad credendum ea Chriſti myſteria, quæ legimus hodie apud prophetas, multis retro temporibus, antequam fierent, prædicta.

2.Petri 1. 16.

Prophetia ſermo quã certus.

Teſtimoniorum diuinorum nullũ maius alio.

Aug.ſer. 26. de verbis Apoſtoli B.Petri. cap. 4.

Verba Dei, quocũque loquendi genere dicta, paria ſunt omnia, quo ad veritatẽ ex parte ſua

Digitized by Google

Liceat veruntamen & mihi, aliam Auguſtianæ huic expoſitionem ſubdere, ac ſubijcere. Erat Beatus Petrus circa præcelſam Chriſti diuinitatem prophetico illuminatus ſpiritu, quem effudit, quum dixit; *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, certus omnino interna illa illuminatione, quòd verè eſſet Dei filius. Cuius certitudinis genus integerrimum eſſe expreſſit applaudens Dominus ipſe verbis illis: *Beatus es Simon Bar Iona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt.* Itaque, quoniam interna Patris reuelatione credidit Chriſtum Dei filium, beatus eſt Petrus; ſuntque ſimiliter beati, quicunque ſic credunt, nulla oculis viſa probatione. Et quidem facta à Petro confeſſione hac, ſcripta. 16. Matthæi capite, protinus duxit eum Dominus Chriſtus ad transfigurationis teſtimonium, quod 17. cap. deſcribitur. Dicit ergo nunc relata Petrus in epiſtola; *Habemus firmiorem propheticum ſermonem*: illum videlicet, in quo inſtructus fuerat illuminatione interiori. Non quòd teſtimonium, quod intrinſecùs auditur, ſit ex ſe ipſo firmius teſtimonio, quod ſonuit in auribus dicente, Deo Patre, *Hic eſt filius meus*: ſed quòd nullum omnino teſtimonium, quantumcunque ex ſe ratum, confirmet penitus cor hominis, niſi illuminet illud, ad credendum infuſa à Deo claritas, quæ adeo perſpicue eſt, vt nullum relinquat locum dubitandi reuelatorem eſſe Deum. Conſtat ex eo, quòd multi videntes Chriſtum ipſum, eiuſque præclariſſima miracula, non crediderint eum Deum verum, internę defectu illuſtrationis: crediderint autem omni tempore, credantque hac die plurimi nulla oculis viſa probatione, ſolo ſancti ſpiritus infuſo mentibus fulgore. Conſtat necnon ex eo, quòd poſt oſtenſa Dei filius teſtimonia plurima, attribuit venturo Spiritui Sancto ſuggerendam cordibus plenam circa documenta ſua firmitatem. *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens: Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Non grauentur (quæſo) circumſtantes tertiam audire horum Petri verborum expoſitionem; quam dicere ego non grauabor. Dixit Petrus Apoſtolus, *Habemus firmiorem propheticum ſermonem*: id eſt, præter ſermonem hunc, quem vobis prædico circa auditam in monte Patris vocem, ſuppetit & alius, quem prędicem, ſermo, ex interna ipſius Patris reuelatione; qui coniunctus ſermoni huic, quem de audita in monte voce prædico, firmior apud audientes ſermo eſt, quàm ſi vnum duntaxat reuelatione fulciretur. Certa apud Sapientes, etiam humanos, conſenſio eſt, veritatem vnam, quamquam maior alia eſſe nequit; dici tamen maiorem quoad cauſas: quia pluribus ſcilicet fundamentis innititur. Sic dixit Petrus firmiorem ſermonem, quem pluribus nixus fundamentis affirmauit; tametſi fundamento vnico adeo firmus ſit, vt plus vltra firmus eſſe nequeat. Quoniam auditores aliqui facilius ſolent acquieſcere veritati illi, quam pluribus confirmatam audiunt teſtimonijs.

Hæc teſtis Petri confeſſio. Sed quoniam in ore duorum, vel

Matt. 16. 16.

Matt. 16. 17.

Ioa. 14. 25

Petri teſtimonium de Chriſti diuinitate præclariſſimũ.

Veritas diuina nullo maior, minorue alia.

Fidei propoſitiones pares quantum ad certitudinem: nec vlla minùs certior alia.

Digitized by Google

trium ſtat omne verbum; ſecundi iam ex tribus transfigurationis teſtibus Ioannis confeſſionem audiamus. At ex multis vnam audiamus breuiſſimam. *Vt ſimus in vero filio eius: hic eſt verè Deus, & vita aeterna.* Tam manifeſta, quàm breuis confeſſio: quidnam opus eſt, adijcere tertiam, vbi ſecunda hæc omnino aperta eſt? 1. Ioan. 5. 20.

Labor impenſus in Chriſti cultu, ac imitatione quātumcunque ſit, ſummū in fine inuenit theſaurum.

Igitur manifeſtans ſe Chriſtus eo Deum fine, vt credatur verus Deus, ſicque auſcultetur ab hominibus; oſtendit hodie breue quoddam gloriæ ſuæ pignus, faciei ſpecioſiſſimum candorem, veſtimentique albedinem ſubitò reſplendentis; vt auidi fruendi plena gloria eius, ſatagant homines ſic agere, vt ad thronum eius aſcendentes, eum plenè glorioſum intueantur. Animum laborandi in auri fodinis, quis hominibus incutit ardentem? Vtique reperta auri gleba: quantauis ſit, ſiue magna, ſiue exigua. Itaque quum granum reperiſti auri in naturali generationis ſuæ loco; agnoſcis tunc, locum illum venam eſſe auri, quod in imis abundat terræ illius viſceribus, cuius in ſuperficie aurum à nemine repoſitum inueneris. Laboras ergo multis in auri fodina expenſis, ac ſumptibus, multo diu ſudore; etiam ſi nihil auri, prçter primū illud granulū, inueneris. Cōmonent te amici, vt ab irrito labore deſiſtas: deſine, amice, (aiunt) fruſtra ſudare; deſine, vitam cum ſubſtantia conſumere, qui nil præter ſaxa, lapides, & terram elicueris. Abſit, ais tu; abſit, vt deſiſtam: auri quidem fodina eſt: natiuum venæ huius in ſuperficie nactus ſum aurum. Non eſt ſolum hoc granulum: nulla in auri vena vnicus auri gignitur lapis: grana multa ſunt, ſeu glebæ aureæ multæ; quarum indicem natura expoſuit in fodinæ ore granulum iſtud, quod elicui. Mente hac multis pro auro laboras annis, nihil prçter ſaxa, & terram hauriens; donec defeſſus tandem aperto venæ huius profundo, vna proſper die reperis aurum, quod omnem ſuperat laborem, ſumptus omnes. O bone Ieſu! ô Ieſu glorioſiſſime! Quid eſt, Domine, quòd hodie in ore tuo aureum indicas fulgorem? Quid, quòd breuem indicas, ac modicum? Nam hæc modica eſt immenſi candoris tui particula. Vnica certè auri vena tu es: vena tu profundiſſima infiniti theſauri ſupra omne pretium æſtimabile. *Vt conſolentur corda ipſorum inſtructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterij Dei Patris; & Chriſti Ieſu: in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi.* Abſconditi in te, ô diuine Rex, theſauri vniuerſi, tanquam in naturali locō ſuo. Suntque infiniti in te gloriæ theſauri, cùm ſapientiæ theſauri ſint, de quibus dixit ſanctus Spiritus, *Infinitus theſaurus eſt hominibus.* Eſtque adeo nitidus theſaurus, vt tu candor ipſe ſis, ſicut vocat te candorem Paulus, dum ſcribit ad Hebræos; *Locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum; per quem fecit & ſecula. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet à dextris maieſtatis in excelſis.* Verbis his ita vigilanter vocat ſplendorem Paulus Dei filium; vt planè liqueat, non eſſe ſplendorem, qui ſit accidens; ſed potiùs qui ſumma ſit ſubſtantia, maieſtas ſumma, Deus ipſe. Eſt auri ſplendor, qui aurum ipſum ſit, non auri qualitas auri. Aurum ab ſplendore ac-

Simile. *Chriſtus theſaurus infinitus.* Coloſſ. 2. 2. Sap. 7. 14. Heb. 1. 2. *Aurum ab ſplendore dicitur.*

Iſid. l. 16. etymol. c. 17. cepit nomen: ſiquidem ſplendor aura eſt, aurum verò dicitur ab aura, vt definiuit Iſidorus: vnde & cecinit Poëta:

Virgil. 6. Æneid. *Diſcolor inde auri per ramos aura refulſit;*

Atque ita, cùm Dei filius aurum ipſum ſit, ipſeque theſaurus; ſplendor quidem eſt, qui eſt ipſa ſubſtantia: non auri terreſtris, ſed diuini; quod terræ auro immenſa præſtat excellentia. Quid eſt igitur, Domine, quòd candorem in facie tua oſtendas hodie: non quotidie? non omnem, ſed modicam immenſi ſplendoris tui particulam? Eſt (vt video) mens tua, aliquam in ore venæ, quæ tu ipſe es, exiguam auri oſtentare particulam, tuo videlicet in ore; vt quicunque tam micantem ſplendorem tuo in ore perſpexerint, venam te agnoſcant auri diuini; venam cunctis diuitijs ſcatentem: idque probè agnoſcentes, omni hilares laborent cultu, ad ingrediendum pectus tuum, profunda tua perpendenda, donec theſauri tui, ſplendoris tui, glorię tuę, inueniant plenitudinem, eaque in cæleſtibus æterna in beatitudine fruantur. Et, quemadmodum reperta ab homine vno auri fodina, multi, qui id audiunt, ad laborandum in ea concurrunt, cùm ipſi nondum viderint aurum, quod ſolus explorator eſt nactus: ita nos omnes, non ſoli tres illi, qui tuum in monte adſpexerunt fulgorem, totis in te animi neruis laboremus, vt tam immenſum inueniamus theſaurum, dum à tribus his exploratoribus facti ſumus gloriæ tantæ certiores. Semper, vt vbique perſpeximus, aut ferè ſemper, aurifodinarum, ſeu venarum ora in montium reperiuntur faſtigijs: & tu in montis hodie oſtendis cacumine ſplendorem tuum in ore tuo, vt auidi in montem aſcendamus; nec quamtumuis accliuis ſit, deſiſtamus enerues, qui tantam ex aſcenſu expectamus beatitudinem. Video ſæpe contingere, vt hi, qui te colunt, ac tanquam in vnica auri vena in te laborant, nihil præter mortalem terram, lapides, ſaxa, petras reperiant, nullo inuento ſplendore; quatenus eas ſentiunt paſſiones tuas, quibus, dum in mortali viueres carne, laborabas; non ſplendorem, quo glorioſus iam coruſcas in cæleſtibus, & tamen hodierni fama fulgoris audita, omnem prorſus laborem, omnes æquo animo patiuntur ærumnas, firmiſſima credentes fide, tuam ſe tandem gloriam inuenturos, ſi in labore hoc totum vitæ ſuæ inſumant curriculum. Labores tui, calamitates, ærumnæ, inedia, ſitis, iniuriarum ſuſtinentia, plagæ, atque dolores adeundi ſunt in cultu hoc tuo, cùm dicat Apoſtolus tuus: *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes.* Tua ergo, Domine, mortificatio corpus tuum circundedit totum; ſolo per horas tres reſplenduit gloria in vultu tuo, & nos te ſequentes debemus toto in corpore mortificationem circunferre, ſaxa, lapides, terram; duramque in cunctis vitam tolerantes, fide hac excitati, qua credimus te, in cuius ore auri canduit fulgor, immenſum intrinſecùs eſſe theſaurum; vnicam tam hominum, quàm Angelorum beatitudinem. Fateor, primum, maximumque ad toleranda omnia hæc incitamentum eſſe quidem eam, qua te propter te ipſum charitate diligimus; ſed excitat ſimul animos noſtros firma ſpes

Simile.

2. Cor. 4. 10.

Mortificatio in corporibus noſtris ſemper circunferenda eſt: vt in fine inueniamus infinitum gloriæ theſaurum.

Digitized by Google

Spes æternæ beatitudinis magnũ ad ſuſtinenda omnia mundi mala incitamentum.

inueniendi pleniſſimum hunc, qui in te eſt abſconditus, theſaurum; cuius index eſt fulgor hic tuus, qui hodierna die tuo lucet in vultu. Incitabulo hoc in cunctis ſe perſtare afflictionibus fatebatur Apoſtolus, in eaque, quam iugem dixit, mortificatione circumcingente corpus ſuum. *In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: aporiamur, ſed non deſtituimur: perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circunferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris: ſcientes, quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum eo ſuſcitabit: & conſtituet vobiſcum.* Terram ergo mortalem in venæ huius labore reperimus, nempe Ieſu mortalitatem, & crucem; crucem, & morbos terram corporis noſtri: præduros lapides, quorum frequenti iactu à perſecutoribus obruimur, ſicut ipſius Domini hoſtes *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum*: ſaxa aſperitatis; aſperæ nimirum Domini vitæ, vitæ necnon noſtræ, plenæ tribulis: frigus, æſtum, ſudorem: ſicut frigus in Chriſto, ſudorem, & æſtum reperimus: ſed nihil horum abſterret nos à ſuſcepto circa venam iſtam labore, ſcientes, immenſum in vena hac contineri theſaurum, immortali iam Dominici corporis in terra, quæ in ore, ſeu facie tam nitidum auri candorem oſtentauerit. Mirum, quòd captus fulgore hoc tria intenderit Petrus Chriſto, Moyſi, & Eliæ tabernacula in monte vtcunque facere, minimè ſui ipſius recordatus, quonam ſcilicet tecto à ventis, ab æſtu, à pluuia, à grandine, à pruina eſſet defendendus. Mirum eſt, ſed non mirum: quoniam perſpecti candoris ſuauitas adeo excedens fuit, vt nec æſtum perciperet, nec grandinem; non animaduerteret, non ſentiret, non attenderet. Si ergo tam modica auri huius particula ita rapuit animos videntium tam breui tempore perſpecta: quid mirum, ſi omnes ſæculi huius calamitates, afflictiones, ærumnas, contradictiones ſuſtineant hilariter in venæ huius labore perſtantes, quicunque in venæ fundo immenſum ſperant inuenire theſaurum, quo æternùm ditiſſimi proſpera in cælis vita perfruantur? Firmiſſima hac fide, ac confidentia inueniendi pleniſſimum theſaurum ſancti homines, adhuc ante oſtenſum hodiernum hunc indicem. *Per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circumierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes: in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ: & hi omnes teſtimonio fidei probati.* Ecce firma inueniendi tandem theſaurum hunc fides lux interna eſt, validiſſimum incutiens animum ad omnes corporis plagas,

Marginal references: 2. Cor. 4. 8 (beside "corpus ſuum"); Ioan. 8. 59 (beside "perſecutoribus obruimur"); Heb. 11. 33 (beside "nes, adhuc ante oſtenſum")

Digitized by Google

ac tribulationes peruincendas: imo & internas eiuſdem animi afflictiones. Superat ſola ſpes videndi alio in ſæculo candorem hunc tribulationes vniuerſas: quidnam erit perſpicua ipſa tanti viſio candoris; tantæ gloriæ intrepida fruitio? Quidnam egens fuit Petrus corporalis vmbraculi contra omnes elementorum inclementias, vbi tam ſuauis intrinſecùs lucebat fulgor? Habent ſancti internum in æſtu tribulationum vmbraculum, fulgentem lucem in medijs afflictionum tenebris, quidnam erit eis, quando *In omnibus planis paſcua eorum?*

Iuſti vix ſentiunt tribulationum amaritudinem, ab ſpe ſpe paratæ in cælo oblectamenti.

Iſa 49.10 quando *Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus, & Sol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum portabit eos?* Parum profectò abeſt, vt cenſeam aſperrimum fuiſſe montem hunc, in quo Dominus Ieſus facie, & veſtibus fulget, plenumque gelu, atque pruina: vt tantò ſuauior agnoſceretur candor vultus eius, quantò intolerabilior erat inclementia, quæ fulgore diſiecta minime ſcatiebatur.

Tribulationibus delectantur iuſti, impij cruciuntur, & tabeſcunt.

Aug. lib 1. de ſer. Domin. to. 4. Appoſitè S. Auguſtinus: *Iam profectò ſentiunt illam mercedem, qui gaudent ſpiritalibus bonis: ſed tunc ex omni parte perficietur, quum etiam hoc mortale induerit immortalitatem. Interim autem dum ex omni parte perficitur, & dum corpus mortale immortalitate veſtitur, huius gloriæ expectatione delectantur, & amarum, quod in tribulationibus eſt, fælicißima expectatione obrutum nec refugiunt, nec aduertunt.* Vos, Auditores, extremum hoc aduertite dictum: *Nec refugiunt, nec aduertunt.* Non aduertunt Dei homines tribulationum compunctionem, tanto abſorpti Dei fulgore, etiam nondum plenè accepto, ſed plenè ſperato: atque adeo nec refugere poſſunt, quod nequaquam ſentiunt, nec aduertunt. Hoc ego inter impios, & iuſtos notaui diſcrimen, impij ſentiunt intimè aduerſitates temporales, eiſque vehementer compunguntur: ſpiritales ruinas minimè, aut parùm ſentiunt, iuſti ſpiritalibus malis grauiter terebrantur animo, cùm iucundè tolerent, vixque ſentiant temporalia.

Impij tribulationibus ſuccumbunt & ſtemunt.

Aduerſitatibus temporalibus lætantur iuſti, ſpiritalibus plorant, & anguntur.

Impij è contrario, cùm ſpiritales vix percipiant, exaſperantur temporalibus.

Primum ponderat graphicè B. Bernardus, loquens de homine, qui ſe deſidia ſinit vſque ad cordis algere duritiam. Bern. l. 1. de conſid. ad Eugen. in princip. *Primum tibi importabile videbitur aliquid,* (quod Deo nimirum aduerſum eſt) *proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, iudicabis non adeo graue: paulò poſt & leue ſenties, paulò poſt nec ſenties.* Ecce non ſentiunt perditi animi mala: quin imo (quod peius eſt) *paulò poſt etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur, & ex illa in auerſionem.* Quod verò ijdem impij temporalia mala intimè ſentiant, eiſque contabeſcant, ipſimet ipſo ſciunt experimento: nec adiecta eſt opus probatione. Secundum autem, quod videlicet ad iuſtos attinet, ſacrum prouerbium eſt, Pro. 12.21 *Non contriſtabit iuſtum, quidquid ei acciderit:* cùm pro ſpiritali iactura tam amarus fleuerit Dauid, quantum ipſe fatetur elegia illa: Pſal. 37.18 *Quoniam ego in flagella paratus ſum; & dolor meus in conſpectu meo ſemper: quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.* Vndenam tantum inter vtroſque homines diſcrimen? Videtis certè, pij Auditores: Videtis planè quæ nunc prædico. Impij, quoniam diuinum hunc Domini ſplendorem ante oculos minimè proponunt, carent conſolatione, quum temporalibus vexantur ærumnis: nec multùm premuntur ſpiritalibus, cùm non conſiderent quanta priuentur.

Cor quibus greſſibus induretur.

Obſtinatio cordis vnde procedat.

Pigritia ducit hominem ad duritiam cordis.

Negligentia mater obſtinationis.

Digitized by Google

priuentur gloria, pio cuique in cæleſtibus parata: iuſti è diuerſo, malis animæ vehementer anguntur, ſcientes, claudi ſibi viam, qua ad tanti aſcenditur fruitionem candoris: ſed non iacent animo in multarum turbine ærumnarum, excitati ſpe immenſi huius ſplendoris, cuius pignus, arrham, ſignum, indicem habent candorem hunc, qui ſpecioſiſſima Saluatoris facie hodierna die refulſiſſe conſiderant.

Iuſti quãuis exteriùs ſplendore careant mũdi, ſunt intrinſecùs ditiſsimi, ac pulcherrimi.

Nullo igitur, quo ſe ab aduerſis inclementijs, turbineque defendant, indigent tabernaculo, qui ſuauiſſimum hunc candoris radium ante oculos habent continua conſideratione propoſitum. Quidnam dicit ſponſa verbis illis: *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Nigra ærumnis corporis, animo pulchra diuini huius radio candoris, qui ex Dei dono gratam facit hominis animam; quæ firma ſpe fruendi plene ipſo in cælis candore omnes hilaris ſuffert afflictiones. In quo ſe tabernaculis Cedar ſimilem dicit; quamuis ſimilitudinis nexum non ediſſerat. Sed exponunt Dionyſius, Vatablus, & Coſmas Damianus, tentoria Cedar, quæ eſt apud Numidas, ſumptuoſiſſima fuiſſe, multo intrinſecùs auro, vnionibus multis, ac margaritis fulgentiſſima; foris, ob Solis æſtum, ventos, imbres, turbines ſubnigra, atque omni ſpecie carentia. Eademque eſt circa Salomonis pelles interpretatio; eò quòd ſimilia his habuerit in montibus tentoria ex pellibus facta; ad quæ ſe recipiebat, quum ad venationem exibat in campeſtria. Eſt opulentiſſimus, fulgentiſſimuſque homo, quicunque propoſito ob oculos diuino illo, quem ſperat in cæleſtibus manifeſtandum ſibi, Dei ſplendore, nihil omnino ducit, miſerne, an fulgens deforis appareat homo ipſe. Faxit Deus, vt anima ſit gratiæ lumine candida; corpus vtcunque ſit: parùm id curant, qui verum ſciunt ponderare theſaurum. Fulgens eſt Dei tabernaculum homo, qui eſt intrinſecùs candidus: quantumcunque deforis obſcurus. Quàm diuerſum, imo oppoſitum tabernaculum eſt profanus homo! Quàm etiam diuerſa ea, quę ſibi conſtruit tabernacula! Plinij vtar verbis de Epheſino templo ſic loquentis; *Græcæ magnificentiæ vera admiratio extat templum Epheſiæ Dianæ, ducentis viginti annis factum à tota Aſia. In Solo id paluſtri fecere, ne terræmotus ſentiret, aut hiatus timeret. Rurſus ne in lubrico, atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur: antè calcatis ea ſubſtrauere carbonibus: deinde velleribus lanæ. Vniuerſo templo longitudo eſt 425. pedum, latitudo 220. columnæ 127. à ſingulis Regibus factæ.* Heu deceptos homines! Ecce dicatum Deæ templum, tam longo tempore vniuerſæ expenſis Aſiæ factum, tamque mirabili arte, ac magnificentia, vt 127. columnæ à totidem Regibus ſculptæ referantur, ſuper nigros fuit fundatum carbones, intra terram latentes, lanæ velleribus permixtis. Quid hoc? Heu, heu. Quid hoc? Heu vos, profani diuites, magiſtratus, proceres, dynaſtæ! Heu vos, quicunque ſimili fabricatis arte vel ſumptuoſa habitationi veſtræ tabernacula: vel voſmetipſos idolis veſtris tabernacula. Heu quoties magnificas ingredimur ædes, quarum ſtructuræ inquieti intenderunt, ſi non omnes Aſiæ viri, omnes ſaltem fabricantis ſenſus, potentiæ omnes, ſi non

Iuſti homines tabernaculum Dei intrinſecùs aureũ, quamuis deforis carens pompa, atque fulgore.

Dianæ templum Epheſinum ex ſeptem mundi miraculis vnum.

Epheſinum Dianæ templũ memorabile.

Templum Dianæ in Epheſo miraculum mũdi ex ſeptem vnum.

Vanitas mundanæ pompa ſuper carbones fundata.

Pompa mũdi debili in fundamento.

Impij homines faciunt ſe ipſos tabernacula idolorum, ſuper carbones fundata.

Cant. 1. 5.

Diony. ib. Vatab. ib. Coſmas. ibid.

Plin. l. 36. cap. 14.

per annos ducentos & viginti, per magnam ſaltem conceſſorum vitæ annorum partem: miramurque abſorpti ſculpturam, aurum, cælaturas, laquearia, ſtatuas, aulæa: cùm ea, quæ intrinſecùs latent, in imis nempe fundamentis, triti carbones ſint, ouium velleribus conſtructi. Quidnam ſunt carbones, niſi peccata? Hæc carbones ſunt; vt quæ à concupiſcentiæ ignibus facta, & apta, in quibus infernus ignis incendatur. Super hæc conſtruunt impij tabernacula ſua, vt grandia ſint, atque pulcherrima. Conſtruunt ſuper criminum carbones, quorum ariditate paluſtris pauimenti limus exſiccatur. Quemnam paluſtrem dicimus locum? Vtique infimum; & multo ædificijs limo ineptum. Talia profectò ſunt vitioſa loca. Vitia limus ſunt, peccata diximus carbones: quoniam vitia quæque præparatio ſunt peccatorum, quemadmodum paluſtris locus, limo paratus eſt ad amplectendos carbones, qui coagmentati limo conſolidantur. Sunt itaque limoſa loca tum hominum vitia, tum occaſiones peccatorum; quorum vtrumque apta eſt ad peccandum præparatio. In huiuſmodi locis conſtruunt iniuſti domos ſuas: atque adeo ſuper criminum occaſiones multorum, permiſtis criminibus non paucis. Iuſtus homo non in paluſtri ædificat loco: ſed ſuper petram ſolidiſſimam. *Omnis ergo*, ait Dominus Chriſtus; *qui audit verba mea hæc, & facit ea: aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domũ ſuam ſuper arenã.* Eſt paluſtre ſolum aut arenoſum, aut limoſum; eſtque in loco infimo; ſicut eſt in excelſo ſaxeum ſolum: qua ratione dixit Vates Rex: *Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei.* Quòd ſi idonea ædificijs loca ſancti ſunt montes, vt & ipſa ſint ſancta, Deoque dilecta: certè paluſtria loca apta ſunt ad delictorum fabricam ſtruendam, idolis dedicatam, ſicut Epheſina hæc ſculptili Dianæ ſimulacro dicata memoratur. Loquentem de diabolo audiamus Deum. *Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus.* Verborum horum ſubiectum, quod in textu vocatur Behemoth, diabolum eſſe, concordes cenſuere Patres, litterali ſenſu. Sunt ex his Origenes, Nazianzenus Gregorius, Athanaſius, Euſebius, Seuerus Gregorius, Hieronymus, Philippus in hunc locum, vtraque gloſſa conſentiente. Ad hæc varijs in locis Cyrillus, Chryſoſtomus, Nyſſenus Gregorius, Baſilius, Theodoretus, Ambroſius, Auguſtinus, & Toſtatus. Quiſnam eſt proprius quieto Satanæ ſomnio locus, niſi qui proprius eſt locus occaſionum ad peccandum? Sanè paluſtris locus limus eſt tenaciſſimus, quem qui calcat pes, vix expediri poteſt, ſeu emergere. Tales profectò ſunt peccandi occaſiones. Nullo igitur ſymbolo ſignificantiùs potuit intimari certa ex occaſionibus ruina, quàm vno hoc, quo diabolus in ſecreto calami, locisque humentibus dormire dicitur. Eſt etenim dicere; ſecurus dormit Satanas, certus de lapſu hominis, quum videt eum in medijs occaſionibus peccandi. Quapropter, quò ſecurior dormit, certus de lapſu hominis, eò vigilantior, ſi ſaluum ſe cupit, debet eſſe homo ip-

Peccata carbones ſunt, iacti in fundamentum ædificiorum, quæ alieno ſudore fabre fiunt.

Vitia ſunt paluſtria loca.

Mat. 7. 24. Pſal. 86. 1. Iob 40. 16. Orige in Iob 40. Gregor. Naz. ibi. Athanaſ. ibid. Euſeb ib. Seuer. ib. Grego ib. Hiero ib. Philip ib. Gloſſa vtraque ib. Cyril. l. 9. in Ioan c. 6. Chryſ. c. 31. in Mat. hom 27. Gregor. Nyſſ ora. 6. in cant. Baſil in id Pſal. 105. Draco iſte Theodor. ibid. Ambr. l. 1. de Pœnit. cap 11. Aug l. 11. de Gen. ad litt c. 20. & l. 11. de ciuit. c. 15. & 17.

Occaſiones quibus peccare ſolent homines, ſũt idoneus locus, in quo ſecurus dormit diabolus.

Vitia vehementer vrgent hominem, inducuntque ad peccandum.

Simile.

ſe in cauendo, ne inter tales intret occaſiones. Liberet nos Deus ab occaſionibus peccandi, ardua euaſio eſt, emerſio difficilis. Sunt ergo occaſiones peccatorum locus paluſtris: quoniam locus infimus, quoniam limoſus, quoniam ſquallidus: peccata ipſa atri carbones ſunt, vt quæ tam fixa occaſionibus cohærent, quàm carbones aridi humenti ſolo, cuius in ſe imbibunt humorem. Ædificat ergo vanus homo paluſtri in loco fabricam tam ſui ipſius, quàm ædium ſuarum: quoniam profectò & ſemetipſum firmam ſtudet, ſpecioſamque fabricam conſtruere lautis edulijs, vinis odoriferis, quibus pulchrior fit facie, corpore robuſtior: veſtibus quoque refulgentibus, vultus ſplendori conformibus. Vtramque fabricam ſuper criminum conſtruit occaſiones: ſuper ſumptus nimirum poſſeſſam ſubſtantiam excedentes, ſuper pompæ appetitum, inanem gloriam, mundi vanitatem: ſuper nimiam etiam edacitatem, nimiam potus lautitiam, ſomnumque conſequenter immoderatum: quæ omnia & vitia ſunt, & vrgentiſſimæ peccandi occaſiones; magna etiam ex parte peccata. *Diuites pauperum oppreſſores. Vexationes miſerabiliũ.* Vitijs igitur his firmiſſimo conglutinantur nexu carbones delictorum, iniuſtitiæ, fraudis, vſuræ, doli, calliditatis, impoſturæ, nec impoſturæ ſolùm, ſed & vexationis, qua miſerabilibus perſonis extorquetur ſubſtantia ad fabricæ ſoliditatem, propriæque perſonæ robur, & pinguedinem. Vnde nec lanæ velleribus parcitur: imo tetris hæc permiſcentur carbonibus: quatenus miſerorum detrahitur pellis, detrahuntur & coria, ſuper quæ conſtruuntur marmorea, elaborata, depicta, aurata, plena diuitijs tabernacula: fiunt necnon ex pellibus ipſis elegantiſſima corporibus proprijs ornamenta. *Audite Principes* Mich. 3. *Iacob, & duces domus Iſraël: nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium: qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum. Qui comederunt carnem populi mei: & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt. ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos.* Quodnam eſt iſtud, *Tunc*? Non enim aſſignat tale aliquod tempus. Erit quidem tunc iſtud, quum ſimilis tortura venerit ſuper potentiores ipſos, qui ita cum miſerabilibus agunt. *Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis.* Ecce magnus ille, qui iniuſtitijs acquiritur ſplendor.

Fœminarũ pudentia. Nec omnino à periculo hoc immunes ſunt fœminæ. Sunt, vtinam non multæ, quæ in paluſtribus locis habitent cogitatione: ſunt, quæ & dictis, & factis. Vbi (rogo) habent domicilium illæ, quæ in ſquallido vitiorum limo volutantur affectu? Vbi illæ, quæ & impudicis conuerſationibus? Quæ & petulantiæ turpitudine? Nonne in locis paluſtribus? Imo & in ipſis paludum oris, ſeu ripis, ait ſanctus Spiritus. *In filia, non auertente ſe, firma cuſtodiam: ne* Eccl. 26. *inuenta occaſione vtatur ſe. Ab omni irreuerentia oculorum eius* 13. *caue, & ne mireris, ſi te neglexerit. Sicut viator ſitiens, ad*

fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet: & contra omnem palum ſedebit. Quid lamentabilius, quàm, quòd fidelium parentum filia in quauis ſedeat ora paludis, quantumcunque limoſa, ac prorſus ſordida? Quos turpium operum carbones non permiſcet hęc tam vitioſo concupiſcentiæ luto? Satis quidem exprimit ſanctus ipſe Spiritus, dum ait, *Ab omni aqua proxima bibet*: id eſt, quidquid inuenerit ad manum, quo libidinem expleat, quantumcunque vile, quantumcunque ſua indignum proſapia, minimè prætermittet. Quod idem grauioribus adhuc verbis proſequitur textus: lapſas affirmans turpiores. Et (quod magis ſimul ridendum eſt, atque plorandum) pari affectu, ac nixu denigrant huiuſmodi fœminæ, ac viri, carbonibus his fundamenta domorum, cordiumque ſuorum, quo exteriorem vultus, ac parietum ſpecie concinnant fucis, ornamentis, ſculpturis.

Sed quonam tendit via hæc? Infœliciſſimum quidem in finem, in horrendum, poſt finem, perditionis barathrum: quem & via ipſa ipſo, qui procuratur, ſplendore ſordeſcit. Quæ omnia aliter prorſus eueniunt his, qui in virtutibus quærunt pulchritudinem.

Splendore humano priuant ſe, adhuc in hoc ſæculo, quicunque iniuſtè quærunt illum.

In via igitur ipſa, qua, dum nituntur hi in hominum oculis lucere, abſcondunt in ædium fundamentis, abſcondunt & in cordibus carbones, ſe quidem ipſos, ſuaſque prauè denigrant domos ipſis, quibus magnificant, quibus & ornant artibus indecoris. Supremi enim opificis ars facit exire ad faciem tam perſonæ, quàm domus, deformem nigredinem carbonum, qui fundamentis ſupponuntur, abſconduntur in cordibus. *Indicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas; & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis, quia ego Dominus.* Hanc parat Deus huiuſmodi impijs punitionem, vt ſciant, nihil ſuas valere artes, quominus iuſtiſſimus iudex proferat ad eorum faciem ignominiam, quam ipſi abſcondere nituntur. Parat profectò, & opere exequitur ſupplicium hoc, quod in Iſraëlitis tam viris adimpleuit, quàm fœminis. *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis.* Quid prodeſt viro ars magnificandi, ac decorandi domum ſuam, ſuaque veſtimenta: ſi in plateis ipſe agnoſcitur fœdus, quoniam vſurarius, quoniam fraudulentus, quoniam vſurpator alienorum, quoniam iniuſtus donorum acceptor, quoniam iniquus iudex, aut executor, quoniam miſerabilium durus oppreſſor, vique extorquens res impius alienas? Quid fœminæ prodeſt adiectus faciei ſplendor, veſtiumque purpura, ac monilium aurum, & pyropi: ſi muliebres artes, quibus eum comparat ornatum, adeo immundæ ſunt, vt & mulier ipſa cognoſcatur immunda, & fama eius in vrbe, ac extra illam nigra ſit prorſus? Iuſtum Dei iudicium eſt. Quid, quòd & accidat, vt nonnulli ex his, qui leuem mulierem denigrant viri, prauè ſe iactent, quòd eam denigrauerint, quaſi turpis eorum libido cauſa poſſet eſſe gloriandi? Grande quidem virorum ſcelus, propriumque viliſſimorum hominum dictum: ſed iuſtum Dei iudicium aduerſus eas, quæ nigris in Dei iniuriam carbonibus venuſtè lucere moliuntur. Vidi conſecratį in ſacellum aulam cuiuſdam domus,

Ezec. 7

Thre. 4

Punitione hac iuſtiſſima corripiuntur à Deo, vt exeat ad faciem turpitudo, quam in cordibus occulunt hi, qui humanum perperam quæritant fulgorem.

Infamia puniuntur, qui iniquis artibus ad honores anhelant.

Fœminæ impudicitiæ quærentes elegantiam, deformes ſe faciunt, & infames.

Simile.

Digitized by Google

interim, dum nouum aliud conſtitueretur, cumque gypſi cortice (vt mos eſt) parietes aulæ linirentur: nunquam potuit operiri nigredo parietis illius, cui antea adhęſerat caminus. Vidi pluries addi gypſi cruſtas, rurſuſque alias ſuperaddi; nec tamen potuit imbibita in pariete fuligo coerceri, quin ad faciem prodiret: eſſetque niger paries dealbatus. Quid præſtant appoſita ornamenta, quid fucus, quid artes: ſi carbones ſunt in fundamento? ſi intimo in corde? in imis oſſibus? Rectè Iacobus Aluarez: *Peccati memoria in maledictione eſt; eius nomen infame: eius ignominia omnium perduellionum ignominiam exſuperat. Amen dico tibi, quia anima Deo per graue peccatum carens, cadauer eſt putidiſſimum; cuius infamia fœtor in ipſos cœlos aſcendit; & ſpirituum cœleſtium odoratum intolerabili odore perfundit.* Quàm è diuerſo euenit tribus illis Deo dilectis, qui iuſſu Babylonici Regis lautis edulijs, vt robuſti corpore, facie vt eſſent candidi, veſci compellebantur! *Propoſuit autem Daniel in corde ſuo, ne pollueretur de menſa Regis, neque de vino potus eius: Et rogauit eunuchorum præpoſitum, ne contaminaretur. Tenta nos (obſecro) ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum. Qui audito ſermone huiuſcemodi tentauit eos diebus decem. Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui veſcebantur cibo regio.* Sic prodit ad faciem animi candor iuſto cuique homini, Deum obnixè diligenti.

Iacobus Aluar. de Paz. to. 2. ex maioribus lib. 2 partis. 1. cap. 2.

Iuſtis exit ad faciem animi ſplẽdor inſtrumentis ipſis auſteritatis quibus affligunt ipſi corpus ſuum.

Dan. 1. 8.

Quòd ſi dum tendimus per viam, tantum eſt diſcriminis inter vtroſque viatores: quantò plus erit in viæ termino? Quis vtriuſque fabricæ ſit finis; verbis his dixit ſignato diſcrimine Dei filius: *Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram; & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerũt in domum illã, & non cecidit. Fũdata enim erat ſuper petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit; & fuit ruina eius magna.* Sic euerſa eſt propoſita illa templi Epheſini machina: quam incendit Heroſtratus nullo alio fine, quàm vt nomen ſuum famoſum faceret, quòd tam grandem molem deſtruxiſſet. Nec minùs miſera ruina eiuſdemmet perſonæ, quæ illicitis aut inſtrumentis, aut medijs dat operam, vt pulchra, candida, elegans appareat. Sæpe (vt paſſim videmus) deſinit in ſquallorem elegantia; vnguentorum ſuauitas in fœtorem; in deformitatem pulchritudo. Scio, & ſanctis hominibus idipſum accidere: at ſuppletur abundè corporis ſpecies interno cordis candore, gaudio, ornamento, infuſo diuinitus auxilio. Latè comprobatum eſt ſupra, latè etiam oſtenſum, carere bonis ijs impios homines, à Deo auerſos, diuina eius gratia deſtitutos. Horrendum Antiochus exemplum. *Iſque, qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra hominum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans; ita vt de*

Iuſtorum ædificia firma, atque tutiſſima.

Impiorum ædificia in lubrico poſita, cito nutant & ruunt.

Mat. 7. 24

Impiorum iniquæ machinæ infeliciſſimo fine ſuper eos cadunt.

2. Machab. 9. 8.

Digitized by Google

corpore impij vermes ſcaturirent; ac viuentes in doloribus carnes eius deſluerent: odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur. Igitur homicida, & blaſphemus peſſimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregrè in montibus miſerabili obitu vita functus eſt. Nullo nequam iſte inter horrenda mala reſpirauit leuamine. Quod & de ſeipſo faſſus fuerat antea Antiochus alius, ſimilis huic ſceleribus ſuis, qui

1. Macha. 6.10. *Vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ ſolicitudine: & dixi in corde meo: in quãtam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui iucundus eram, & dilectus in poteſtate mea? Nunc verò reminiſcor malorum, quæ feci in Ieruſalem. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala iſta: & eccce pereo triſtitia magna in terra aliena.* Nullo ecce impius iſte inter tormenta reſpirauit leuamine.

Sufficiebant hæc ad procurandum diuinum animi ſplendorem, præterea nullum; etiam ſi nullus poſt vitæ huius finem iuſtis paratus eſſet, nulla impijs fuliginis obſcuritas. Sed manet profectò æterna impios nigredo tetro in orco inferorum ex multa fuligine flammarum, quibus ſine fine torrebuntur: candor iuſtos perennis ex vnione cum Deo, qui fulgor ipſe eſt, ſpecioſitas ipſa iucunda, placidã, ſuauiſſima, iugis, infinita, ſempiterna. *Via peccantium complantata lapidibus: & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœna.* Quis non contremit oſſibus; dum audit verba hæc, quæ Dei ſunt verba: *In fine inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Quis non animatur ad quærendum vijs omnibus, aſſidua imprimis oratione, diuinum illum animi, & corporis ſplendorem, quo *iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*? O diem perfectum! ô diem lætum! ô diem nullis diebus finiendum!

Impiorum ſupplicium abſque fine. *Iuſtorum æterna beatitudo.* *Infernorũ tormenta ſine fine.*

Ecc. 21.11

Pro. 4.18.

Quis (iterum dico) non animatur ad quærendum aureum hũc ſplendorem, qui aurum ipſum eſt, gloriæ pondus æternæ: cùm talem eius indicem, tale pignus inueniat in facie Saluatoris, quaſi auri glebam in ore venæ multo intrinſecus auro ſcatentis? Quis non tradat omnia ſua in tam glorioſi pretium fulgoris, nihil aliud videre cupiens, niſi ſolum Ieſum, ſicut nullum alium adſtantes hodie adſpexere diſcipuli? Neminem, præter Ieſum, videre cupiamus: ſiquidem viſo illo, Deus ipſe videtur: cùm Ieſus noſter verè Deus ſit, vnus Deus cum Patre, ac Sancto Spiritu. In hunc conijciamus oculos noſtros: hac in auraria vena laboremus: hanc vt poſſideamus, omnia noſtra dare non dubitemus. Expreſſa eſt à Domino ipſo commonitio: *Simile (ait) eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit: & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.* Quid (rogo) neceſſe eſt, emere agrum hominem illum, qui theſaurum eſt nactus: cùm poſſit continuò inuentum elicere, ferreque ſine mora domum ſuam? Abſit; minimè poteſt domum ferri theſaurus ſtatim, ac repertus eſt: non enim ſimul inuenitur totus; ſed aureus quàm primum aliquis lapis, granum, aut gleba, quæ certus eſt index latentis in profundo magnæ auri copia, longo tempore eliciendi. Cùm ergo per dies multos in-

Salus æterna multo labore, multis paratur afflictionibus.

Matth. 13. 44.

Beatitudo laborantibus vtiliter tribuitur.

Digitized by Google

auri oporteat fodina laborare: ager vtique emendus eſt, ne quis alienum excolat agrum. Theſaurum hodie reperimus grandem; tamen ſola intuemur in facie candorem: ſunt infinitæ intrinſecùs diuitiæ: atque adeo diu laborandum, vt eas tandem eliciamus. Parum eſt, ſi omnia noſtra in huius pretium agri dederimus, ſicut, vt demus, commonet magiſter. Parum eſt, ſi poſt omnia tradita, nunquam à labore hoc deſtiterimus: etiam ſi nihil inueniamus nunc aliud, quàm duras Ieſu ærumnas, ſaxa, terram, lapides, ſudorem: etiamſi decepti homines, etiamſi Dæmonum miniſtri nos auertere nitantur, noſve perditi irrideant, quaſi in vanum ſolicitos, quaſi fruſtra laborantes: cùm tam certo excitemur pignore, tam perſpicuo indicio, tam infallibili pollicitatione theſauri, nunquam deficientis in cœleſtibus.

Pœnitentia mutat homines.

Peccata contrita ſeruiunt in renouati hominis fabricæ fundamento.

Quid, ſi ex auditoribus aliquis (quod Deus auertat) nigris ſit peccatorum carbonibus infectus? quomodo poterit ſuper fuliginoſos carbones diuinus gloriæ ſplendor effulgere? Hunc ego, ne deficiat animo, commoneo; poterit & hic ſummo Dei ſplendore beari, ſi carbonibus his ad veram vtatur pœnitentiam. Fuit ſuper carbones conſtructum inſigne illud Epheſi templum; nec inepta quidem fabricæ ars, digna peritiſſimi artificis Cteſiphonis, qui non integros ſuppoſuit, ſed tritos vſque ad puluerem carbones. Sic commiſtum ex limo, & puluere bitumen, multæ eſt firmitatis: ac niſi flãmis templum incenderetur ab Heroſtrato, per longiſſimos perſtitiſſet annos. Sunt carbones peccata, atque adeo ineptiſſima æterno cœleſtis tabernaculi ædificio, inepta ſuperfundendo diuino gratiæ, ac beatitudinis ſplendori: at tunc inepta ſunt, imo prorſus oppoſita, quum integra ſunt, ſicut quum ſunt integri carbones. Tamen quẽadmodum hi, quum attriti ſupponuntur, aptiſſimi ſunt ædificiorum fundamentis: ſic contrita tunſionibus peccata, contrita cordis compunctionibus, contrita flagello, contrita malleolo argenti in eleemozinam erogati, contrita etiam, ac diſiecta feruentibus oculorum lacrymis, imo obortis ex corde, ſunt quidem aptum adiutore Deo fundamentum, ad conſtruendos noſmet ipſos ęterna in cœlis tabernacula, diuino gloriæ ſplendore deauranda; cuius participes fons eſt faciet nos ſupremus ille glorię Rex, qui eiuſdem candoris vnicus.

O diuine Rex glorię! quis vultus tui candorem intueretur? Tu es verus Deus: tu vera gloria; vera tu beatitudo. Tu indicas hodie modicam hanc, breuemque fulgoris tui particulam; vt nos facias certiores, in te latere omnem diuinitatis, omnem candoris plenitudinem: concitesque nos omnes conſequenter, ad colendum te ſemper viribus totis; quo labore, ac cultu, gratia tua pręcedente pleno in cœlis theſauro perfruamur.

Digitized by Google

IN COENA DOMINI.

SERMO I.

Ioa. 13. 1. *Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Luc. 22. 15 OPERA amoris ſunt quæcumque facit in nocte hac ardentiſſimus ſuorum amator, Dei filius. Omnia amoris ſunt opera: innoteſcunt planè tam amoris affectus, quàm effectus. Ob amorem ſedet ad cœnandum cum pauperibus immenſa ei imparibus diſtantia, vt ſatis apertè ſignificauerunt verba illa; *deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Ob amorem exuens ſe veſtimentis, linteo ſe præcingit, lauatque pedes hominum, quos etiam eodem, quo cinctus eſt, extergit linteo: id quod & verbis exprimit, dum ad recuſantem ablui pedibus Petrũ dicit amicè; *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Eſtque adeo intenſa diuini charitas amantis, vt non modò exerceat ipſe vera amoris officia, ſed doceat nos quoque mutuò diligere, mutuaque amoris officia præſtare: quam eſſe mentem ſuam exprimit, dicens; *Exemplum enim dedi vobis; vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Denique admirabilis ſacramenti inſtitutio ſummus amor eſt; cùm illud ea inſtituat mente, vt ſibi nos vniat, & concorporet. Omnia itaque amoris ſunt opera: ſed cur dicit chronographus: *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos?* Quid eſt, cùm dilexiſſet, in finem dilexit? Audite, fideles, & diligite. *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, ſciens, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Sciens, quia à Deo exiuit, ſciebat ſe ſumma amoris vi exijſſe à Deo propter homines: congruum ergo erat, vt in finem, quando ſciebat, quòd ad Deum rediret, diligeret ſumma amoris vi. Cùm à principio dilexiſſet; dilexit in finem. Si tanta fuit amoris eius erga homines vis, vt ante quàm illi cauſa diſcipulatus eſſent ſui, paterno è ſinu eduxerit eum; quanta erit in finem, cùm ſunt iam ſui proprio titulo? Videbatur autem iuxta hæc, potiùs dicendum fuiſſe; Cùm dilexiſſet ſuos, cœnauit cum eis; lauit eorum pedes, exuit veſtes ſuas, vt lauaret: dedit lauando dilectionis exemplum: corpus ſuum, & ſanguinem in cibum dedit, & in potum: exijt deinde Patrem horis tribus oraturus: *Amor Christi.*

exijt,

Digitized by Google

exijt, vt tanquam latro caperetur; vt colaphis facie cęderetur: vt conſpueretur: vt blaſphemaretur: vt innumeris plagis verberaretur: vt illuderetur, improperaretur, denudaretur, coronaretur, cruci inter latrones figeretur, facinoroſo Barabbæ poſtpoſitus: tandē ſæua nimis, horrendaque nece moreretur. Ita quidem dicendum videbatur: at non ita dixit: non dixit, cùm dilexiſſet ſuos, fecit hæc omnia: ſed dixit, cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos. Quoniam eo tempore, quo dixit, cùm dilexiſſet, pergebatque ad explicanda omnia hæc amoris indicia: vidit nequaquam poſſe indicijs his omnibus omnem amoris vim aduſque oſtendi: ſatiúſque ipſo amoris nomine cognoſci: & ideo dixit: Cùm dilexiſſet, in finem dilexit: ſciens dicto hoc vniuerſos includi & actus, & affectus multò ſignificantiùs, quàm ſi diceret: cùm dilexiſſet ſuos, in omnia hæc amoris opera prorupit. Excedens eſt ô Domine, amor tuus: amor eſt nimius, vehemens, exuberans: quid petemus à te, quod vix petitum non concedas? Omnia dedit tibi Pater in manus: quidnam ex his negabis nobis? Qui cor tuum replet ardens erga nos amor, immenſus quidem amor eſt: quę replent manus tuas, res ſunt vniuerſæ abſque menſura: potes igitur facilè; cùm omnia ſint in manibus tuis, largiri nobis, quidquid velis: cùm item ſit in corde tuo amor abſque limite, dabis nobis quidquid decenter voluerimus. Imo video te omnia porrigentem. Cùm omnia ſint in manibus tuis: manu quidem vna præbes gloriam, gratiam manu altera. Et quia ad gratiam hanc medium eſt gratia alia, auxilium videlicet prędicatori exhibitum, & audientibus, prębes manu vna diuinam hanc auxilij gratiam, altera mediatricem matrem tuam. *Aue Maria.*

Aue Maria

Producit in duellum nocte hac Dei filius amorem, & mortem: vt validiſſimo conflictu quis quem vincat, apertiùs innoteſcat. Eſt Canticorum canticum: *Fortis eſt, vt mors dilectio*: quam vt in ſe vigere oſtendat amoris firmitatem, profert hodie tenerrimus hominum amator bellicam in palęſtram amorem ſuum eo tempore, quo aduerſus eum exit mors, iam iamque inuadit eum audax. *Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Ecce ſciens, quia venit hora mortis ſuæ, profert in medium omnem amoris vim, vt victoris robur eluceſcat. Certè ſi victor euaſerit amor, amorem agnoſcemus ſummum: cùm ſua ex parte mors omnes exerat vires, vt eum eneruet, ac extinguat. Affert ſecum mors omnes Chriſti inimicos: affert & viliſſimam amicorum eius ingratitudinem: quomodo ſtabit amor? Ex his enim hominibus, de quibus dicitur: *cùm dilexiſſet ſuos*, vix vnus aliquis inuentus eſt, qui non pupugerit Dominum tempore mortis ignobili aliqua vrgentiſſima, qua tepeſceret amor occaſione: cùm eum tortoribus tradiderit alius, alius eum negauerit iurans, anathematizans, ac deteſtans: & qui minùs læſit, fugiens dereliquerit eum in furentes manus infeſtantium. Amori opponuntur omnia hęc, eumque faſtidiunt, exanimant, fugant: tantum abeſt, vt incendant: & incenditur tamen amor hic in corde

Amoris robur æquale viribus mortis.

Cant. 8. 6.

Mortis fortitudo ſimilis firmitati amoris.

Ioa. 13. 1.

Amor Chriſti ſummus.

Digitized by Google

amantis,vt tunc fortiùs amet, quum conſtipata cunctis amoris hoſtibus eum impetit mors horribilibus ictibus. Ardens amor eſt; ardentiſſimus amor; parum eſt ardentiſſimus: nam quantumcunque ardens ſit amor, ſolet tandem algere, ſi irritatur indigna ingratitudine. Ignis ipſe eſt pius Chriſti amor; at pluſquam ignis: nam & hic aqua extinguitur, igniſque amoris aqua ingratitudinis. Qualis eſt ergo Chriſti amor? Ardens? Plus vltra. Ardentiſſimus? Plus vltra. Ignis? Pruna? flamma? pyra? rogus? Plus vltra. Quidnam? Amor Chriſti eſt:eſt amor Chriſti. Vnicus hic parem habet nullum. An mortis vires æquales ſunt validiſſimæ huic amoris Chriſti firmitati? Fortis eſt,vt mors,dilectio: anne dilectio Chriſti non fortior morte ipſa? Hoc concionis inſtitutum: amorem Chriſti eſſe vnicè ſummum in cœlis, & in terra. Exeat in duellum iam cum morte amor: vter eorum fortior ſit,intenti contemplemur.

Aug. epi. 39. ad Hierony. Philo Carpatius in c.8. canti.

Extricandus eſt proprius propoſiti cantici intellectus:nempe *fortis eſt,vt mors,dilectio.* quæ inter plures interpretes verſatur expoſitio,ſic habet.Verus amator priús quã dilectionem,relinquet vitam. Auguſt. cenſet in eo morti ſimilem amorem, quòd mors ſit cõpleta dilectionis menſura.Quæ & eſt Philonis Carpatij interpretatio. Certè ſuſceptis pro dilecto doloribus probatur amor erit:ergo probatio eius vltima plenaq; amoris menſura mors propter eũ admiſſa. Cuius quidẽ amoris æquè ac mortis firmiſſimi menſura probata fuit in Gallorum coniugibus ante Chriſti doctrinam,& aduentum.Nam in die funeris mariti,ibant certatim coniuges eius ad rogum cremando cadaueri accenſum:vt cuniux illa,quæ cum eo ſe illuc prima inijceret: ſpontanea illa morte coniugalem amorem oſtentaret. Scribunt Tullius Cicero,& Philo:extantque elegiæ carmina illa.

Cicero Tuſculan. 5. Philo lib. de Abraham Propertius Elegia. 7.

Et certamen habent lethi:quæ viua ſequatur
Coniugium: pudor eſt non licuiſſe mori.

Vtrãque ego expoſitionem cùm comprobẽ,tertiam aliã libens inſererẽ,ſi quis diceret,amorẽ in eo morti ſimilẽ, quòd ipſemet amor interitus ſit.Quoniã ita fortiter rapit animã à corpore, vt quaſi mortua relinquatur caro,aliena penitus à ſenſibus:nec quicquã percipiat,aut intelligat,etiã ſi acutiſſimis pungatur acubus. Notũ experimentũ eſt: ſed ex multis vnũ,quòd in ſacris ſit litteris,notemus. Correpti pauore nimio Moabitæ,videntes appropinquare iam ad vrbes ſuas Iſraeliticum exercitũ,nec ſibi eſſe vires,ad reſiſtendũ:hæc,poſt tentata reliqua defenſionis ſtratagemata,miſerunt contra eos offenſionis agmina.Quęnã?Fœminarũ:quę pro ferreis thoracibus aureos ferebant torques:pretioſos annulorũ lapides pro lapidibus funda contorquẽdis. Nec exiguę vires:protinus ceſſerunt illi mulieribus,enerues omnino, ac exanimati,vt facerent ex illis fœminę quidquid ſibi liberet,tanquã ex corporib.defunctis.In tantũ,vt,cũ iuberent eos ſimulacra ſua,tanquã Deos,adorare,adorauerint ipſi,obliti creatoris, ac Domini, qui ducebat eos,vincẽs in cõſpectu eorũ nationes omnes, tradẽſq; eis interfectorũ ciuitates,ac regna.et effectu quidẽ interemerũt fœminę viros illos:cùm puniente Deo,*occiſi ſunt viginti quatuor millia hominũ.*

Amor exterminat amatorem: facitque ſicut mortuũ nil ſentire.

Digitized by Google

Nec dimiſſi Principes: imo hi in ſupplicio primi. Nam *iratus Dominus ait ad Moyſem, Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael.* Scimus amore ęgrotare homines: ergo ſi amor vehemens eſt, erit mors amor ipſe. *Amore langueo*, dixit Sponſa: penè mortuum ſe ſponſus confitetur; *Vulneraſti cor meum, ſoror mea, Sponſa*, nempe à ſenſibus cunctis me abſtraxiſti; nam Hebræum verbum eſt *excordaſti*; me à corde alienum dulciter feciſti. *Et multi perierunt, & iugulati ſunt, & (* quod æterna eſt mors) *peccauerunt propter mulieres.*

Nu. 25. 9. Nu. 25. 3. Cant. 2. 5. Cant. 4. 9. Hebræa ibi. 3. Eſdræ 4. 27.

Chriſtus reliquit vitã, ne amorem relinqueret. Benè abſque dubio conuenit in Chriſtum noſtrũ amor hic morti ſimilis. Nam amator hic, ne amorem relinqueret, reliquit vitã. Sicq; de Chriſto dictũ, quòd dilectio ſit ſicut mors, fortis, intellexere Ambroſ. Greg. & Beda. Itẽ exhibuit amator hic dilectionis menſura interitũ ſuum, in quantum poteſt menſuris oſtendi: cùm ipſe ſit abſque menſura. *In hoc agnouimus charitatẽ Dei; quoniã ille animã ſuam pro nobis poſuit.* Nec immunis fuit puriſſimus hic hominũ amator ab illa, quæ ſimilis eſt morti, dilectione, qua extra ſe facti manent amatores: *Exinaniuit ſemetipſum*: quid plura? Et quidẽ *factus obediens vſque ad mortẽ.* Ac, quaſi mortuus iniurias non ſentiens, ſuſtinuit ille innumeras, amore nimio intercedente. Audite vos, dilecti Chriſti, quod ſũmum in re hac dicere me poſſeq; intelligere, profiteor. Chriſtũ occidit mors, occidit & amor: ſed vicit profectò mortẽ dilectio hac in peremptione. quid eſt: quòd dederit ſe Chriſtus ſacrificia duo, cruentũ in cruce; in cœna incruẽtũ? Vtiq; ſacrificiũ vnũ eſt altaris, & crucis: cœnę, & paraſceuę: cùm vnus in cuce, & in cœna ſit Chriſtus: & tamen ſub duplici inſtituit forma altaris, & crucis ſacrificiũ. Omitto reliquas ex multis, quæ adduci poſſent, cauſis: vnã hanc exhibeo: eſſe Chriſti mẽtem, præbere ſe occiſũ à morte, & ab amore, quaſi duplici nece, amoris, & mortis, quãuis ſemel duntaxat interierit: vnuſq; in cruce, & in cœna operatus ſit amor. Morte ſe occiſũ exhibuit in cruce: oſtendit in cœna, ſe ab amore interimi, dum ſe ſub ſacramento dedit hominibus. quãuis enim incruento in ſacrificio viuũſe præbuerit, viuumq; iugiter ſe præbeat: eſt nihilominus ſacrificium hoc verè, atque perfectè ſacrificium, mortem Domini verè repręſentans. quod, vt apertè cunctis innoteſceret, *accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur.* Nec caſu dictum, *in finem dilexit eos*, eo tempore, quo in cœna ſe dedit ſacrificium. Tametſi enim amoris cauſa ſe dederit cruce interimendum: fuit nihilominus ardentiſſimi amoris adinuentio præuiũ in cœna ſacrificiũ, quo amor illuſtriùs innoteſceret, qui mortis morã non ſuſtinuit: erupitq; protinus in mortẽ: ſi non ſuſceptã, ſaltem repręſentatam in veſperis necis effectu, & affectu ſuſcipiendæ. O amorem inauditum! Amplius dicam. Poterant increduli cenſere, mortem crucis non ex amore, ſed potiùs eſſe coactam, vim inferentibus tortoribus: ait ergo Chriſtus, ne me coactum mori putetis, ecce me vobis ſponte trado; tradidit autem, dum ſe in cœna tradidit diſcipulis. In cruce operatus eſt mor-

Chriſti mors quaſi menſura amoris eius. *Amor fecit Chriſtum quaſi non ſentientem illatas ſibi iniurias, & blaſphemias.* *Sacrificia duo, quæ vnum ſunt, incruentũ, & cruentũ, adinuentio ſunt amoris Chriſti.* *Chriſtum interemere amor, & mors, quaſi duplici nece, cùm ſemel tantũ interierit.* *Amor in homines occidit Dei filium.* *Amor mortis impatiens.*

Ambr. lib. de Iſaac. cap. 8. Greg. in Cant. 8. 6. Beda ibi. 1 Ioa. 3. 16. Phil. 2. 7. Con. Tri. ſeſſ. 22. cap. 2. Suarez. 3. p. tom. 3. diſp. 76. ſect. 1. cõcluſio 2. Lucæ. 22. 19.

Digitized by Google

tem amor crucifixi commoti dilectorum neceſſitate: at in cœna operatus eſt repræſentatam mortem idem amor, propter oſtentationem ſui faciendam. Morte preterea crucis defunctus fuit triduo: morte amoris operâtis in cœna, iugiter vſque ad ſeculi finem repræſentatur occiſus, vt luculentiùs niteat in morte amor. Meritò ergo dicimus, ſe ab amore interimi, in cœna oſtendiſſe Chriſtum; qui in cruce oſtendit, ſe interimi à morte: vt liqueat ſententia Cantici illius, *fortis eſt, vt mors, dilectio.* Si fortis, vt mors, amor: qualiſnam erit amor Chriſti, cui nullus compar nec affectu, nec effectibus? Fulgebit hodie amoris victoria, qua mortem ipſam ſuperabit, tantò glorioſiùs, quantò vehementiùs mors inuaſit eum. Iam duo hi deſcendunt in arenam mors, & amor: attenti pugnam perſpectemus. Vide, quid audeas, mors: vide, quid audeas. *Graue eſt, aduerſus amorem pugnare*, dixit Heraclitus: quantò grauiùs pugnare aduerſus amorem Chriſti? Si geris tu falcem; amor Chriſti manu gerit fulmen: imo amor ipſe fulmen eſt igneum.

Heraclit. apud Plutarchus in Erotico. to. 2. Moralium.

Non eſt contentus ardens hic Chriſti amor, ſi ſemel oſtenſus agnoſcatur, ſed in cœna priùs deinde in cruce; debitum ergo eſt, vt nec ſimus contenti nos, Chriſti amatores, vna duntaxat excogitata Cantici expoſitione; niſi originalem ſcrutemur, qua tam intenſe amoris flammæ in oculis luceant dilectorum. Intenti (rogo) audite, quem originalem puto cantici intellectum.

Eſt igitur amor fortis, ſicut mors, quatenus ſunt in cunctis oppoſita mors, & amor æqua fortitudine. Mortis, & amoris recolamus ex proprietates, & naturam: in omnibus contrarias agnoſcemus: & æquo tamen in omnibus fortes. Natura mortis eſt diuidere ea, quæ vnita ſunt: amoris natura vnire ea, quę ſunt diuiſa, atque diſtantia. Fortem ergo ſicut mortem amorem in eo puto, quòd tam fortis ſit hic in vniendis extremis, quàm illa in coniunctis diuidendis. Hęc quidem eſt amoris, & mortis, quantum ad vtriuſque naturam, oppoſitio. Quod ad mortem attinet, non oportet, naturam eius definitione notam facere; cùm ſit abſque natura mors, imo ſola naturæ contraria; vt quæ animantium deſtruit naturam, ſeparans animam à carne. At ſeparatio hæc natura mortis nominetur. Oppoſita huic amoris natura: quæ extrema duo penitus diſtantia ſumma adnectit vnione, non minore, quàm quæ eſt inter metalla duo conflata in ænea perſona vna, viuam repręſentante perſonam. Definitione hac vſus eſt Plutarchus verbis illis; *Amici corporibus diſtincti animas vi adducunt, & colliquant; neque volentes, neque exiſtimantes duas eſſe.* Quę igitur maior vis viribus, mortis. quæ carnem, & animam, tam inter ſe vnita, vt vnum prorſus ſuppoſitum ſint, tamque diuiſioni repugnantia, atq; ſecũ ſeipſa cõplectentia, diuidit tandẽ; imo facile primo diuidit ictu? quodnã aliud robur duo hæc diuidere valeret? Ne pecuniæ quidẽ, cùm ſumma ſit, vis. Nec enim, ſi tibi plenus pecunia mundus exhiberetur, tuã vt à corpore animã ſepares: talẽ in te diuiſionẽ admittes: & tamẽ ſola ſequeſtrat mors: ſũma quippe vis eius, quã nemo valet cohibere. At quondã fortiùs robur, imò quod nã robur eſt æquale ro-

Amor æquè ac mors fortis, natura, & proprietatibus oppoſitis.

Amor conflat in vnũ extrema duo diſtantiſsima.

Plutar. in Erotico. tom. 3. moralium.

bori amoris: qui tam diſparia, tã inæqualia, tã diſtantia in vnũ conflat extrema, attrahens ea, imo fortiter extrahens de manibus cunctorum reſiſtentium? Nec auri quidem vis, cùm vim ſciamus validiſſimè, nec vis timoris, nec propriæ iacturæ, poſſent ingenuos viros, illuſtres fœminas adducere ad illas coniugiorum vniones, ad quas attrahit amor. Quænam pecuniæ vis, qui metus, quæ preces poſſent Regem attrahere per tot murmurationis, infamiæ, ac dedecoris obſtacula, ad connubialem oleratriæ mulierculæ amplexum? Ad hunc attrahit amor (multi narrant ſcriptores) omnes, quaſi paleas, obices percalcans. Quis ex occultiſſimo domus receſſu intra cubilia tria abſcondito recluſam virginem nobilem, diuitem, delicias parentum, denique filiam Principis, valeret ad plebeium iuuenem abducere de cuſtodum manibus fœminarum fuga inopinata? Et abducit amor de manibus his, deque manu timoris, pudicitiæ, honeſtatis, opulentiæ, expectati coniugij dignioris, per medios ferens eam parentes, per mediam tenebroſæ noctis caliginem, per medias, ſi interponantur, lancearum cuſpides, perque alia quæcunque vel impedimenta, vel pericula. Filia Regis erat Salia, Anij videlicet Thuſcorum Regis: quæ perurgente amore, ad iuuenem tranſilijſſe dicitur, impedimentis omnibus calcatis. Videtis æquè ac mortem fortiſſimum amorem, quantum ad vtriuſque conditionem; via tamen oppoſita; fortem hunc in vniendis extremis oppoſitis, ſicut illam fortem in ſeparandis his, quæ vnita ſunt intimè.

Amor validiſſimus viribus rapit corda virorum, ac mulierum, eaſdemq; mulieres, ac viros ipſos de manibus omnium repugnantium erumpens per obices vniuerſos, omnia obſtacula.

Plutar. in parallel.

Nunc videnda eſt eadem fortitudo in vtriuſque proprietatibus, oppoſito item effectu fortitudinis; vniendi nempe, & ſeparandi. Sunt propria mortis ignobilitas, & ferocitas: amoris propria ingenuitas, & pietas. Mors ignobilis eſt, neminem reſpicit, nec obſeruat, nec perſonarum attendit differentiam. Dignum, & indignum: iuſtum, & peccatorem: ſenem, & puerum: virum, & mulierem promiſcuè impetit, ac percutit. Eſt item ferox; quoniam nec cognationem attendit, nec cognatos, vt reſeruet confines communi ab exterminio. Mortis cognati ſumus, quicunque ſumus filij terræ. Id confeſſus eſt Iob planis his verbis; *Putredini dixi; pater meus es: mater mea, & ſoror mea vermibus.* Nihil horum attendit ruſtica ac ferox: omnes ex æquo traijcit ſagittis ſuis: *Vnus interitus eſt hominis & iumentorum.* Eſt vtique cæca in mittendis mors ſagittis, iaciens eas oculis clauſis; cadat quicunque caſu obuius fuerit, etiam ſi caſu obuius ſit Rex, aut Imperator. *Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens: & caſu percuſſit Regem Iſraël, & mortuus eſt:* quanquam ſapientiſſima, ſicut cæteris in caſibus, ſummi Rectoris prouidentia. Continuò ab vteris egreſſos tenellos ſauciat infantes maternis perimens in vlnis; innumeros etiam in egreſſu ipſo. Sponſas præripit de ſponſorum ſinu ipſa nuptiarum die, nondum ab illis tactas: ſponſos ſimiliter ex ſinu ſponſarum. Septem rapuit ſponſos à latere Saræ, filiæ Raguelis, nondum fruitos illa. Hæc propria mortis duo: nunc totidem amoris propria videamus. Sunt oppoſita his ingenuitas, & pietas. Eſt amor ingenuus, quippe omnino liber. Nulli rei ſubiectus eſt; nec auro, nec timori, nec

Mors ignobilis, ac ferox.

Mors hominibus cognatione coniuncta.

Iob 17 14

Eccl. 3. 19.

Mors cæca.

3. Reg. 22. 34.

Amor ingenuus ſpõtaneus, nobilis, naturalis.

Tob. 3. 8.

Digitized by Google

rationi, nec precibus. Propriam habet cor ſedem: illinc proprio ad dilectum impetu currit, non tractus, ſed vltroneus: nulla motus ratione., ſeu diſcurſu; ſed pro ſuo libito abſque impulſibus. *Amor*, ait Auguſt. *eſt delectatio cordis alicuius ad aliquid propter aliquod deſiderium in appetendo, & gaudium in perfruendo: per deſiderium currens, requieſcens per gaudium*. Precibus non accenditur: multoque minùs cedit timori amor, vt timore perculſus diligas hominem, à quo infligendum tibi, niſi diligas eum, metuis malum. Cogit (fateor) metus te, non amorem, ficta præbere dilectionis indicia; at amorem extorquebit nullum, vt quos ob metum laudas, ames motus metu: imo

Amor ſedet in corde.

Amoris definitio.

Amat nemo aliquem timore perculſus ad amandum.

Aug. l. de ſubſtantia dilectionis, & amoris, c. 2. tom. 5.

——— *Quos cogit metus*

Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.

Tragic. in Thyeſte actu 2.

Eſt & pietas amoris comes: hoc eſt ardet amor cognato ſanguine, vt diligas conſanguineos tuos, eo quòd eorum ſanguis ſanguis ſit tuus. Explanans illa Ezechielis verba: *Ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, niſi ad patrem, & matrem, & filium, & filiam, & fratrem, & ſororem*, ait S. Hieronymus, *Natura ſuper hoc probatur affectus; vt ordine charitatis poſt rerum parentem, Deum, carnis quoque pater diligatur, & mater, filius, & filia, frater, & ſoror*. Similia ſunt Nyſſeni Gregorij verba; eſtque ſcholaſtica cum Doctore Angelico doctrina.

Amor ardet cognato in ſanguine.

Conſanguinei magis, cæteris paribus, amantur, quàm remoti.

Ezech. 44. 25. Hiero. in hunc locum to. 5. Gregor. Nyſſ. homil. 4. in Cantic. S. Tho. 2. 2. q. 26 art. 7. vſque ad 11.

Dicetis cæcum etiam amorem, ſicut mortem: fateor cæcum: cæcus ſcribitur, pingitur, conflatur: cunctis à ſapientibus agnoſcitur cæcus: & in hoc quidem morti ſimilis eſt; cùm fortis ſit, vt mors, dilectio. At non cæcus, vt mors, vt irruat in incertum, capiens quem caſu reperit obuium, ſed in eo cæcus, quòd non timeat, non ſiſtat, non conſideret; ſed amet quodlibet plena libertate. Hoc quidem non ferocitas eſt, neque ruſticitas; ſed ingenuitas potiùs; cùm abſoluta libertas ſubiecta ſit nemini. Quidnam eliciet percuſſo ex ſilice excuſſorium ferramentum? Exiguam vtique poſt ictus plurimos ſcintillam; quæ vix apparens, euaneſcit. Similem vtique amoris ſcintillam eliciet à te quiſquis precibus, aut pollicitationibus vrget, vt eum ames: nec permanebit amor diutiùs, quàm ſcintilla. Silex eſt amor fortis, & firmus: qui nec frangitur ictibus, vt alienæ cedat voluntati; nec deficit ictibus, vt deſinas diligere, quem diligis. Quidquid eſt in amore, amor eſt totum; nec arctatur, nec creſcit niſi amore. Quem amas, amas: quem vltrò non diligis, nec diliges: amor ipſe te ducit, non tu amorem: quoniam ingenuus eſt prorſus. Quin etiam nonnullis iniuriarum ictibus laceſſitus, niſi extremæ ſint, non extinguitur amor; ſed permanet conſtans, ſicut percuſſus ictibus ſilex. Parua indignationis reſultabit ictibus ſcintilla; at non diuturnior ſcintillis ſilicis: ſed emiſſa ſubitò ſcintilla, manet tam firmus amor, quàm poſt emiſſam ſcintillam ſilex. Id quod de conſanguineo amore dixit Seneca ſententia illa:

Amor cæcus.

Simile.

Amor iniuriarum patiens.

Iurgia externis inimica durant,

Quem verus amor tenuit, tenebit.

Seneca Tragic in Thyeſte.

Amplius autem procedit amoris nobilitas. Si reſultantibus à ſilice ſcintillis fomitem præpares, quo eas diligenter apprehendas: ignis

Simile.

Digitized by Google

Amorem conciliant beneficia. certè incenditur in fomite; qui & perſeuerat, & excreſcit. Non ſecùs ſi homini, cui nondum dilectus es, offeras multa amoris officia: erunt quidem illa diſpoſitus fomes, in quo eius erga te accendetur amor, qui eiſdem officijs erit indies & conſtantior, & amplior. Non dico oblata ex pacto, vt retribuat amorem, beneficia; hæc namque nullum adipiſcuntur amorem: ſed ſponte oblata homini illi, qui ex officijs ipſis ſuum te agnoſcit amatorem. Hæc quippe vera nobilitas eſt, vt amantem redames; non vt ames ementes muneribus amorem. Si enim ſuſpiceris, ideo te ab alio diligi, vt tu redames eum: nequaquam amabis. Tunc quidem diligis, quum abſque amoris retributione te diligi cognoſcis.

Venio ad amorem Chriſti, vt ex dictis oſtendam, vndenam ſit amor ſine compari, fortis ſicut mors, & morte ipſa fortior. Elucebunt in eo tria hæc, quæ de vero diximus amore, inuenta in tribus his, quæ de amore Chriſti concurrunt hodie prædicanda. Primum eſt amoris mandatum: quod primam amoris proprietatem oſtendet, nempe ingenuitatem. Secundum lotio pedum: qua ſecunda videbitur proprietas: quę ad naturalem ſpectat cognationem. Tertium diuini inſtitutio ſacramenti; qua amoris natura, ſtricta videlicet dilectorum vnio, in Chriſti amore præfulgebit. Et quoniam rei cuiuſque cognitio ſolet prius inquiri in ijs, quæ illi ſunt propria, quàm in radicali natura eius: intuebimur primùm hanc amoris Chriſti eminentiam in duabus his amoris viribus, nobilitate, & cognatione. Dico igitur, ideo Chriſti in homines amorem eſſe ſine compari, quòd duo hęc in ſolo Chriſto inueniantur, ingenuitas, & conſanguinitas: quoniam ſolus hic eſt Deus, & homo; præter eum nemo. Itaque quoniam Deus eſt, eius amor eſt nobilis: conſanguineus amor, quia verus eſt homo. Deus nobiliſſimo quidem ardet amore, at non amore conſanguineo: homines amant amore cognato, non tamen omni ex parte ingenuo: Chriſtus amore ingenuo, & conſanguineo; nullus ergo amor vndecunque talis eſt, ſicut Chriſti amor. In ſumptuoſiſſimo illo gloriæ theatro, quod oſtenſum fuit Ezechieli, *Erat quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum: à lumbis eius, & deſuper, & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.* Hominem hunc Dei filium intelligo: cuius vt reliqua, quæ hîc narrantur, omittam, illud vnum conſiderandum propono, cur vtatur ſcriptor diſtinctione hac, dicés, *à lumbis, & deſuper, & à lumbis, & deorſum*, cum poſſet vno dicere verbo: totus ille erat igne plenus. Vtique deſignare voluit, naturam Chriſti vtramque, & quæ deſuper eſt, & quæ eſt inferior, amore intrinſecus ignitam, & extrinſecus. Itaque quoniam Chriſtus eſt Deus, eſt integerrima amoris eius ingenuitas. Amat Deus ſuos nulla neceſſitate, nulla extorſione, ſpe lucri nulla, nullis compulſus precibus: ſed vltrò diligit, quia nullis diligit expectatis ad diligendum officijs, aut meritis. Liber eſt in amando: ipſemet profitetur: *Cùm enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum ei, quia maior ſeruiet minori,*

Ezech. 1. 27.

Dei amor liberalis nullis ab eo extortus artibus.

Rom. 9. 11

Digitized by Google

ſicut ſcriptum eſt: *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*: id eſt, poſtpoſui Eſau Iacobo. Sed procedit vlteriùs amoris nobilitas. Tolerat Dei amor offenſiones leuiores: quæ idcirco venialia dicũtur peccata, quòd amor eius ad facilem veniam inclinet eum. Et procedit adhuc nobilitas ipſa diuini amoris. Nam quum impius homo, qui grauiter deliquit, tangit Deum precibus, & actibus pijs; elicit ab eo pietatis ſcintillam, ſpontanea ad veram conuerſionem adminicula. Quibus, ſi diſponatur amore in Deum ipſum, intimoque de offenſionibus dolore; tunc feruens pectoris interna tunſio eſt tunſio ſilicis; quæ cùm contritio cordis ſit vera, ſitque diſpoſitio ſupra naturam, vt quę ſupernaturali præparatur auxilio, fouetur noua alia ſcintilla amoris Dei, quæ ſponte erga ipſum hominem accenditur. Quæ ſic iam accenſa, ita vt ametur gratis homo: augetur deinceps magis, ac magis, in tantum, vt homo ipſe, tam dilectus, dignus ſit diuini erga ſe amoris augmento, propter augmentum dilectionis, qua erga Deum accenditur homo ipſe. Et vlteriùs adhuc procedit ingenua hæc amoris nobilitas. Nam quemadmodum cadens in fomitem ſcintilla, velociter per totum diffunditur fomitem, eo quòd fomes linteum ſit, quod aliquando fuit ignitum; ita ſi peccator hic, qui noua accenditur amoris ſcintilla, fuerat igne amoris accenſus, antequam in hanc, qua nunc gelidus eſt, prorueret maculam: noua quidem hæc amoris ſcintilla in omnia illa diffunditur opera, quæ, cùm priùs accenſa fuiſſent amore, nunc peccato frigent, vacua amoris igne. Itaque ex miſericordis Dei gratuito dono reuiuiſcunt amoris, & gratiæ igne opera illa, quæ peccato fuerant mortificata. Summè igitur in Deo perfectum eſſe amorem dulciter ſcimus, qui Deum ipſum amorem ipſum eſſe confitemur. *Deus charitas eſt*: quæ intenſior eſſe poteſt charitas? Ecce ex parte hac eſt Chriſti amor nobiliſſimus. Eſt item conſanguineus amor, quatenus Chriſtus eſt cognatus noſter. Sed ipſamet diuini amoris nobilitas fecit, vt noſter fieret cognatus. Quare Ioannes ipſe, qui dicit, *Deus charitas eſt*, continenter pergit dicere: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.* Quoniam profectò tantum amoris auget cognatio, vt qui Deus charitas eſt, voluerit eſſe cognatione quoque hominum amator. Itaque ipſemet Dei amor, eo quòd infinitus ſit, cùm ſit Deus ipſe, motus ipſa ſua nobilitate, hanc prorupit in artem, vt Deus homo fieret, atque adeo hominum cognatus: ne vel vnum hoc ex ijs, quæ amoris ſunt incitamenta, deeſſet ei: nempe ardere in ſanguine cognato. Sumus profectò filij Dei omnes: paſſim atteſtantur ſacræ paginæ: at non iure filij conſanguineo, cùm Deus nullo conſtet ſanguine: ſed ideo filij, quòd eius opus, ſeu factura. Hoc nos titulo filios dixit Moſes, aſſerens; *Nũquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?* At Chriſtus noſter, noſter quidem eſt; & quia factor noſter, quippe verus Deus: & quia conſanguineus, cùm verus ſit homo, aſſumpto humani generis ſanguine Virginis puriſſimo ex viſceribus.

Simile.

1 Ioan. 4. 8.

1 Ioan. 4. 9.

Amor Dei quia ſummus eſt, & ſummè nobilis, mouit eum, vt fieret homo, ne deſit ei vllũ amandi incitamentũ.

Deut 32. 6

Solus ergo amor Chriſti vtraque perfecti amoris proprietate conſummatus eſt amor: & nobilitate, quoniam Dei amor, & cognatione

Digitized by Google

tione, quoniam amor hominis conſanguinei noſtri, cognati noſtri, coniuncti noſtri, capitis noſtri, Patris noſtri.

Erumpat ergo nobiliſſimus amor, amor conſanguineus, amor vehemens: audiemus iam, in quo extremum ſe Christus oſtendat amatorem. Duas pro duabus his amoris proprietatibus probationes afferamus: alteram, qua nobilitas eius agnoſcatur propria diuini amoris nobilitas: alteram, qua & cognatio comprobetur.

Nobilitas in nouo hoc dilectionis oſtenditur mandato. Proprius Dei amor eſt, vt non ſolum amet Chriſtus ipſe: ſed etiam, ſimili ardere charitate mutua homines ipſos, velit, roget, inſtet, repetat, præcipiat. Non enim ſiſtit vltimis his, quæ ex euangelio auditis, verbis, *exemplum* charitatis *dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*: ſed longo proſequitur ſermone amorem hunc mutuum intimans, exaggerans, præcipiens, ita vt huius noctis concio mandatum appelletur, eo quòd præceptum hoc dilectionis fraternæ proprium ſuum ipſe dicat eſſe mandatum. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.* O Domine! quando poſt orbem conditum omiſiſti, de amore iniunxiſſe mandatum; vt nouum dicas iuſſum hoc, quo mutuum intimas amorem? Lego in veteri lege dixiſſe te hominibus: *Diliges amicum tuum, ſicut te ipſum*: nuſquam lego, te dixiſſe; diliges hominem, ſicut eum ego diligo, nunc te audio, dicentem: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem:* explicanſque nobis nouitatem iſtam dilectionis, adijcis verba hæc: *Sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem*. Agnoſco equidem dicto tuo, à te iam diligi terrigenas nouo aliquo modo: cùm diligas eos & amore nobili, qui proprius eſt Dei amor, & amore cognati, quo rudium lauas hominum pedes. Verumtamen longè altiùs aliquid agnoſco, amorem, quo me diligis feruentiorem eſſe amore ipſo, quo memetipſum ego ipſe proſequor. Si enim amor, quo ex iuſſione tua eo modo dilecturus ſum proximos, quo tu diligis eos, arctior amor eſt, quàm amor ille, quo ſicut meipſum, illos diligo, conſequens profectò eſt, amorem hunc, quo tu nos diligis, ardentiorem eſſe proprio mei amore, quo meipſum proſequor, & ſeruo: cùm minùs amem quempiam, quum amo eum ſicut meipſum, quàm quum amo eum, ſicut diligis tu amator ſummus. Non quòd debeam magis, quàm meipſum amare quenquam: quamuis multi ex Græcis Patribus debere Chriſtianum plus amare proximos, quàm ſeipſum, ex nouo hoc inferant præcepto. Sed quoniam pluribus eget diſtinctionibus ordo charitatis, dicimus, pręceptum hoc vocari nouum, quaſi dixerit Chriſtus: iterum denuo mando in mortis articulo, quod in vita ſępius pręcepi. Sed enim veram ego mandati video nouitatem: ſi non in ipſa dilectionis ſubſtantia, in mirabili tamen amatorum typo, qui Chriſtus eſt ipſe. Tametſi enim ſatisfaciat quiſque, dum, tanquam ſeipſum, diligit proximos: eſt tamen multò in dilectione tutior, multoque ab errore remotior, ſi Dominum Chriſtum ponat ob oculos iugem amandi regulam, quàm ſi proponat ſemetipſum amore illo, quo ſe diligit ipſum. In hoc ergo mandatum eſt nouum.

Charitatis fraternæ mandatum in quo nouum ſit, propriumque legis Chriſti.

Ioã. 13 34

Leu. 19 18

Cyr. in 15. c. Ioan.
Chryſ. ib.
Heracleotes ibid.
Leontius ibid.
Theoph. ibid.
Euthym. ibid.
Ruper. ib.

Digitized by Google

Venio ad probationem ſecundam, qua Chriſti amor conſanguineus probatur amor. Quænam erit certa huius probatio? Certè, cùm ea, qua nobilis, atque adeo diuinus, oſtenſus eſt amor, probatio ſit expreſſum amoris documentum: erit appoſita cognati amoris probatio præclariſſimum doctrinæ huius exercitium, quo executus eſt manibus id, quod verbo præcepit Dei filius. O magiſter! ô Domine! ô Ieſu! Ieſu! ô Chriſte! Chriſte! Quis, niſi conſanguineus amor, poſſet tam magnum Dominum ſecus pedes hominum tamdiu tenere? Minimè graueolentia, minimè faſtiditas? Nec enim veroſimile eſt, inter duodecim homines corporali ad quærendum victum labori deditos nullum adeſſe pedibus olidum: imo veriſimilius, pleroſque odore faſtidioſos. Qua ergo amoris vi tanto ad horum pedes tempore manes: præſertim ipſos contrectans pedes diuinis his manibus tuis?

Propert l. 1. Tibul. lib. eleg 2. Ouid. 1. de Remedio. Plaut. in Aulularia. Plato in conuiuio orat 2. Athen. li. 15 cap. 2. Ioan. 12 4 Matt. 27. 6. Act 1. 18.

Amor amicus florum, odoramentorum, vnguentorum.

Floribus delectatur amor, fugit graueolentia.

Vnguenta amori gratiſsima.

Vbicunque vrgens inſtat amor, flores, & vnguenta ſpargi, atque diffundi ſolitum apud homines, quinque apud Scriptores relatum legi: cuius cauſam dicebat Ariſtophanes amoris genium, quod nunquam, niſi inter ſuaues aſſiſtat odores. Verbis his narrat Plato; *Ariſtophanes amorem non, niſi inter flores, habitare, ſcribit. In eo ſiquidem, quòd floribus caret, aut defloruit, ſiue corpus, ſiue animus, ſeu quiduis aliud ſit, amor ipſe non inſidet; vbicunque verò floridus, & odorifer eſt locus, gratiſſime conquieſcit.* Quonam fragrare odore putandus eſt Iudas, qui videns pretioſiſſimo leniri pedes tuos vnguento pœnitentis manibus mulieris, contabeſcit odore, in tantum, vt te pro vnguenti vendat impius pretio; imo pro decima pretij parte, quam ipſe eſſet furaturus? Planè apparuit proditoris odor, quùm ſceleratiſſima ex venditione compunctus, *Laqueo ſe ſuſpendit.* Nam tunc quidem *ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius:* ita vt intolerabilis eorum odor per vniuerſum diffuſus orbem, ſqualidiſſimo omnes horrore afficiat. Quis ergo tantus amor tam horrendo odore non vincitur; ſed potius te, Domine, tam graueolentes pedes benigniſſimo facit affectu contrectare? Conſanguineus quidem amor eſt. Patres nunquam faſtidiunt odorem filiorum; quoniam illorum ſanguis proprius eſt eorundem parentum ſanguis: nemo autem odorem proprium ſentit grauem, quantumcunque alijs grauis ſit, niſi forte ex morbo procedentem. O pater noſter! verè tu es amator verus, qui tam faſtidioſum conſanguineorum toleras odorem. Sed affers tu amator verus ſuauiſſimos amoris flores manibus tuis, miſta floribus aqua lauans pedes. *Omnia dedit tibi Pater in manus:* habes ergo manus floribus plenas, ne ad abluendos pedes aquam manibus tangas, quin ſuauiſſimo odore afficias aquam. Demulces itaque iucundiſſima fragrantia homines, quorum dum lauas pedes, intolerabilem toleras odorem.

Hieronis vxor nunquã ſenſit olidũ ore coniugem.

Plutarch. de vtilitate capienda ab inimico to. 2. moral.

O exuberantem charitatem! Laudatur Hieronis vxor ob honeſtiſſimam erga maritum dilectionem; quòd nunquam ſenſerit coniugis fœtorem, quem in platea opprobrauit ei in iurgio infenſus homo. Cùm enim erubeſcens improperio illo, diceret querulus ad vxorem Hiero, ſi indicaſſes mihi, me olidum ore, præcauiſſem ego

Digitized by Google

ignominiam hanc remedio aliquo aromatico: quemnam debui tibi (ait mulier) odorem oris indicare, quæ nullum in te ſenſi odorem, quem à reliquorum hominum putarem odore differentem? Quem ergo dicemus Chriſti amorem, quo affectus ille, ex tot rudium hominum lutoſis pedibus odorem vllum aut non percipit, aut tolerat?

Euchariſtia eximius Chriſti amor erga homines.

Porrò, ſi amoris proprietatibus duntaxat inſpectis, tantus elucet Chriſti in homines amor: quantò ſublimior agnoſcetur, ſi originalis amoris naturam in eiuſdem Domini dilectione perſcrutemur? Diximus, amoris naturam in eo conſiſtere, vt diſtinctas vniat perſonas; in eoque amorem eſſe fortem, ſicut mortem, quòd ſicut ſumma vi ſeparat mors ea, quæ ſummè ſunt vnita, ſic coniungit ſummo robore amor ea, quæ ſummè diſtant, perſonas non minore vnitate, quàm quæ inter colliquata eſt metalla duo, quæ vna in perſona ænea igne ſunt mixta. Quid iam dicemus de amore hoc, quo præbens Dei filius corpus ſuum hominibus in cibum, eos ſibi concorporat, vt vnum iam ſint ſumptus in cibum Chriſtus, & is, qui eum accipit in cibum? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.* Eiſdem, quibus definiunt (vt audiſtis) Philoſophi propriam amoris naturam, vtuntur verbis Sancti Patres, quum de dato nobis in edulium Chriſto ſermonem inſtituunt. Verba ſolius referam Cyrilli. *Sicut enim ſi quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commiſceat, nec eſſe eſt; ſic qui carnem, & ſanguinem Domini recipit, cum ipſo ita coniungitur, vt Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inueniatur.* Si talis vnio eſt: fateri profectò adſtringimur, Chriſtum ipſo facto pleniùs, ac luculentiùs veram amoris explicuiſſe naturam, quàm prædicta definitione Philoſophos. O bone Ieſu! ô ſuauiſſime hominum amator! Iam certè ad prædicandum, ad cognoſcendum, ad ponderandum tuum erga homines amorem, deficiunt verba, mens, ſapientia, Philoſophia naturalis, moralis, & ſuprema. Validiſſimam fateor mortis fortitudinem, quæ glorioſiſſimam animam tuam à venerando corpore diſſoluerit, nexum ſcindens firmiſſimum præcelſa tua diuinitate firmatum, præſertim, cùm ſeparatum iam ab anima corpus, vnitum diuinitati perſtiterit, ſicut anima perſtitit eidem vnita diuinitati: ſed quis non fateatur, non minùs validam tui fortitudinem amoris, qui tam diſtantia, tamque diuerſa connectat extrema, qualia ſunt corpus tuum, & ſubiectus criminibus homo, ſupremus Deus, & vilis terrigena; filius Dei, & Adæ filius? Deficit iam mens, & lingua Philoſophis, Theologis, deuotis, contemplatoribus, cælitibus. Altior eſt amor tuus, quàm definitione capiatur. Plena, & ſupereffluens amoris conditio, pleniſſima omnia, quæ amoris ſunt propria, in vno te agnoſco, atque perſpicio. At non plenè perſpicio, nec agnoſco; eo quòd maior amor ſit, quàm qui ab aliquo poſſit niſi à ſolo tuo capi corde. Hic iam verè te noſtrum profiteris cognatū; ſed nouo gradu cognationis, quem nec paterna quidē attingit conſanguinitas. Audio Chryſoſtomum benè prædicantem, te quidem his Euangelij verbis dicere nobis: *Volui frater veſter fieri:*

Ioan. 6. 56

Cyr. Alex. lib. 4 in Ioan. c. 17

Digitized by Google

carni propter vos, & ſanguini communicaui: vobis viciſſim ipſam carnem, & ſanguinem, per quæ cognatus veſter factus ſum, trado. Dixit Chryſoſtomus, quod potuit: at nequaquam potuit, aureo licet ore, pronuntiare vim, excellentiam, ardorem, ignem cognationis, conſanguinitatis, amoris, beneficentiæ, largitatis.

Chryſoſt. homil 61. ad popul.

Ardet amor tuus excogitans artes, quibus ſe nimium oſtendat amorem, amatorem te nimium, & amoris natura, & proprietatibus. Dic mihi, Domine, quidnam vidiſti in piſcatoribus, vt amore tanto ſis tenerrimè affectus erga eos, vt cœnare cum eis deliciæ ſint tuæ: lauare eorum pedes, iucundum ſit tibi? Quid vidiſti in his? Quid in nobis vidiſti? Quid in vniuerſis filijs Adæ, vt tam intima tibi vnias concorporatione terrigenas? Quid rationem ſciſcitor? Quid incitamentum? Quid fundamentum ad amandum? Amor nobilis eſt, amor liber, ingenuus, voluntarius, qui te fert in dilectos, nullum ex parte noſtra tam exuberantis dilectionis expectans incitabulum. Amas, quia amas: quòd ſi adhuc pergam interrogare, cur ſit talis amor tuus, vt ames, quia amas, nunquam quidem vlla apparebit tanti amoris cauſa, ſed reſolutio eſt, amas, quoniam amas. Agnoſcite vos, Auditores pij, diuinum ſcriptoris Ioannis acumen, aſſerentis: *Cùm dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.* Cùm diligat, diligit, nulla quidem eſt ex parte hominum tam nimiæ cauſa dilectionis, vt eos in ſe vniat gloriæ Rex, ſed ideo tam obnixè diligit, quòd diligat. Amor amor eſt, & cauſa amoris eſt amor. Quòd ſi is, quem amat, amoris eſt dignus, amor ipſe Dei præſtitit illi dignitatem. At nulla vnquam dignitas tam arctæ fuit vnionis digna, qua fiat homo Deo concorporeus.

Eia Chriſtiane, ſcrutare iam amorem tuum, tantone Chriſti amori ſatisfaciat. Amor nobilis eſt, nulla ſine amore ſolutione quieſcit. Imo, cùm tantus amor ſit, vt te vndecunque ſuis ambiat flammis, minimè quidem patitur, vt aliquid extra talem amatorem audeas diligere. Quidnam eſt, quòd puriſſimus ille homo, quem ſub electri ſpecie repræſentari diximus, commendata illa ignitus dicatur diſtinctione, *A lumbis eius, & deſuper; & à lumbis eius vſque deorſum?* Cur
Eze. 1. 27. non verbo dicitur igne plenus totus? Vtique puriſſimus deſignatur amor, impuro penitus excluſo. Metiendi enim, ſeu numerandi modus duplex eſt, alter, quo includuntur termini rei, quam metimur; alter, quo termini excluduntur. Si quæratis, quot pedibus conſtat Eccleſiæ huius latitudo, reſpondere debeo, dum metior latitudinem includens in menſura vtrunque parietem, pedes inuenio ſexaginta, ac quinquaginta tantum, dum ſolum metior ſpatiũ, parietibus excluſis. Homo igitur hic, qui à lumbis, & ſursũ eſt ignitus, poteſt ita accenſus intelligi, vt lumbi includantur ipſi, vt & lumbi nempe igniti ſint: poſſunt etiam excludi lumbi, vt nequaquam accenſi ſint illi, ſed quod eſt ſuper lũbos vſque ad verticẽ, ſimiliq; modo includi poſſunt, ac excludi, quũ dicitur homo ignitus à lũbis, & deorsũ. Quid ergo eſt, quòd diſtinctione hac referatur ignitus, cũ poſſet verbo vno ignitus cõmendari, ſi diceretur igne plenus intrinſecus à vertice vſq; ad pedes? Planũ

Digitized by Google

profectò indicium eſt, ab igne hoc excludi lumbos, ſi enim & hi cum reliquo flammeſcerent corpore: vno ignitus verbo diceretur. Quid rurſus eſt, quòd lumbi à flammis excludantur? Vtique quia ignis lumborum laſciuus eſt ignis: atque adeo non eſt diuini amoris flamma. Non petimus à te, quod proprium fuit Chriſti, ab huiuſmodi igne eſſe penitus immunem; ſed dicimus, extenuandum eſſe oratione, ieiunio, cilicio. Omnis itaque inordinatus rei cuiuſuis amor, cohibendus eſt, vt ſolo Dei ardeatis amore, & proximorum propter Deum. Eia igitur, Chriſtiane, ſcrutare cor tuum: vide, quo ignis genere exardeas: quo amore tuo tantæ debitum ſoluas dilectioni? Qua reuerentia procidas ad pedes Domini tui: qui tanta pedes tuos humilitate lauat, & extergit? Contremunt oſſa mea, quum tam diſparem video amoris ſolutionem: tam alienam ab humilitate reuerentiam. Amas ne tu Chriſtum, ſicut ipſe te diligit? Vide, obſecro, liquaris ne totus igne amoris in eum vt tam ſublimi vnione fruaris. Ipſe propter te liquatus eſt totus, *Sicut aqua* (ait) *effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens.* Pſal. 21.15 Vt diuinum hoc ſacrificium inſtitueret, fuit, ſicut aqua, liquefactus, ad effundendum ſanguinem ſuum in noſtrorum remedium peccatorum: fuit item cor eius, vt cera, liquatum, vt hoc ſacramento, quod ſacrificium ipſum eſt, nos ſibi intimiùs vniret. Quid faciemus nos? Certè & cor noſtrum ſimili amoris igne liquefieri oportet: ſiquidem ad cereorum duorum vnionem vtrunque liqueſcere neceſſe eſt: ideo dicit Sponſa: *Anima mea liquefacta eſt, vt loquutus eſt* ſponſus meus. Cant. 5.6. O amantiſſime Ieſu! O ſi anima mea liquaretur! O ſi totus liqueſcerem ego, vt tam diuina fruerer amoris vnione! At quis me liquefaciet, niſi ignis ipſe amoris tui? Video, illos omnes, & ſolos illos tui amore liquari, qui tui contemplatione rapiuntur. Tunc profunda tui cognitione incenditur in corde ardens ignis amoris. Eleua, Domine, cor meum ad intelligentiam & tui ipſius, & tui erga homines amoris, & eorum, quibus afficis nos, beneficiorum: tunc ardebit cor meum amore tui: tunc liquefiet, tunc vnietur tibi, gratia tua concurrente.

Amor erga Deum includit obſeruantiam mandatorũ eius. Scrutamini (rogo) auditores mei, corda intimè veſtra: ſi in hoc amatore colliquentur. Flammæ, ſi ita eſt, diſpergentur amoris, vt omnibus innoteſcat amor: quantò magis amatori ipſi, qui vſtione tanta ignitur corde? Veruntamen cum hoc amoris igne eſt & aliud amoris indicium obſeruata ab amatoribus lex dilecti Domini. Imo nullum apertius ſignum ardentis in cordibus veſtris amoris in Chriſtum, *Legem Dei qui frangit, non diligit eum.* quàm ardens obſeruandæ legis zelus. Textus conſpicuus eſt: non ſolus ille, qui à Chriſto ipſo ſæpe fuit repetitus, ſed & qui ante data ab eo documenta fuit ab Eccleſiaſtico prolatus: *Qui diligunt Dominũ,* Ecc. 2.19. *replebuntur lege ipſius.* Hoc eſt infallibile amoris indicium; ſi, qui te diligit, placitis tuis inhærere non deſinat. quod ſi plenus eſt tuus in Deum amor: te ipſum repleri placitis eius, planè conſequitur. Nec talis amor, quòd plenus ſit, calcandæ legis timorem excludit: imo tam filialis, quàm reuerentialis timoris perpetuus eſt comes. Vno

Digitized by Google

Eccl. 2. 19 vtrunque textu dicit Eccleſiaſticus. *Qui timēt dominum, inquirent, quæ placita ſunt ei; & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius.* Viliſſima eſt hominum indoles, ſi nobiliſſimo magiſtri, ac Domini erga eos amore fiant ipſi audaces ad contemnenda eius documenta. Imo inter homines vrbanos, ac nobiles, *primus diſcendi ardor nobilitas eſt magiſtri*, vt Ambroſius ait.

Ambr. li. 2 de Virginibus. ſub initium.

Amor noſter erga Deum includit amorem erga proximos.

Cæterum, cùm verus Dei amator ſancta lege eius replendus ſit totus; inſtituit nos hodie Dei filius in ea legis perfectione, qua totus homo abundè repleatur. Ardens amor in Deum cum amore in proximos coniunctus lex integra eſt, vt ipſemet Chriſtus docuit, dicens; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ.* Ideo ab initio iniunctum fuit vtrumque præceptum: alterum in Leuitico, alterum in Deuteronomio, & multò ante Adamo explicitum vtrunque. Vera etenim erga Deum dilectione tria prima Decalogi perficiuntur præcepta; extrema ſeptem, quę in hominum commoditatem ſunt lata, ſeruat exactè quiſquis proximos exacto diligit amore. Sed eleuauit perfectione altiore legem hanc extremo in agone Dei filius, quando in finem homines dilexit, nouum imponens eis mandatum, vt proximum ſuum diligat quiſque eo modo, quo ab eodem Chriſto diligitur ipſe. Quod non verbo ſolùm, ſed admirabili etiam docuit exemplo, lauans hominum pedes animo apertis verbis indicato.

Matt. 22. 37. Deut. 6. 5. Leu. 19. 18

Vt affectu, & effectu diligas proximos, tria inter alia vrgent incitamenta: amor Dei, bonum fratrum, & vtilitas tua. Amor Dei, quatenus, ſi diligis eum diliges conſequenter eos, quos vt diligas, impenſè vult ille. Eorundem bonum proximorum, propter opera, quibus, ſi amas, faues eis. Vtilitas tua, quoniam vtrique amori, in Deum, & fratres, qui vnus eſt amor, innixus aduolas ad cœlos. Doctrinam hanc expreſſam ego (niſi valde fallor) ore ſponſæ cognoſco, ſecundo Cantico clamantis; *Fulcite me floribus, ſtipate me malis; quia amore langueo.* Inaudita fulciendi ars: flores, & poma petit ſuſtentacula, quæ præ amore nimio nimis languet ſponſa; & niſi fulciatur, penitus deficiet. Flores hi, & mala iſta, varijs cùm ſcribantur verſionibus, propoſitam textus intelligentiam perſuadent. Origenis lectio ſic habet; *Confirmate me in myrrhis; quia amore langueo.* Scimus & amaram, nimis eſſe myrrham, & à corruptione præſeruare corpora: cur ergo remedio hoc ſponſa vti cupit, ne amore languida deficiat? Sanè, dum ſummerſa in contemplationis abyſſu ignitur anima ſupremæ amore bonitatis: tantę abſorbetur gurgite dulcedinis, vt cupiat iam amarum aliquid, imo acerbitates non paucas, quibus temperet dulcedinem, in manifeſtum amoris obſequium. Vix abſque doloribus propter dilectum ſuſceptis, vſque quoque probatur amor. Exilem exhibet dilectionis probationem; qui ſuaui ſemper fruitur vita. Addo, multum ſæpe miſceri acerbitatis pijs ipſis,

Canti. 2. 5.

Orig. ibi.

Chriſti paſſiones contemplationi perutiles.

Digitized by Google

quibus proximi iuuantur operibus, quibus quiſquis incumbit, nequit omnes ad vſque amaritudinis occaſiones effugere. Nam & ipſe Dei filius multa ob cauſam hanc fuit ſæpe afflictus agonia, fuerunt & ſancti omnes; ſed amaritudine hac, cum diuini amoris ſuauitate coniuncta, fulcitur ad cœleſtem anima conſenſum. Cur non cupies tu acerbis propter fratres myrrhis amareſcere, qui ſcis myrrhæ effectũ fulcrum tibi eſſe, quo ad gloriam properes æternam; cùm ipſe gloriæ Rex, qui nullo ad aſcenſum eget baculo, tuam ob ſalutem potatus felle, & myrrhato ſit vino? O dulciſſime Ieſu? Nunquid langues tu amore, vt acerbis fulciri cupias myrrhis? At qui langues amore. Tantus amor eſt, vt amore moriaris: amore ergo langues, ſi amore moreris. Audio te dicentem; Fulcite me myrrhis: quia amore langueo. Tam dulce quidem mihi eſt, felle propter homines potari, vt deficiam iam lethali ſanguinis ſudore prę dilectionis igne, quo acerbum propter eos deſidero interitum, adeo vt ipſo corroborer felle præ gaudio hoc, quo propter eos patiens, intime delector.

Cultus diuinus neceſſarius. Miſericordia operibus cum actis amoris in Deum coniunctis viuit anima.

Græca lectio habet, *Fulcite me vnguentis*, ſicque verterunt ſeptuaginta. Amor (ſicut diximus) inter Dei flores recreatur: ſed ex amoris Dei floribus ſalubre conficitur vnguentũ, quo Dei ipſius vngimus pedes, cultui eius intendentes; & vnguentum aliud, quo lenimus proximos, quo eorum langoribus medemur. Græca. ibi. sept. ibidem.

Originalis tamen Hebręa lectio his diſponitur verbis. *Fulcite me lagenis vitreis plenis vino.* Mirabile valde inſtrumentum fulciendi. Vitro fulciri vult; vino firmari. Imo nil fragilius vitro: nil faciliùs deturbat homines, quàm vinum. Quid dicemus? Magnum quidem amoris incitamentum eſt vinum: magnum & voluptatis: ſed delectat, & incitat, quum in vitro propinatur. Nam & impudici vinum amoris per vitrum intueri prohibemur: eo quòd per vitrum ſi ſpectetur; vrgentius cor, & oculos alliciat. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* Si carnalis amoris voluptas eſt vinum; quantò ſuauius ſpiritalis erit vinum amoris? Si voluptas illa tam fortiter illicit intuentium corda: quanto fortiùs attrahet ea diuini amoris vinum, in quo ſunt iucundiſſimæ deliciæ? Eſt ergo diuinus amor vinum: eſt forte ad attrahendum, ac delectandum: *Exultabimus, & lætabimur in te*, ait ad Deum ſponſa, *memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te.* Erit igitur vinum hoc forte ad confortandum: nihil ſiquidem ad reficiendum languentem hominem ſano præſtantius vino. Tanta eſt diuini amoris vis. Sed cur in vitreis phialis fulcit animam vinum; cùm vitrum ſit fragilitas ipſa? Certè, niſi in vaſe ſit, conſiſtere nequit; ſed diffunditur protinus vinum: ergo ſi amor in Deum vinum eſt, opus item eſt vaſculo: vas autem eſt amor erga proximos. Sicut enim quaſi vnum ſunt vinum, & vas, in quo aſſeruatur: ita ſunt amor vnus dilectio erga Deum, & erga proximos dilectio. Nec,

Hebræa. Prou. 23. 31. Can. 1. 4.

Digitized by Google

deficiente amore erga proximos, manet amor in Deum: quandoquidem *in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ*; nec amat Deum ille, qui non diligit fratres, quorum dilectionem omnino placitam ſcit Deo dilectionis defectum omnino diſplicitam. Illud magis mirabile: quòd vitreum ſit vas amor in proximos. Cur amorem in proximos vitreum dicamus ſcyphum? Vitreum profectò eſſe proximi amorem omnino oportet: non teſtaceum, non æneum, non ligneum, non argenteum, non aureum: tum ob puritatem, tum ob euidentiam. Luteum vas eſt carnalis amor: aureum, & argenteum amor auarus, qui non propter ſe, nec propter Deum diligit proximos, quos diligit, ſed ob ſperatam pecuniam, aut datam. Sit vt vitrum purus à carne amor: ſit purus à ſpe retributionis; ab omnique purus auaritia; vt diuino ſit hominis in Deum amori coniunctus, ſicut vrceo vinum. Sed & ob euidentiam vitreum eſſe requiritur. Dum continetur alijs vinum in vaſis, minimè apparet, quale vinum ſit, purum, an turbidum, ſanum, an corruptum; ſolo vitro non capitur deceptio: ibi quidem apparet tum vini præſtantia, tum impuritas. Talem itaque oportet eſſe proximorum amorem, vt per amorem hunc, quaſi per vitrum, cernatur purus in Deum amor: nec detur locus ambigendi, ſit proximi amor propter Dei amorem, ſit ve amor carnalis, ſit naturalis, ſit auarus. Ille, qui in proximos debitè fertur hominis amor, ab amore Dei procedit, ita vt ipſa, qua Deum diligo, charitas ardeat in me erga vos omnes, quos ideo diligo, quòd videam à Domino dilectos. Hoc eſt hodiernum Chriſti mandatum, *Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Timendum eſt, atque cauendum. Quum taliter tu diligis proximum, vt in eo amore non reſplendeat Dei amor perſpicuè magis, quam in vitro vinū pellucidiſſimo, ſuſpectus amor eſt; impurus, quàm ſpiritalis præſumendus.

Talis amor eſt, ô diuine amator, amor ſponſæ tuæ; amor animæ piæ, quæ te ardenter diligit. At nunquid & tuus erga eam amor vitreis fulcitur vaſculis? Firmiſſimus eſt ſuper vitam, & mortem amor tuus: quis dicat, vitro eum fulciri? Veruntamen ſi fortis, ſicut vinū, eſt amor hic tuus, langueſque tu amore, ſicut languet ſponſa, videtur vtique & tuus vitro amor inniti; cùm amor ipſe conditione ſua exigat vitreum fulcimentum, quandiu languet amator. O bone Ieſu! ô Ieſu pie! ô amator amans abſque limite! Vitreum fateor tui erga me amoris incitamentum fragilitatem meam; puſillitatem, & miſeriam, vt oculos in me piè, ac miſericorditer conijceres: at poſtquam vitrea vaſa hæc, animas dico noſtras, vino repleta vides charitatis, vaſis his delectatur amor tuus. O ardentiſſimum amorem! Vt plena ſint charitatis vino, reples diuina gratię tuę aqua vitrea vaſa hæc, quę infuſa purificantur gratia, manente puriſſima aqua ipſa, vt plenæ illa delectabiles ſint lagenæ noſtræ: ſuauiores, quum immiſcetur vinum feruoris actuum charitatis. Omnia igitur bona tuo nobis adueniunt ab amore; quo nobis affatim largiris ſpiritalium principium bonorum, medium, conſummationem, & augmentum.

Amor erga proximos ex amore erga Deum procedit: eſt que ſuſpectus quum non cernitur planè, ex diuino amore dimanare.

At

Digitized by Google

At verò antiquiores Hebræi in libro Midras Scarhaſcirim deduxerunt à nomine eſc,quod denotat ignem,nomen illud,quod Vulgatus vertit flores;ita vt dicat ſponſa: *Fulcite me duobus ignibus: quia amore langueo.* Ignis amor eſt; nemo ignorat ignem. Vnde duobus ignibus fulciri eſt,eſſe firmam amore erga Deum, & amore item erga proximum. Ab vno etenim ignito ligno diſpertitam nonnunquam videmus prodire flammam. Vnus amor eſt, quo Deum diligimus, & proximos, cùm hos propter eum diligamus;ſed eſt quidem amor diſpertitus, diſpertitus ignis flammis duabus. Fulcitur Sponſa vtroque amore iuxta eum ſenſum,qui in prædicta verſione manſit explicitus. Hebr. ibi.

Denique idipſum indicat vulgata verſio: & ſuper omnes luculenter. *Fulcite me floribus, ſtipate me malis:quia amore langueo.* Flores ad amorem (vt oſtendimus) ſpectant; atque adeo in loco hoc ad diuini ſponſi amorem. Ipſamet ſponſa explanat, dicens: *Dilectus meus mihi, & ego illi:qui paſcitur inter lilia.* Fructus autem malorum ad amorem pertinent fraternum. Hic namque non affectu ſolo contentus eſt;niſi & fructibus reficiat proximos;ſpiritalibus præcipuè fructibus. *Ego elegi vos*(ait Chriſtus diſcipulis)*vt eatis, & fructum afferatis:*id eſt,adiuuantes feruente charitate proximos veſtros,faciatis eos ſalubria fructificare poma virtutum.Non eget Deus fructibus noſtris;floribus amoris delectatur: omnemque fructum ad proximos referri vult, ſicque accipit eum ipſe, ac ſi proficuus ei eſſet fructus. Floribus itaque fulcitur, & fructibus amatrix; amore fulcitur erga Deum, & proximos: & ideo diuinus ſponſus, Dei filius adeo ſuggerit obnixè cum amore erga Deum, verum quoque in proximos amorem. Cant.2.16 Ioan.15.16

O amatorum typus,exemplum, ac regula, diuine amator hominum Chriſte! Tu verè nos amas vſque in finem: mandaſque amore exardens,vt proximos noſtros & affectu amemus, & effectu, eodem, quo te diligimus amore. Infunde hunc(quæſumus) cordibus noſtris. Omnia dedit tibi Pater in manus:ſuauiſſimos ergo dedit flores, quos tu manibus ferens, dum diſcipulos lauas, roſacea quidem aqua pedes lauas ruſticorum. Corda igitur noſtra inter amœnos amoris flores accende flamma amoris tui: accende & amore proximorum. Tu quidem liberè amas,& ingenuè:cùm dilexiſſet ſuos(ait Chronographus) in finem dilexit eos. Cùm diligas, diligis; nullo in nobis reperto, niſi quod ponis tu,incitamento dilectionis. Nos diligimus te efficaciſſimo incitabulo: quoniam te ſummopere dignum amatu iucundè perſpicimus. Tu quidem nos diligis,quia diligis:nos diligimus te,quia te diligere debemus. Debemus te vnicè diligere, & propter te fratres: ſed vt debitum tibi perſoluamus: præſta auxilium tu, quo à floribus gratiæ, ad gloriæ fructus tranſeamus.

Digitized by Google

IN EADEM COENA DOMINI.

SERMO II.

Ioan. 13. 3. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua.*

GRANDE opus, ſeu certè grandia ſunt opera, quibus nocte hac incumbit Dei filius: quandoquidem ea facere dicitur, eo quòd ſciat, & res vniuerſas eſſe in manibus ſuis, & inſtare ſui horam deceſſus, quo redit ad Patrem, à quo, quum in terram venit, exiuit. Quænam, dicetis, ſunt grandia iſtæc opera? Primum, humilis pedum hominum lotio; ſacroſancti alterũ inſtitutio ſacramenti, in quo dedit nobis corpus ipſe ſuum manducandum, bibendum item ſanguinem ſuum: hunc ſub ſpecie vini, panis illud. Concio item longiſſima, qua fideles ſuos circa præcepta omnia, tam quæ ab orbe condito propoſita fuerant, quàm noua aliqua, quæ Domini ipſius ſunt propria, præſertim veri erga proximos amoris. Qua finita, continenter proſequitur omnia, quæ narrantur, ab eo acta vſque ad horam illam, qua in cruce pendens Patri ſuo ſanctiſſimum cõmendauit ſpiritum. In quonam horum protulit Dei filius omnia, quęcunque ſunt grandia, vt ad eius executionem dicatur ſurrexiſſe à cœna ſcientem, quia omnia dedit ei Pater in manus? Ego quidem duo quàm primum video, quorum largitione vniuerſa dedit benigniſſimus Dominus: corpus ſuum hominibus, ſpiritũ Patri. Dans ſe ipſum Chriſtus, omnia, quæcunque in terra ſunt, & ſunt in cælis, abſque vlla præbet exceptione: *Quoniam*
Rom. 11. 36. *in ipſo ſunt omnia.* Dedit autem cum ſanguine in Euchariſtia corpus ſuum hominibus in eſcam: Patri Deo ſpiritum in cruce, quum dixit:
Luc. 23. 46. *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Quin etiam dum dedit nobis corpus, concomitanter dedit & ſpiritum; ſicut tradens ſpiritum Patri, obtulit ſimul corpus ſacrificium. Quid iam deeſt, vt dederit Chriſtus vniuerſa? Dicetis, gratia indigemus, & gloria. At nonne dabit duo hæc, qui dedit ſemetipſum, tum ſub ſacramento, quo ſibi nos ſtrictiſſimè vnit, tum ſacrificium incruentum in cœna, in cruce cruẽ-

tum nece cruentiſſima? Gloria æterna eſt: abundans gratia. Eo vſque abundans, vt non ſolam præbeat gratiam illam, qua oculis eius grati ſunt homines, gloriæque adſcripti ſempiternæ: ſed illam etiam gratiam, qua myſteria hæc & agnoſcant, & prædicent. O benigniſſime magiſter! Tu, qui diuinas manus tuas, in quibus ſunt omnia, ponis nocte hac ſub pauperum pedibus, mundans eos à luto: nonne pones nunc eas ſuper capita noſtra purificans ſenſus, tum ad prædicandum, tum ad percipiendum, quod profertur? Nonne qui ad lauandos lutoſos pedes, mittis in peluim calidam aquam, mittes noſtra in corda calidiſſimam: vt dum aqua munda purificatæ mentes, opera tua hæc igne amoris tui patrari cognoſcunt: aquæ eiuſdem calore te amatorem ſummum ſummo nos amore diligamus? Nonne tam vrentem infundes cordibus ignem, vt ex corde prodeat in linguam prædicantis, ex hac ad corda tranſeat audientium: ad præcordia, ad intimas medullas? Aberat à cœna mater tua; quia illic ſi adfuiſſet, ipſa vtique aquam præparaſſet, abluendiſque in peluim miſiſſet pedibus, ne totum in te incumberet onus: ſed non abeſt nunc: imo ſedula adeſt noſtræ ſalutis miniſterio, ſocia tibi ad noſtram & purificationem, & gratiam. Pro hac interponimus eam tibi, inuocantes eam eiſdem verbis, quibus illam ſalutauit Angelus, dicens; *Aue Maria.* *Aue Maria*

Amœniſſimus ille muſicorum præcentor ſpiritalium, qui diuinæ ſemper oblectabatur cantico laudis, omnes die quadam conuocauit ad chorum, vt iucundiſſimis, tum inſtrumentis, tum vocibus, quin & alacribus choreis admiranda Dei magnalia celebrarent. *Exultate*, ait, *iuſti in Domino; rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: benè pſallite ei in vociferatione.* Quænam mirabilia dicit celebranda? Primum, quod in Deo ipſo eſt: *Quoniam rectum eſt verbum Domini: & omnia opera eius in fide.* Deinde ordinem, quo ſe erga rationales habet creaturas: *Diligit miſericordiam, & iudicium.* Sequitur quod in terris operatur, *Miſericordia Domini plena eſt terra.* Poſt hæc mirabile cælorum artificium: *Verbo Domini cæli firmati ſunt; & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* quibus verbis & ſacroſanctam indicat diuinarum Trinitatem perſonarum, dicens, verbo diuino firmari cælos: ſancto virtutes cælicas ſpiritu. Inde ad mare deſcendit, dicens: *Congregans, ſicut in vtre aquas maris.* Concludenſque tandem narrationem, ait: *Ponens in theſauris abyſſos.* Digna ſunt hæc, quæ toto hoc apparatu, & maiori, ſi maior eſſet in terra, celebrentur: at qua ratione nouo celebranda ſunt cantico? Certè vniuerſa hæc ab orbe condito ſunt magna; nec hoc, quàm illo tempore maiora. Cælum, terra, mare nihil noui nunc habent, quod in ſæculi initio non haberent: nec minus antiquũ, quod erga homines exercet, & Angelos, miſericordia, atque iudiciũ: multoque antiquius omnibus tẽporibus, quod ad ipſum in ſe pertinet Deũ, rectitudo, fidelitas, Trinitas perſonarum diuinarum. Quid ergo narrat his pſalmographus

Pſal. 32. 1.

Pſal 32. 7.

Chriſtus cõtinet in manibus ſuis theſauros: & in theſauris abyſſos.

Digitized by Google

verbis, cuius gratia iubeat, nouum canticum ſonare? Nihil profectò reſtat, pro quo nouum reſonet canticum, niſi fortè vltimum illud, *Ponens in theſauris abyſſos.* An nouum hæc abyſſi in theſauris aſſeruatio? Quonam fundamento dicemus nouum quod, quidnam ſit, non liquet nobis? Nec enim callemus adhuc, quid ſit, ponere abyſſos in theſauris? Quòd ſi nondum ſcimus: quo modo nouum dicemus, aut vetus? Noua ſcripturarum cantica id, quod nouum eſt (vt arbitror) celebrant; Chriſtum Deum hominem: qui verus ab æterno Deus, factus in tempore homo verus, nouum omnino eſt: noua admiratio: quæ ad noua concitat homines cantica, & Angelos ad noua. Quidnam? Nunquid ſpectat ad Chriſtum admiranda hæc abyſſi in theſauris incluſio? Atqui nouum videtur, quòd in theſauris ponantur abyſſi: atque adeo ad Chriſtum pertinere. Si dixiſſet, in abyſſis poni theſauros, ſtupendam dixiſſet, non tamen nouam celſitudinem: eo quòd Dei diuitiæ non anguſtiorem abyſſo repleant locum. At in theſauris ipſis abyſſos includi, & eſt noua locutio, & myſterium videtur nouum.

Baſil in pſal. 32. 7.

Nec omiſit animaduertere locutionem hanc magnus Baſilius, aſſerens: videbatur dicendum iuxta communem loquendi formam, ponens in abyſſis theſauros potiùs, quàm ponens in theſauris abyſſos.

Theodor. ibi.

Non refert ad propoſitum hoc gloſſa, etſi vera, Theodoreti, eſſe nimirum Hebraicæ morem locutionis, vt comparationis dictio ſuppleatur, ita vt dum dicitur, congregans ſicut in vtre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos, debeat ſimiliter dici, ponens ſicut in theſauris abyſſos. Siue enim ipſis in theſauris, ſiue quaſi in theſauris ponantur abyſſi: eadem ſemper vrget difficultas: cùm theſauri potiùs in abyſſis, aut quaſi in abyſſis reponendi videantur. Quare Baſilius ipſe abyſſos intelligit immenſam Dei ſapientiam, quam Pſaltes ipſe alibi vocat abyſſum, dicens: *Iudicia Dei abyſſus multa.*

Pſal. 35. 7. Iob 28. 14. Auguſt. in pſal. 4. Iſid. l. 13. etymol. c. 20.

Præclarè ille quidem: aſt ego aliud item abyſſo profundius cogito myſterium: eſſe immenſum adeo Dei theſaurum, vt nulla abyſſo, nec abyſſis cunctis capiatur, eo quòd cunctis abyſſis ſit maior, profundior cunctis, cunctis amplior. Quapropter in theſauris potiùs ponuntur abyſſi, quàm in abyſſis theſauri diuitiarum. Hac propter quærenti Iob hanc Dei ſapientiam, *Abyſſus dicit non eſt in me*: quoniam profundior abyſſis omnibus ſapientia: cùm abyſſus, interprete Auguſtino, & Iſidoro, profunditas ſit impenetrabilis. Quæ ſi ita ſe habent: difficile eſt, quòd nouo ſint cantico efferenda: omni quippe tempore infinitæ fuere Dei diuitiæ.

Chriſtus theſaurus Dei vnicus.

O diuine Ieſu! ô gloriæ Domine! ô Patris theſaure, atque diuitiæ! Quomodo poſſet ſollicitus Iob in aquarum abyſſo pretioſum inuenire theſaurum, antequam è cælis deſcendiſſes, cùm Dei theſaurus ſis tu ipſe, & in te ipſo ſint theſauri Dei omnes? Quiſquis theſaurum Dei agnoſcit, te quidem agnoſcit, teque agnoſcit theſaurum; ignorat theſaurũ, & te ignorat; qui in te eſſe neſcit Dei theſauros vniuerſos.

Coloſſ. 2. 3

In agnitionẽ myſterij Dei Patris, & Chriſti Ieſu: in quo ſunt omnes theſauri ſapiẽtiæ, & ſciẽtiæ abſcõditi. Cãtate iã vos, fideles Chriſti, nouũ

Digitized by Google

canticum ei, & vobis nouum. Canticum illi nouum debetur, quo ſuprema hæc gloria ei ritè celebretur. *Omnia dedit ei pater in manus:* ſumma gloria eſt; nihil omnino eſt extra diuinas Chriſti manus:nulla omnino res, theſaurus nullus. In his quidem ſunt vniuerſi ſapientię,& ſcientiæ theſauri: ſumma dignitas : maieſtas ſumma : ſumma gloria. Vobis quoque ipſis nouum ouantes canticum concinite:gloria veſtra eximia eſt: grandis honor,& dignitas grandis. In pedibus veſtris ponit omnia Chriſtus, *Sciens,quia omnia dedit ei Pater in manus.* O fauſta vox! Magnus Dei filius, cui omnia dedit ei Pater in manus: nonne & magni vos,ſub quorum pedibus ponit omnia ipſe? Pedes hominum lauat manibus ſuis: ſupponit ergo ſuas eorum pedibus manus. Quòd ſi in manibus his omnia ſunt plenè: plenè quidem ſub pedibus hominum ſunt omnia. Nonne nobis ipſis nouum exultantes cantabimus canticum? Ecce poſuit iam abyſſos Deus in theſauris. Manus hæ theſauri ſunt Dei; & in manibus ipſis ſunt abyſſi: ſunt ergo iam abyſſi omnes in theſauris. Nonne abyſſus magna peluis hęc, aquæ plena ſalutiferæ, diuinis manibus infuſæ? Nonne abyſſus profundiſſima, quòd diuinis his manibus hominum pedes nimia lauentur charitate? Ponis, ô Deus, in theſauris abyſſos: in manibus his, quæ theſauri ſunt omnes, ponis hodie abyſſos profundiſſimorum myſteriorum. Excedit quidem omnem abyſſi profunditatem myſterium hoc fidei; quo miſeris Adami filijs corpus tuum manducandum porrigis hodie, bibendum tuum ſanguinem; non ſolùm nocte hac, ſed diebus omnibus vſque ad ſæculi finem manducandum, & bibendum. Quid iam ſummam dicam admirationem,quòd ea,quę ſunt in manibus tuis, nobis largiaris, eo quòd omnia tuis poſita in manibus adſpicias: cùm prębeas nobis & te ipſum,cibum,potum,conuiuium,dulcedinem,vitam,gratiam, beatitudinem? Omnia quidem ſunt in manibus tuis: ac conſequenter dans nobis te ipſum, omnia aduſque nobis munifice porrigis. Imo tu ipſe omnia prorſus es: das ergo nobis bona vniuerſa, theſaurorum abyſſos,dum tradis te ipſum, non in ſolas quidem manus noſtras: ſed in viſcera etiam,in pectora, & corda vnione tanta, vt maneas in homine, quem reficis, illumque in te manere, diuinitùs facias.

Non enim taliter poſita ſunt omnia in manibus Chriſti, vt ei data ſint gratuito (vt nobis) Patris dono, potuerintque non dari ei,ſi Pater dare noluiſſet; ſed ita ſunt data, vt propria omnino ſint ipſius Chriſti; nec potuerit fieri, vt ei non darentur in manus. Aut enim dicitur dare Pater in manus filij ſui res vniuerſas, quatenus Chriſtus natura ſua Deus eſt verus: aut in quantum eſt homo aſſumpta hominum natura. Poteſt quidem vtrouis intellectu rectè ſic dici. Primo ſenſu intellexere Chryſoſtomus, Theophilactus, & Euthymius: ſed animaduertentes: non ideo eſſe minorem filium Patre. Cùm enim dicitur communicare, filio Pater ipſum eſſe ſuum, vt verè communicat;non ita illud communicare putandus eſt, vt, quia liberè vult communicare,communicet,ſicut nobis dat liberè, quod

Chriſtus in quantũ Deus natura ſua continet omnia.

Chryſ. in Ioa. 13. 3. Theophi. ibi Euth. ibidem.

Digitized by Google

liberè vult dare, potueritque, aut poſſit non communicare illi ipſum eſſe ſuum, cùm filius Deus ſit æquè, ac eſt Deus Pater. Alioqui nec eſſet filius naturalis. Sed communicat ei eſſe ſuum naturali fœcunditate, ac emanatione, qua naturaliter procedit filius à Patre. Vnde conſequenter dicitur dare Pater filio omnia in manus ſuas: quoniam cùm Deus, qui omnia eſt; ſubſtantiam ſuam omnem naturali communicet filio; conſequens eſt, vt omnia ei communicet naturali quidem, non gratuita, aut liberę communicatione voluntatis. Sunt tamen doctores alij; qui intellectu ſecundo accipiunt textum; datas à Patre vniuerſas res in Chriſti manus, vt tanquam ſupremus hominum Rex vtatur rebus omnibus in eorum regimine, & ſalute. Vtraque eſt congrua interpretatio. At nihilominus etiam ſi Chriſto, prout homo eſt, dari in manus omnia intelligamus: eſt item ſenſu hoc verus Dominus eorum omnium, quæ in eius ſunt manibus: ſuntque res vniuerſæ propriæ eius, tanquam Domini proprij. Quoniam tametſi humanę Chriſti naturæ gratuito dono dederit Deus hypoſtaticam hanc, qua Verbo adnectitur, vnionem, potueritque, ſi voluiſſet, nunquam dare, ſicut ante incarnationem nunquam dederat: ac conſequenter eodem dono dederit ei in manus omnia cum vnione ipſa ei liberè data; poſtquam tamen vnio facta eſt, eſt quidem omnium Dominus Chriſtus abſoluta locutione, quoniam homo hic, ſicut eſt verè Deus, ita eſt Dominus verus.

Hic explicitum manet, qua ratione in Chriſti manibus ſint omnia: nunc procedendum ad rationem, ob quam fuerit conueniens, dici à Chronographo, Dominum ad opera hæc, quibus incubuit à lotione pedum vſque ad mortem, ſurrexiſſe à cœna ſcientem, quia omnia dedit ei Pater in manus. Planè quippe innuit, fuiſſe ad opera hæc omnino requiſitum, vt omnia in manibus haberet: alioqui fruſtra diceretur ſurrexiſſe ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus. Duabus de cauſis ita dictum exiſtimo: altera eſt completiſſimus bonorum omnium, quæ largitur hominibus, cumulus: ita vt ideo ad opera hæc ſurrexiſſe dicatur ſciens, omnia eſſe in manibus ſuis, quod ad hominum ſalutem, & gloriam amore nimio applicuerit omnia: altera ad ſignificandum, homines ipſos in eiuſdem Chriſti manibus eſſe. Itaque *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, conſequenter ſciebat, quia dedit ei Pater in manus filios hominum; quibus vt proſpiceret, conſuleretque, ocyus cœnam reliquit. Quaſi dicas tu; ſciens, quòd ſua omnia meis in manibus poſuerit Antonius: ſatago, vt filiæ ſuæ condignum quæram coniugem, cui nubat. Tenerum valde indicat Ieſu, & Patris eius in homines affectum ſecunda hæc interpretatio, ſeu ratio ſecunda, ob quam dixit Chronographus; *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*: & ideo rationem hanc primo proſequemur loco; deinde aliam; quæ ampliorem petit extenſionem. Simile.

Indicat profectò tenerum nimis amantiſſimi hominum Ieſu affectum erga eos, necnon adfectum Patris ſui erga eoſdem homines

annotatio hæc, qua dixit Chronographus hæc verba. Ideo à cœna ſurrexit Dei filius, quòd ſciret, Patrem ſuum omnia ſua in manibus eius reliquiſſe; ad eiuſque proinde fidelitatem ſpectare, vt ſollicitus properaret ad gerendam eorum curam, quos eidē Patri ſuo amantiſſimos ſciebat filios quos & Pater ipſe *cuſtodiuit quaſi pupillā oculi ſui.* Deut. 32. 10.
O ſumma Patris noſtri bonitas? Quidnā boni vidiſti his in filiolis, vt, quum tradis omnia in manus naturalis filij tui, primo filios hos commendes loco? Imo manibus eius ideo cōmittis omnia, vt ante omnia committas filios iſtos: quandoquidem in eum finem fieri eum hominem voluiſti, vt manibus eius fratres illius homines committeres? Oſtendunt luculenter adfectum hunc tuum, proprium Patris affectum illa, quæ Iſaiæ ore homini ſeruo tuo verba dixiſti: *Ne timeas quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi; & ſuſcepit te dextera iuſti mei.* O pie Pater! non ſolum audio placitum tibi, eſſe te ipſum cum homine ſemper, eique ſemper eſſe defenſionem, auxilium, munimentum: verum etiam, tum à te cōmitti in diuinas filij tui manus alumnum, & clientem. *Et ſuſcepit te* (ait) *dextera iuſti mei,* Chriſti nimirum, filij tui. Hunc enim agnoſcit nomine iuſti tui ſeruus tuus Hieronymus, cum cœteris: conſtatque ex verbis Ieremiæ, dicentis; *Hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter.* Ergo tu, amice, qui me audis, audi Deum Patrem, dicentem tibi: *Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines.* Deus tecum eſt. At ſi declinas tu, iam inde deſines eſſe cum Deo; nec erit Deus tecum, non quòd mutetur ipſe à loco, in quo aſſiſtit fouens te, atque cuſtodiens; ſed quòd declines tu, quòd diſcedas, quòd fugias, quòd repugnes. quid erit tibi: infœlix homo, ſi quàm fœlix es, dum audis Deum tibi dicentem, *ego tecum ſum;* tam fueris infœlix, ſi à te auerſum videris; ſi te dilapſum à manibus his vnigeniti ſui, quibus te commiſit cuſtodiendum?

Chriſtus fideliſſimus nutritius, ac cuſtos hominum, quos in manus ſuas commiſit Pater.

Iſai. 41. 10

Prouidentia Dei erga homines in eo ſumma eſt, quod cōmiſerit eos in manus filij ſui.

Hier. ibi. Dion. ibi. Haymo. eodem loco. Ier. 23. 6.

O tu fideliſſime Patri tuo fili Ieſu Chriſte; qui ſollicitudine tanta tueris hos, quos in manus tuas filiolos commiſit! Qui amore tanto tanquam filios defers manibus tuis: cuſtodis, ſeruas, protegis, defendis. *Quaſi nutritius Ephraim, portabam eos* (ait) *in brachijs meis.* Sed heu miſeros vos, ſi tam eximia dona, tam eximium amorem non agnoſcitis! Dolet ſummopere amator ipſe, dum videt vos inſcios, quòd ipſe teneat vos in manibus ſuis. *Ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis; & neſcierunt, quod curarem eos.* O cœcitatem! ô hebetudinem! ô inſipientiam! Neſcis, homo neſcis, quòd in manibus Dei ſis, eiſque protegaris; & cureris. O turpitudinem! Putaſne nutritium hunc tuum, ſicut homines hominum nutritios, aut remiſſum eſſe, aut infidelem? Vnus Lyſias fidelis quidem fuit Antiocho Domino ſuo: quo mortuo, *conſtituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adoleſcentem; & vocauit nomen eius Eupatorem:* ſed fuit infidelis eidem Domino Philip. Moribundus enim Antiochus ille, *vocauit Philippum, vnum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum:* qui vſus eſt ea, quę verbis

Ingratitudo hominū erga Deum.

Cœcitas hominum qui non vident, ſe in Dei manibus eſſe.

Oſee 11. 3

Fidelitas Chriſti cuſtodientis homines poſitos à Deo in manibus eius.

1. Macha. 6. 17.
1. Macha. 6. 14.
1. Macha. 6. 63.

Digitized by Google

his narratur fidelitate: *Reuerſus eſt Eupator Antiochiam : & inuenit Philippum dominantem ciuitati, & pugnauit aduerſus eum.* Non ſic nutritius hic; ſed fidelis adeo Patri ſuo, vt quos in ſuis ille manibus poſuit adoptionis filios non ſolùm tueatur, & cuſtodiat; ſed ſuo ipſe nutriat cruore, propria cibet carne.

Hîc iam in altera ſumus thematis noſtri expoſitione, qua diximus, ideo dici ſurgere à cœna Chriſtum, ſcientem omnia eſſe in manibus ſuis, vt ea omnia nobis ab eo dari minimè dubitemus. Vtque nobis ipſis lætiſſimi ob immenſas has, quibus ditamur hodie, diuitias, Deo nec non ipſi, ob tam munificam largitatem, nouum canticum canamus: operę pretium eſt, explicatiùs intelligere, Dominum hunc, qui ſeipſum cum omnibus, quæ in manibus habet, tradit nobis, verum eſſe Deum: indeque Deum probari verum, quòd omnia in manibus contineat: atque adeo quę præbet hodie nobis, omnia quidem eſſe, quæcunque ſunt in cœlis, & in terra. Nec fruſtra, cùm dicat ſcriptor Ioannes, *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, dicit Dominus ipſe: *Scitis quid fecerim vobis?* ſed eo dicit fine, vt profundiſſima conſideratione perpendamus, quid ſit dari nobis Chriſtum ipſum cum omnibus rebus; cùm in manibus habeat vniuerſas. Neque minùs expreſſa ſunt verba, quibus idipſum ſcripſit Apoſtolus. *Qui cum ſit* (ait ille) *ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ; purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis.* Ecce ediſſerit Paulus modum, quo habet omnia in manibus Chriſtus. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Propria quidẽ virtute ſua portat, nõ aliena; quamquã omnia hęc dedit ei Pater in manus: nec ex eo, quòd det ei Pater omnia in manus eius, ſequitur, quòd non ſint eiuſdem filij propria: cùm naturali omnia emanatione cõmunicet. Id quod ibidẽ exprimit Apoſtolus ipſe, vocans filiũ ſplendorem gloriæ: cùm naturali emanatione procedat à Sole ſplẽdor, etiam ſi dicamus, quod ſplendor Solis recipit à Sole ipſo totum eſſe ſuum. Nemo autem, niſi ſolus Deus, propria magnum aliquid virtute portat, nedum omnia abſque limite. Nemo vnquam prophetarum, aut patrum dictus eſt, mirabile aliquid propria portare virtute, propriavè facere magnalia: imo patres ipſi, quum aliqua faciebant mirabilia, non quidem propria, ſed Dei virtute ſe illa facere, planè confitebantur. Quod eouſque procedit, vt nonnulla opera, quæ alioquin facturus eſſet, omittat Deus facere, ne homines, quorum manibus fierent, arrogent ſibi, quòd propria fecerint virtute. *Deum, qui te genuit, dereliquiſti; & oblitus es Domini creatoris tui. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia prouocauerunt filij ſui, & filiæ. Et ait: abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum: generatio enim peruerſa eſt, & infideles filij. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo; & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor: iuuenem ſimul, ac virginem: lactentem cum homine ſene. Dixi; Vbinam ſunt? Ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne fortè ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent; Manus noſtra hæc, & non Dominus,*

Chriſtus Deus verus.

Ioã. 13. 12

Deus ſolus propria virtute operatur omnia.

Hebr. 1. 3.

Chriſtus, quoniam omnia operatur virtute propria, verus probatur Deus.

Simile.

Deus aliquando omittit facere aliqua quæ per manus hominum facturus eſſet: ne illi ſibi arrogent, quòd propria fecerint virtute.

Deut. 32. 27.

Dominus, fecit hæc omnia. Tanta eſt Dei prouidentia in præueniendo errorem hunc, quòd propria valeant homines virtute vincere inimicos: ne dum portare omnia verbo virtutis ſuæ. Eſt enim portare omnia virtutis ſuę verbo, portare omnia imperio ſuo, nutu ſuo, ac ſua poteſtate, quod ſolius Dei creatoris eſt proprium. Sic vbi vulgata editione ait cap. 4. Eccleſiaſtes, *Sermo illius poteſtate plenus eſt,* legimus in Hebræo: *Imperium eius plenum poteſtate.* Accedit verbi portandi ſignificatio, quę in Gręco originali eſt alere, ac ſuſtentare: ita vt Dei filius ſuo omnia imperio ſuſtentet, & alat. Eſt & conſona Chryſoſtomi lectio: verbo virtutis ſuæ omnia agit, mouet, moderatur. Eadem Oecumenij, & Theophilacti. Nec ſilentio prætermittendum vltimum illud: *Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.* Ideo etenim dicit Chronegraphus Ioannes, *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua,* purificationi ſceleratorum incubiturus vſque ad mortem: vt intenti animaduertamus, applicuiſſe Dei filium omnia, quę dedit ei Pater in manus in purificationem peccatorum, ſtrictamque valde inter Chriſtum ipſum, & purificatos homines vnionem, tum in Euchariſtia, tum in cœleſti æternùm beatitudine. Benè item infert Sanctus Chryſoſtomus Chriſti diuinitatem, ex eo quòd ad maieſtatis dexteram ſedeat in excelſis: rectè: necnon dixit Ambroſius; *Per dexteram, magnitudinem demonſtrauit honoris.*

Hebrææ Eccl. 8. 4. Græca. epiſtol. ad Hebræ. 1. Chryſ. ibi. Occumen. ibidem Theophil. ibi. Chryſ. ibi. Ambr. ibi.

Ipſe itaque Deus eſt homo hic, qui in manibus ſuis habens omnia, in noſtram applicat ſalutem, & gloriam: quanam gratitudine ſciemus nos tam eximium donum, imo dona plurima æſtimare? Nouum canamus Deo canticum: licet nouum ſit, tempore mortis Domini canere famulos, aut ſeruos. Fateor nouum: ſed quid poteſt nocte hac eſſe non nouum, vbi tam ſtupenda adſpicitur nouitas, vt lauet Deus ipſe manibus ſuis hominum pedes: vniat ſibi homines nexu ſtricto adeo, vt vnum iam ſint homo, & Deus ipſe? Quid nouum dicam? Pluſquam nouum dixero: cùm videam, oppoſito agendi cum hominibus genere vſum Deum noſtris, & antiquis à ſæculo temporibus. Ineunte mundo nullum in ſe ipſo habens puluerem Deus, fecit manibus ſuis ex puluere hominem; nunc puluerem habens in ſeipſo, aufert puluerem ab homine manibus ipſe ſuis, quibus benignè lauat pedes eius. Poſuit quidem olim in homines puluerem, iuxta textum illum; *Formauit igitur Dominus hominem de limo terræ:* quæ verba legunt Septuaginta; *Accipiens puluerem è terra:* nunc habens in ſe ipſo humanam Deus naturam, quæ puluis eſt, cùm legat in Hebræo originali Auguſtinus, *Formauit hominem puluerem terræ,* tangit nocte hac ſuis puluerem manibus, auferens illum ab hominum pedibus: ſicque eos à ſordibus purificans. Tunc *inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ:* nunc progreditur vltra, infundens ſe ipſum homini ipſi, ipſumque in ſeipſo hominem includens, quod verbis his explicat: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Tunc inſpirauit inſpiraculum vitæ naturalis, quo *Factus eſt homo in animam viuentem:* nunc in-

Deus humanatus aliter iam agit, quàm agere ſolebat cum hominibus.

Gen. 2. 7. Septuag. in Gen. 2. 7. Hebr. ibi. Aug. lib. 3 de ciuitate. Gen. 2. 7. Ioa. 6. 56. Gen. 2. 7.

Digitized by Google

grediens ipſe hominem ipſum, eſt ei vita ſempiterna, quam verbis
Ioan. 6. 59 illis facit notam; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Vn-
de factum eſt, vt temporibus illis delinquente ab homine abſtulerit
Deus vitam, quam infuderat, ſeu quem infuderat ſpiritum, dixerit-
Gen. 6. 3. que peccatis iratus: *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æter-
num quia caro eſt*: quod opere compleuit, priuans homines vita im-
miſſo diluuio, reſeruatis octo Noeticæ familiæ perſonis: nunc de-
linquentibus frequenter hominibus benigniſſimè ignoſcens: iterum
ſe atque iterum inſundat, dans ſe eis cibum, dans & potum, vt vita
Ioa 6. 54. æternum conſeruetur; cùm dicat ipſe verba hæc; *qui manducat meã
carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.*

Ecce nouitas ſumma, collatis his incarnati Dei operibus cum
primo mundi initio, in quo condidit hominem; cumque initio ſe-
cundo, quo aquis diluuij reformauit. Quæ, vt vndecunque co-
noſcatur nouitas; cum ſequenti mundi initio conferenda eſt; in quo
ſegregauit peculiarem Deus populum ſibi: Abrahamum eligens po-
puli parentem. Tunc intrans Deus domum aliquam hoſpes, exci-
piebatur reuerenter lotione pedum eius, oblatoque panis, carnium,
lactis ac butyri conuiuio; nunc aliena hoſpes in domo lauat ipſe be-
nignè hominum pedes, dat ſeipſum conuiuium, carnem, panem,
butyrum: lactat item diſcipulos, proprij lacte pectoris. Illo itaque
Gen. 18. 3. tempore *cùm* Abraham *eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri:* *Trinitatis*
quos cùm vidiſſet occurrit, in occurſum eorum de oſtio tabernaculi, & *diuina my-*
adorauit in terram. Et dixit: Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, *ſterium Ab*
ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pe- *rahamo*
des veſtros. Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque *oſtenſum.*
*ei: Accelera: tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes:
Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum,
& optimum, deditque puero, qui feſtinauit, & coxit illum. Tulit
quoque butyrum, lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis:
ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore.* Tribus his viris diuinas deſignari
perſonas, quæ cùm diſtinctę ſint perſonæ tres, ſunt vnus Deus, ſæ-
pe (vt credo) audiſtis; cùm nemo ex doctoribus aliter intellexerit.
Indicat ipſa Abrahami locutio, qua alloquens vnum, tres alloque- *Reuerentia*
batur: *Ne tranſeas ſeruum tuum: ſed afferam pauxillum aqua, & laua* *quanta ab*
te pedes veſtros. Indicat reuerentia, qua *adorauit in terram*: qua di- *Abrahamo*
xit: *Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis:* qua ſe vocauit eorum *cultus Deus*
ſeruum: qua attulit ipſe lauandis aquam pedibus: qua tanta pran- *in figura*
dium feſtinatione parauit; qua ipſemet miniſtrauit eis edulium: qua, *oſtenſus illi.*
dum comederent, minimè ſedit coram eis: ſed, cùm eſſet ſenex
centum annorum, *ſtabat iuxta eos.* Quæ omnia non ſunt caſu dicta
ſed vt perſonæ tres vnus agnoſcantur Deus. quòd ſi non lauit pe-
des manibus ſuis Abrahamus: ſatis apertè liquet, minimè id ex re-
uerentiæ incuria omiſſum, cùm & aquam lętus attulerit ipſe, & in
actibus cunctis profundiſſima reuerentia perhibeatur proceſſiſſe.
Quæ cum tam fuerit exacta, credit Auguſtinus, neque hoc illi de-

Digitized by Google

fuiſſe: ſed quum dixit, lauate pedes veſtros, planè eum dixiſſe, pedes veſtros lauari ſinite. Concordat alia littera habens *Lauentur pedes veſtri.* O ſuauiſſime Deus! ô Deus benigniſſime! ô humaniſſime Domine! ô dulcis amice! ô amantiſſime Pater! ô magnificæ manus omnia continentes, & omnia munificè præſtantes! Vnde, Domine, vnde? Vnde comitas erga homines tanta? Hoſpes ingrederis nocte hac hominum domum: fit pedum lotio: at quis quem lauat? Cuius pedes lauantur? Cuius lauantur manibus? Non pedes tui manibus hominum: ſed eorum pedes manibus tuis. Quis non admiretur? Quis non ſtupeſcat? Quis non hæreat? Non trium ſolos lauas hominum pedes: ſed quater trium: hominum ſcilicet duodecim. Nec recuſas in terram cadere, dum lauas; imo genu ante eos flexus, lauas eos. Cadit mens mea: nec erigi valet ad tam profundæ conſiderationem humiliationis ſupremæ maieſtatis. Infixus eſt omnipotens Deus genibus ſuis terræ, quam homines terunt pedibus ſuis: quomodo infigeretur, niſi vnita ei eſſet ipſa hominum terra? Quis dubitat limoſum fuiſſe locum, in quo erant pedes peccatorum? Ex limo formatus eſt homo: *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*: genua ergo Chriſti, ſicut Chriſtus ipſe in quantum homo, eodem ex limo ſunt formata: vnde & infixa limo, quo pedes ſordeſcunt eorum hominum, qui aſſiduę intendunt piſcaturæ. Illumem Bernardi audiamus ſententiam. *Loquitur Chriſtus in pſalmo: Infixus ſum in limo profundi. Limum quidem nos eſſe manifeſtum eſt: quoniam de humo plaſmati ſumus: ſed tunc quidem limus paradiſi fuimus, nunc verò limus profundi. Infixus ſum* (inquit) *non pertranſij, non receſſi. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.*

Augu. ſer. 70. de tẽpore.
Alia littera.
Gen. 2. 7.
Bern. ſer. 4 in Vigilia Natiuitatis.
Pſal 68. 2.

Dat pręterea factus homo Deus cibum, & potum nocte hac eiſdem hominibus in eadem domo, in quam hoſpes exceptus lauat pedes. Dat corpus ſuum vitulum optimum tenerrimum; quo ſe ipſo deſignari, innuit in filij prodigi parabola; dum benigniſſimus Pater perditum filium ad ſe iam redeuntem, ac diſſipatas viuendi rationes maturè colligentem, piè excipiens, dixit ad ſeruos ſuos; *Adducite vitulum ſaginatum. & occidite; & adducemus, & epulemur; quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt.* Vbi interlinearis gloſſa: *Chriſtus vitulus ſaginatus, omni ſpirituali virtute opimus; vt pro totius mundi ſalute ſufficiat.* Vtque panem quoque cum carne præbeat manducantibus, ſicut Domino ipſi dedit Abraham cum vitulo panem: dat carnem ſuam ſub panis ſpecie, vocatque ſe ipſum panem, dicens: *ego ſum panis vitæ: ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcendi.* Eſtque panis hic præfiguratus ſubcinericio illo, quem appoſuit Abrahamus: vt apertiùs conſtat ex eo, quòd manducans Elias allatum ſibi ab Angelo ſubcinericium panem. *Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb.* Nec ſegnior feſtinatio Chriſti in peragendis nocte hac tot humilitatis, charitatiſque actibus, quàm prędicta illa ſolliciti

Luc. 15 23
Interlin. ibid.
Euchariſtiæ ſacramentum præfiguratum pane ſubcinericio, agnoque paſchali.
Ioa. 6 4.8.
3. Reg 19. 8.

Abrahami; imo longè feruentior; cùm ne vno quidem ceſſauerit momento ab illis, quibus noſtram ſalutem operatus eſt greſſibus, ex quo ſedit ad cœnam vſque ad inſtans interitus, in quo Patri tradidit ſpiritum ſuum. Fuitque tanto plena myſterio feſtinatio hæc, vt multa ante ſęcula legatur commendata in eſu paſchalis agni, ſubcinericijque panis, qui egreſſis ab Ægyptiaca ſeruitute Iſraelitis fuit

Exo. 12. 5. (vt legimus) viaticum. *Erit autem agnus abſque macula: immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes. Renes veſtros accingetis: & comedetis feſtinanter.* O amantiſſime Ieſu! quàm feſtinus te ſollicitat amor! Ne punctum quidem pateris moræ in noſtræ operibus ſalutis. Non ſolo in prandio feſtinus es, vt Abrahamus; ſed in eo etiam, in quo Abraham non ſcribitur celer, vt ſe linteo præcingeret, ſicut te præcingis, & ad extergendos, quos lauas pedes, & ad maturanda noſtræ opera ſalutis. Quis dubitet, appoſitum à te in conuiuio hoc & vltimum illud, quod tibi pius appoſuit ſenex, butyrum, & lac: ne quid deſit lautitiæ conuiuio huic, in quo & tu ipſe edulium ipſum? Lac iam video porrigi: imo ipſo tuo pectore iu-

Ioa. 13. 23. cundè lactari dilectum tuum. *Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus*, dum ſederent ad cœnam. Vbi igitur tanta dilectus oblectatione lactatur: quis putet, lactis craſſitudinem, butyrum videlicet, deeſſe? Imo ad huius butyri ſuauitatem, quòd nimia ſit, multò ante eramus inuitati fauſtiſſimo Iſaię

Iſai. 55. 1. præconio illo: *Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, venite, & comedite: venite, comedite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Audite audientes me, & comedite bonum: & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* Ecce in menſa hac vinum, & lac: vinum in ipſius Domini ſanguinem conuerſum: lac, quo lactatur recumbens in eius ſinu dilectus: eſt ergo & butyri craſſitudo. Imo ſuauiſſima illa, qua delectatur diuinitùs anima. O inſenſate Iuda! Cur ſaginatum vitulum vendis, diuina te craſſitudine priuans, vino, lacte, carnibus, & pane? Vendis propter argentum: quoſnam cibos emes argento iſto? Si propter victum quæris argentum: ecce *Abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Ecce inuitat Deus homines, dicens ad omnes, tam abſentes, quàm adſtantes: *comedite bonum*; tu vendens Dominum, comedes malum, quo infœliciter crepas medius, & viſcera tua diffundantur.

Mat 26. 7
Ioa. 12. 4. quòd ſi ob inuidiæ liuorem vendis magiſtrum, propter ea quòd videas, pretioſiſſimo leniri pedes eius vnguento quod ex alabaſtro effudit mulier: ecce butyrum in manibus Ieſu, quo pedes tuos mulcet, dum abluit. Vt quid enim à cœna, vt lauet pedes, ſedulus ſurgit *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, ſi ad lauandos pedes,

Iob. 29. 2. aut butyrum ei deeſſet, aut vnguentum? Scito, aut recordare, pedes iucundiſſimè demulceri butyro. Audi Iobum dicentem; *Quis mihi* *Butyro lauare pedes.*

Iob. 29. 6. *tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me? Quando lauabam pedes meos butyro: & petra fundebat*

Digitized by Google

Sacerdotes ordinati à Chriſto nocte cœna.

Iudas laqueo ſe ſuſpendit præ dolore de vendita re omnium pretioſiſſima propter infimum pretium.

Auaritia concitat homines, vt laqueo ſe ſuſpendant, quum vidit pecuniæ ſuæ iacturam aliquam.

mihi riuos olei? Olei flumina effundit è manibus ſuis diuinus Magiſter nocte hac fœliciſſima, in qua ſacerdotes ordinat diſcipulos: habet ergo in eiſdē manibus butyrum, quo demulcet pedes hominibus, quorum manus vngit ſancti Spiritus vnctione. Quod ſi corporeo oleo noluit vngere illos, vſus excellentiæ poteſtate, inſtruxit tamen eos arte, qua cęteri in ſacerdotes ordinādi, oleo vngerentur conſecrato. Audi, Iuda, Iobū, lamentatur tranſacti memor tēporis, in quo lauabat butyro pedes ſuos: quantò acerbiore deflebis tu lamētatione, noctis huius recordat⁹, in qua lauātur pedes tui manibus his butyro ipſo leniores? Non dubiū eſt, quin tanta priuatus ſuauitate, ſis præ triſtitia reſtē collo tuo ligaturus, qua prauè ſuſpenſus manibus tuis, mortem tibi miſerè conſciſcas. Quis auarus ſe pecuniæ cauſa iniecto faucibus ſuffocat laqueo; niſi quum ob magnam mœret pecuniæ iacturam? Hac etenim pruriens auri cupiditate, laqueo ob amiſſas opes, ſuffocauit ſe Menippus Fœnix; vt Laërtius ſcribit. Quid dicemus, videntes laqueo ſe ſuſpendere Iudam, quòd acceptis triginta in pretium argenteis Dominum vendiderit? Planè vtique conſtat, ſuam miſerum iacturam agnoſcere infinitam, ſeque immenſa deceptum ſumma, qui propter triginta, quos accepit argenteos, amiſit omnia, vendens eum, *Cui omnia dedit Pater in manus.* Scimus, ideo lauaſſe Iob butyro pedes ſuos, quòd eſſet tunc moris vngere conuiuarum pedes pretioſis vnguentis, quoties ad opipara inuitabantur conuiuia: vt tum de Athenienſibus, tum de alijs nationibus ſcribit Athenæus, præſertim ex Antiphone, & Trophonio: ſcribunt necnon Plinius, & Fuluius Vrſinus; conſtatque vſitatum apud Hebræos ex hac eadem vnctione, qua inuitati à Simone vnxit pedes Chriſti Maria Magdalene. Sed altius eſt, quod in Græco originali habet Iobi textus, in quo pro pedibus ſcribuntur viæ: iuxta quod legunt Septuaginta; *Fluebant viæ meæ butyro, & montes mei fluebant lacte.* Quo ſignificatur vberrima bonorum Iobi abundantia, qua ſe priuatum lamentatur. Facit benedictio Aſer, quæ eſt in Deuteronomio: *Aſer tingat in oleo pedem ſuum*: nomen enim Aſer benedictionem deſignat, & opes. Amara Iudæ lamentatio, qui ſe butyro hoc priuatum agnoſcit; tum quo manibus Chriſti pedibus mulcebatur ipſe: tum quo locupletiſſima vniuerſarum rerum benedictione manus ipſas ſcatere meminit, ſiquidem *Omnia dedit ei Pater in manus.* Pœnitens de iniuſta Lenni nece, tradidit ſe ipſum Starcaterus Hethero occiſi filio perimendum, cùm eſſet Danorum Rex; Lennus homo priuatus populi ſui: quid faciat Iudas, qui longè atrociore iniquitate tradidit tortoribus Regem ſuum, ſeque infelix ipſum priuauit bonis omnibus; cum in Chriſti manus omnia dederit Pater, & hominibus omnia Chriſtus ipſe? *Pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.* Acutiſſimus cordis dolor, qui tanto hominem perculit angore, vt noluerit viuere; non obſtante, quòd, cùm in eius, quem impie vendidit, manibus ſint omnia; conſequenter ſit eiſdem in manibus, plena ad dimittendum, etiam proditori ipſi peccatum poteſtas, & pietas.

Butyro fluere vias, eſt viuere in omnium rerum abundantia.

Diogenes Laërtius in vitis Philoſophorum.

Athen. l. 12. & 15.

Pli l. 15 c. 3.

Fulu. Vrſ. appendice ad Tricli nium Petri Ciaconij.

Mat. 26 7

Marc 14. 8.

Ioan 12 2

Græca Iob 29.

Septuag. ibi.

Deut. 33. 24.

Saxo Grāmatic l. 1. Danicarū hiſtoriarū

Matt. 27. 3

Verum enim verò ſecunda hæc thematis expoſitio adhuc bifor-

Digitized by Google

mis eſt. Diximus, eo fine dici ſurrexiſſe Dominum à cœna ſcientem, omnia eſſe in manibus ſuis: vt intelligamus, quòd in id ſurrexerit, vt poneret ea omnia ſub pedibus hominum, ad quorum lotionem ſurrexit à cœna. Nunc iam dicimus, hunc Domini finem duobus compleri effectibus: quorum alter eſt perfectiſſima hominum locupletatio, huncque hucuſque ſumus proſecuti: alter extirpatio peccati, quem hinc iam ediſſeremus. Fateri igitur oportet, profundiſſimas eſſe, atque in cuius manibus ſunt omnia; vt omnia in redemptionem offerrentur. Non parùm proderit huius cognitio veritatis, vt tanquam ſummè horridum deteſtemur peccatum: quod tam peſſimus eſt morbus, vt nullius hominis expenſis purgari queat, niſi illius, qui omnia habens in manibus, ad purgationem hanc applicat omnia.

Peccatum ſummopere deteſtabile. Satisfactionem pro peccato plenã nullus homo purus poſſit exhibere Deo.

S. Tho 3. p. q 1. art. 2.

Concors eſt Patrum ſententia, nullum, niſi ſolum illum, qui Deus ſit, hominem potuiſſe pro peccatis Deo ſatisfacere perfectè, æqualiter, condignè, ſeruato iuſtitiæ rigore: quoniam quantauis refulgeret gratiâ talis homo, aut Angelus: adhuc eſſet arctior dignitas eius, ac poteſtas, quàm quæ ad huiuſmodi purificationem exigitur. *Quo pacto vnus* (ait S. Cyrillus) *pro omnibus mortuus iuſtum pro omnibus pretium exoluere poſſet: ſi perpeſſionem illam puri cuiuſpiam hominis eſſe dicamus?* Baſilius item: *Non homo nudus, ſed homo Deus, Ieſus Chriſtus: quia nullus alius poterat condignum offerre pretium.* Sic Doctores reliqui.

Cyril. epiſtol. ſeu exegeſi 1. ad Valer. de Verbi incarnat. Baſil in id pſal. 28 Redimit homo.

Præclarè lucebit veritas hæc, ſi relata illa, & Ioannis, & Pauli verba conferamus. Ioannis verba ſunt: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad* Deum *vadit, ſurgit à cœna,* proſequiturque greſſus vſque ad mortem: Pauli verba: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ: purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.*

Hebr. 1. 3.

Ecce quod Ioannes ait, ſurgit ad purificandos peccatores. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, ait idipſum Paulus verbis illis, *Portans omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens.* Item quod ait Ioannes, *Sciens, quia à Deo exiuit,* dicunt id Pauli verba, *Cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* Præterea illud Ioannis dictum, *Sciens, quia ad Deum vadit*, eſt conforme illis Pauli verbis, *Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.* Quis non videat, verbis his apertiſſimè oſtendi, ad purificandos peccatores, ac diuinę gratiæ conciliandos, requiri perſonam illam, quæ omnia habeat in manibus ſuis, ſitque conſequenter Deus verus: ſiquidem nemo alius habet omnia in manibus: præſertim portans verbo virtutis ſuæ? Quis non videat, quàm peſſima ſit peccatum ægritudo; quæ nullis, niſi vniuerſarum rerum ſumptibus curatur? Quis non caueat ſibi à tam peſtifera ægritudine?

Simile.

Quis, quum teterrimo hoc infectus eſt morbo, non properat velox ad vnum illum, in cuius manibus ſunt omnia, ad medicamentum requiſita? Quis laborans charadibus grauatur confugere ad Chriſtianiſſimum Gallorum Regem, cuius ſolis in manibus hanc Deus poſuit curandi virtutem? Solus Chriſtus eſt Rex, Rex ſimul, & medicus, cui *Omnia dedit Pater in manus*, ad omnia ægritudinum genera, tam corporis, quàm animi ſananda: quis ad

Galliæ Regi Chriſtianiſſimo data à Deo gratia ſanandi homines à charadibus.

Digitized by Google

illum ſe recipere tardet, & ſi capienda ſint itinera plura, quàm quæ ad Galliam ſumunt Aſiani? Ipſi etiam potentiſſimi Reges ad ſupremum hunc Regem profunda accurrunt reuerentia, vt & præſeruentur ab huiuſmodi morbis; &, ſi infecti ſunt, manu eius curentur. Quis Salomone potentior, aut doctior? Hic, dum integer viguit; dicere ſolebat; *Ego os Regis obſeruo, & præcepta iuramenti Dei. Ne feſtines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne, quod voluerit, faciet; & ſermo illius poteſtate plenus eſt.* Regem Deum obſeruari à ſe profitebatur Salomon; non enim erat ei præter Deum Rex vllus. *Ego*, dicebat ille, *os Regis obſeruo*: nempe, vt Hieronymus, & Albinus exponunt, ita pendens ſum à Dei ore, à verbis eius, ab eius imperio, nutu, voluntate; vt abſque ſcrutinio, ſeu diſcurſu, curram ad executionem feſtinus. Nec ſolùm ſe id exequi volebat, ſed omnes homines idipſum hortabatur, dicens; *Ne feſtines recedere à facie eius*: quæ verba in Hebræo originali ſic habent; ne præcipiteris, vt putes, fugere te poſſe. Reddenſque cauſam, ait; *Quia omne, quod voluerit, faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt.* Solus hic habet in manibus omnia: ſolus portat, agit, moderatur; ſolus diſponit omnia verbo virtutis ſuæ. quis igitur tam eſt inſenſatus, vt audeat offendere eum, cuius ſermo eſt plenus poteſtate; plenus, ne quid excogitari poſſit, quod ille facere non valeat ſolo verbo ſuo, ſolo nutu, regimine, imperio? quis negligat obſeruare os illius, qui omne, quod voluerit, faciet? Si omne, quod voluerit, faciet, eſtque poteſtate plenus ſermo eius: quis morabitur obedire illi, cauſas diſcutiens, aut examinans, ob quas iubeat, quod iubet, ac diſponit? Si ille, qui cognomento ſapientis agnoſcitur, Rex Salomon, obſeruandum abſque indagine vlla Domini os, ac nutum prædicabat, atque à ſe obſeruari gloriabatur: quis integræ mentis geret ſe ita, ac ita viuet, vt non pendeat iugiter ab ore, ac nutu eius? qua tu facie audebis à facie recedere illius, in cuius manibus ſunt omnia, vt te ſanet, redintegret, fortificet, augeat, locupletet, vniatque ſibi ipſi; vt ipſe in te maneat, & tu in eo? Quis præſumet effugere manus Domini illius, in quibus ſunt omnia: vt fugitiuum ſtatim apprehendat, liget, ſtringat, plectat, torqueat, verberet, diſijciat? Quis ex Regibus terræ habet omnia in manibus ſuis: aut ſaltem habet vnum aliquid in manibus, nutuve ſuo abſque renutu perficiendum? Quis Cyro potentior, maior Xerxe inter dynaſtas? Et tamen nec hic paruulo maris ſinui; nec valuit ille flumini imperare. Iratus in Gyndem flumen Cyrus; quod dicatum Soli traijcientem equum ſuffocaſſet, cæcam ipſe proceſſit in vltionem: ſed quid valuit? Mille ſciſſuris puniri iuſſit flumen, quibus innumeri incubuere miniſtri, donec in trecenos ſexagenos alueos ſummo diuiderent labore: ſed non conſumpſit Regia flumen poteſtas: imo flumen vnum plures eſſe fecit, quum illud conſumi iuſſit. Xerxi non paruit paruulus maris ſinus, Helleſponticus ſcilicet; qui pontes ab eo ſtructos renuens ſuſtinere; vndis ſuis vno repulit

Obedientia Deo abſque ſcrutinio in omnibus debita.

Curioſitas propellenda: ne quis ad parendum Deo vtatur indagine, ſcrutãs, cur ſic faciat.

Eccl. 8. 3.

Hieron. ibid.

Albin. ib.

Hebræa ibi.

Digitized by Google

Herodot. l. 1. & 5. Seneca l. 3 de ira c. 21 Seneca l. 7. de ira.

impetu, penituſque diſiecit. Propter quod ira percitus iuſſit, ſinum illum trecentis ſuſtigari verberibus. Factum primum narrat Herodotus: Seneca ſecundum, & primum. Sed vos, auditores, ſcitis, quantùm ſenſerit flagellum aqua: quanti fecerit Regis aut iuſſum, aut vltionẽ. Solus diuinus Rex noſter, omnia in manibus habens, ſiſtere iubet flumina, & mox ſiſtunt, retroque cedunt, quum iubet retrocedere, vt quum tranſuecta per Iordanem arca teſtamenti; *Steterunt aquæ in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes, apparebant procul ab vrbe.* (Ioſue 3. 16) Iubet vaſtum mare non modò ſuſtinere ſuperpoſitos pontes, verum etiam fieri pontem mare ipſum: fitque ſtatim pons mare ſolidiſſimus. Nam & Petrum iuſſit per mare ipſum, quaſi per pontem, ambulare, quum *Deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum*: (Matt. 14. 29.) & Dominus ipſe *Venit ad eos ambulans ſuper mare.* (Mar. 6. 48) Sic ad pedes vſque procedit poteſtas imperatoris illius, cui *omnia dedit Pater in manus.*

Reges terræ non omnia habent in manibus ſuis.

Cyrus iratus contra Gyndem flumen iuſsit illud in plura diſcerpi fruſta.

Xerxes iuſſit mare verberibus punire propter deſtructos ab eo pontes, quos ipſe conſtruxerat.

Quantò itaque maior Domini poteſtas, infinitas, maieſtas, celſitudo: tantò deterior cæcitas, temeritas, audacia, turpitudo eorum hominum, qui aut eum relinquunt, aut relictum non quęrunt, tantoque ſuauior benignitas eius, qui, cùm, ante aſſumptam naturam noſtram, reuerentiſſimo fuerit exceptus hoſpitio, lauante pedes eius venerando ſene Patre familias, vt audiſtis: lauat iam ipſe manibus ſuis hominum pedes abiectorum. Quid, quòd voluerit temporibus illis, non ſolum ſe ipſum profunda illa coli reuerentia: ſed eos etiam miniſtros ſuos, in quibus ſuam ipſe auctoritatem tuebatur? Valde notandum in hac parte, qualiter ſe habuerit in lotione Naaman, ex præſcripto Domini, Eliſeus. Laborans lepra peſſima Naaman Princeps militiæ Regis Syriæ, venit, vt curaretur, in Samariam, motus monitis puellæ, quę inde à latrunculis ducta, in ſuæ erat vxoris obſequio. Dixit etenim illa, habitantem in Samaria Dei prophetam Eliſeum magna ſemper feciſſe mirabilia, nec dubium, quin mundaretur Naaman, ſi ad eum ſe curandum reciperet. Cùm ergo perueniſſet cum equis, & curribus domum Eliſei: ſtetit ad oſtium, donec ſuus ille nuntiaretur aduentus: *Miſitque ad eum Eliſeus nuntium, dicens: Vade, & lauare ſepties in Iordane: & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens; putabam, quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ.* (4. Reg. 5. 11.) Sed cùm nihilominus vrgentibus famulis: in Iordane lauaretur: *Reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli.* Quis non enatet alacer in ſuauiſſimi flumine mellis, videns gloriæ Regem proprijs lauantem manibus pauperes: cùm ne Principis quidem tetigerit manus Eliſeus: imo nec exierit, vt inſtrueret eum circa ſumenda lepræ medicamenta? Nimia Ieſu Charitas, excedens humilitas: ſed ſimul eſt magnum nobis documentum, quo intelligamus, quantò deterius ſit corporali lepra ſpiritalis; quæ nullius, niſi manibus eius, in quibus omnia continentur, curari poſſit. Quum enim lepram hanc interpoſiti curant ſacerdotes: tunc ipſemet Dominus manibus curat miniſtrorum.

Chriſti poteſtas in maria, & in flumina.

Miniſtrorũ ſuorum auctoritatem tuetur Deus.

Eliſeus noluit exire ad domus ſua ianuã, vt exciperet Naaman principem exercitus.

Magna

Reuerentia humilianti ſe Dei filio debita.

Magna & reuerentia, & gratitudo tantæ debetur & maieſtati, & pietati. Debetur ſanè reuerentia illi profundiſſima. Nec enim, quòd tam profundè humiliet ſe ipſe, vt genibus infixus terræ, lutoſas ſordidorum hominum animas ſuis manibus purificet, minori eſt reuerentia ſuſpiciendus: imo ideo profundiſſima; cùm illius nos manibus lauari videamus, qui omnia eis continet, omnia eis diſponit; & applicat omnia in ſordium noſtrarum ablutionem, lepræ noſtræ medicinam. Credo equidem, cauſam, ob quam prudens Abrahamus non lauit ipſe manibus ſuis excepti hoſpitio Dei pedes, nullam fuiſſe aliam, præter reuerentiam, & timorem, quo ſe nouit indignum, qui ſacroſanctos pedes manibus tangeret terrenis. Si enim abſtinendi à lauacro cauſa fuiſſet ſenectus, aut infirmitas; tunc nec attuliſſet ipſe aquam manibus ſuis, vt certè attulit, cùm dixerit; *Afferam pauxillum aquæ*: nec diceret, *Lauate pedes veſtros*, qui plurimos habebat famulos, ad eam idoneos lotionem. Quis credat ſpectatiſſimum illum virum, qui tot reuerentiæ actibus Deo hoſpiti ſuo miniſtrauit, dixiſſe ad eum, vt ſuis ipſe manibus lauaret pedes ſuos; cùm multis eſſet circumdatus ſeruis: niſi ob profundiſſimam reuerentiam, qua pedes eius à nemine tangi debere putauit? Audio præcurſorem in carne Angelum dicentem de incarnato Deo: *Non ſum dignus, procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius*: cur putaret ſe dignum Abraham, qui pedes eius ſuis manibus tangeret? Pedes (inquam) eius, qui ſancto animas purificat ſpiritu, vt ibi dixit Ioannes ipſe: *Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos ſpiritu ſancto.*

Abraham ob debitam Deo reuerētiam non fuit auſus lauare pedes eius manibus ſuis.

Gen. 18. 4

Gen. 18. 4

Marci 1. 7

Gratiarum actio Deo debita.

Quanta item gratitudo, quanta remuneratio tam excedentibus debetur officijs purificationis, largitatis, ſtrictiſſimæque perſonarum vnionis, qua te ſibi Dominus concorporat? Mundatus à lepra Princeps ille Naaman, venit onuſtus muneribus multis ad medicum ſuum Eliſeum, cui humiliter dixit; *Obſecro itaque, vt accipias benedictionem à ſeruo tuo*: Quid dabimus nos diuino huic animarum purificatori noſtrarum? At quid indigens eſt munerum noſtrorum ſummus hic Imperator, cuius in manibus ſunt omnia; cùm miniſter eius ille Eliſeus à mundato Naaman oblata dona non acceperit? Dabimus ergo huic animas noſtras manibus eius purificatas: quoniam licet animæ ipſæ tanto Regi exigua ſint munera: eo tamen, quod ab eius manibus habent, eſſe nimirum purificatas manibus eius, accepta ipſi erunt dona.

4. Reg. 5. 15.

Contritum hominem benignè accipit Deus.

Quid, ſi ex circunſtantibus aliquis (auertat Deus) ſqualet, nondum defæcatus manibus Chriſti? Indigniſſimus eſt huiuſmodi homo, qui tam diuinis manibus accipiatur. Tamen offerat homo hic manibus eius acutas compuncti ſpinas cordis; non reijciet Dominus oblatas; & cum eis recipiet offerentem. Imo ſpinis ipſis (quod mirabile eſt) purificabit eum à peccatis. Supremus hic & imperator, & medicus, cui *Omnia dedit Pater in manus*, adeo ſapiens eſt, benignus adeo manibus, vt, ſi ſumat eis peccatorum ſpinas, ſubtiliſſimum purificandi eiſdem peccatoribus ſpinas ipſas faciat inſtrumentum. Mul-

Digitized by Google

tis ſanè ſpinis conſtant peccata, cor intimo angore terebrantibus; quod in ſcripturis crebro legimus, dicente inter alios Ieremia: *Nolite ſerere ſuper ſpinas*: at ſi ſpinas has tetigerit Deus manibus ſuis, intimiùs figens eas cordi grauiter dolenti: tunc ad ipſum conuertitur Deum, vt conuerſus fuit peccator ille, qui obortis dicebat lacrymis, *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Quòd ſi infixa conuerſus ſit ſpina: minimè quidem reijcietur à Deo: ſicut nec fuit reiectus ille, qui ſpina confixa ad Deum ipſum properauit, cuius benigniſſimam expertus clementiam, dixit Domino ipſi, *Cor contritum, & humiliatum, Deus non deſpicies.* Artem, qua diuinus hic Dominus ſpinis ad purificandos vtitur infectos, audire (vt arbitror) iuuabit. Sepia, cùm ad eſum tenera ſit, atque ſuauis, eſt ſanguine nigro inſtar atramenti. Quare, cùm ſe à piſcatore iam iam comprehendi videt, diffundit pauore ſanguinem, qui nigredine ſua infuſcat aquam, ne à piſcatore cernatur: ſicque effugit necem. Scriptor eſt Plinius. Sed quàm niger eſt ſanguis, tam ſunt aſperæ ſpinæ, ſeu aſpera oſſa, vt ſæpe videmus omnes. His lituras ex charta radere ſolemus manente alba, ac munda: tametſi pueri, quòd periti non ſint, chartas priùs rumpant, quàm lituras expungant. Sunt peccata ſepiæ ſimilia, blanda, ac mollia ad eſum, atro ſanguine, quoniam & tetra ſunt ipſa. Diffundunt ſanguinem in iucundis voluptatum aquis: quo deceptorum hominum confunduntur oculi, ne perſpicuè diſpiciant, nec deprehendant ea; atque adeo nec ea comprehendant, nec interimant. At ſpinæ ſunt aſperæ: aſperrimæ quidem peccati ſpinæ, quæ corda, animas, præcordia compungant. His ſi vtatur homo manibus ſuis ad abſtergendas peccati ſui maculas: non multo plus efficiet, quàm in abſtergendis puer lituris: cùm ſola ſe præparatione diſponat, dum contritionis compungitur ſpina, quæ ſola abſque ſuperueniente Dei manu nondum extrahit peccatum. Tangit verumtamen ſpinas has ſapientiſſimus Dominus peritia tanta, vt figens eas cordi manibus ſuis, acaros euellat peccatorum, animas diuinitùs purificans. O diuinæ, ô glorioſæ, ô benigniſſimæ, ô ſuauiſſimæ manus Saluatoris! Quàm ſuprema, quàm humili, quàm pia arte mundas infectos Adæ filios: & lauans pedes manibus tuis, & extirpans ab animis ſpinas flagitiorum.

[Margin: Iere. 4. 3. — Pſal. 31. 4. — Pſal. 50. 19. — Plin. l. 9. c. 29. — *Spinæ peccatorum acutiſſimæ. Peccata acutiſſimæ ſunt ſpinæ.* — *Simile.* — *Sepia ſignificatur peccatum, & medicamentum peccatoris.*]

Ponam concionis epilogum egregij illius clericorum Peruano in regno inſtitutoris Ioannis Sebaſtiani ſententiam. Dedit Ægypti Rex in manus Ioſeph omne populi regimen, dicens illi: *Abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti*: dedit Aſſuerus annulum ſuum in manus Mardochæi, ad ſignãdas literas in defenſionem gentis ſuæ, ac infeſtatorum peremptionem: dedit cæli Rex in manus Eliæ claues cęlorum, ad mittendum, quum vellet, pluuiam, & ignem: retinendum, quum vellet: qui dixit ad impium Regem Achab: *Si erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba*: & (vt Eccleſiaſticus ſcribit) *Qui verbo Domini continuit cælum, & deiecit de cælo ignem ter*: at filio ſuo dedit in manus ſupremus Imperator non ſolum Ægyptiaci populi regimen, non ſolum annulum ad tem-

[Margin: Ioannes Sebaſtian. de Bono ſtatus clericor to. 1. 3. c. 10. § 2 — Geneſ. 41. 44. — Eſther 8. 8 — 3. Reg. 17. 1. — Eccl. 48. 3.]

poralem Iudæorum defenſionem; non ſolas cæli claues, ad emittendas pluuias, aut flammas: ſed omnia abſque limite in cælis, & in terra, mari, ventis, igne, animantibus, Angelis, corporibus, animis, ad creationem, purificationem, reformationem; ſui cum hominibus vnionem. *In quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in* Epheſ.1.7. *nobis in omni ſapientia, & prudentia: in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ in terra ſunt in ipſo: in quo etiam & nos ſorte vocati ſumus* ad gratiam, & gloriam ſempiternam.

Digitized by Google

IN EADEM COENA DOMINI.

SERMO III.

Ioan. 13. 14. *Scitis, quid fecerim vobis?*

MAGNVM nimis eſſe id, cui nocte hac incumbit Dei filius, innuit manifeſtè Dominus ipſe, dum peracta actione, à ſuis quærit diſcipulis, intelligantne, quid erga eos effecerit, lauans pedes eorum manibus ſuis. *Scitis* (ait) *quid fecerim vobis*? Domine, quid in lauacro hoc ſcitu occurrit difficile; vt eos, quorum lauaſti pedes, interroges: *Scitis, quid fecerim vobis;* quaſi neſcire poſſint ipſi, quidnam ſit lauare pedes? Planè vtique oſtendis, aliquid aliud in lotione vltra lotionem ipſam latitare; & id quidem magnum, eximium, præcelſum, profundiſſimum. Neſcierunt Diſcipuli, donec tu explicuiſti: neſciemus & nos, niſi tu explices, non ſolùm auribus, ſed cordibus etiam, ea diuinitus illuminans. Verumtamen, cùm te ad imitationis exemplum lotione illa vſum adſtantibus dixeris Apoſtolis: operæpretium eſt, vt non modò aperias nobis myſterium, verùm vt etiam moueas animos noſtros, moueas & noſtras manus ad ſanctiſſimam hanc exempli tui imitationem. Ades tu nobis, mater Chriſti; magnum eris ad vtramque & intellectionem, & imitationem, adiutorium. In prandio nuptiarum Cana Galilææ dixit filius tuus ad famulos domus, aqua vt implerent Ioan. 2. 5. hydrias: tu eiſdem dixiſti; *Quodcunque dixerit vobis, facite*: factumq; ex aqua eſt ſuauiſſimum vinum. Video ſimiliter in cœna hac eundem filium tuum peluim aqua replentem, magnoq; id myſterio eſſe commendantem: ſi ergo tu interuenias, ſuggerens nobis, vt quod præcipit ille faciamus: nihil profectò minus ſperare licebit, quàm ſimilem aliquã conuerſionem: imo tantò mirabiliorem, quantò altiora ſunt myſteria primis vltima. Illa quidẽ fuit aquæ in vinũ conuerſio: hæc conuerſio eſt peccatorũ in ſanctos: qui non, ſicut in nuptijs, ex aqua factũ bibunt vinũ; ſed pretioſiſſimũ filij tui ſanguinẽ, in quem cõuerſum eſt mirabiliter vinum. In prandio illo nec miſit ipſe in manibus ſuis in hydrias aquam, nec manibus ſuis vinum conuiuis propinauit;

Digitized by Google

nunc in cœna hac manibus ipſe ſuis aqua ad pedes lauandos replet peluim, magno id eſſe myſterio commendans: eiſdemque manibus propinat dilectis ſuis ſanguinem ſuum, in quem eſt conuerſum naturale vinum. Igitur, cùm, poſtquàm myſteria hæc, grandia dixit eſſe myſteria, ad ſui tandem omnia imitationem reducat: id quidem ipſum, ô pia mater, quod in nuptijs illis præſtiterunt, pręſtabunt nobis verba nunc tua, ſi quemadmodum dixiſti hominibus illis, vt filij tui verbis obtemperarent, ita dicas & nobis, vt eius ſequamur exempla. Imo pręſtabunt magis: nam tunc pręſtiterunt ad lętam aquæ in vinum conuerſionem: præſtabunt nunc ad conuerſionem peccatorum in ſanctos. At, quidnam pręſtabunt verba tua hæc, ſolis ſi dicas nobis: non item dicas filio ipſi tuo, vt præſtet nobis ipſe auxilium ſuum, quo eum imitemur; quandoquidem proponit ipſe nobis ſeipſum imitabile pro viribus exemplum? Te imploramus nos: tu illum implora. Tu ſuauiſſimis verbis, quæ ipſa ſcis, orabis eum: nos oramus te illis, quibus docuit nos Angelus orare, quum te ſalutans, dixit, *Aue Maria.*

Aue Maria

Exemplum Chriſti valde efficax eſt, eò quòd ſit eiuſdem exemplum magiſtri, cuius eſt doctrina, ac eruditio.

Inter ea, quę multa Zachariæ oſtendit Angelus mirabilia, eſt valde mirabile illud, quod quarto prophetiæ cap. his deſcribitur verbis. *Dixit* Angelus *ad me, quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrũ aureũ totum, & lãpas eius ſuper caput ipſius: & ſeptẽ lucernæ eius ſuper illud, & ſeptẽ infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput eius: & duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius. Et reſpondi, & aio ad Angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid ſunt hæc Domine mi? Et reſpondit Angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid neſcis, quid ſint hæc?* Non mirum, ſi tam profundum candelabri myſterium ante datam ab Angelo explicationem non calluerit Zacharias, cùm præter naturæ vſum ſit, ex auro naſci oliuas; quarum, ſicut & cæterarum plantarum, mater eſt terra. Ego verò, qui propoſitam perſequor Chriſti interrogationem, qua quæſiuit à ſuis; *ſcitis, quid fecerim vobis,* vnum illud ex mirabili hac Zachariæ viſione conſiderandum ſumo; naſci ex candelabro oliuas duas à duobus lampadis lateribus. In his enim videor mihi videre pręcelſam diuinæ lucis eminentiam; quæ non adiecto à foris fouetur oleo; ſed proprio ſuo, ſuaque propria claritate. Reliquæ lampades, quæcunque ſint, fouentur oleo expreſſo ex oliuis, è terra natis, & radicatis in terra: vnde tamdiu lux viuit, quamdiu infunditur oleum ex opimis adductum oliuetis: at diuina lux nequaquam eget oleo extraneo: habet ſecum ipſa fomentum ſuum, vt abſque alienis illuminet mentes adminiculis. Sic deſignari video duabus his oliuis, inter quas diuinæ viuit lumen lampadis. Habet, ecce, ſecum lampas hæc oliuas ſuas, non ex terra natas, ſed eodem aureo ex candelabro, ex quo naſcitur ipſa; quæ cùm inter duas oliuas ſit media, habet ſecum ipſa ſuæ lucis fomentum. Aurea certè lux eſt, quæ diuinitus irradiat mentes: aureum ergo decet eſſe oleum, quo fouetur hæc, vt vndecunque diuinitus eluceat. *Radix ſapientiæ cui reuelata eſt,* ait Eccleſiaſticus. Ecce propriam ſapientia habet radicem: qualis

Zach 4. a.

Exemplum eſt non ſecus, ac oleũ, ſpiritalis luminis fomentum.

Lux diuina integra eſt mentibus, quas illuminat.

Eccl. 1. 6.

radix, talis & fructus, tales necnon flores. Fructus ſapientię humanæ proprij ſunt ſcientiæ illius, quæ à rationis lumine, tanquam à naturali prodit radice: diuinæ fructus ſapientiæ, cum à diuina oriantur radice, diuini ſunt ipſi. Ab vno procedunt candelabro lampas, & oliuæ, quarum oleo alitur lux eius: ſi ęneum candelabrum, lampas ænea, oleum ænei coloris, moderata lux, rationis videlicet humanę: ſi candelabrum aureum, quod ſolum diuinum eſt: tunc aureum lumen, aureumque fomentum, candidiſſimus fulgor, candor nitidiſſimus. Quodnam dico fomentum, quodnam oleum dico lucis huius? Sanè, ſi doctrina eſt mentis lux, oleum, fouens lucem, erit doctrinæ eiuſdem executio, qua is, qui docet verbo, opere exequitur quod docet ad exemplum aliorum. Vnde ſi doctrina humana eſt, humano fouetur exercitio actuum diuinorum; ſi diuinarum eſt rerum inſtitutio. Credo damnari ideo à Chriſto fatuas virgines, quòd, cùm virgines ſint, eo quòd gerant diuinæ fidei lampades, omittunt opere complere, quod credunt; quæ omiſſio deſignatur defectu olei, quod ad fouendas lampades ferre neglexerunt. Perſpiciens nocte hac plenas Dei filius cunctis diuitijs manus ſuas, *ſciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, ſurgit à cœna, pedes vt lauet piſcatorum: quibus lotis interrogat: *ſcitis quid fecerim vobis?* Ignorabant ergo illi: quid feciſſet, ſicut & Zacharias candelabri neſciebat myſterium: id quod Dominus ipſe dixit ad Petrum verbis illis: *Quod ego facio, tu neſcis modò*. at aperuit illud poſt lotos pedes Dominus ipſe. Impensè quidem perpendendum eſt, quòd, cùm ad lauandos acceſſit pedes, ideo acceſſiſſe perhibeatur, quòd ſuis in manibus omnia eſſe ſciret. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet linteum, præcinxit ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipulorum.* Ecce, ſciens, ſe omnia in manibus habere, ad abluendos ſurgit pedes: quibus lotis interrogat: *Scitis quid fecerim vobis?* Sanè quiſquis rem penſiculatiùs conſiderauerit, non poterit, non apertè cognoſcere, diuinam hanc, qua ſuos inſtruit Chriſtus, ſapientiam in manibus eius eſſe, hiſque in mentes hominum infundi. Omnia habet Chriſtus in manibus ſuis: habet ergo in manibus ſapientiam: quam niſi in manibus haberet, nequaquam habere in eis omnia diceretur. Nonne habet in manibus ſapientiam, ſi quam profert eloquio, docet exemplo? Quid præſtaret ſculptori, quid chirurgo, quid militi ſtatuaria, medica, militaris ſcientia in mente duntaxat: non item in manibus, ad bellandum, reſcindendum, deaurandum? Scitis (ait diuinus magiſter) quid fecerim vobis? Ecce ediſſero iam. *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Nonne planè perſpicitis, quàm perfectè habeat ſcientiam in manibus? Docet nos verbo, qualiter nos erga fratres habere debeamus: ſed quod verbo docet, docet & manibus, lauans hominum pedes: quod ipſum eſt documentum eius. *Scitis* (ait) *quid fecerim vobis?* Dedi lauandi pedes documentum: hæc eſt mea doctrina: hæc veſtra inſtitutio: hæc lux, qua mentes veſtras illu-

Digitized by Google

ſtro. Sed quonam lux hæc conſeruatur fomento? Vtique fomentum doctrinæ exemplum eſt: quo ea, quæ docet, exercet inſtitutor. Eſt mentis lux doctrina magiſtri: quod ergo poteſt huiuſmodi lucis eſſe fomentum, niſi exhibitum ab eodem magiſtro exemplum, quo opere exercet ea, quæ verbis patefecit? Non ſplendidius nutrit oleum lucem: quàm docentis exemplum nutrit, alit, fouet mentale lumen, eiuſdem verbis inditum magiſtri. Faciunt tanti cauſam hanc ſancti Patres: vt alij, ad eam confirmandam, verbis vtantur aliorum: ſicut Magni auctoritate Gregorij vtitur deuotiſſimus Bernardus. Verba huius ſunt hæc: *Sicut ait Beatus Gregorius, illi; qui per exempla virtutum, & per vitam ſanctitatis, atque per verbum prædicationis alijs lumen demonſtrant, lampades ardentes ſunt; quia alijs viam ſalutis oſtendunt.* Appoſita omnino noſtro verba inſtituto. Si verbis tantùm docuiſſet nos Chriſtus lauare pedes, committens dilecto Ioanni, vt doceret ille manibus ſuis lotionem hanc, quam verbis docuit ipſe: tunc quidem non exirent ab eadem radice verbum, & exemplum: ſed à diuerſis differentia tanta, quantum diſtat à paupere piſcatore Rex ille, qui habet vniuerſa in manibus ſuis. Aurea quidem frueremur doctrinę luce, aureo Dei verbo, quod ipſa lux eſt, vt dixit Simeon: *Lumen ad reuelationem gentium:* at exemplum, quo lux doctrinæ fouetur, non aureum oleum, ſed terreſtris oleum eſſet oliuæ: cùm autem & doctrina, & doctrinæ exercitatio eiuſdem ſint Chriſti, Dei veri: procedunt ab eodem candelabro & lucis lampas, & fouens eam oleum: quod eſt propoſitæ exercitamentum diſciplinę.

Simile. | Bern. ſer. 16. ad ſororem. | Luc. 2. 32.

Quæ res eouſque procedit, vt non priùs verbo, quàm docuerit opere Dei filius, lauans priùs pedes, quàm diceret nobis, vt proximis pedes lauaremus. *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine; Tu mihi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modò, ſcies autem poſtea.* Poſtea ſcies, dixit: non priùs ſcies verbis meis, quàm manibus meis exerceri videas. *Poſtquam ergo lauit pedes eorum*, dixit ad illos: *ſcitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & bene dicitis; ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus, & Magiſter; & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis; vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Ecce noluit priùs, verbo docere, quàm opere. Prius lauit pedes: poſtea manifeſtauit, eo quidem fine, vt alios aliorum pedes lauare doceret, ſe hominum pedes abluiſſe. Appoſitè S. Bonau. *Deſcribe tibi in corde tuo mores, & actus Chriſti: quàm humiliter ſe habuit inter homines; quàm benignus inter diſcipulos: quàm modeſtus in edendo, & bibendo: quàm miſericors ſuper pauperes, quibus ſe ſimilem fecerat per omnia.* Sed attentiùs (rogo) Deum ipſum Ezechielis ore loquentem audiamus. *Ego Dominus Deus veſter: in præceptis meis ambulate, iudicia mea cuſtodite, & facite ea, & ſabbata mea ſanctificate: vt ſint ſignum inter me, & vos; & ſciatis, quia ego Dominus Deus veſter.* Verbis his planè dicit Deus nobis, Facite quæ præcipio; vt facientes hæc, Dominum me ve-

Ioa. 13. 7. | Bonauentura in informatio. nouit. p. 1. cap. 32. | *Opera bona mirè conducunt ad cognoſcendum Deum.* | Ezech. 20. 19.

ſtrum cognoſcatis. Videbatur quidem è conuerſo dicturus: ſcitote me Dominum veſtrum, vt iuſſis meis obſecundetis: ſic enim dicit proprius quiſque Dominus mancipio: ſcito, heus, me Dominum tuum, vt mihi ad nutum obſequaris: at vtraque Deus vtitur via. Aliquando dicit; obtemperate mihi, vt me Dominum veſtrum agnoſcere poſſitis: aliquando verò ait; cognoſcite me Deum vnicum veſtrum, vt tanquam Domino, mihi pareatis. Eſt quidem neceſſe Deũ cognoſcere Dominum priùs, quam ei tanquam Domino, pareamus: tamen vt perfectè agnoſcamus Dominum, mirum in modum prodeſt ipſummet obſequium illi præſtitum. Atque ita ante omnia præmittit Deus, ſe eſſe Dominum, dicens: Ego *Dominus veſter*: ſed quoniam exhibita ei obedientia exactam parit notitiam eius, addit; facite quę iubeo, *vt ſciatis, quia ego Dominus Deus veſter.* ***Cognitio qua Deum agnoſcimus valde clareſcit obſequio eius.***

Cœterum propoſita hæc interrogatio, qua dicit Chriſtus ad diſcipulos: *ſcitis, quid fecerim vobis*, profundius vtique myſterium innuit, quàm ſolam pedum lotionem. Et verè ita eſt: pluſquam lotionem ſe feciſſe indicat, quum ea peracta interrogat, dicens; *Scitis, quid fecerim vobis*? Sciebant illi quidem, pedes eorum lauiſſe Dominum, quod oculis ſuis ibi conſpexerunt: non ergo quærit de lotione; ſed de alio aliquo, quod illi, adhuc poſt lotos pedes, ignorabant. Explicat Dominus, quid fecerit eis: explicat mentem eſſe ſuã, exemplo eos erudire: tamen exemplum hoc non in ſola lotione conſiſtit; ſed in actu quouis ſimilibus referto virtutibus. Ideo dicit, *quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Non ſolùm ait; quemadmodum ego laui pedes veſtros, ita & vos inuicem lauetis pedes: ſed dicit etiam: quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Itaque non ſola in lotione conſtituit exemplum: ſed in eo, quod ipſe, dum lauit pedes, fecit. Exercuit ille, dum pedes lauit, humilitatem, charitatem, patientiam, modeſtiam, benignitatem, pietatem; quæ vt & diſcipuli exercerent, ait ad illos; *quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Quemadmodum exercui erga vos ego charitatem, pietatem, humilitatem, modeſtiam, benignitatem, comitatem; ſic & vos omnia hæc erga proximos ſeduli exerceatis. Enimuerò cum pientiſſimus Dominus omnibus his diſcipulos ſuos imbuere intenderet exemplo; exercuit ea in ſpeciali exemplo illo, quod poſt cœnam erat congruum propoſito. Id enim moris fuiſſe legimus, vt in conuiuijs lauarentur pedes inuitatis. Quod (vt extraneas prætermittam nationes) ſcimus introductum in Dei populum à temporibus parentis hominum illorum Abrahami; qui cùm videret tres viros tranſeuntes per conuallem, in qua erat domus eius, dixit ad illos: *Ne tranſeas ſeruum tuum; ſed afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes veſtros, & requieſcite ſub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum.* Eodem tempore fecit ſimiliter frater Abrahæ Lot; qui videns duos Angelos ſub virili tranſeuntes ſpecie, rogauit eos, dicens; *Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri, & manete ibi. Lauate pedes veſtros: ingreſſiſque domum illius fecit conuiuium.* Pronepos Abrahæ Ioſeph excipiens in ***Lotio pedũ vſitata quondam in conuiuijs.*** Gen. 18. 3. Gen. 19. 2.

in domum ſuam hoſpites vndecim, *Præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium. Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos.* Omitto hiſtorias reliquas: ſufficiat vrbana Chriſti ipſius querela, qua ad illum, à quo inuitatus fuit, Phariſæum dixit; *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti.* Erat itaque in populo illo introducta ab initio conſuetudo, vt pedes lauarentur in conuiuijs: & ideo inſtituturus verbo, & opere diſcipulos ſuos ſapientiſſimus magiſter, vſus eſt illo opere, quod idoneum vidit in propoſito ad erudiendos illos omni in genere virtutum. Cunctas enim mirificè exercuit, dum lauit eos manibus ſuis: quod nemo ex prędictis alius fecit; vt ex ipſiſmet ſcripturæ verbis conſtat, quibus dictum fuit, *lauate pedes veſtros, & alibi, lauerunt pedes ſuos:* cùm non dixerit Chriſtus, lauate vos, ſed lauerit ipſe.

Gen. 43. 16.

Gen. 43. 24

Luc. 7. 44.

Sacerdotes ordinatos à Chriſto in nocte cœnæ.

Chriſtus lauit ſacerdotum pedes: vt eſſet eis purificãdis ſordibus ſpeculum.

Concurrit cum fine hoc alius Domini finis ad inſtituendos lotione hac, omni virtutum genere eos, quos ſacerdotes ordinabat. Hac etenim nocte ordinatos à Chriſto ſacerdotes, communis ſententia eſt. Fuit ergo maximè conueniens, vt qui ſacerdotes ordinabantur, viderent ad pedes ſuos exemplum ſacerdotum Chriſtum Dei filium. Inter multa illa, quæ inſtructus à Deo Beſeleel fecit tabernaculi ornamenta, *fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi.* Labrum hoc in id factum fuit, vt in eo lauarentur miniſtri, qui ſacris intendebant. Sed quo fine poſitum in baſi ſpeculum? Vtique, vt qui ibi lauabantur, viderent in ſpeculo ſordes ſuas omnes, eaſque ſeduli abſtergerent. O diuinum ſpeculum, Chriſte Ieſu! Puriſſimum es tu *ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis*: omnium quidem hominum ſpeculum, vt aſpicientes te, videant ſe ipſos: ſuaſque in tua puritate & maculas agnoſcant, & virtutes: eaſque ab animis ſuis ſordes abſtergant, quas in tam pellucido ſpeculo diſpiciunt. Verùm cùm puritas hæc in ſacerdotibus primùm requiratur, eo quòd hi alijs ſint hominibus ſpeculum; voluiſti prouidentia tanta, à cunctis eos inquinamentis purificari, vt ſimul ac eos ordinaſti, propoſueris te eorum oculis ſpeculum, ad quod intentiſſimi aſpicientes, lauacro maculas delerent. Quo autem in loco tam aptè potuit ſpeculum poni, quàm ſecus pedes abluendorum, cùm in antiquo illo tabernaculi labro in baſi fuerint ſpecula locata? quonam in loco tam perfectè fungi ſpeculi officio potuiſti, quàm poſitus iuxta abluendorum hominum pedes, vbi ſtupenda humilitate proſtratus, ſummæ præter virtutes alias humilitatis ſacerdotibus tuis exemplum extitiſti? Amplius adhuc. Placuit tibi, benigniſſime Domine, non tantùm eſſe purificandis ſacerdotibus ſpeculum; ſed tuis etiam manibus defæcare illos, docens, qua diligentia ſeipſos eſſent mundaturi, qui tam exactè manibus ſe tuis mundari perſpiciebant. Ideo ad illorum te pedes vtroque fine ſtatuiſti; vt & mundares eos manibus tuis, & vt eſſes eis in purificationibus ſpeculum. *Apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen*, dixit Rex vates Patri tuo. Tu quidem, Domine, vitæ fons es

Suar. 3 p. diſp. 32. ſectio 2. in fine.

Exod. 38. 8.

Sap. 7. 26.

Speculum ſine macula Chriſtus, poſitus ad pedes hominum, quos lauit: vt in eo ſpeculo viderent ſordes, & abſtergerẽt.

Chriſtus vitæ fons lauat hominum pedes.

Pſ. 35 10.

Digitized by Google

Ioan 1. 1 æternæ, ſaliens perennè apud Patrem tuum; quandoquidem *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.* Veniſti in terras & purificaturus, & potaturus ſuauiſſima fontis huius aqua filios hominum, quos in finem dilexiſti: cùmque nitidiſſimus ſis fons, in cuius lumine videbimus lumen; ponis te nocte hac ſecus hominum pedes, vt ſordes abſtergant aqua, cuius claritate, atque ſplendore ſuas perſpiciunt ſordes, quas dum ipſa luce deprehendunt, nitidiſſima ipſa abſtergant aqua. Quàm ſcitè ſubiunxit verſiculo huic Diuinus vates illum, quo ait; *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me!* Quo (rogo) nexu, poſtquam dixit, *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*, addidit continenter; *Non veniat mihi pes ſuperbiæ?* Vtique quoniam qui in tali fonte lumine tali abluti ſunt pedes, nulla iam ſuperbia, nulla ambitione gradientur; cùm à gloriæ Rege tanta ſint loti humilitate. *Et manus* (inquit) *peccatoris non moueat me.* quę peccatoris manus mouere iam poſſunt pedes hos benedictos; quos diuinæ tuæ manus mouent, & contrectant?

Pſa. 35. 12.

Superbiam vt à diſcipulis amoueret Dominus, lauit pedes eorũ.

Ecce, auditores, qua de cauſa voluerit Dominus, omnes in actu humilitatis docere virtutes. Verè in actu iſto exercuit omnes, vt nos circa omnes inſtitueret: tamen cùm verum ſit fundamentum cunctarum diuinus humilitatis cum ardente nexus charitate; video profectò ſpeciale actuum Domini hac in nocte inſtitutum eſſe illud, vt humilitatem, & charitatem inſeparabiles manifeſtet perfectò à Chriſtiano ſodales. Hoc apprimè docuit Dei filius. Gratiſſimum quidem Deo fecit nexum, qui humilitatem miſcuit charitati. Multæ ſunt honeſtiſſimæ humilitatis ſorores: multæ pręclariores ſodales charitatis: vnde ſi humilitas cum charitate concurrat, pulcherrima eſt virtutum chorea. Parum dixi; meliùs dicendum eſt, virtutes has duas, charitatem, & humilitatem ita eſſe connexas, vt abſque altera conſiſtat gradu neutra perfecto: quæ eſt hodierna diuini Magiſtri prædicatio. Lauit hominum pedes: deinde dixit eis; exemplum dedi vobis: poſtea ſermonem proſecutus ait; *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos:* qua ratione hodiernus ſermo mandatum appellatur. Stat ergo in hoc & ſermo noſter: neminem, niſi humilis ſit, integra vti charitate; neminem perfecta humilitate, niſi charitate ſit pręditus.

Humilitas ſocia charitatis inſeparabilis.

Punctum concionis huius omne eſſe hoc, iure optimo dixi: quoniam, cùm charitas ardentem erga Deum, & in proximos ambiat amorem, ſitque conſequenter punctum ipſa vnicum: punctum ſanè attingere nequit, qui vel ab hac, vel à vera deficit humilitate: qua deficiente, alget charitas. Apoſtolum Paulum audiamus; *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam: ſine qua nemo videbit Deũ.* Nonne videre Deum, punctum eſt omne? Si omne punctum eſt, & nemo abſque pace intuebitur Deum: facilè quidem apparet, charitatem cum humilitate eſſe coniunctam: cùm conſiſtat pax in propoſita hac humilitatis cum charitate connexione. Pacem cum omnibus, ait, & ſanctimoniam. Pertinet ſanctimonia ad propriæ perſo-

Hebr. 12. 14.

Pax cum omnibus habenda humilitatẽ, charitatem que omnino exigit.

næ puritatem: pax ad conuerſationem cum hominibus: quæ duo ad videndum Deum omnino dicit neceſſaria.

Charitas nutrimentum integra cum proximis pacis

Hanc à charitate deriuari, ex ſe notum eſt; vt ex profeſſo probauit Diuus Thomas. Sanctus item Dionyſius pacem eſſe dixit omnium vnitiuam, & conſenſus operatiuam. Eſt etenim pax aut concordia ipſa, aut certè in concordia conſiſtens: concordia autem eſt vnio cordium; quam ſolus amor poteſt efficere, vt qui cordis eſt Dominus. At, quem habebit in vacuo humilitate corde locum amor? Breuiter Auguſtinus: *Hoc in te fode fundamentum humilitatis: & peruenies ad faſtigium charitatis.* Propero ad experimenta. Dicit tibi quiſpiam verbum aſperum: geſtit parui te facere: adoritur quippiam, quo erubeſcis, quippiam, quo poſtponeris alijs, quippiam, quo tuus imminuitur honor: ſi humilis es, perſiſtit tuus in contemptorem amor: ſi humilitas deficit, deficit & charitas; in eumque protinus, tanquam laceſſita, inueheris, panthera. Hoc quid certius, ac notius? Quidnam dicit Apoſtolus? *Charitas patiens eſt, benigna eſt: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa.* Tolle humilitatem, pullulat ambitio: vbi autem ambitio eſt, quis remanet locus charitati? Ambis tu magiſtratum, quem & ambit Martinus: inhias ei, cui Antonius inhiat, præfecturæ: anhelas ad locum, ad quem Theophilus anhelat: numquid diligis hos, ſicut te ipſum? Numquid conſeruabis pacem cum eis? Nonne interuenient rixę? Nonne iurgia? Nonne diſſenſiones? Nonne impedimenta charitatis? Charitas non eſt ambitioſa, ait Paulus: Dei verbum eſt: extinguit amorem ambitio: deeſt ergo charitas, vbi abeſt humilitas. Charitas non ęmulatur: quis autem eſt ab æmulatione liber, ſi humilitate non liberetur? quis vnquam vidit hominem inflatum, & benignum? Nullo hic capitur loco; neminem ſibi in loco patitur coęqualem: quonam homo iſte amabit affectu homines illos, qui cum eo de ſede contendunt?

S. Tho. 2. 2. q. 29. art. 3.
Diony. de Diuinis nominibus. ca. 11.
Aug. lib. 1. de verbis Domini. ſer. 10.
1. Corin. 13. 4.

Ambitio inimica iugis charitatis.

Multa ſunt, quæ charitatem hanc cum humilitate coniunctam nobis perſuadent. Quod ſi, quod humanum eſt, eſſet attendendum: ſufficeret ſcire, hominem illum, qui elatum ſe erga alios exhibet & durum, in neceſſitatibus relinqui ſolum: nec vnum aliquem adeſſe illi ex his, qui afflictos proximos humili tuentur charitate. Deflens exterminium populi Micheas, dicebat: *Vadam ſpoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Quia deſperata eſt plaga eius.* Curnam lugent ſtruthiones iſti? Hebræum nomen *Iaghana* attendentes Rab. Mardekai, & Dauid Kimhi, educunt à radice Ganah: vnde ſolitariam interpretantur auem, cui nemo ſubuenit clamanti. Vatablus exiſtimat pullos à parente deſertos clamitare: at Rupertus parentes quoque ipſos abſque conſolatore lugere dicit, eo quòd illi, quod immanes ſint, filios deſerant clamantes. Similem derelictionem patiuntur homines qui fratribus ſuis ſe inflatos exhibent, ac duros. Superbum animal eſt ſtruthio: qui, cùm ſublimis nequeat, quin tangat terram pedibus volare, dedignatur eam

Charitatem qui deſerit, luget, à cunctis miſerè relictus.

Struthio cur abſque remedio clamet.

Mich. 1. 8.
Rab. Mardoc.
Dauid Kimhi
Vatab. Mich. 1.
Rupert. ibi.

pedibus tangere: nam vix tangentem eleuat pedem. Quòd ſi durum corde, & ſuperbum eſt animali, quantum abeſt à ſtulto? Imo ſtultiſſimam interpretatur auē Philippus. Tales certè ſunt inflati homines ac duri corde erga homines alios: atq; ita abſq; remedio relinquũtur, vt ſtulti. *Faciam luctum quaſi ſtruthionũ: quia deſperata eſt plaga eius.*

Sed omiſſis nunc ijs, quæ humana ſunt, incitamentis, inſiſtamus propoſito: quod eſt diuini inſtitutoris exemplum. Hoc dum verè ſequimur, eſt triplex funiculus charitas, & humilitas. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Quiſnam eſt iſte triplex funiculus? Duas duntaxat aſſignat Eccleſiaſtes funiculi fibras: homines duos vnitos charitate: *Melius eſt ergo, duos eſſe ſimul, quam vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ.* quodnam eſt tertium funiculi filum? Nullum videtur poni verbis iſtis. *Si dormierint duo fouebuntur mutuo: vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam prævaluerit contra vnum, duo reſiſtunt ei: Funiculus triplex difficile rumpitur.* Quanam ratione triplicem vocat funiculum illum, cuius duo tantum dicit licia? Ego quidem nullam aliam video tertiam in fune hoc fibram, præter eandem coniunctionem, qua duo ipſi vniuntur amici. Itaque duo ſunt, ſi ſeorſim ſunt duo: qui tamen mutuo ſi vniuntur amore, valent quaſi tres fortitudine, ac robore: quoniam *virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa*, vt Philoſophus dixit. Verumtamen ſunt & aliæ fibræ tres in duobus hominibus charitate compoſitis, charitas fibra vna, fibra altera humilitas; tertia imitatio Domini in vtraque. Docuit nos ille charitatis vnionem: ſed in humilitate fundatam docuit, dum nimia lauit pedes, & humilitate, & charitate; dumque dixit deinde; *Mandatum nouum do vobis, diligatis inuicem*: ſed ita vtranque docuit, vt eundem Dominum humilitas noſtra imitetur, & charitas. *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*: exemplum videlicet & humilitatis, & charitatis. Item, *mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem*: non quocunque dilectionis genere: ſed *ſicut dilexi vos.* Non prædicamus cuiuſuis ſpeciei humilitatem; ſed humilitatem Chriſtianam: nec quemcunque prædicamus amorem; ſed qui charitatis amor eſt; quo, quia Deum diligimus, amamus & proximos. Non inducimus vos vilem in humilitatem, non in amorem naturalem, qui quamuis ſit licitus, eſt tamen infimus in genere hoc: cùm ſit ſupremus amor ille, quo ad Chriſti imitationem, diligimus fratres propter Deum. Triplicem hunc exiſtimamus funiculum, humilitatem, charitatem, vnitas Chriſti imitatione: tunc enim funis difficilè rumpitur. Facilè vincitur humilitas vilis, quę abiecti eſt animi exiguitas; facilè & tepeſcit humanus amor, qui vel à praua prodit concupiſcentia, vel ab ipſa hominum natura: in ſolo conſtat firmitas nexu humilitatis, cum amore hominis imitantis Chriſtum Ieſum amatorem verum, verum humilem. Præclariſſimi illi artifices duo, Beſeleel, & Ooliab, quos ad tabernaculi ſui fabricam imbuit Dominus *Spiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in om-*

Eccl 4 12

Charitas funiculus triplex.

Charitas cum humilitate ad Chriſti imitationem funiculus eſt triplex.

Exod. 31.1

ni opere, ad excogitandum quidquid fabrè fieri poteſt ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum, poſtquam perfecerunt tabernaculum, innumeraque ornamenta eius elegantiſſima, tandem *Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, & capitium in ſuperiori parte contra medium: oramque per gyrum capitij textilem: deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta: & tintinnabula de auro puriſſimo, quæ poſuerunt inter malo granata in extrema parte tunicæ per gyrum.* Malis his punicis pulchrè deſignatur charitas: hæc etenim vna vniuerſas in ſe virtutes continet. Infuſas quippe virtutes cum charitate infundi omnes, ita vt nulla ex his deſit, vbi regnat charitas, docent cum Diuo Thoma Theologi: qui etiam dicunt, eas etiam, quæ proprio hominis labore acquiſitæ ſunt, morales virtutes, perfectiores eſſe in anima illa, quæ fulget charitatis ornamento. Nullo autem ſymbolo potuit diuina hæc virtutum connexio ſignificantiùs deſignari, quàm prædicto hoc malorum varij coloris punicorum. Etenim malogranatum vnũ, cùm vnus ſit fructus, ſeu pomum vnum, plura intra ſe continet grana perfectiſſimo ordine compoſita: quo nihil proprius charitati; quæ vniuerſas in ſe diuino compoſitas ordine virtutes includit. Sed in eo mirabilius myſterium, quòd quatuor ſint coloribus facta mala punica illa, hyacintho nimirum, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta. Quidnam portendunt hæc? Quatuor hîc video ego morales virtutes deſignari: prudentiam hyacintho, qui cæleſtis eſt color: reguntur autem morales virtutes ad prudentiæ motum, ſicut ad cæli motionem omnia ſublunaria. Iuſtitiam purpura; ob effuſum delinquentium ſanguinem. Fortitudinem vermiculo, qui color eſt fortium, ob varietatem, quibus arma vermiculata eſſe ſolent. Byſſo temperantiam, ob candidiſſimam albedinem: qua præcipue reſplendet caſtitas. Sed quid dicemus, cùm omnia mali punici grana rubea nimis ſint, ac pyropea? Cur varijs pingũtur virtutes coloribus, ſi ita ſunt in charitate, vt grana in malo punico? Præcelſa vtique elegantia myſterij. Quæuis tam moralis, quàm Theologica virtus ſuo quidem proprio conſtat colore, tamen quum ob Dei amorem exercentur, ſuperinduitur charitatis colore, qui flammeus eſt valde: ita vt virtus quælibet & proprio colore, & colore fulgeat charitatis. Erant varij coloris mala illa punica, quantum ad exteriorem dumtaxat ſpeciem: ſed repræſentabant rubea intrinſecùs punica. Sanè ſi viſibilem virtutum colorem aſpiciamus, eſt vnaquæque proprij coloris ſui: ſunt tamen rubeæ omnes intrinſecus: in corde nempe hominis flamma diuini amoris accenſo: qua & virtutes ipſæ rubeo charitatis colore nobilitantur. Es fortis tu in perferendis viriliter ærumnis, quoniam ſcis, fortitudinem dignam eſſe egregio homine virtutem, leonino habes colore fortitudinem: at ſi propterea ſuſtines æquo ærumnas animo, quòd diligas Deum, ob cuius amorem omnia lætus pateris: tunc quidem tua hæc fortitudo rubeo nitet colore, charitatis nimirum, qua exardens, hilaris perpeteris quidquid Deus vult, vt patiaris. Lygus, virilis inter Græcas fœmina, grauiſſimis excruciata tormẽtis, vt abſconditum proderet filium,

Veſtis ſummi ſacerdotis veteri in lege imitãdum repræſentabat Chriſtum in virtutibus omnibus: præſertim humilitate, & charitate.

Allegoria.

Charitas ſuperinduit colore ſuo virtutes, quæ eam comitãtur.

Charitas malogranato deſignatur.

Virtutes infuſæ nunquam ſine charitate ſunt, nec ſine his charitas.

Virtutes acquiſitæ perficiuntur charitati coniunctæ.

Simile.

Charitas ſecum habet vbicunque, eſt virtutes vniuerſas.

Virtutes omnes myſticè figuratæ in ornamentis veſtimenti ſuper humeralis Aaron

Prudentia myſticè figurata hyacintho.

Iuſtitia allegoricè in-

Exod. 39. 20.

S.Tho 12. q.65 art.2 & 3.

S.Tho loco relato &q.71.ar. 4.

Digitized by Google

in hoc, ait, vtero abſcondi eum: vt priùs aperirent tortores duro vterum eius gladio, quàm filij aperiret ipſa latibulum. Scriptor Tacitus Cornelius. Nobilis fortitudo, ſed humana prorſus, non diuina: vt quę à naturali amore erga filium, non à diuino erga Deum amore procedens. Quænam fuit diuina? quæ ex charitate prodiens fortitudo? Illa profectò, qua damnatus ad mortem, propterea quòd interfectos Iſraëlitas ſepeliret, nunquam Tobias deſtitit tumulare eos diuina accẽſus charitate. *Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes: Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum, quàm Regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & medijs noctibus ſepeliebat ea.* Illa necnon eiuſdem viri patientia, qua, *Cùm ab infantia Deum timuerit, & mandata eius cuſtodierit; non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* Fortitudo hæc, quæ natura ſua leonini eſt coloris: fuit in Tobia ſuperueſtita rubicundo, eo quòd Dei flagrans amore, & in humandis perſtiterit cadaueribus, & æquo cæcitatem animo pertulerit. Similiter caſtitas, quæ temperantię eſt illuſtriſſima ſpecies, candida eſt conditione ſua: qualis fuit Africani Scipionis, qui expugnata Carthagine, Hiſpana ciuitate, adductam ad ſe ſpecioſiſſimam puellam, nobilis viri filiam, accerſito tradidit parenti prorſus inuiolatam, & intactam, vt Gellius ſcribit: ſed ornauit cocco albedinem ſuam pudicitia Suſannæ, quæ coacta, aut turpiſſimę duorum ſeniorum concupiſcentiæ concedere, aut impoſito ei à ſenibus illis, niſi verè cum eis eſſet adultera, falſo adulterij crimine, infami lapidari nece, gemens dixit ad illos: *Melius eſt mihi, abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.* Erant itaque in illa Pontificis tunica multa per gyrum malogranata, & ea quidem varij coloris, cùm omnia nos coccinea videamus: quoniam quælibet virtus poteſt vltra proprium colorem, fulgere coccineo charitatis.

Aurea verò tintinnabula multa, quæ punicis malis intermiſta reſonabant, diuinæ erant ſymbola fidei, quæ in auribus ſonans, ingerit menti ſupernam Dei cognitionem, dicente Paulo: *Fides ex auditu.* Erant autem tam punica mala, quàm aurea tintinnabula in hyacinthina, id eſt, cęleſtis coloris veſte, ad deſignandam virtutem ſpei, ſodalem fidei, & charitatis, quippe quæ virtus Theologica eſt, expectans, ſicut duæ illæ, cæleſtia. Sed quanam de cauſa tam aurea tintinnabula, quàm malogranata in extrema fuerunt tunicæ parte à ſapientibus poſita? Cur inferiori in ora indumenti? Cur vicina pedibus? Graphicè quidem deſignata eſt charitatis cum humilitate vicinitas: ſiquidem ad inclinatam ſecus pedes humilitatem deſcendit charitas, vt propinqua ſit eius. Imo & deſignata tintinnabulis fides, prope humilitatem eſſe gaudet: quæritque mentem humilem, quæ ſciat ſe dictis Dei ſubijcere, Eccleſiæ dictis, & doctorum. Eſt diuini Magiſtri reſolutio dicentis: *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* Vniuerſæ denique virtutes, quæ malis illis punicis, vt dixi, deſignantur, ad pedes vergunt pondere ſuo, vt ſint humilitatis propinquæ. Sed ſuper

Left margin notes: Cornelius Tacitus. — Tob. 2.8. — Tob 2.13. — Gell. l. 6. cap. 8. & Plutarch. in Scipione. — Dan 13 23 — Rom. 10. 17. — Ioan 5.44

Right margin notes: *dicata colore purpureo.* — *Fortitudo colore vermiculi deſignata.* — *Temperantia indumentum ponit album ſolet.* — *Lygus fœmina græca fortitudo.* — *Conſtantia firmiſſima* — *Lygus fœmina Græca.* — *Tobia conſtantiſſima fortitudo.* — *Conſtantia Tobiæ contradictionibus inflexa.* — *Patientia Tobiæ.* — *Caſtitas præclara Africani Scipionis.* — *Suſannæ pudicitia.* — *Conſtans Suſannæ caſtitas.* — *Fides myſticè deſignata aureis tintinnabulis ſuperhumeralis tunicæ pontificiæ.* — *Spes deſignata ſuperhumerali Pontificis veſtimento.* — *Fides abſque humilitate ſtare nequit.*

Digitized by Google

omnia animaduerto, mala punica hæc, ac tintinnabula poſita fuiſſe in ſummi tunica Pontificis; ac prope eiuſdem pedes & ſonuiſſe, & coruſcaſſe; vt non obſcurè indicaretur, humilitatem hanc, & charitatem, quin & virtutes vniuerſas perſpiciendas à nobis in diuino Pontifice, Dei filio: tum quòd in illo ſint nobiliores, tum quòd ardentiùs nos ad vſum moueant, & alliciant. Proprium eſt hoc diei præſentis inſtitutum, quum Dominus ipſe dicit ad ſuos, tum, *Exemplum dedi vobis;* tum, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Agens de humilitate S. Cyprianus ait; *Hic eſt primus religionis introitus, ſicut in mundum primus Chriſti ingreſſus. Hanc primam gratiam ingrediens mundum noſter paruulus attulit, & à cunabulis nos ſibi conformes fieri volens, teneri voluit in vita, quod exhibuit in perſona.* Quàm item ſupremum fuerit Chriſtus Charitatis exemplum, dicitur in Actis Apoſtolicis breui illo encomio: *Qui pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Cypr. de Natiuit. Chriſti poſt med. tomo 2. Act. 10. 38

O bone Ieſu! Quàm certo iure dicis hodie nobis: *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & bene dicitis; ſum etenim!* Tu quidem es magiſter verus; qui non ſolo verbo, ſed exemplo etiam inſtruis diſcipulos tuos. Tu verum exemplum humilitatis, exemplum charitatis, exemplum patientiæ, modeſtiæ, honeſtatis, manſuetudinis, omnis probi actus, omnis operis egregij. Beati diſcipuli, qui talis ſunt inſtitutoris diſcipuli. Beatæ aures, quæ talis præceptoris diſciplinam auſcultant. Beati oculi, qui talem magiſtrum operibus docentem intuentur. Beati nos, ſi in talis magiſtri diſcipulatu verſamur in eoque verſari profitemur. Manus noſtræ beatæ, ſi diuinas tuas in pedibus lauandis imitantur: imitantur & alijs in actionibus, quarum, dum pedes lauas, exemplum nobis es vniuerſale. Beati ſerui, qui talis Domini ſunt ſerui; Domini ita pij, atque benigni, vt, cùm vniuerſos cæleſtes Principes habeat ſibi ſeruos, non dedignetur titulum Domini terreſtrium ſeruorum. Videns Regina Saba omnem Salomonis & opulentiam, & ſapientiam, dixit ad eum: *Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.* Propter duo dixit beatos viros illos: & quòd eſſent Salomonis ſerui, & quòd audirent ſapientiam eius: quid dicemus nos hominibus illis, qui diuinum Regem, & Dominum habent, & magiſtrum, ſapientia illius eruditi? Ipſe profectò Ieſus dixit de ſe ipſo: *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & condemnabit eam, quia venit à finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquam Salomon hic.* Quoſnam dicemus illos, qui & ſerui ſunt illius Regis, cui omnia dedit Pater in manus, & illius inſtructoris diſcipuli, qui & verbis edocet, & manibus? Nonne potiore iure hos dicemus terque quaterque beatos? Hoſce ergo ſeruos, hoſce diſcipulos millibus beatos dicam nominibus: beatos honore ob talem Dominum: beatos diuitijs, quòd ſerui ſint heri, *Cui omnia dedit Pater in manus*: beatos ſapientiâ, qui ſapientiæ ipſius ſunt diſcipuli: beatos auribus, qui loquentem lingua ipſam audiunt ſapientiam: beatos pedibus, qui lotis à ſupremo Rege pedibus gradiuntur: manibuſque beatos, qui manibus ſuis diuini Magiſtri actus imitantur. 3 Reg. 10. 8. Math. 12. 42.

Digitized by Google

Humilitas propter Deũ exercita, minimè vilis eſt, ſed potiùs illuſtris.

Humilitas generoſa honorumque cõtemptrix, honorata vbique eſt, nullibi ſpreta.

Humilitas Chriſtum imitans, honor eſt magnus.

Hîc ego, auditores intelligant, velim, nullos humilitatis actus, quibus propter Chriſti imitationem incumbitur, cuipiam eſſe ignominiæ, nec dedecori, imo cunctis honori, ac reuerentiæ: tantum abeſt, vt maculæ. Nec apud eos ſolos, qui eiuſdem ſunt numeri, apud eos dico, qui imitationis Chriſti profeſſores ſunt: ſed apud quaſlibet vniuerſim nationes. Tametſi enim adſpectu primo humiliationem ludibrio eſſe contingat, tandem eximiè coruſcat, ſummeque apud omnes venerationi eſt. Eſt namque imitatorum Chriſti ratio eadem, quæ eiuſdem fuit, quem ipſi imitantur, Regis gloriȩ: qui *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter*
Phil 2. 8.
quod & Deus exaltauit illum. Nec ſolam dico exaltationem, quæ prȩmium eſt humilitatis, iuxta prouerbium, *Gloriam precedit humilitas*:
Prou 15 33.
ſed dico, ipſammet humiliationem eſſe tandem honorem, & gloriam; quamuis initio ludibrium ſit, atque contemptus. Eſt B. Pauli doctrina, dicentis ad Corinthios: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.*
1. Cor. 1. 23.
Conſequenter homini imitanti Chriſtum humilitas honor eſt magnus: magnum dedecus inflatio, cùm dicat Sapiens: *Vbi fuerit ſuperbia, ibi & contumelia: vbi autem humilitas, ibi ſapientia.*
Prou 11. 2

Contemptus mundi a generoſo animo eſt, atque ſublimi.

Audeo vlteriùs dicere, ipſammet propter ſe honori eſſe humilitatem, adhuc in his, qui Chriſti exemplum aut non nouerunt, aut non recordantur, quum humiliationis occurrit occaſio. Repugnans quidem videri fateor, quòd, cum humilitas ſit abiectio ipſa, ſit ipſa nihilominus ſublimitas: ſed talem affirmat Auguſtinus, qui admirans, ait:
Aug. l. 14. de ciuit. c. 13.
Hoc quidem quaſi contrarium videtur, vt elatio ſit deorſum, humilitas ſurſum. Ita quidem eſt, cum Dei verbum eſſe dixerimus: *Vbi fuerit ſuperbia, ibi & contumelia: vbi autem humilitas, ibi ſapientia.* Eſt enim valde perpendendum diſcrimen, quod inter vilitatem, humilitatemque verſatur. Non commendamus illud humilitatis genus, quod aut naturalis eſt inſenſibilitas, aut vilitas animi nec æſtimantis infamiam, nec famam, decorem, aut dedecus, ſpeciem turpem, aut honeſtam, ſolamque attendentis carnem, & quidquid ad carnis ſpectat affectus, nullo ferè differentis à quadrupedibus diſcrimine. Hanc quippe abiectionem non humilitatem, ſed vilitatem appellamus. Illum animũ cenſemus verè humilem, qui probè ſciens tam honoris, quàm contemptus, tam dominij, quàm ſeruitutis æſtimationem, nouit æquanimiter vtramuis fortunam ferre, vtrumuis accipere Dei datum, nullo animi motu, nulla perturbatione, furore nullo: oſtendens ſe ipſum honori, famæ, dominationi, magiſtratui, gloriæ ſuperiorem, ſciens deſpicere, quum res fert, honorem ipſum, ſciens humiliationem amplexari. Nonne & eſt humilitas tua, ſi tot fortunæ (vt aiunt) fluctibus ſuppoſitus, ſi tot obrutus vndis, ſi tot ſuper te videns tranſeuntes ærumnarum voragines, quibus vndique opertus, minimè fulges, minimè appares, nec inter honoratos computaris, in te ipſo conſiſtas, nulla cordis oſtenſa reſtrictione? Vera profectò humilitas eſt: ſed excelſa humilitas: quæ, præ Regia cordis amplitudine, ipſomet eſt honore ſuperior,

perior, nec magis æſtimat honorem, quàm animum, quo ſcit, & honorem deſpicere.

Dauidis magnanimitas humilis.

Quis non conſiderauit ampliſſimam Dauidici cordis latitudinem, quam æquè ac latitudinem, humilitatem licet appellare? Suſtinuit ille ſemper immotus irruentes ſæpiùs ſuper ſe fluctus agminum Saulis, nunquam diu, noctuve ceſſantis illum rabidè impetere, vt ab eo deijceret honore, quo celebrabatur vniuerſarum

Humilitas Dauidis Regis.

choreis mulierum concinentium; *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* 1. Reg. 18. 7. Poterat ille quidem abiectionem ſui, qua longo tempore in latebris delituit, deuitare, perſecutorem Saulem interimens, quem bis ſaluus potuit interficere. Quin etiam, cùm in manibus eum, vt poſſet, ſi vellet, occidere, teneret, nimia humilitate dixit ad illũ; *Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum?* 1. Reg. 24. 15.

Magnanimitas Dauidis cum humilitate coniuncta.

Quænam tanta eſſe potuit cordis latitudo, quãta fuit illa, qua manſit immotus eo tempore, quo expulſus à regno armis filij ſui, turpibus ab homine peſſimo inceſſebatur ignominijs, iactis etiam in eum tanquam in canem, lapidibus multis? *Egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera: procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid. Ita autem loquebatur Semei, cùm malediceret Regi: Egredere, egredere, vir ſanguinum, & vir Belial: reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul; quoniam inuaſiſti regnum pro eo: & dedit Dominus regnum in manu Abſalon filij tui: & ecce premunt te mala tua: quia vir ſanguinum es.* 2. Reg. 16. 5. Quid tunc fecit Dauid? Qua turbatione fuit commotus, cùm poſſet illum manibus diſcerpere: quibus & leones diſcerpebat? Imo dicenti Abiſai: *Vadam, & amputabo caput eius,* nempe Semei, reſtitit Dauid, dicens: *Dimittite eum, vt maledicat, iuxta præceptum Domini: ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* 2. Reg. 16. 11. Nonne Regia cordis amplitudo? At nonne profunda cordis humilitas? Meritò dixit magnus Gregorius: *Intueri libet, quanta virtutum munera Dauid perceperat, atque in his omnibus quàm forti ſe humilitate ſeruabat.* Gregor. l. 27 moral. cap. 27. Graphicè quidem dixit. *Forti humilitate:* quoniam minimè erat vilis humilitas, ſed animi fortis, & conſtantis. Quanta autem fuit Dauidici cordis in humilitate latitudo; tanta fuit anguſtia cordis Saulis in ſuperbia. Aſcenderat hic ex aſinarum cuſtode ad Regiam Iſraëlis maieſtatem: 1 Reg. 24. 21 in qua cùm Dauidem ſibi ſucceſſorem intelligeret, minimè dormiebat, inquietus ſemper, & turbatus, vniuerſa latibula, montes percurrens omnes onuſtus ferro, vt de medio tolleret innoxium ſucceſſorem. 1. Reg. 18. 9 19. 1. 10. 11. 15. 20. 28. 22 20. 30. 22. 11. 23. 7 15. 21 24 3. 26. 2.

Humilitas magnorum virorum, ac Regum.

Ne autem putet quis, huiuſmodi ſuperbiam anguſtiam cordis, latitudinem eſſe humilitatem apud ſolos eos, qui ex Dei ſunt populo: moneo eum (ſi quis fortè eſt) qui hoc errore tenetur, vt & humanas euoluat hiſtorias: videbit, apud gentes quaſuis, niſi barbaræ ſint, huius generis humilitatem magni ſemper habitam, habitumq; ſemper magnanimum virum, qui à celſitudine cadens, minimè ſe exhibet turbatum.

Gallieni Imperatoris ſerenus in caſibus animus

Magnanimitas Gallieni Imperatoris.

Nuntiatis Gallieno Imperatori caſibus multis, quibus maiori ditioni ſuæ parte reſtringebatur, ab extrema cadens poteſtate: quaſi iocus eſſent iacturæ illæ, iocans reſpondebat ipſe. Tam longè à perturbatione abfuit, aut cõmotione. Nuntianti ſibi, omnem Ægyptum

à ſuo Imperio deſciuiſſe, ſubridens dixit: Quid ergo? Nunquid ſine Ægyptio lino eſſe non poſſumus? Cùm totam bello perderet Galliam, condolentibus ſuper imperij ſui minutionem, peneque deflentibus, dixit: Nonne poteſt Romana reſpublica ſine trabeatis ſagis conſiſtere? Vaſtata demum Alemanorum, Scytharumque incurſationibus Aſia, dixit ſimiliter ridens; Quid inde? An ſine Aphronitris viuere non poſſumus? Quis magnanimum virum, vbique laudatiſſimum ignorat Socratem? Hic accuſatus ab Anyto, ductuſque in capturam titulo criminis, cui pœna capitis taxata erat, ſereno iuit vultu, nihil opponens accuſatori, nullum patronum interponens: nec ipſos quidem iudices verbis ſuis lenire curauit. Narrat Tullius Cicero. Quæ, non dicam arena, ſed rupis, tam horrendis fluctibus non moueretur? Quis tam grandi animo, tanto honore reſpectus ac auguſtiſſimus ipſe Auguſtus Cęſar? At quis tãta, ac ille humilitate immotus conſtitit in humiliationis occaſionibus? Famoſos contra ſe libellos ſpreuit, nec paſſus fuit auctores inquiri. Imo indignantem in eius detractores Tiberium, priuignum ſuum, ſedauit ipſe animo, dicens, feruentis eſſe iuuenum ſanguinis, huiuſmodi humiliationibus commoueri. Hęc, & ſimilia multa de præclariſſimo hoc Imperatore ſcribit Tranquillus Suetonius. Innumera huius generis occurrunt exempla. Sed quorſum ea referamus: vbi diuini Imperatoris tam præclarum proponitur humilitatis exemplum? Pudet, quòd tanta ſit hominum, etiam Chriſtianorum cæcitas multorum, vt putent, apud ſolum Deum humilitatem æſtimari; deſpici à ſæcularibus: cùm re vera à ſolis contemnatur hominibus, qui contemptibiles ſunt ipſi. Sed quando à cunctis ſperneretur: quidnam obſtaret eorum contemptus, vbi tantopere ęſtimat humiles ille, qui & Deus eſt, & ſummopere humilis? Sufficiebat quidem, quod ſocia charitatis ſit, ſicut ſtrictè ſociam diximus, vt eximiopere coleretur humilitas. Amor etenim, qui & charitas dicitur, nobiliſſimus eſt, ingenuus, liber, & excelſus. Pontanus ait;

Antonius Cecatel. in vita Gallieni.

Socratis ſerenitas in magnis ærumnarum fluctibus.

Cicer. l. 1. Tuſculan.

Auguſti Cæſaris magnanimitas & ſerenitas animi in opprobrijs.

Sueton in Auguſt. c. 55.

Idem c 51

Amor liber eſt.

Pontanus

Vre acer, atque fuge indomitus: neu parce pharetris.

Amor indomitus.

Campan. Campanus dixit triumphatorem:

Ipſe triumphator celſis in curribus egi.

Amor triũphator.

Altiorem altior quidam Poëta; Deorum nimirum Dominatorem;

Amor dominatur omnibus.

Ouidius.

Regnat, & in Dominos ius habet ille Deos.

Qui ergo adeo excelſus eſt amor, adeo ſuperior, adeo cultus, quomodo eſſet humilitatis ſocius, ſi eſſet illa contemptibilis? Socius abſque dubio illius eſt, cùm ſit ſocius pacis; quæ minima abſque humilitate haberi poteſt. Multis id commendauimus; & nouerunt Philoſophi, & Poëtæ; ex quibus quidam dixit:

Humilitas honoratiſſima ob ſocietatem charitatis.

Pontanus

Comparat hic lites, pacis amicus amor.

Amor amicus pacis.

Hanc peperit mundo diuinus Dominus: qui in habita poſt lauacrum concione dixit; *Pacem relinquo vobis.* Quibus nam eam peperit inſtrumentis? Certè humilitate, & charitate. In his enim duobus verbo inſtruxit ſuos, & exemplo: quorum epilogus fuit pax, quàm ſicut pacis Princeps dedit illis. Humilitate, & charitate lauit hominum pedes: humilitate, & charitate dedit ſe ipſum crucifigendum, propter homi-

Ioan 14. 27.

Digitized by Google

nes; humilitate, & charitate dedit item ſe hominibus ſacroſancta in hoſtia manducandum.

Debitum eſſet, vt ſacramentum hoc maiorem concionis huius partem occuparet; niſi eo ipſo, quòd præcipua pars ſit, proprio celebritatis die prædicaretur. Vnum illud proprium præſentis eſt loci: vt altè admiremur, dediſſe ſe ipſum Dei filium in hoc incruento ſacrificio, cùm ſequenti die ſe daturus eſſet in cruento. Hoc vtique volo in concione hac conſiderari; quòd exquiſita ſit ardentiſſimi amoris adinuentio. Sacrificium quidem vnum eſt crucis, & altaris, cùm vnus ſit in altari Chriſtus, qui & fuit in cruce: at ſub duplici ſpecie, incruenta, & cruenta: totuſque Chriſtus incruenta in hoſtia, ipſeque cruento in ſacrificio totus. Amoris dico adinuentionem. Scimus tum ex philoſophia, tum quotidiano experimento, liquores omnes calore rareſieri, & extendi, ita vt incluſum hydria vna muſtum, dum proprio feruet calore, turgeat, & exeat impetu magno, minimè iam captum hydria vna, ſed occupans duas. O amantiſſime hominum Ieſu! Quænam eſt iſta ars, qua es integer totus altaris in hoſtia, cùm integer fueris totus in crucis ſacrificio? Cuius artem dicemus, niſi amoris artem? Ferbuit profectò tanto amoris calore ſacer ſanguis tuus, vt duo repleret ſacrificia, cùm fuerit totus in vtroque. Non quòd in ſacrificia duo diuiſus ſit ſanguis, ſicut in duo dolia partitum eſt muſtum, quum in vno feruens exorbitat ab illo; nec enim omnia paria eſſe in ſimilitudinibus exigitur: ſed quòd idem ipſe ſanguis tuus, cùm ſit in vtroque ſacrificio, totum eſſe in vtroque feruens faciat amor: faciatque vnum eſſe duo, cùm adhuc ſit vnum ſacrificium.

Sacrificium incruentū, & cruentū cur obtulerit Chriſtus?

Simile.

O diuine amator! Quàm profundo myſterio dicis nobis; *Scitis, quid fecerim vobis?* Quis tam præcelſum ſciret myſterium, niſi ediſſeruiſſes tu, & fidem ad credendum infudiſſes? Quis talem ſciret adinuentionem amoris, vt ex vno tui corporis ſanguine ſanguinem vberem per tot, ad bonum noſtrum, eliceret ductus? Elicuit ſanguinem per omnes corporis poros ardentiſſimis in horto ſudoribus: ſanguinem ex dorſo verberibus multis: ſanguinem ſpinis ex capite: ex humeris ſanguinem nimio crucis onere: ſanguinem ex cruribus lapſu: ſanguinem ex manibus, ac pedibus, clauis: ſanguinem lancea, etiam poſt interitum, ex latere: ſanguinem ad incruentum, & ad cruentum ſacrificium: ſanguinem quem bibamus, & quo viuamus: ſanguinem ad remiſſionem peccatorum noſtrorum: ad impetrationem petitionum: ad ſtrictam noſtri tecum vnionem: ad virtutes, ad dona, ad gratiam, & gloriam ſempiternam.

Digitized by Google

IN RESVRRECTIONE DOMINI.

SERMO I.

DILVCVLO PRÆDICANDVS.

Mat. 28. 6 *Non eſt hîc : ſurrexit.*

NOBILES quidam viri profecturi quadam die ad recreationem venationis; cùm ad audiendam miſſam vix orta accederent aurora, preſbyterum illum, quem ſe, ad faciendum ſacrum, viderunt induentem, comiter rogauerunt, vt diceret illis venationis miſſam, quaſi dicerent, vt breui miſſam tempore perficeret, ſicut videbat optari ab hominibus ad venationem exeuntibus. Conceſſit libentiſſimè preſbyter: dixitque omnino dignum, vt in eo illis gratum faceret. Qua promiſſione ingreſſi templum illi, genuflexi ſunt, putantes, exire iam poſt eos ſacerdotem: quem cùm dimidiæ horę ſpatio minimè viderent exeuntem, tabeſcebant amarè, & carpebantur: ardenteſque contra eum ampullas proijciebant. Denique poſt nimium iam, in expectando, faſtidium, reuerſi ad illum, repererunt eum miſſale totum anxiè reuoluentem. Quid eſt hoc, Pater, aiunt? Videris quidem, eo ipſo, quòd à te breuitatem implorauimus, velle data opera cunctari. Imo exactè, ait ille, facio quod iuſſiſtis. Vos petijſtis à me, vt miſſam de venatione dicam vobis: ecce miſſale percurro totum, nec talem vllam de venatione inuenio miſſam. Tunc illi ſuper ſacerdotis facetiam corridentes, dixerunt ei, non potuiſſe tantum ſibi accidere in venatione recreationis, quantum acuto illo, ſalſoque ludo, ſimulque prudente, ad docendum eos, cauere deinceps ab abbreuiandæ miſſæ petitione. Videor iam mihi ſubaudire nonnullos ex adſtantibus muſſitantes, ac dicẽtes, frigidiſſimam me facetiam dicere, eo quòd exiſtimẽt omnino neceſſarium, aliquam in huius diluculi concionibus dici à prædicatoribus facetiam, ſeu (vt ipſi dicunt) gratiam aliquam. Qui ergo & à me tale quippiam ſperantes, audiunt ſalſam hanc de miſſa venationis hiſtoriam, dicunt abſque dubio; Vah, quàm gelidam facetiam dicit nobis pater concionator. Vetuſtior eſt Sara hiſtoria hęc: ſępe eã audiuimus.

Digitized by Google

Sed eſto, eſſet illa faceta; quonam hac in concione affertur propoſito? Ego quidem, auditores mei, nullam hucuſque dixi facetiam. Tamen, ſi ita eſt, quòd niſi falſum aliquid dicamus, omnino explodenda ſit concio: accipite (rogo) hiſtoriam hanc, non quidem in facetiam, ſed in dicendæ iam facetię ſimilitudinarium fundamentum. Petijſtis à me non pauci ex auditoribus, vt facetum aliquid pro oſtendenda dicam lætitia, quæ in tanta gloria Domini nos afficit; ſit ita ſanè: aliquam iam dicamus gratiam. Quapropter, ſicut celebraturus ille ſacerdos, miſſale peruoluit totum, vt miſſam de venatione inueniret: ita ego nunc totum, propter vos, librum reuoluam bibliorum, quęrens concionem aliquam, de facetia in diluculo reſurrectionis dicenda. Quòd ſi idipſum acciderit vobis, quod viris illis miſſam de venatione petentibus, vt plus ſcilicet nimio concionis finem expectetis; veſtra voluntas eſt, non mea adinuentio. Contingens eſt, vt meridiana hora inuentura ſit nos in loco hoc, audientes vos, me prædicantem, antequam quæſitam de dicenda gratia concionem inueniam. *Q*uid turbamini? *Q*uis eſt rumor hic? Ecce vos ipſi retroceditis, dicentes, ſine, Pater, ſine: ſine facetias. Nolumus tam caras gratias: apageſis. Vtere, Pater, conſueta gratiæ petitione; qua à ſancto ſpiritu auxilij ſoles, ad prædicandum, gratiam poſtulare. Benè quidem. Magna (fateor) prudentia veſtra eſt, conſuetæ gratiæ genus non mutare. Eritque præter proprium gratiæ emolumentum, aliud non parum gratum: vt ea nimirum, quę vſque ad meridiem, ſi gratias quæreremus, protrahenda eſſet vobis concio, vna gratia hæc, quæ eſt ſpiritus gratia, tribus horæ quadrantibus ſit breuior. Nam gratia hæc Spiritus Sancti ſemper parata eſt petentibus eam: præſertim in tanti feſti lætitia. Nec ſolum hoc: ſed aliud quoque emolumentum; interuentio Virginis Deiparæ: quam cùm pro facetijs auxiliatricem aduocare vereamur: confidenter quidem inuocamus, pro Sancti Spiritus gratia poſtulanda; pro qua & Angelicis verbis eandem ſalutamus virginem, dicentes: *Aue Maria.*

Aue Maria. *Reſurrectio Chriſti cauſa multiplex lætitia noſtra.*

Spiritus, quo ſancta mater Eccleſia hodię induta reſplendet: iucundiſſimæ eſt alacritatis ſpiritus. Hæc lætiſſima canit; Alleluya: nec grauatur, ſæpiùs alleluya cantare. Gratiſſimum quidem exultationis fundamentum ſplendidiſſima reſurrectio Domini, cuius gloria ſummoperè gaudere nos decet eodem, quo Eccleſia exultat ſpiritu. quæ ad lætificandum nos incitamenta concurrunt, tria inter alia video potiſſima: bonum reſurgentis Domini Ieſu Chriſti: bonum beatiſſimæ genitricis eius: & noſtrum item bonum, quod ex glorioſa hac reſurrectione nobis prouenit eximium.

Amicitia vera qualis ſit.

Bonum Domini noſtri primaria eſt nobis cauſa iubilandi. Eſt etenim hic primus in amicitia noſtra: ac conſequenter immenſo nos afficiens gaudio gloriam eius ſpeculantes immenſam. Vera enim amicitia vna illa eſt, qua fidus quiſque amicus de bonis ſui lætatur amici, eo quòd bona illius ſint: non propter redundantem in eum, qui amat vtilitatem. *Suis autem incommodis grauiter angi, non amici,*

Digitized by Google

Cicero de Amicitia. Ariſtot 8. Ethi. c. 2. 3 4 5. 9.

ſed ſeipſum amantis eſt, dixit Cicero; qui è diuerſo, gaudium de bonis amici veram eſſe amicitiam, latè proſequitur. Eſt doctrina Ariſtotelis expreſſa 8. Ethicorum libro: cui Philoſophi omnes, omnes Theologi ſubſcribunt. qui enim alium amat non propter eũ ipſum, ſed propter ſuam vtilitatem aut ſperatam, aut captam, is quidem non amicitiæ, ſed concupiſcentiæ mouetur amore: quem notat Siracides, dicens: *Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis.* Ad diligendum verò, tanquam veriſſimum amicum, Dei filium, incitamenta concurrunt duo: primum diuinitas eius, humanitas alterum.

Eccl 6 10

Quod ex duobus his inferius eſt, præcelſum eſt valde: incitabulum nempe ad amandum Chriſtum, quatenus homo eſt ſimilis nobis. Nulla eſt ex vniuerſis amicitię cauſis, quę ad congaudendum Chriſto, tanquam vero amico, non adſtringat eos, qui tanquam hominem aſpiciunt illum. Prima eſt tanti Domini probitas: qua veros conglutinari amicos, docuere Ariſtoteles, Tullius, Plutarchus, & Beatus Ambroſius. Nulla autem hominis probitas æqualis Chriſti integritati. Quando annuntiatus fuit Virgini in vtero eius concipiendus; nomine fuit ſancti prænuntiatus. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* Hoc proprium Chriſti nomen. Secunda eſt ardentiſſimus Chriſti erga nos amor. Sunt verba eius hæc; *Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo; nota feci vobis.* Quæ autem cauſa ad amandum eſſe poteſt ardentior, quàm cognitus in amico feruens amor? Ad hæc, eſt conſanguineus noſter, qui hodie Chriſtus reſurrexit. Sufficiens quidem eſt vel ſola hæc congaudendi cauſa: ſed eſt vrgentior adhuc ex eo, quòd, cùm minimè eſſet cognatus noſter, ſed natura Dominus, nos natura ſerui eius, ſponte ſua noſtrum ſe fecit conſanguineum. Quàm affectis oculis intuereris tu, auditor optime, nobiliſſimum virum, ac ditiſſimum, qui amore nobilitandi, locupletandique ſua te cognatione, ſororem tuam duceret vxorem? Aſſumpſit ſupremus hic Rex naturam noſtram, nos vt nobilitaret, diuiniſque imbueret diuitijs: quanto cum amore perſpiciemus? quanta delectatione contemplabimur? Si ergo vera ſumus amici eius dilectione: intimo quidem exhilarabimur gaudio, videntes tanta triumphantem gloria amicum hunc noſtrum. Pręſertim, cùm tam fulgenti ornatum præmio cernamus eum, quem, ob immenſam probitatem ſuam, eo digniſſimum agnoſcimus. Cuiuſnam hominis cor non roſea induitur lætitia, dum audit, roſea indutum gloria præcelſum gloriæ Principem, qui, vt eximioperè honorificaret nos, generis ſe noſtri vltrò fecit conſortem? Gaudet hic de bonis noſtris lætitia tanta, vt, propter ſummum honorem noſtrum, ſuprema vſus ſit adinuentione accipiendi in cognatos nos ſuos, nulla egens remuneratione noſtra. *Vera amicitia eſt* (ait S. Bernardus) *quæ nihil ex rebus amici quærit, niſi ſolam beneuolentiam; ſcilicet, vt gratis amet amantem ſe.* Ergo ſi tam ingenuus, tam internus, tam ardens eſt Chriſti erga nos amor, & affectus, vt bonis

Ariſt. li 8. Ethic. ca. 4 Plutar. lib. de diſcrimine adulatoris & amici Ambr. li 1. officio. c 32. Luc. 1. 35. Ioa. 15. 15.

Chriſtus ſecundum humanitatem amicus arctiſſimus noſter.

Amicitia in vtriuſque amici probitate fundatur.

Bern. ſer. 3 ad ſororem.

noſtris ſummopere lætetur: rude profectò, & irrationale eſſet cor, quod non ſummis hodie tripudijs exultaret.

Cùm igitur tanta nobis cum Chriſto, etiã prout homo eſt, intercedat amicitia: tanto quidem hodie afficiemur gaudio, quantam eſſe eius gloriam nouerimus. Glorioſa Chriſti reſurrectio, ideò reſurrectio eſt, quòd præcedentem ſuperauerit mortem: nemo quippe niſi à morte reſurgit præcedente. Merita ideo corporis fruitur gloria, eo quòd ſummis iniurijs affectum fuerit corpus eius tempore necis acerbiſſimæ. *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis, gloria, & honore coronatum.* Heb. 2. 9. Si videres nunc arctiſſimum amicum tuum truculentiſſima, ob defenſionem tui, tortorum manibus immanitate diſcerpi: quanta (rogo) lætitia afficereris, cernens eum ſubitò ſuper tortores ipſos irruentem glorioſiſſimo emergere trophæo? Chriſtus (noſti) eſt amicus iſte. Non pridem propter liberandum perpetuis te à tormentis, ſæuiſſimis cruciabatur ipſe torturis vſque ad infamem in patibulo necem: vides iam eum fuſis glorioſè hoſtibus fulgentiſſima reſurgentem claritate: nonne intenſiore, quàm verbis dici queat, gaudio exultas, & lætitia? Cùm, eo tempore, quo victorem Traianum ex deuictis Parthis redeuntem pompoſiſſimo excipere trophęo Romanus parabat populus, audiret, eum Traianopoli Siciliç morte interceptum deploranda: paratum viuenti triumphum cineribus addixit eius: eaque cineres excepit pompa, qua triumphatorem erat excepturus. Quo nos trophæo celebrabimus triumphatorem noſtrum redeuntem à terrifico cum morte congreſſu, non in cineres necis diſſolutum, ſed potiùs, quum putabatur extinctus, exultantem, ſanum, ſplendidiſſimum, hilarem, victorem glorioſiſſimum, haudquaquam mortis iterum impetendum ſagittis? quoniam. *Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur.* Longè quidem ardentiore ſalutis noſtræ zelo, quàm zelo Romanæ vtilitatis Traianus, inijt Chriſtus certum cum morte conflictum, cum Iudæis etiam, & cum infernis hoſtibus noſtris, ac ſuis: obligat ergo nos ad excipiendum eum multò ſublimioribus hilaritatis indicijs, ſiſtris, tympanis, organis, ſambucis, & lyris.

Traiani triumphatoris cineres excepit grãdi pompa Romanus populus.

Mariana lib. 4 Hiſtoriæ Hiſpaniæ cap. 5.

Rom. 6. 9

Intimior adhuc eſt nata in nobis hilaritas ex gloria Chriſti, quatenus eſt gloria eius, qui verus eſt Deus creator noſter: quamuis gloria hæc gloria ſit corporis ad humanitatem pertinentis. Fateor corporis gloriam eam, quæ hodierna reſurrectione coruſcat; cum animæ gloria nullatenus à reſurrectione expectaretur: vt quæ omni tempore plena perſtiterit, etiam dum frigidum iaceret corpus: tamen cùm perſona hæc Deus ſit verus; gloria item hæc, eius quidem eſt gloria: qui Deus eſt noſter, atque adeo potiſſimi gloria amici noſtri. Eo vel maximè, quòd hodierna triumphi eius gloria omni ſit ex parte gloria Chriſti, prout Deus eſt, & prout homo. Si ergo gaudium illud, quo ob amicorum proſperitatem afficimur, tantò intimius eſt, quantò eſt arctior amicitia: facilè quidem apparet, nullam gaudendi cauſam eſſe comparem ei, qua Dei bonis delectamur; cùm eius erga nos amicitiæ nulla vſpiam compar eſſe poſſit. Eſt

Deus potiſſimus amicus noſter.

Digitized by Google

Exod. 33 19. Aug. li. 6. de mor. Eccl. c. 11.

Deus per ſe, & propter ſe ſummoperè diligibilis.

propter ſe ſummè amabilis ipſe; cùm ſummè ſit bonus, & bonum omne, vt dixit ad Moſem Deus ipſe: *Ego oſtendam tibi omne bonum.* Quod probè ſciens Auguſtinus, dixit; *Charitas eſt virtus coniungens nos Deo, qua ipſum diligimus: Diligimus (inquam) propter ſeipſum.* Eſt creator noſter, & conſeruator, eſt prouiſor, eſt noſtro iugiter intendens alimento, noſtrę delectationi, honori noſtro. Eſt amicus præ omnibus antiquior, quæ eſt vrgentiſſima amoris circunſtantia. *Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum amicus nouus: veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illum.* Pulchra comparatio. Amor nouus ſolet inſtar muſti ardentiùs feruere: at non eſt tam purus, quàm inueteratus amor: qui etiam ſi nonnunquam non tantis reſonet feruoribus, eſt longè purior, ac perfectior. Appoſitè illam ait firmiorem Iſocrates amicitiam, quam quis à proauis contraxit; vt arctiùs diligat nepotes eorum hominum, qui proauo ſuo fuerunt amiciſſimi. Quis autem tam antiquus, ſicut Deus, amicus noſter? Antequam eſſemus, amauit nos: imo in id nos amauit, vt faceret nos eſſe, factoſq; cunctis bonis cumularet. *Elegit nos ante mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti,* quod perindeeſt, ac ſi dicat, vt eſſemus amici: ſiquidé illi, qui ſancti ſunt, amici ſunt Domini: qui amici eius ſunt, conſequenter ſunt ſancti. O ingenuiſſima dilectio! Amicus ergo hic propter ſeipſum eſt amabilis: atque adeo cùm ſit amandus omnibus, eſt commune omnium hodiernum in triumpho eius gaudium. Notauit acutè Paulus, factas ijs, qui mandata Dei adimplent, promiſſiones, à quarto incipere præcepto: quod quum iniunxit Deus, verba hęc addidit, dicens; *Honora patrem tuum, & matrem tuam; vt ſis longæuus ſuper terram.* Cùmque præceptum hoc in Exodo imponat, rurſuſque ipſummet in Deuteronomio; pollicitationem hanc vtrobique ſubiungit; qui pro tribus mandatis præcedentibus nihil prorſus præmij propoſuerat. Commendans igitur præcepti huius obſeruationem, inquit Apoſtolus: *Filij, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt benè ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.* Curnam notat Apoſtolus, promiſſiones Dei à quarto incipere mandato? Non vtique fruſtra. Sanè cùm priora præcepta à primo vſque ad tertium ad Dei ſpectent reuerentiam, & amorem: nullam neceſſe eſt præceptis pollicitationem apponi, quamquam eſt immenſa retributio. Eſt enim per ſe, & propter ſe amabilis Deus, & amandus: etiamſi nihil vnquam, aut daturus eſſet, aut dediſſet. Licita obſeruatio præceptorum, quę remunerationem intuetur: at nullius meriti, ſi ante omnia retributionem adſpiciat. Primo atque potiſſimè adſpiciendus eſt Deus, ita vt propter ipſum diligatur, procedatque ex eius dilectione integrum præceptorum exercitium: deinde licet ad retributionem adſpicere. Eſt tamen perfectior obſeruatio, quam ſolus, ac purus in Deum amor parit. Nec prætereunda conſideratio ſingularis præcepti, cui prima adiungitur promiſſio: præcepti nimirum honorandi genitores. Quæ (rogo) eſt neceſſaria promiſſio præmiorum,

Ecc. 9. 14. Iſocrates ad Demonicum. Eph. 1. 4. Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Ephe. 6. 1

Amici antiqui arctiores ſunt nouis. Simile. Premium ſit ne ante oculos ponẽdũ ad amãdum Deũ, & virtutes. Amor minimè innititur retributionibus.

vt tu diligas patrem, ames & genitricem? Rara quidem promiſſionis neceſſitas: tamen neceſſitas contingens. Solent enim quandoque & inter filios, & parentes odia ardere mortifera: atque ita oportuit promitti pręmia honoratoribus parẽtum; vt quos non mouet amor, moueat retributio. Deum autem vt amemus, cauſa perennis eſt: poteſt multò minùs deficere, quàm cauſa amandi naturales genitores. Ideo præceptis amandi; ſequendi, ac colendi Deum nulla apponitur præmij pollicitatio. Si ergo ſicut amabilis eſt, amamus eum, quamuis multò ſegniùs, quàm eſt diligibilis Deus noſter: exuberans planè hominum corda circundat alacritas videntium dilectiſſimum Deum noſtrum tanta gloria coruſcantem. Nec in eo ſolùm ſtat cauſa lætitiæ, quòd dilectũm noſtrum glorificatum videamus: ſed quòd gloria hæc ex honorifica procedat victoria, qua eo tempore, quo ſuccumbere hoſtibus videbatur, retorſit in eos labem, ruinam, & interitum. Ideo illæ, quæ ſummo mane ad defuncti acceſſerunt Chriſti ſepulchrum deuotiſſimę diſcipulæ, Maria Magdalene, & altera Maria, non inuento cadauere, ſed Angelo nuntiante, *non eſt hic, ſurrexit enim, ſicut dixit, exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nuntiare diſcipulis eius.* Mat. 28. 8.

Sol apud gentes habitus Deus ſub varijs Deorum nominibus.

Solem adorantes Iſraelita, honorabant oblato curru, & equis.

Ioſias combuſsit currũ, & equos oblatos Soli à precedentibus Iſraelis Regibus.

Amico autem huic ſumma nunc claritate reſurgenti quænam nos idonea offeremus dona? Quas chorearum conclamationes, in noſtræ hilaritatis argumentum? Siue enim ex eo, quòd triũphator reuertatur, ſiue ex eo quòd nitidior Sole reſurgat, multa gaudiorum Chriſto debetur oſtentatio. Triumphatores ſuos antiqui populi feſtiuiſſimis celebrant triumphis. Solem, quòd candidiſſimus oriatur, celebrant nationes multæ, quæ verum ignorant Deum, tanquam ille Deus eſſet: eique propterea illa offerunt munera, quæ tam pulchro vident idonea luminari, quod ipſi Deum arbitrantur. Quid, quòd & Iſraelitico in populo non pauci hoc errore decepti multa huiuſmodi dona obtulerint Soli? Dolendum magis, quòd & nonnulli ex illius populi Regibus eo vſque cœcutierint. Quare inter egregia ſanctiſſimi Regis Ioſiæ circa vrbis purificationem facinora, illud legimus libro Regum 4. *Abſtulit quoque equos, quos dederant Reges Iuda Soli; currus autem Solis combuſſit igne.* Deflendum ambobus oculis malum. In Dei populum gentilis irrepſit ſuperſtitio. Habitum pro Deo Solem, & tanquam Deum ſub Adonidis nomine cultum ab Aſſyrijs & Phœnicibus ſcribit Macrobius: qui etiam cum virga & fiſtula adoratum à Phrygibus ſubiungit. Ab Ægyptijs cultum appellatione Oſiridis tradit Diodorus. Maximus verò Tyrius ſub ſingulari, quam excogitarunt, ſpecie adoratum à Pæonibus; ſicut & à Pœnis cultum ſcribit Herodotus; dicens & à Perſis adoratum: quod & apud Ciceronem poteſt, quiſquis voluerit, videre. Mirandum magis, quòd Deos omnes, quos decepta colebat antiquitas, non Deos plures, ſed vnum Solem affirment ſelectiſſimi Philoſophorum, dicentes, omnem in nominibus varietatem ſtitiſſe, qua vocabant Deum Saturnum, Pana, Iouem, Belum, Ianum. Nemeſidem: cum vnum nominibus his nationes varię intelligerent Solem. Sic

4. Reg. 23. 11.

Macrobi. 1. Saturnalium c. 21. Diodorus lib. 1. c. 2. Tyrius Maximus ſermo. 38. Herodot. lib. 4. & 1. Cicero de Natura Deorum lib. 2.

Aſſyrij adoratores Solis.

Phœnices adorabant Solem non inatum Adonidem.

Digitized by Google

affirmat, & comprobat Macrobius ex ſententia Platonis, Homeri, Orphei, & Hæſiodi. Tanti faciebant Solem Ægyptij, vt grandem ei conſtruxerint vrbem nomine ciuitatem Solis. Quod non ab humanis, ſed à ſacro accepimus ſcriptore Iſaia, cum Strabonis gloſſa aſſerentis, ciuitatem illam non eſſe aliam ab ea, quam Heliopolim appellant Græci. Longa narratio eſt. Offerebant ergo nationes illæ varia munera Soli, captæ ſpecioſiſſimo ſplendore eius. Exprimit elegantibus Poeta carminibus;

Paones adorabant pro Deo ſolem.

Perſæ Deũ habebant ſolem.

Solem vnicum apud gentes Deũ, cuncta Deorum nomina non plurium Deorum, ſed vnius eſſe Solis: quem nominibus varijs variæ nationes appellabant.

Strabo. lib. 7.

Virg. li. 6. Æneidos.

Illi ad ſurgentem conuerſi lumina Solem,
Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, pateriſq; altaria libant.

Strabo lib. 11.

Maſſagetæ mactabant equũ Soli, vt narrat Strabo: quoniam in curru equis Solem ferri credebant: ſicut nationes alię, vt apud Poetas ſæpius offendimus. Hinc ad Iſraelitas cœca tranſijt deceptio. Habitabant illi in eorum, qui adorabant Solem, Cananæorum terris; eorumque proinde Idololatriam perhibebant. Amaram ſponſæ querimoniam, quòd à Sole eſſet decolorata, vitio huic attribuit Chaldęus, aſſerens, querelam eſſe Iſraeliticæ gentis, ſuam in eo turpitudinem deplorantis, quòd ex Idololatræ gentis conſortio, adorato Sole, nigreſcerent apud Deum. *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim: quia decolorauit me Sol.* Quę verba ſic vertit Paraphraſtes; *Dixit cœtus Iſrael coram populis: Nolite me deſpicere; & quòd nigrior vobis ſum, & quia feci iuxta opera veſtra, & adoraui Solem, & Lunam.* Quę etiam eſt Rab. Salomonis interpretatio, & inter noſtros Theodoreti. Offerebant ergo Iſraelitæ illi, etiam Reges, currum Soli, & equos communi gentium deceptione: à qua vt pius Ioſias liberaret eos, cum equis combuſſit currum. Hæc ille in ſui regiminis tempore. At triumphatoris tempore Chriſti ipſammet Solis ciuitatem cum quatuor alijs conuicinis ad Chriſti ipſius cultum tranſituras, luculenter præcinuit Iſaias. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: ciuitas Solis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius erit in ſignum; & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis: & mittet eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos: & cognoſcetur Dominus ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs, & in muneribus.* Ecce venit iam Saluator: ſaluauit nos, proſilit triumphator; coruſcat glorioſus: quid offeremus ei, qui ſumus ciuitas, quam ille ſaluam fecit, à Solis cultu ad Domini ipſius, qui diuinus eſt Sol, transferens cultum, & honorem? Exit hodie triumphator deuictis Chriſtus hoſtibus: exit, vt Sol in ortu refulgens; imo Sol ipſe, Titanio hoc Sole pulchrior, & candidior: vtroque ergo titulo debentur ei currus, & equi. Præcellenti cuique triumphatori offerebant Romani tractum equis currum; carrucam cum equis Soli Maſſagetica gens, & Iſraelitica: quid ergo offeremus Domino huic, qui & exit Sol candidus, & triumphator glorioſiſſimus? Equoſ-

Cant. 1. 6.
Chaldæus ibid.
Rab. Salo. in eundẽ locum
Theodo. ibidem.
Iſai. 19. 18

Heliopolis ciuitas ſic vocata apud Græcos, eſt illa, quæ Iudæis ciuitas vocabatur Solis.

Soli, tanquam Deo, oblata multa à gentibus dona.

Maſſagetæ mactabant equum Soli.

Iſraelitæ adoratores Solis.

Chriſto candidiſſimis reſurgenti ſplendoribus quidnam offeremus.

Chriſtus fulgenti gloria reſurgens orienti confertur Soli.

Digitized by Google

æ cum carruca? Parum eſt. Imo quum prædictas has hiſtorias lego, non poſſum non agnoſcere humanam vbique exiguitatem; quę ne ficto quidem Deo, qualis eſt Sol, idoneum offerre munus poteſt. Ille etenim currus, equi illi, quos Iſraelitæ offerebant Soli, quidnam erant, comparati eidem, vel ficto Solis currui, fictis Solis equis? Solis curſus adeo velox eſt, vt horæ vnius ſpatio centum ſexaginta duo leucarum percurrat millia: vix quartam leucæ partem terreſtres equi, currum manu factum vectitantes: quid ergo proficiebat Soli illud Regum donum, currus? Et equi vectitores? Si ergo potentiſſimi Reges ne minutum quidem offerre Soli donum poſſunt: quid offeremus nos diuino Soli, cuius factura eſt cœleſtis hic Sol qui gyrat circum orbem? Duobus obſequio dignum titulis oſtẽdi: mille iam dico dignum titulis. Si illuminat Sol oculos noſtros: mentibus præſtat lucem Chriſtus multò candidiorem. Si Sol exhilarat aſpectu: multò hic plenius lætificat corda. Fouet ſi ille algentes: hic infundit feruorem charitatis. Si influit Sol virtute in terram, ad producendos fructus ſuos: diuinis replet animam fructibus noſter hic Sol, qui & ſegetum eſt, & ipſius Solis rector, & creator. Quod igitur donum offeremus hodie Soli noſtro: triumphatori noſtro, gaudio noſtro, Saluatori noſtro, bono noſtro? Currumne? Ridiculum donum. Equos? Magis ridiculum. Quid ergo? Noſmetipſos debemus ei donum. Hoc ſolum idoneum, & appoſitum: hoc ſolum vult: hoc ſolum petit: ſolum hoc illi gratum, & acceptum. Vnica Domini cum infernis hoſtibus concertatio ſuper hoc vnum fuit; vt homines ab eorum liberaret inſidijs. Stabat in hoc certamen totum; in hoc vtriuslibet factionis victoria, ſi calidiſſimus Diabolus ſimiles ſibi redderet homines malignis ad peccandum ſuggeſtionibus: faceret ſibi ſimiles Chriſtus, abluens ſanguine ſuo, ſuis faciens ſanctiſſimos auxilijs. Ideo quicunque ita ſe gerunt, & ita viuunt, vt vita, & moribus Chriſto ſint ſimiles: eximię hi Chriſto gloriæ ſunt; cùm in eo præfulgeat gloria eius, quòd à prętio exeat circumſeptus hominibus illis, quos à Diaboli eripuit poteſtate. Solus ille offert acceptum triumphatori donum, qui dat ei ſeipſum prædam de hoſtili manu ereptam digitò ipſius triumphatoris. Viuamus iuſtè, ſobriè, & piè; erimus acceptiſſima triumphanti Domino oblatio: aliter viuentes, nullatenus erimus hodiernę participes lætitiæ. Feſtum candoris eſt, munditiæ, puritatis, pulchritudinis: exors eſt ergo tantæ Domini gloriæ quiſquis ſordet, caligat, denigratur: vllave miſer deformitate laborat. Laborat autem deformitate, turpitudine, macula, quiſquis peccato incumbit: quiſquis à contracto non abluit ſe peccato. Finem, ſcopum, inſtitutum Chriſti ab inſtanti, quo factus eſt homo vſque ad glorioſę punctum reſurrectionis, diuinam hanc purificationem, ſaluationemque noſtram eſſe dicit Ambroſius; dicit cum omnibus ſcripturis, & Patribus. *Chriſtus, vt hominem à peccatis ablueret, de cœleſtibus ad terrena deſcendens, carnem peccati accepit: terrenis ſe admiſcuit, vt eum cœleſtem efficeret.*

Chriſti reſurgentis multi in homines effectus.

Oblatio Deo placita homo ſeipſũ offerens ei.

Iuſtus homo eximia eſt Chriſto gloria.

Ambr. in cap. 1. epi. 1. ad Tim.

Digitized by Google

Mori ſe paſſus eſt, vt illum morte erutum, paradiſo redderet immortalem. O fœlices homines, qui tam glorioſo fruuntur reſurrectionis effectu! Heu miſeros illos, qui pro eo, vt terreſtribus voluten- tur delicijs, tanta negligunt gloria delectari! Sanè, quantæ ſunt Chriſto gloriæ homines illi, qui puri aſſiſtunt ei, facti Diabolo agoniæ: tantæ Diabolo ipſi ſunt exultationi illi, quos peccatorum videns maculis ſordidos, habet prædam ſuam, quam infernas detrudat in triremes. Nondum ſalutaui auditores, fœlicia cunctis precans paſchata: ſaluto iam tam glorioſę Domini victoriæ annuntiatione: quonam me vos vultis reſalutare ſalutantem? Vnum duntaxat poteſt eſſe lætificum: ſi ſanctè poſthac viuere ſtatuatis omnes: ſi firmum ſanctæ vitæ propoſitum opere impleatis. Tunc vos paſchata mihi precatos fœlicia exiſtimate.

Cyrus Perſarum Rex ferebatur curru, quē quatuor vehebant Reges.

Cedrenus in compē dio hiſtoriæ.

Dicet fortè aliquis ex vobis: numquid, dum Chriſto me tradidero, ſupplere potero vicem vehentium currum equorum? Vtique: neque id nouum eſſet. Cyrus Perſarum Rex ferebatur curru vecto quatuor à Regibus, quos ipſe armis ſubiugauerat; vt ſcribit Cedrenus. Quantò glorioſiùs poterimus nos Chriſti vehere currum? Gloria illa triumphantis erat tota, non Regum illorum, qui vehebant currum eius: quippe qui alligati iugo, ferebant currum: gloria Chriſtiferæ carrucæ non ſolius eſt Domini ipſius: ſed etiam portitorum eius. Qualiſnam eſt gloriæ Chriſti currus; vt vectores eius eſſe dignemur? Currum hunc cum vectoribus oſtendit Deus Ezechieli, qui latiſſima deſcribit eum narratione. Duo nos ediſſeremus verba eius.

Currus gloria triūphatoris Chriſti.

Ezech. 1.1

Iuſti homines vehunt vniuerſum per orbem currum gloriæ Chriſti.

Aperti ſunt cœli, & vidi viſiones Dei. Et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius: & de medio eius quaſi ſpecies electri, id eſt, de medio ignis. Et in medio eius ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis. Quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. Cúmque aſpicerem animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Cúmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea. Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis Sapphiri, ſimilitudo throni.

Prædicatores vehunt vniuerſum per orbem currum gloriæ Chriſti.

Ezec. 1.1

Hic eſt currus glorię Chriſti, vectus ſuper quatuor rotas animalibus totidem. Vocat expreſſis propheta verbis currum gloriæ Chriſti, dicens; *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.*

Ezec. 10.2

Quem currum ab hominibus vehi, conſtat manifeſtè: cùm de animalibus his, quę vehunt illum, dicatur, *ſimilitudo hominis in eis.* Tum præterea, quoniam capite decimo vocantur Cherubini animalia hæc, dicente propheta; *Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim.*

Ezec. 1.26

Eo vel maximè, quòd cùm de animalibus his dixiſſet primo capite *ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri;*

Ezec. 10.1

dixit de Cherubinis capite decimo, *Ecce firmamentum, quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis ſapphirus.* Ecce qui currum hunc vehunt, dicuntur nunc Cherubini, nunc animalia: quoniam profectò ea ipſa animalia ſunt ſimul & Cherubim. Quis

Digitized by Google

autem eſt Cherubim ſimul & animal; niſi ſolus homo? Eſt abſque dubio ex ſua homo conditione animal, & Cherubim, ob animale corpus, ſpiritalem ſimul animum. Hic vehit carrucam gloriæ Domini vniuerſum per orbem fulgentiſſimam. Aperi oculos, amice; audi, rogo, & conſidera. Quonam fine te à Deo talem factum putas, vt animal corpore, ſuppar ſis Cherubinis quantum ad ſpiritum, ſeu animam? Vtique eo te fine talem condidit, vt vector ſis currus gloriæ Dei ipſius. Eſt enim aptiſſimus, ad ferendam per orbem Dei gloriam homo: vtpote in quo Dei ipſius gloria mirum lucet in modum; præſertim Chriſti gloria, qui cùm Deus ſit, eſt & verus homo ſimilis nobis. Quæris, quonam modo vehit homo currum gloriæ Chriſti? Dicam; audi, ne dormias, breuis oratio eſt. Videt te populus compoſitum, modeſtum, pium, caſtum, fidelem: videt à iuramentis abſtinentem, à conuerſatione cum mulieribus vana, à ludo, ab ambitione, ſuperfluis à veſtibus, omnibus numeris vndique integerrimum: quid tunc dicit populus? Sit benedictus, ac glorificatus Ieſus Chriſtus, qui tales paſſione ſua, ac reſurrectione componit homines in Eccleſia ſua. Satis quidem liquet (aiunt) in homine hoc fructus virtutis Chriſti, qua Tartareos ſuperauit hoſtes. Quicunque videat hominē hunc, videatque alios plurimos omnino perditos, proteruos, maleuolos, laſciuos, petulantes, contentioſos, maledicos, periuros, impoſtores; non vtique poterit in diſcrimine tanto non videre Chriſti virtutem, qua omnino eſt compoſitus hic, qui eſſet abſque dubio ſicut cæteri, niſi virtute hac eleuaretur. Ecce, auditor optime, dum iuſtus es, pius, atque modeſtus, gloriam Chriſti portas vniuerſum per orbem, vt ſit in omni loco benedictus. Ideo in curru hoc oſtenſus eſt dirigens animalia Chriſtus, candida indutus veſte, de quo ibidem: *Dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim.* Ezec. 10. 2 Cùm igitur tam diuinus ſit, qui fertur in curru triumphator ſimul, & auriga: fit in eis hominibus, qui ſequuntur illum, admiranda illa reformatio, atque commotio, illaque ſuper dirigentem eos Chriſtum benedictio, quæ 3. cap. his narratur verbis: *Aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnæ; Benedicta gloria Domini de loco ſancto ſuo: & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: & vocem rotarum ſequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.* Ezec 3. 12 Nonne videtis, auditores? Nonne videtis commotionem magnam hominum portantium gloriam Chriſti? Nonne & vocem dicentem; *Benedicta gloria Domini*, qui tanta homines componit puritate? Hoc certum eſt, auditores Chriſticolæ: ſi ſanctis collucentes operibus, gloriam Chriſti per orbem tuleritis, ita vt per vos conclament populi, *Benedicta gloria Domini*; dicet ad vos nouiſſimo die Dominus ipſe, *Venite benedicti Patris mei: poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Matth. 25. 34. O benedicta benedictio! Fœliciſſima poſſeſſio! Quis propter inanes mundi delicias, gloriam mundi inanem, tam plenam amittit benedictionem; poſſidendam æternùm beatitudinem? Quis, cùm tam læta poſſit frui be-

nedictione, audire vult ab irato iudice, quidnam? Maledictionem? Ne ſonet hodie in auribus noſtris vocabulum hoc: quando ſoli datur locus lætitiæ.

Præſertim, cùm expectet nos, quod ſecundo loco prædicandum propoſuimus; iucundiſſimum matris gaudium in tanta dilectiſſimi filij gloria omnibus iam ærumnis conſummatis. At vno totum dicitur verbo: mater eſt ſuper omnes amantiſſima: filij fulgor immenſus, immenſus honor, gloria ſumma; nullæ iam ærumnæ remanentes: quid ergo dicam vobis, quod non æquè, ac ego perſpiciatis ipſi? An viſitationis certitudinem, qua ſimul, ac reſurrexit, inuiſit filius matrem ſuam? Quid neceſſe eſt probare illud, quod nulla extenuat cauſa dubitandi? Non ſcripſere Chronographi, apparuiſſe diluculo primo reſurgentem Dominum parenti: quid inde? Nec ſcripſere quidem, cum vſque hodie matri ſuæ apparuiſſe: nunquam ergo poſt reſurrectionem apparuit illi glorioſus? Quis credat? Quidnam cauſæ eſſe potuit, ob quam, qui cunctis apparuit diſcipulis viris, atque mulieribus, alijſque non paucis, non ſe exhiberet matri conſpiciendum, quæ & mater eſt, & quæ doloribus paſſionis eius pluſquam amici omnes angebatur? Cur eam, quæ corde grauiùs puncta mœrebat, nec à mœrore liberaret, nec candidiſſimo exhilararet adſpectu? Eſto autem fuiſſet ex parte Chriſti cauſa vlla omiſſionis: quænam cauſa eſſe potuit, ob quam mater ipſa neglexerit ire ad monumentum, quando *Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum*? Cauſa vtique illa certa fuit, quòd eſſet iam Chriſtus domi ſuæ, viſitans matrem; quando illæ ad ſepulchrum tetenderunt. Demus præterea gratis, nec ad matrem veniſſe Dominum, nec ad quærendum illum petijſſe matrem; cur (rogo) & omitteret cuſtos ſepulchri Angelus, dicere, vt matri nuntiaretur ea, quam diſcipulis omnibus nuntiari fecit reſurrectio? *Angelus enim Domini deſcendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Reſpondens autem Angelus, dixit mulieribus: non eſt hic, ſurrexit enim, ſicut dixit: venite, & videte locum, vbi poſitus erat Dominus. Et cito euntes, dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit.* Qui dixit ad mulieres, *Dicite diſcipulis eius*, nonne diceret, dicite matri eius? Quid, quòd iuxta textum B. Marci dixit ad mulieres Angelus, *Dicite diſcipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam*? Qui dixit, dicite diſcipulis, & Petro, nonne dixiſſet, dicite matri, & diſcipulis Domini? Omneſne fuerunt inurbani? omnes ignaui? omnes remiſſi? Filius in viſitando matrem; mater in quærendo filium; Angelus in præcipiendo, vt nuntiaretur genitrici glorioſa filij reſurrectio, quam cæteris annuntiari iuſſit? Bone Deus: omnes inurbani? Imo ignauus nemo. Præuenit filius viſitans, antequam vnum aliquem, dilectiſſimam genitricem ſuam. Accidit diebus noſtris, vt certa Hiſpanorum vrbs ingenti eſſet in anguſtia, expectans exitum naualis conflictus noſtrorum cum hoſtibus piratis; ex quo non modica totius prouinciæ aut inquietudo pendebat, aut quies. Fuit victoria noſtra: pro qua Gubernatori prouinciæ ocyùs enuntianda, propera-

Reſurgens Chriſtus matrē priùs, quam aliquem vnū viſitauit.

Maria Deipara cur nō iuit cū mulieribus ad ſepulchrum filij inſpectura?

Matt. 28 1

Matt. 28. 7.

Mar. 16. 7.

Simile:

Digitized by Google

nit magnis itineribus nuntius, vir proſapia nobiliſſimus, intimeque Gubernatori Principi familiaris. Peruenit ad vrbem nocte ingraueſcente: ſed Principis domum non intrauit priùs, quàm fœminæ domum, cui ſummum in eo affectum oſtendere affectauit, quòd ei priùs, quàm Principi præſentaret ſe, gratumque illud faceret annuntiandi ante omnes ei optatam cunctis fœlicitatem. Illinc properauit ad Gubernatorem Principem; ad quem exultante intrauit tumultu, grandia poſtulans munera, ob tam proſperum nuntium, quo fœlicius ſperari non poterat. Immoto audiuit Princeps vultu, quaſi nihil penitus audiret, non immoto nuntiantis viri ſanguine: cui dixit ille; Quid petis à me tanto exultans rumore, quaſi nouum quid enunties mihi? Scio iam dudum quod annuntias. Ecquis (dixit ille) ante vertere potuit, cùm alipede properauerim curſu, vt te fœlice hoc nuntio exhilararem? Ex illa (dixit Princeps) domo, quam tu priùs, quàm meam, viſitaſti, venit nuntius te prior, qui totius euentus, ita vt res acta eſt, me certiorem fecit. Veſtræ, auditores, conſiderationi committo, quàm hæſerit ille animo perculſus: quid item diceret Regina cæli, ſi fœliciſſimum reſurrectionis ſuæ nuntium priùs alijs, quàm ei ferret natus ſuus. Committo necnon eidem veſtræ diſcretioni, quantum fuerit viſitatæ à filio gaudium parentis. Chilon Lacedæmonius videns victorem filium Olympica in vrbe coronari, immodico exhalauit animam gaudio in eiuſdem complexu triumphatoris. Auctor eſt Plinius. Quale putabimus diuinæ gaudium genitricis in reſurgentis amplexibus filij, victoris, refulgentis, coronati, Dominatoris hominum, & cælitum, nullo iam dolore, nec labore tangendi, immenſa æternùm gloria, matre ipſa conſorte fruituri?

Chilō mortuus gaudio videns triūphatorem filium coronari.

Parentes mortui gaudio de eximia filiorū gloria.

Pli. l. 7. c. 32.

Reſtat tertia concionis pars, pro eo, quod nos contingit gaudio, ob glorioſam reſurrectionem noſtram, cuius primitias proponit nobis Chriſtus ſuam ipſius reſurrectionem. *Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors: & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Glorioſam hanc reſurrectionem noſtram, eo quòd noſtra ſit, ingenti iam gaudio celebrabimus. Sed audio vos dicentes, algere iam potiùs gaudium illud veſtrum ex mea conceptum promiſſione, qua citra quadrantes horæ tres finiendam propoſui concionem. Si tertia hæc pars æqualis eſt primæ: non quidem ſolos quadrantes tres, ſed tertias tres horæ partes occupabit prædicatio: atque adeo diſſimulatam horam. Rectè (fateor) concluditis. Imo pars concionis hæc: eo quòd agat de imitando in laboribus Chriſto, vt cum eo tandem reſurgamus, horam ſanè poſtulat completam. Verumtamen, cum & craſtina dies eidem ſit reſurrectioni dicata: diuidam propter vos punctum hoc, ita vt maior pars craſtinum in ſermonem reſeruetur. Nunc duo tantum dicam verba, quantò breuiùs potuero. Audite (obſecro) patienter: ſunt enim ſummi verba momenti. Ne ſit vobis graue, au-

1. Cor. 15. 20.

Digitized by Google

dire hoc: ego non ero longa grauis mora. Ob Dei amorem precor, vt intentiſſimi audiatis: continetur abſque dubio ſalus veſtra his, quæ dicam verbis. Nemo dormiat, nec dormitet: non multùm morabor, duo duntaxat verba ſunt. Alterum verbum eſt, ſi, quæ dixi, feceritis, dabit certè vobis Deus gratiam: ſecundum verbum, dabit & gloriam: ad quam nos perducat, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Digitized by Google

IN EADEM RESVRRECTIONE DOMINI.

SERMO II.

Mat. 16.6 *Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit, non eſt hîc.*

QVÆRENTES hodie defunctum Chriſtum Mariæ duæ, non inuenerunt in ſepulchro: quoniam à mortuis ille reſurgens, properauit ad Mariam alteram, quam ſuper duas illas amat, æſtimat, & mulcet. Candidum duæ illæ pro Chriſto repererunt Angelum: qui afflictis illis, quòd grauiſſimum lapidem à ſepulchri oſtio, vt viderent Dominum, mouere non poſſent, facilè ſubmouit; oſtendenſque vacuam corpore cauernam, dixit, reſurrexiſſe iam refulgentiſſima Dominum gloria. *Surrexit* (ait) *non eſt hîc.* Vbi igitur eſt? Vbi inuenietur? Vtique, domi ſuæ. Vbi etiam quærendus, vbi inueniendus eſt quiſque, ni in propria habitationis ſuæ domo? In matris ſuæ quærendus eſt ædibus: ędes etenim matris, filij ſunt ædes. Hanc viſitauit primam dilectiſſimus filius: hanc fulgente, ſpecioſo, grato, iucundo, candido exhilarauit aſpectu. Illis in ædibus inueniendum innuit Angelus, dum dixit, *Non eſt hîc.* At quibuſnam verbis ſalutandam dixit matrem tanta in hilaritate? Verba quidem deſignauit nulla: quoniam prima illa primæ ſalutationis verba, quibus alius Angelus eam, pro concipiendo in viſceribus Deo, ſalutauit, verba fixa ſunt; quibus eſt æternum ſalutanda quocunque euentu, occaſione quacunque. Cùm enim quauis in concione auxilij, ad loquendum, gratiam imploremus; nulla quidem ad implorandam hanc, idonea magis ſcimus verba, quàm ſuauiſſima illa, quibus *Gratia plenam* dixit Angelus Mariam. Sed hodiernæ concioni adhuc magis idonea: quoniam, cùm hodierna Deiparæ alacritas in eo conſiſtat, quòd cùm matre iam aſſiſtat filius, à quo relicta fuerat moriente: nulla vtique gratior, nulla ei iucundior ſalutatio, quàm ſi dicamus ei, *Dominus tecum.* Tribus igitur his Mariam verbis aduocabimus: *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum*, vt nobis aſſiſtat interuentrix. *Aue Maria*

Conuocat hodie mater Eccleſia ad iucundiſſimam filios ſuos lætitiam, ad exultationem, & tripudia hymno illo Dauidico: *Hac dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.* Meritò intelligit Dominicæ reſurrectionis diem, diem illum, qui fuit à Pſalte prænuntiatus, *Hæc dies, quam fecit Dominus.* Sequitur verſus hic duos alios, quorum iſta ſunt verba: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc dies, quàm fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.* Lapis, qui ab artificibus reprobatus, in anguli capite poſitus perhibetur, Chriſtus certè eſt: qui paſſionis tempore fuit à maleuolis abiectus: ſed reſurrectione glorificatus, in tantum, vt in anguli capite locatus ſit: anguli videlicet Eccleſiæ; vt lapide hoc vterque vniatur paries, priſci, & noui teſtamenti; quatenus Chriſtus complementum eſt veteris, noui initium, & finis. Expoſitio hæc propria eſt ipſius Chriſti ore digeſta, atque adeo propria, ac litteralis. Stat namque celſitudo victoriæ, ac triumphus eius in eo, quòd, cùm aduerſarij reprobauiſſent illum, quaſi nec Eccleſiæ caput, nec verus eſſet Meſſias: reuerſus ſuper eos ipſe, confudit omnes, ac diſiecit: glorioſo tandem à paſſionum congreſſibus exiens trophæo. *Quid eſt ergo* (ait Chriſtus) *hoc, quod ſcriptum eſt? Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Omnis, qui ceciderit ſuper illum lapidem, conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, comminuet eum.* Quod propter illos dixit, qui cùm ei aduerſarij eſſent, ab eo tandem comminuti ſunt, atque ſuppreſſi glorioſa hac, qua victor reſurrectione proſiliuit. Eſt igitur victoria hæc iuſtum vniuerſo mundo incitamentum, quo exultandum prædixit Vates Rex verſu illo: *Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.* Nullum profectò potuit, tam firmum eſſe alacritatis fundamentum, ſicut reſurrectio, qua Dominum noſtrum, amiciſſimum noſtrum, redemptorem noſtrum, glorificatorem noſtrum, Deum noſtrum, bonum vnicum noſtrum videmus de illis triumphantem hoſtibus, qui eum inſultantes irridebant, illudebant, ſubſannabant; habentem iam ſuis eos ſub pedibus, factum in caput anguli, æterna dominantem maieſtate. Nullus tibi tam dulcis eſt ſapor, quàm ſi calcans pede colla eorum, qui tuum calcare videbantur, triumphes, fulgeas, glorieris. Talis eſt hodierna Chriſti alacritas: cur non & noſtra: ſi eum corde toto tanquam redempti redemptorem, tanquam amicum verum veri diligimus amici?

Pſal 117. 24.

Reſurrectionis Dominicæ dies ſingulari ratione eſt dies, quem fecit Dominus.

Luc. 20. 17

Liquet fundamentum, quo in die hac exultandum ſit, ac congaudendum. At non omnino liquet cauſa, qua dies hic dicatur dies à Domino ſingulariter factus, ita vt dicat Pſaltes: *Hæc dies, quam fecit Dominus.* Nonne & dies alios fecit Dominus ipſe? Cur præſens hic dies à Deo factus dicitur ita, ac ſi dies alij minimè fuiſſent ab ipſo facti Deo? Elegans ſcrutinium eſt, dignumque, quod ad purum exploretur. Conſideremus dies hebdomadæ ſeptem: ſex nimirum priores, in quibus creata ſunt omnia, ſeptimum, in quo ab operi-

Digitized by Google

bus cunctis requieuit creator: nullum ex diebus illis creauiſſe dicitur Deus, ſed tantum ait textus, dies illos Dei imperio factos. *Factumque eſt veſpere, & mane dies vnus.* Sic vſque ad ſextum procedit textus, dicens: *Et factum eſt veſpere, & mane dies ſextus.* De ſeptimo dicuntur verba hæc: *Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod patrarat.* Ecce non ait, feciſſe Deum dies illos, ſed ipſos fuiſſe iubente Deo factos. Non quòd Deus non fecerit eos; ſed quòd velit, notabile indicare diſcrimen inter illos creationis dies, & diem hunc reſurrectionis in eo, quòd glorietur, ſe glorioſum hunc feciſſe diem: feciſſe alios non tantopere glorietur. Id quod ſimile eſt admirabili eiuſdem textus ſeriei in narranda aliarum rerum creatione magno inter res alias, & hominem diſcrimine, quatenus ſolum hunc feciſſe Deus perhibetur, cæteris rebus imperaſſe, vt fierent ipſæ. Nimirum. *Fiat lux: Fiat firmamentum: Germinet terra herbam virentem: Producant aquæ reptile animæ viuentis: Producat terra animam viuentem:* De homine non dixit, fiat homo: ſed dixit, *Faciamus hominem*: & iterum *Creauit Deus hominem.* Nec omittenda conſideratio narrationis diei ſeptimi, de quo dicitur: *Compleuit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat: & requieuit ab omni opere ſuo; quod patrarat.* Quidnam ſeptimo die ſuis Deus addidit operibus, vt dicat textus, ſeptimo Deum die ſua conſummaſſe opera, quæ creauerat, cùm omnia die ſexto perfeciſſet? Mouent aliqui quæſtionem hanc: dicuntque opera Dei omnia ſeptimo die excluſiuè conſummata, ſexto incluſiuè: qua ratione Septuaginta legunt; *Compleuit Deus opum ſuum die ſexto:* quibus verbis illum includunt diem, in quo operatus eſt Deus, conſummans vniuerſa. At certè ſublimius aliquid verbis his intendi arbitror. Ipſa Dei quies operum eſt ſuorum complementum. Nec enim quieſceret Deus, donec opera ſua, omnino videret conſummata. Requies perfectio eſt: nec ante requiem perfectus eſt gradus. Sed nondum dicitur dies ille ſeptimus dies, quem fecit Dominus; quoniam requies illa nondum erat adhuc quies, eo quòd eſſet contingens, diſſolui, aut infici aliquod ex creatis, quod à Deo ipſo reficiendum eſſet, donec eo confirmaretur ſtatu, in quo nunquam deinceps eſſet diſſoluendum. Quod quidem propter ſolum hominem expectatum fuit: reliqua enim miſta ſub cælis condita, non in id facta ſunt, vt perennent indiuidua, ſed vt ſpecies conſeruentur, ita vt diſſoluto indiuiduo vno aliud in eadem ſpecie ſuccedat. Solum hominem expectari oportuit, vt reficeretur, ſi deficeret: quoniam, etſi natura ſua mortalis ſit, vt à corpore ſeparetur anima, quæ ſola immortalis perſeuerat: iuxta creatoris tamen finem, ac mentem, ad immortalitatem formatus eſt homo. Quapropter nullus Deo fuit dies conſummatæ patrandorum operum quietis, vſque ad diem illum, in quo extrema refecit hominem manu. Atque adeò ille ſolus eſt perfectiſſimus dies, in quo poſt diſſolutum lugubri hominem interitu,

Gen. 1. 5.
Geneſ. 2. 2
Geneſ. 1.
Gen. 1. 26
Geneſ. 2. 2
Die ſeptimo compleuiſſe Deum opus ſuum cur dicatur?
Septuag. in eodem loco.
Reſurrectio hominum conſummatio operum Dei, qua ipſe ab omni opere requieuit

iterata ſit redintegratio eius, ita vt nunquam diſſoluendus ſit rurſus. Fuit quidem ille ex Dei ſententia propter delictum diſſolutus: hodie reſurrectione redintegratur exacta: dies ergo hic conſummatæ perfectionis eſt dies. Dicatur ergo, *Hæc dies, quam fecit Dominus*, dicatur, *exultemus, & lætemur in ea*: quoniam nulla iam poſt reſurrectionem timetur diſſolutio, aduerſitas nulla, nullum malum: imo perfecta iam poſſidetur quies, quæ vnica conſummatio eſt, cùm ſit æternùm permanſura.

Glorioſa enim Chriſti reſurrectione reſurrectio iuſtorum omnium annuntiatur glorioſa. Eſt enim reſurrectio Chriſti certa futuræ iuſtorum reſurrectionis cauſa, ac inchoatio: quod probat Angelicus Thomas illis Apoſtoli verbis: *Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?* adiuncta gloſſa aſſerente; *Qui eſt cauſa efficiens reſurrectionis noſtræ.* Sed expreſſiùs ad Romanos: *Si ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.*

S.Tho 3 p.q 56 ar. 1. — 1. Cor. 15. 12. — Gloſſa ib. — Rom 8.11

Reſurrectio Chriſti enũtiatio, & cauſa reſurrectionis iuſtorum.

Itaque dies hic reſurgentis Chriſti communis reſurrectionis eſt dies: atque adeo dies, quam fecit Dominus, dies, in qua exultemus, & lætemur. Quàm verè dies hic vniuerſorum ſit operum complementum, & quies, Dei ipſius verbis apud Apoſtolicos actus explicatur, vbi dicitur: *Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris, reſuſcitans Ieſum.* Quæ verba de hodierna Chriſti reſurrectione acceperunt Chryſoſtomus, Theophilus, Euſebius cum cæteris Græcis: Hilarius ex Latinis, & Ambroſius.

Act 13. 32. Chryſoſt. ibid. Theoph. Antioch in catena. in pſalm. Euſeb. de demonſtr. cap. 2. Hilar. in pſal. 2. Ambr. l. 3. de ſacramentis c. 1.

Profundiùs appenſa hæc exultandi cauſa, æſtimandique tanti reſurrectionem, vt dies hæc dicatur dies, quam fecit Dominus, indicat nobis extremam hominum reſurrectionem opus eſſe perfectius creatione primæua; propterea quòd creatione productus fuerit homo, ad fruendum bono; at non exierit à malo: ſiquidem nullum præceſſerat malum, ex quo fuerit per creationem eductus, niſi malum dicamus ipſum non eſſe: reſurrectione autem ad fruendum bono exeat à malo, triſti nimirum, ac horrenda à morte: anima item, quæ ſolitaria viuit abſque corpore, liberetur ab appetitu viuendi vnita corpori, quo mortis manibus orbata fuerat.

Reſurrectio corporum hilaritas hominum maior quã creationis hilaritas.

Itaque duplici cauſa exultant reſurgentes homines: ob id nimirum, quòd liberentur à malo: & ob eximium bonum, quo iugiter alacres fruuntur. Eo vel maximè, quòd perenne ſit vtrumque bonum; certa nullius deinceps ſubeundæ mortis, aut paſſionis ſecuritas, gloriæque in perpetuum poſſidendæ. Facit nobiliſſimus ille Sapientiæ textus; *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum.* Ecce, qui gloriatur Deus, ſe mortem minimè feciſſe: conſequenter gloriatur, diem ſe feciſſe reſurrectionis, quæ morti eſt penitus oppoſita.

Sap. 1. 13.

Digitized by Google

Hęc ergo dies eſt, quàm fecit Dominus; hęc propria exultationis dies, dies gaudij, lætitiæ, hilaritatis; dies, in qua nulla iam dies expectatur fœlicior, nulla dies ſecurior; dies digna, de qua ouantes dicamus; *Hæc dies, quam fecit Dominus.*

Reſurrectio impijs pœna, ſicut gloria iuſtis.

Eſt (inquam) fœliciſſima pijs hominibus dies: ijs nimirum, qui cum Chriſto reſurrecturi ſunt, eo quòd viuentem in multis ànte reſurrectionem ærumnis, ac doloribus multis, Chriſtum imitentur. His enim fœliciſſimam reſurrectionis cauſam eſſe Chriſtum à mortuis reſurgentem, ſacræ concinunt litteræ; non item impijs, ac procacibus; qui tametſi quantum ad reunionem corporis ad animam ſurrecturi ſunt, vt viuant, ſentiant, & agnoſcant: ſentient tamen in malum ſuam reſurrectionem vt actæ in terris vitę æternas in inferno luant pœnas; non vt beatitudine fruantur. Expreſſa eſt diuino Chriſti ore ſententia; *Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei. Et procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Ioa. 5. 28.

Gloria qui cupit frui cum Chriſto mortificatũ imitetur Chriſtum.

Salutis, damnationiſque hominum momentum in hoc ſtat totum: vt, ſi fœliciſſima cupimus reſurrectione delectari, omnes diuitias, dulcedines omnes, honores, ornamenta, ac requiem omnem ad reſurrectionis diem referuemus; à delicijs nunc abſtineamus, à voluptatibus, à mundi pompa, à vanitate: Chriſti crucem portemus, aut certè ſuam vnuſquiſque baiulet crucem, ſequens onuſtum cruce Chriſtum; vt ad eum tandem, ad quem peruenit Chriſtus, terminum perueniat. quòd ſi in vita hac voluptas admittenda ſit vlla;

Quies nulla in hoc ſeculo: in futuro conſummata iuſtis.

in eo tantum delectetur, quòd æternam expectat apud Deum voluptatem, dulcedinem, & gloriam inueniendam in cœleſtibus. Sunt omnino diuiſæ in ſæculo hoc quies, & voluptas, ne quieta quis fruatur voluptate, fruatur delicijs, & honoribus: propria cœlicæ quietis præeminentia, vt plena ſit in quiete fruitio. Nunc, quandiu incolæ in terra peregrinamur, non eſt quieſcere in delicijs, non in iucunditate, non in pompa, aut celſitudine. Sicubi in ſæculo hoc inuenienda ſit quies: potiùs quidem in dolore; & ærumna, quàm in vitioſa delectatione conceditur. Expendamus initium diuini illius, *Pſa. 138.*
qui reſurrectionem nominat pſalmi; *Domine, probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam: Intellexiſti cogitationes meas de longè: ſemitam meam, & funiculum meũ inueſtigaſti.* Reſurrectionem hanc Chriſti reſurrectionem intelligunt Latini Patres, Remigius, Proſper, Auguſtinus, Hieronymus, & Caſſiodorus. Aſt aliter cum Baſilio Græci; Chryſoſtomus, Euthymius, Theodoretus. Aiunt hi, & doctè quidem, de quouis homine fieri ſermonem, ita vt vnuſquiſque dicat Deo; tu; Domine, noſti ſedere meum, meum ſurgere, meum inceſſum, & accubitum meum. Nimirum intimè vides, qualiter ſedeam, qualiter ſurgam, qualiter ambulem, & qualiter demum in lecto iaceam ad quietem. Tu (inquam) perſpicis ſeſſionem, quum ſedeo; reſurrectionem, quum ſurgo, ſemitam, quum incedo; & quum accumbo in lectulo, funiculum. Nec ſolùm hæc, quæ humanis ſunt oculis viſibilia:

Remigi. ibidem. Proſper ibidem. Aug. ibid. Hier. ibi. Caſſiodor ibidem. Baſili. ibi. Chryſ. ib. Euth. eodem loco Theo. ibi.

ſed cogitationes etiam meas, antequam ego cogitem, vides. Reliqua item, quæcunque ſint, ſiue præterita, aut præſentia, ſiue futura, tam in via, quàm in termino. Vtraque interpretatio in reſurrectionem tendit propoſitam. Prima expreſſum in textu reſurrectionis nomen attendit: ſed reſpicit, tanquam ſcopum, reſurrectionem ipſam ſecunda. Conſtat hæc ex finali pſalmi verſiculo: *Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas; & vide, ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.* Verba hæc. *Proba me, ſcito cor meum*, & cætera, epilogus ſunt horum, quæ initio ſunt poſita: *Tu cognouiſti ſeſsionem meam, & reſurrectionem meam, ſemitam, funiculum. & omnes vias meas.* Vnde, cùm extrema verba hæc conſumet auctor reſurrectione, dicens: *deduc me in via æterna*: conſtat pſalmum totum ad reſurrectionem ſpectare: etiam ſi prima illa verba. *Tu cognouiſti ſeſsionem meam, & reſurrectionem meam.* dicta intelligamus non de ea, qua à mortuis reſurrectione reuocamur, ſed de ea, qua crebrò ſurgimus cum crebrò item ſedeamus, crebrò & ambulemus. Quoniam ab eo, quo incedimus, ordine, ab eo necnon, quo ſedemus, ſurgimus, iacemus, accubamus, noſtra pendet reſurrectio. Inter hæc conſiderandum eſt nomen, *Funiculus*, poſitum pro accubitu, ſeu lecto, dum dicitur: ſemitam meam. & funiculum meum inueſtigaſti. Hebræum enim vocabulum, *Ribghi* accubitum ſignificat; ſed funem Græca dictio. Hebræi, quos ſequuntur recentiores, legunt accubitum, & lectum: Chaldęus recumbentem: Hieronymus accubationem: ſed Vulgatus noſter Græcæ adhęrens voci, vertit funiculum. Græco enim vocabulo ſignificari funem, non pauci, præter Vulgatum, agnouerunt; tametſi quidam varijs nominibus vtantur. S. enim Proſper, & magnus pater Auguſtinus legunt limitem; eo quòd funis menſura ſit, qua rebus præſcribuntur termini. Theodoretus rectitudinem: quoniam perpendiculari fune dirigitur parietum conſtructio. Eſt non exigua in componendis duobus his nominibus difficultas. Quænam conuentio funiculi ad lectum? Accubiti ad funem? Eugubinus ait, Græcam hanc vocem & ſignificare menſuram, quę ad funiculum ſpectat, & cubiculum paruum ex ſtoreis factum; ſeu lectulum cortinis, & peripetaſmate, quaſi tecto, & parietibus compoſitum. Quam vocabuli ſignificationem duplicem legimus item apud Suidam. Denique re vtrinque maturiùs appenſa, cùm citra dubium ſit, vocabulo hoc, propter duas voces Hebræam & Græcam, lectum, & funem deſignari; eſt reſolutio hominum vtraque lingua peritorum, in verſu hoc agi de lecto: ſed ex funibus facto. Cui interpretationi eleganter fauet Hebræorum conſuetudo faciendi lectulos ex funibus, expreſſa ſeptimo Prouerbiorum capite: *Intexui funibus lectulum meum.* Fuiſſe eam ipſam Græcorum conſuetudinem, legimus apud Pauſaniam, Plutarchum, Athenæum, Herodotum: eſtque aliarum item nationum; de qua multa Politianus; quamque nos hodie vbique perſpicimus, tam apud Indos, quàm inter Hiſpanos, vt omittam populos remotiores. Cùm ergo funiculus accubitus ſit; eſt valde mirandum,

Funiculus nomen eſt lectuli.

Hebræa. Græca. Chaldæus Hier. ibi. Græca. Proſper. ibidem. Augu. ibi. Theo. ibi.

Quies, cùm eſt in hoc ſæculo tranquilla, dormitione eſt maior, quàm ſi ſuper diſtentum dormias funē.

Eugubin. ibidem.

Lectulus ex funibus factus.

Suidas. Prouе 7. 16. Pauſan. in Phoci. Athenæ. lib. 4. in cœna Copis Hero. Polit. Miſcellaneorũ. ca. 81.

Digitized by Google

quòd talis accubitus vltima in ſęculo hoc ſit hominis quies. Hic namque funiculus extremo deſcribitur loco: *ſeſſionem meam, reſurrectionem meam; ſemitam meam: funiculum meum.* Quamuis enim poſt nomen hoc ponatur nomen viæ, dum ait auctor; *& omnes vias meas præuidiſti:* nomen tamen viæ nihil addit præcedentibus; ſed ponitur per recapitulationem, vt ſępe moris eſt ſacris in litteris. Cùm enim dixiſſet; *Semitam meam inueſtigaſti*: ſola vſus eſt recapitulatione, dum dixit: *Omnes vias meas præuidiſti*: quandoquidem via nihil differt à ſemita. Igitur poſt multas ſurgendi, ſedendi, ambulandi varietates, poſt itinera multa, quies tota eſt, totus laborum terminus, vt in facto ex funiculis lecto recumbat feſſus homo. Hæc eſt requies vitæ huius vnica: hic laborum omnium portus, & exitus: funes diſtenti in feſſi hominis lectum, & quietem. Nam dictum illud, *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti*, Hebraicè eſt, viam meam, & portum meum, ac terminum meum diſcuſſiſti. Vtrũque innuit Hebræa vox, portum, & accubitum; ſeu lectum, & terminum. Digniſſimum itaque eſt, quòd intimè ponderetur Vatis Regij dictum; requiem, poſt inquietudines omnes, omneſque labores, non eſſe aliam, quàm accubitum, quo iacet homo in lecto ex funiculis facto: nec alium terminum, portumve alium ærumnarum, ac dolorum. Quod vt ſignificantiùs, non dicam, exaggeret, ſed vt verè in ſe eſt, faciat innoteſcere; non dicit requiem lectum ex funiculis; ſed funiculũ ipſum dicit requiem. *Semitam*, ait, *meã & funiculum meum:* quoniam profectò, cùm vitæ huius ſuauior eſt quies, non eſt maior, quàm ſi ſuper extentum dormias funiculum. Vide, quam quietum dicat Victorinus Hugo hominem in mundi gurgite nauigantem, aut certè remigantem; nemo quippe, niſi remigando, per ſæculi huius fretum nauigat. Verba Hugonis ſunt hæc; *Qui enim ſemper, quod non facit, appetit, & quod facit, faſtidit: nec præſentibus fruitur, nec futuris ſatiatur. Inchoata enim, ante conſummationem, deſerit; & inchoanda ante tempus apprehendit.* At quiſnam ex his, qui mundi rebus fixus eſt corde, non eſt ita varius, ita inquietus, vt appetat facere ea, quæ non facit: deſiſtere ab his, quibus intendit: inchoata reijciat: pergat noua ſemper inchoare? Nonne dicemus, nullis hunc bonis frui: euentibus nullis ſatiari? Summa ergo ſæculi huius quies non eſt maior hac: quæ minimè eſt quies.

Funiculus terminus humanæ viæ.

Portus humanæ, ſeu ſecularis vitæ funiculus.

Hugo de S. Victor. lib. de meditatione. ad finem.

Deliciæ carnis mœſta inquietudo.

Mirandum magis, quòd quum ad ſuauiores carnis delicias peruenit fruitio, tunc ad factum ex funibus perueniat lectum. Dei ſunt verba hæc: *Conſidero vecordem iuuenem, qui tranſit per plateam iuxta angulum: & prope viam domus illius graditur in obſcuro adueſperaſcente die in noctis tenebris, & caligine: & ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Apprehenſumque deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens; Victimas pro ſalute voui: hodie reddidi vota mea: idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum; ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto: aſperſi cubile meum* Pro. 7.16

Digitized by Google

myrrha, & aloe, & cinnamomo. Heu deceptionem! Heu cæcitatem! Videte, homines, quicunque carnis voluptatibus inhiatis: quicunque putatis, veſtri complementum appetitus amœnis his voluptatibus perfici: videte, & intelligite: aperite aures, oculos in iuge experimentum intendite. Ecce: quum ad extremum delectationis perueniunt illecebræ carnis, fœminarum blandimenta, in dura tunc requieſcitis fune: nec eſt lenior tunc corporis quies, nec quies animi. Loquantur expertis experimenta: ſi quum in profundo delectationis gurgite merguntur, ſunt alibi tunc, quàm in extenta fune iacentes concurrentibus mille vndique periculorum timoribus, ſaltem pungentis conſcientiæ, quibus adeo inquieti perturbantur, ac ſi in fune iacerent vno. Certè, quum videmus funambulum, quem *Volteador* dicimus Hiſpani, ſuper diſtentam ambulare reſtem: valde pertimeſcimus hominis lapſum, quantumuis alacer volutet ſe ſuper funem ipſe, mille dicens facetias, mille recreans ſpectatores dictis, ac ludis. Si enim ex fune dilabatur: miſerè comminuetur, in duro colliſus pauimento. Rarum eſt, vt huiuſmodi homines non ruant tandem, pereantque confracti: etiamſi multis in ludo ſuo vixerint diebus. Quantumne diſtat à periculo iſto quicunque mundi oblectamentis, mundi fortunis, ac diuitijs, carnis volutatur voluptatibus? Nonne ſuper diſtentum ludit funiculum? Ipſamet procax fœmina, quæ putat, ſe ad iucundiſſimas inuitare viros voluptates, nihil ſanè aut funiculo lenius, aut ſecurius, ſe viro offerre confitetur. Dicit illa: intexui lectum funiculis: quod perinde eſt, ac ſi vnum duntaxat funiculum poneret in lectulum. Sic enim explicat Deus ipſe, dum lectum hunc funiculum vocat ore prophetæ. Quid ergo dicet prudentes viri, quid ſenſatæ fœminæ, dum miſeram hanc fœminam, infœlicem hunc virum, ſua inter vitia vident exultabundos, niſi idipſum, quod dicimus, quum ſalutantes in fune temerarios homines videmus? Heu te, heu te, perditiſſime homo! Manifeſtum eſt periculum tuum: decides, decides, niſi mora nulla deſcendes à funiculo. Decides tandem, miſer homo: etiam ſi aliquos poſt ludi huius dies nondum à loco rueris deliciarum. Sed rues tandem. Quòd ſi ruas: non vtique in terræ cades pauimentum: ſed infima in tartara, horrendam in foueam, torridum in regnum, in hoſtium manus infernorum, qui pro eo, quòd in fune feraris vitijs volutatus, torrido te in igne volutabunt æternis abſque requie cruciatibus. Nonne timebis tu, qui in tam periculoſo requieſcis funiculo: cùm ij, qui te vident, ſi mentis ſunt compotes, pauidi contremant, ruinam tuam metuentes?

Delitiarũ periculum tremendũ.

Simile.

Quàm diuerſa ſors hominum illorum, qui, vt extremo in die ſurgant glorioſi, comprimunt in hoc ſæculo carnis appetentias: pompæ, ac opulentiæ vanitatem! Sanè vel certa ipſa ſpes poſſidendi in reſurrectione beatitudinem conſeruat hos lætos, contentoſque in medijs ipſis mundi aduerſitatibus, carnis compreſſione, ſiti, fame, Iſa 76.10 & ægritudine. *Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam: vt ſugatis,*

Iuſtorum gaudium, & quies in ipſa in hac vita, vt ſperantes in cælis.

ſugatis, & repleamini ab vbere conſolationis eius: vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Hæc eſt concluſio totius, qui longiſſimus eſt, libri verborum Iſaiæ. In medio luctus regnat lætitia: dulce inter infortunia ſolatium. Nullum mœroris vinculum conſtringit cor hominis, cuius animam nullus peccati ligat funis. Eſt breuiſſimæ delectationi funiculus, dum accubitus eſt intemperatis: breuis ad delectandum; ſed ad vinciendum longus nimis: quoniam ipſe, qui tunc delectat funis, protinus ligat hominis animam, mentem, cor, ſenſus, cogitationem; vt viliſſimum peccati mancipium planè indicet. Aliter, qui totam in futurum ſæculum reſeruat homo fruitionem. Audite quid de hoc ſenſerit Ambroſius. *Vtraque conditio optima, eſſe ſub Chriſto, ſub quo & pretioſa ſeruitus, & glorioſa libertas. Pretioſa ſeruitus, quaſi tanti ſanguinis pretio comparata: glorioſa autem libertas, quam nulla ſeruitus culpæ, nulla peccatorum vincula conſtringunt: nulla flagitiorum onera, nulla criminum commercia degeneris nexui ſeruitutis addicunt.* Fœlix ſeruitus, quæ à vinculis aliena eſt: infœlix libertas, quæ tam diris funibus conſtringitur. Duos conſiderate fratres, Regis filios, Amnonem, & Abſalonem. Ille ardentiſſimo fruendi ſorore Thamare appetitu ita viuebat inquietus, vt in diſtento iacere fune videretur. Expleta appetentia, inquietus magis: cùm à ſe eam tanta exploſerit anxietate, ac ſi ſuper funem tortus teneretur ab ea. Hic dominandi libidine non minùs auidus fluctuabat inſomnis, ſurgens ante auroram à lectulo, vt hominum captaret gratiam, expulſoque perperam patre ſuo, ipſe ab eis Rex conſtitueretur. Contracto demum vniuerſo penè regni exercitu, vix incipiens attollere caput, manſit infœliciter à quercu ſuſpenſus capillis ſuis, facto ex eis funiculo ſuſpenſionis ſuæ. Verba, quæ Amnonis hiſtoriam referunt, ſic habent. *Factum eſt autem poſt hæc, vt Abſalon filij Dauid ſororem ſpecioſiſſimam, vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret. Præualens viribus oppreſſit eam, & cubauit cum ea. Et exoſam eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, amore, quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon, Surge, & vade. Vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit: ejce hanc à me foras, & claude oſtium poſt eam.* Hæc fuit Amnonis delectatio in ardentiſſimæ expletione libidinis: finis infœliciſſima peremptio: nam ob turpiſſimam virginis oppreſſionem à fratre illius datus eſt neci. Quæ autem ſcripturæ verba infœliciorem Abſalonis deſcribunt caſum, hæc ex multis ſunt aliqua. *Porrò ſicut Abſalon, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & decorus nimis. Et quando tondebat capillum, ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. Et mane conſurgens Abſalon ſtabat iuxta introitum portæ: & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad Regis iudicium, vocabat Abſalon ad ſe, & dicebat: videntur mihi ſermones tui boni, & iuſti: ſed non eſt, qui te audiat. Quis me conſtituat iudicem ſuper terram; vt ad me veniant omnes, qui habent negotium,*

Ambr. in c. 7 epiſt. 2. ad Cor. in illa verba: Qui in Domino vocatus eſt ſeruus.

Amnon in duriſſima tortura medijs in delicijs. Abſalon ſuperbia elatus fecit ſibi ex cæſarie ſua reſtem, qua & allexit homines, & ſuſpendit ſeipſum.

2. Reg. 13. 1.

2. Reg. 14. 25.

2. Reg. 15. 2.

Digitized by Google

& iuſtè iudicem? Sed & cùm accederet ad eum homo, vt ſalutaret illum, extendebat manum ſuam, & deoſculabatur eum. Facta eſt coniuratio valida: populuſque concurrens augebatur cum Abſalon. Accidit autem, vt occurreret Abſalon ſeruis Dauid: cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum, & magnam, adhæſit caput eius quercui: & illo ſuſpenſo inter cælum, & terram, mulus, cui inſederat, pertranſiuit. Perſpicite iam, prudentes auditores, quàm ſolidus ad ſuſpendendum ambitioſum hominem funiculus ex aurea illa cæſarie tortus fuerit, ſeu textus. Fuit Amnoni ad torturam funis ille, in quo ad delicias accubabat: fuit ſuſpendio funis ſuus Abſaloni: aureus ille funis, quo hominum corda perperam illiciebat perfidus. Videte, quanta laſciuus voluptate inter delicias ipſas fuerit delectatus: quàm quietus manſerit ambitioſus, poſt attractam ad ſe multitudinem omnem, acclamatus Iſraelis Rex vnanimi ferè hominum conſenſu. Nihil profectò à fortuna duorum iſtorum differt cuiuſuis hominis quies, qua voti adipiſcitur complementum; ſi tale votum ſit, quale fuit Abſalonis, quale Amnonis votum. Summoperè igitur oportet, requiem à reſurrectione expectare totam, ſolo Dei aſpectu poſſidendam: interim, dum in ſæculo hoc peregrinamur; labori incumbere, fugere delicias, perpeti æquo ærumnas animo, validè aduerſus ſpiritales hoſtes ſine intermiſſione pugnare. Meritò ridet Titus Liuius Ducem, qui cùm minimè pugnaret, deuolaturam in ſinum ſuum fortunam ſperabat.

2 Reg. 18. 9.

Titus Liu.

Reſtat expendendus extremus ille pſalmi verſus, qui ad reſurrectionem ſpectat; *Deduc me in via æterna.* Si via eſt, quomodo æterna? ſi æterna, quomodo via? Aliqui æternam viam intelligunt mortem, vt ſit ſenſus verſiculi; Domine, ſi via iniquitatis in me eſt, priua me via, & deduc me in mortem. Malo enim mori, quàm offendere te. Sic R. Kimhi, Eugubinus, Iſidorus Clarius, Genebrardus, Campenſis, noſterque Pineda, qui præclaris probat textibus. Alij intelligunt viam æternam eam, quæ ducit ad æternitatem. Ex his videtur Fœlix: ſed cenſent apertè Caietanus, & Lorinus, ac ex interpretibus plerique. Vtraque conſentanea interpretatio: neutra tamen obſtans tertiæ huic, quæ mihi ſeſe offert. Videtur difficile, quòd iuſtorum via, eo quòd ad æternam properet gloriam, appelletur æterna; cùm via etiam impiorum ad æternas ducat pœnas. Cenſeo igitur iuſtorum viam, viam æternam hoc in verſiculo vocari; propterea quòd iuſtorum vita talis via ſit, vt æterno futuræ vitæ termino ſit continuanda. Non quòd illic ſit admittenda progreſſio, curſuſve aliquis futurus; quoniam æterna in patria omnia perſtant immota, abſque vlteriore ad ampliora progreſſu; ſed, quòd vita iuſtorum in via, eadem vita ſit, quæ in cælis eſt æternùm continuanda, quantum ad magnalia multa, amorem Dei ſuper omnia, Dei ipſius gratiam, vitæ puritatem, mundum cor, pacem, pietatem; tametſi eximia beatitudinis additione. Facit Chaldæus legens *viam iuſtorum.*

Pſal. 138. 24.

Via æterna quænam ſit.

Mors dicitur via æterna.

Via æterna dicitur illa, quæ ad æternam ducit vitam.

R. Kimhi ibid.
Eugub. ib.
Iſid. Clar. ibid.
Genebr. ib.
Campens. ibid.
Pineda in Iob 22 15.
Felix in pſal. 138
Caiet. ib.
Lorin. ib

Chald. ib.

Fines iuſtorum, & impiorum oppoſiti.

Quàm diuerſa viæ huius quies à quiete accubantium in funiculo! Quàm diuerſa animi dulcedo à profana opiparæ lautitia menſæ! Nunquid in hoc ſæculo ſaturitas? Duo videmus hominum genera: eorum alterum, qui agri incumbunt cultui, parca, & craſſa victitantes eſca, vt fructum in illud ſeruent tempus, quo neque ſeri poteſt, neque meti: alterum eorum, qui ſolos, quos in via obuios inueniunt, comedunt fructus, aut ſylueſtres, aut furtiuos, nihil curantes de annona, qua victuri ſint: poſtquam viæ curſum conſummauerint. Vtrumque hominum genus diuinus nobis repræſentat ſpiritus; primum ore Iſaiæ, ore Salomonis ſecundum. De extremo hoc dicit in prouerbijs Salomon; *Comedent igitur fructus viæ ſuæ*: de primo Iſaias: *Dicite iuſto, quoniam benè: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.* O ſuauiſſimum verbum! Deus pręcipit prophetis ſuis, vt dicant iuſto, *Quoniam benè.* Quid eſt *Quoniam benè*? Vtique, quoniam poſt vitæ huius periodum, optata manet eum fœlicitas, ſummum ſine limite bonum, ita vt mortem eius læta ſequatur reſurrectio; reſurrectionem æterna corporis, & animæ requies, vniuerſis cumulata & delicijs, & diuitijs. Perpendite, amici, quantum ſit vtriuſque vitæ diſcrimen. Ignaui comedunt fructus viæ, quos abſque labore inueniunt vllo: iuſti ſuauiſſimos adinuentionum fructus ſuarum. Emphaſis profunda eſt. Dixerat Deus ore Dauidis: *Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & benè tibi erit*: id quod ex iudiciaria Dei ſententia executioni mandatum eſt verbis illis: *Date ei* (nempe mulieri forti, ac labori intendenti) *de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius.* Ad portas refert Deus plenam fructus fruitionem: in portis laudent eam opera eius: in porta, qua ex hoc egreditur ſæculo: in porta, qua cælum grandi ingreditur triumpho. Tunc fortem animam laudabunt ipſa opera eius, quibus in ſæculo hoc plantauit ligna, quorum fructus in exitu metens, per cæleſtem inferet portam, vt glorioſa viuat in æternum. Itaque iuſtus ex præſcripto Dauidis, lataque ſententia Salomonis, veſcitur in cælo fructibus laboris ſui, quo ſtrictè vixit in hoc ſæculo: ſed addit Iſaias, *Fructus adinuentionum ſuarum comedet.* In hoc emphaſim eſſe dixi profundam. Sunt homines, qui obnixè laborant, vt multum inferant fructus; labore tamen conſueto, ac omnibus noto: alij non contenti noto cunctis labore, anhelant ad nouas cogitabundi adinuentiones, quibus vberius laboris ſui comparent emolumentum. Tales ſunt, quantum ad ſpiritalem profectum, ſancti quique homines, ſuarumque valdè amatores animarum. Non ſiſtunt communibus legis operibus: ſed ſunt in iugi ſemper cogitatione conſiderantes, quidnam poſſint ſublimius in Dei obſequium, gloriamque exercere; quo etiam vberiorem ſibi in cæleſtibus parent ſatietatem. Planè, ſi ſenſati ſumus, nulla erit alia noctu, diuque cogitatio noſtra, quàm huiuſmodi adinuentionum cogitatio, quibus noſtram in cælis fœlicitatem augeamus. Eo vel maximè, quod vocabulum illud,

Impij comedunt obuios in via cibos. nullam parantes in futurum annonam.

Pro. 1. 31.

Iſai. 3. 10.

Iuſti fruuntur adinuentionibus ſuis.

Pſ. 127. 2.

Pro. 31.

Sancti quique homines non contenti ſola obſeruantia mandatorũ, excogitant ſemper aliquid aliud, quod in Dei obſequium ſuperaddãt.

Hebræa. benè, quo ſcriptum eſt, *Dicite iuſto, quoniam benè*, in Hebræo ſignificat bonum, iucundum, plenum, delectabile. Hunc inueniunt in cæleſtibus iuſti adinuentionum fructum ſuarum: ignaui quem inuenient, cùm ſeuerint nihil; ſed viæ ſuæ comederint fructus? Dicat Salomon ipſe. Dixerat in cap. 1. *Comedent fructus viæ ſuæ*; iam in 6. cap. dicit, quid in viæ fine inuenturi ſint iſti. *Vſquequo piger dormies? Paululum conſeres manus, vt dormias; & veniet tibi, quaſi viator, egeſtas; & pauperies, ſicut vir armatus.* Perpende dictum tu, qui ſegnis es in parandis in terra, quibus in cælis perfruaris. Si in ſæculo hoc viæ comedis fructus, minimè de aſſeruandis in futurum ſollicitus: veniet ad te miſera in fine vitæ paupertas, quaſi viator. Cur quaſi viator? Conſidera, quæſo. Quum venit viator domum tuam, venit quidem famelicus, egenſque, vt cibum ei breuiter pares. Quid ſi & tu quoque veniſti modo domum tuam, per vnum tantùm diem præcedens noui hoſpitis aduentum? Dices quidem ad eum; Domine, imparatam prorſus ingreſſus es domum: ego æquè, ac tu, nunc viator aduenì, nec ipſi mihi inuenio quibus veſcar, necdum hoſpitibus externis.

Negligentia in Dei obſequio æternam famē parit in termino.

Prou. 6. 9.

Quid tunc erit tibi viatori, ſi hic armatus ingreditur, exigens vi alimentum, quod armati hoſtes ſolent ab inquilinis exigere, quum expugnatam ingrediuntur ciuitatem? Hoc vtique malum in fine vitæ paratum tibi dicit Sapiens, vt ſcias, ſuperuenturam tibi egeſtatem abſque vllo in æternum remedio, ſi in ſæculo hoc viæ comedis fructus, nullos parans in futurum. Septuaginta legunt; *Veniet tibi incommodo tempore egeſtas viator grauis, & moleſtus.* Beatus Hieronymus: *Egeſtas, & pauperies pœna eſt vltima, in qua damnati nihil diuitiarum merentur. Quæ, quaſi viator venit, quia improuiſa, ac ſubitanea. Quaſi vir armatus; quia deuinci perpetuò non poteſt.* Vtriuſque hominis, ignaui ſcilicet, & ſolliciti exitum duobus aperit Apoſtolus verbis: *Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.*

Septuag. ibid.

Hiero. ib.

Galat 6. 8.

Id ipſum, quod de oblectamentis dixi, & de quiete, dicendum eſt de fulgore, pompa, apparatu, ſeu gloria. Fulgor nitidiſſimus paratus eſt in cælo filijs hominum: ibi de rebus in hoc ſæculo geſtis gloriantur ſecuri iam de caſu, quo euaneſcat gloria confirmata. Locus hic terreſtris non eſt gloriæ locus, ſed contemptus: eritque homo ille glorioſior in cælis, qui in ſæculo hoc intenſiùs renuntiauerit gloriæ: atque ob Dei amorem, propriò ſtuduerit contemptui.

Gloria ſæculi huius effugienda vt cæleſti perfruamur.

Pro. 20. 21 *Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit*, ait ſapiens. Ea, quam in cœlis expectamus, hæreditas gloria vera eſt; primùm Dei gloria, cuius in fruitione noſtræ ſtat ſumma beatitudinis: deinde gloria noſtra, qua de rebus in Dei obſequium geſtis, tanquam de ſuprema nobilitate gloriabimur; cùm in obſequio Dei vera nobilitas conſiſtat. Ait igitur textus, eos homi-

Digitized by Google

nes, qui tam feſtini hæreditatem hanc adire cupiunt, vt ex hoc iam ſæculo ea frui nitantur, fulgenti videlicet gloria, nullam in futuro hæreditatem reperturos: cùm eam in præſenti ſæculo, quaſi finem vltimum, elegerint. *Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in nouiſſimo benedictione carebit.* Sic intellexerunt verba hæc B. Gregorius, & Abbas doctiſſimus Rupertus. Quum aliquam efformat pictor imaginem, incipit eam à cinere, ſeu gypſo ſuper tabulam extenſo: deinde ſuperponit pigmentum: alium mox colorem perfectum magis: poſt hunc perfectiorem alium: ſuper omnia denique ſplendidum vernicem, Hiſpanè, *barniz*, quo & reſplendent colores, & imago. Eſt vernix ſimilitudo gloriæ pulchra; ſiquidem pictum hominem reſplendere facit, ſicut gloria reſplendet viuus homo: quid ergo dicetis de pictore, qui à vernice inchoat imaginem? Operiet hic quidem ſplendorem eius ſuperponens vernici pigméta: pigmentis cinerem, aut gypſum: ſicque præpoſterum efficiet opus. Quis ex vobis non diceret hunc mente penitus captum? Nihil profectò minùs delirat, quiſquis hoc in ſæculo gloria frui ſatagit; quiſquis curat fulgere, ac æſtimari. Quidnam ſuperponetur imagini huic in alio ſæculo, ſi in præſenti hoc ſupponitur gloriæ ſplendor ante omnia? Tu, amice, tu es imago hæc: tu es Dei imago, *ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* A cinere incepit facere te diuinus artifex; *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*: à cinere fabricam inchoauit tui: vt virtutibus, tanquam pigmentis, conſummatam, viuam ſui imaginem, ſplendore gloriæ illuſtraret in cœleſtibus. *Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ.* Ergo ſi curas tu, hoc in ſæculo fulgere, magnaque pompa, magno & apparatu glorioſus apparere, & æſtimari: inchoas vtique perperam imaginem tui, ordine peruerſo ab eo, quo Deus te inchoauit. A vernice inchoas imaginem, à fulgore, à gloria, ac perfectione: monſtroſa quidem ars, propria inſenſati hominis; error intolerabilis: dolenda imaginis perditio. Si à fulgore, ſi à gloria inchoas imaginem: cinere inſanus conſummabis, infernis ignibus combuſtus. Et (quod deterius eſt) cùm, vt æternas luas pœnas, permanſurus ſis viuus, nec vnquam in cinerem conuerſus: ipſa profectò gloria tua, ipſe ſplendor tuus erit cinis, puluis, & fuligo. Audi tandem ordinem, quo translatus in cœlum, fulgentiſſima illuſtraberis gloria, in hæreditatem ſuperpoſita, *Ipſe enim ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro quòd ſumus filij Dei. Si autem filij Dei, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt conglorificemur.* Audiſtiſne, *ſi tamen compatimur*? Nonne audiſtis ineuitabilem conditionem: vt, ſi gloria eſtis fruituri cum Chriſto, priùs cum eo multa patiamini in hoc ſæculo? Solo, abſque propria diſpoſitione, hæreditario per Chriſtum iure, ſuſcepto ſaluari baptiſmo: id quidem paruulorum eſt, cæterorumque, ob mentis inopiam, incapacium. Raros omittamus adultorum caſus integris mente adultis prædicamus. Veſtra adijcite Chriſti meritis merita: vt cum eo ſitis glo-

Simile. Gloria mundi fulgere curantes eam cineribus obſcurant.

Grego. in Paſtorali. p. 3. admonitione. 20 Rupe. lib. 4. in Gen. cap. 10. & li. 1. in Euan. cap. 11. & lib. de victoria verbi Dei. cap. 12.

Gen. 6. 2.

Gen. 2. 7.

Phil. 3. 20.

Paruuli, & amentes ſolo baptiſmate ſaluantur.

Rom 8. 16.

Digitized by Google

riæ cohæredes. Tempus patiendi eſt : tempus laborandi , atque lugendi : tempus perſecutionis , & contemptus his , qui gloria ſunt fruituri cum Chriſto : ſiquidem Dominus ipſe abiectus , inops , ſitibundus , eſuriens,mortificatus vixit vſque ad mortem. Solet (fateor) Deus honorare in terra electos ſuos , faciens , eos , adhuc dum hîc viuunt , fulgere , & æſtimari , multaque gloria reſplendeſcere : non damnamus hos , imo laudamus:eos tantùm cenſemus infœlices , qui gloriam in hoc ſæculo procurant ipſi , parùm,aut nihil de futura ſolliciti ; parùm de carnis , peruerſarumque mortificatione appetentiarum. Quis non animetur ad imitandum in vitæ auſteritate, propriaque abnegatione Saluatorem , qui tam exit à mortificatione glorioſus ? Eia , auditores mei, crucem Chriſti capiamus : ſequamur eum pauperem , deſpectum , conculcatum , ieiunum,famelicum, mitem, ſumma feruentem charitate , vt eum ſecuti , cum eo etiam reſurgamus.

IN EADEM

RESVRRECTIONE

DOMINI.

SERMO III.

Nonne hæc oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriam ſuam? Luc. 24. 26.

APPARET hodie in via diſcipulis duobus glorioſus reſurrectione Saluator: Matri apparet primùm, non in via, ſed domi, viſitans eam ex profeſſo. Illi diſſimulatum forma peregrini cognoſcunt tandem eum in fractione panis: mater perſpicua agnoſcit forma, qua venit ad eam non diſſimulatus, ſed manifeſtus: tametſi fulgore proprio, quem antea in ſe occultabat, circumſeptus. Apparet (inquam) in via viatoribus diſcipulis. *Dic textum*. Ecce qui non cognouerant in via: in caſtello iam cognoſcunt Dominum. Eſt caſtellum Maria: quod, vt fieret homo, ingreſſus eſt Chriſtus. Eam interpretatur Eccleſia caſtellum illud, quod Dei filius ad manducandum ingreſſus eſt hoſpes, dum in feſtiuiſſimo eiuſdem matris die accinit illa Euangelij verba: *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum*: hodie ſimiliter intrat caſtellum, panem manducaturus, aut certè adſpectu Luc. 10. 38 ſuo delectaturus manducantes. Cur non intraret priùs propriũ ipſe caſtellum, matris domum, qui à duobus diſcipulis rogatus, caſtellum vt gratum eis faceret, intrauit? Chriſtum quærimus omnes glorioſum; adeamus caſtellum: ibi eum glorioſum inueniemus. Inueniemus vtique glorioſum, noſtramque in eo gloriam: ſiquidem reſurrectio eius noſtræ eſt reſurrectionis cauſa, atque promiſſio. Et quoniam gloriam præcedit gratia: tale profectò eſt firmiſſimæ Virginis caſtellum, vt gratiam quoque in eo inueniamus. Hanc, vt, ad prædicandum, à ſancto nobis impetret Spiritu, ſalutabimus eam verbis

Aue Maria. Angelicis dicentes: *Aue Maria.*

Gaudium, quo reſurrectione ſeruatoris, ac Domini noſtri collętamur fideles, eximium eſt, pluribuſque natum ex radicibus. Sufficiat

Digitized by Google

prima, vt gaudium ſit plenum, ipſa dilectiſſimi Domini quies, qua à cunctis iam requieſcit ærumnis: ipſa gloria eius, qua deuictis hoſtibus triumphator exultat; candidus, reſplendens, fulgentiſſimus: hominum gloria, & cœlitum. Eſt & alia poſt hanc gaudendi radix reſurrectio noſtra: cuius triumphalis hęc Domini reſurrectio præ-
Rom. 6 5. ludium eſt, & cauſa vera. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus.* Cauſas reliquas miſſas nunc facio: ſunt duę iſtæ ad exultationem vrgentiſſimæ. Reſurrexit Chriſtus; reſurgemus & nos: parum eſt, reſurgemus: eſt quippe communis hominibus cunctis, tam prauis, quàm probis reſurrectio: ſed dico, glorioſi reſurgemus, ducem noſtrum ſecuti, ſi eundem ducē cruce onuſtum onuſti cruce ſubſequamur. Eſt tam efficax nobis collætandi hodie incitamentum, vt prę omnimoda efficacia, excuſet prędicatorem à protrahendo ſermone in huius commendatione lætitiæ. Ipſa inſidet cordibus; nullis opus eſt verbis, quibus pio cuique hominis cordi eam imprimamus. Fateor, nec iuſtum eſſe, vt tam iucundam collætandi cauſam prætereamus intactam: at commendatio hæc ad heſternum pertinuit magis diem: tum quòd die prima oportuerit dicere, quod in feſto hoc occurrit primum; tum, quòd, ſicut in illo diei præcedentis Euangelio nuntiauit Angelus iucundam ex Domini reſurrectione lætitiam: ſic notificat hodie Dominus ipſe, omnino oportuiſſe, vt glorioſum hunc, quo in reſurrectione fruitur, triumphum plena dedecore, ac doloribus præcederet paſſio. Hoc eſt thema noſtrum; vtpote vnicū, quod de reſurrectione in Euangelio hoc ſcribitur verbum. *Nonne oportuit pati Chriſtum; & ita intrare in gloriam ſuam?* Eo vel maximè, quòd ſcripturis reuolutis, quoties de conſequente reſurrectionem Saluatoris communi reſurrectione tractatur, idipſum ibi apponitur, vt cum Chriſto in terris patiatur, quiſquis eſt cum Chriſto glorificandus in cœleſtibus. Quod apertè ſatis commendant prædicta illa *Reſurrectionem glorioſam tribulationes præcedunt multæ.*
Rom. 6 6 Apoſtoli verba: *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus.* Quæ verba in eundem proſecutus ſcopum, ait Paulus ipſe: *Hoc ſcientes: quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati: vt vltra non ſeruiamus peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto: credimus, quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto.*

Beatitudinem æternā multa, ſed temporal præcedit mortificatio.

Hoc eſt hodierni ſermonis, Euangelij hodierni proprium inſtitutum. Optamus omnes gloria multa reſurgere cum Chriſto, multa cum eodem perfrui iugiter in cœlis: nouerint vniuerſi, qui id verè deſiderant, viam eſſe vnam hanc ad vnum hunc terminum, ſi Chriſto in hac vita pauperi, humili, deſpecto, famem patienti ac ſitim, pio, miſericordi, manſueto, caſto, ſobrio, modeſto, patientiſſimo, ſumma incenſo charitate conformemur. Gloria ſumma eſt: ſumma beatitudo: cur pro gloria eximia, pro æterna beatitudine non patiemur hilares, ac ouantes quæcunque in hoc ſæculo ſunt dura, quæcunque aſpera; & amara: non & obnixè laborantes, totum diei, & æſtus pondus iugiter portabimus; vt finito vitæ huius,

Gloria æterna fruūtur in cœlis, qui eam in terris multo parant labore, multa patientia, & afflictione.

qui

qui breuis eſt, curſu, parata in cœlis gloria perfruamur? *Qui theſauros effodit* (ait B. Hieronymus) *eijcit rudera terræ, & facit in altum foueam: ſedulo inſiſtit labori, donec ad theſauros, quos quærit, attingat. Et qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, quidquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit, expurget: carnales illecebras abſcindat, foſſam in ſe humilitatis faciat; nec quieſcat ab agendo priùs, quàm ſe venam veritatis inueniſſe cognouerit.* Dum autem pro ſapientia dicit laborandum, omnibuſque virtutibus inſiſtendum; planè de conſummata illa loquitur ſapientia, quæ in Dei viſione conſiſtit: deque ea, quæ in terreſtri hac vita docet tramitem, per quem proceditur ad illam. Itaque omnia prauorum rudera affectuum proijcienda ſunt, pro adipiſcendo locupletiſſimo illo, micanteque theſauro, cœlica in patria iuſtis aſſeruato. Quid dicam? Quid dicam? Audite fideles, & erubeſcite: cùm extraneus ille, qui diuinum theſaurum, prout in ſe ipſo eſt nequaquam nouit, dixerit verba hæc, quæ meritò aurea dixeritis. Seneca eſt hic: hæc verba eius: *Vt aliquid auri extraheremus, terram peruertimus: vt ſummum bonum occupemus, ſcrutari pectus piget.* Seduliore, ait Philoſophus hic, quàm quo à terra purgatur aurum, ſtudio purificandum eſſe à ſordibus pectus, pro obtinendo bono illo, quod ſummum eſt bonum. Imo id quidem dicit, dolens ſuper hoc, quòd hominum conatus in terreſtris auri purgatione feruentior ſit purgatione pectoris: cùm extrema hæc ad ſummum ſit theſaurum, ſummumque bonum diſpoſitio. Heu tempora! quemnam dixeritis hominem illum, qui terræ theſauris impenſiori quàm cœleſtibus intendit ſtudio? Nonne ſtultum appellabitis? Nonne captum mente? Nonne perditum? Heu perditum hominem! Heu dementem! Heu ſtultiſſimum! Appoſitiſſimum reſurrectionis ſymbolum video in bombyce, ſeu in opifice bombycis verme. Hic in vitæ ſuæ initio inſtar eſt ſinapis, vt ſinapis granum dixeritis. Geſtatur tunc per dies multos in hominis pectore nulla functus vita, donec calore fotus ebullire incipiat, vitæ iam particeps. Deinde inter folia ponitur mori: quibus auidè veſcens, celeriter creſcit, donec fiat vermis dimidij longitudine digiti, mutato etiam nigro in album colore. Pòſt in arida poſitus ſalice, profert per os tenuiſſimã ex illo, quod foliorum ſumpſit, alimento fibram, ſeu filum tenuiſſimum, quod exiguo ſalicis ramulo circumducens, ouatam efficit telam: quam, niſi colore eſſet pallida, columbæ diceretis ouum. Claudit ſeipſum intra telam, dum circum ſeipſum obducit fibram illam, quam profert ex ventre: ſicque conſummata ſolidiſſima tela, manet intùs ipſe, non ſecus, ac in ouo pullus gallinaceus. Sed eſt valde mirabile, quòd ſubſtantiam ſuam in opere hoc magna ex parte conſumpſerit, eliciens ex ſe ipſo fibram illam, quæ bombycinum eſt filum. Manet itaque intra ouum valde minutus, nec maior parte quarta corporis illius, ad quod, dum folia comederet, peruenerat. Quid minutum dixerim? O magnum Deum! Imò nec vermis eſt iam: ſed auicula parua duabus volans alis ita vt columba nuncupetur. Quapropter rumpente aliquo ex officinæ illius miniſtris ouiculi ſummi-

Mortificatio appetentiarum ad æternam exigitur gloriam.

Hiero. in cap. 6. prouer. verſu. 4.

Seneca li. prouerbiorum. qui conflatus eſt ex ſententijs Senecæ, Publij, & Laberij.

Simile. Bombyx ſymbolum reſurrectionis hominum.

Digitized by Google

tatem, egreditur celeri columba volatu, illum petens parietem, quem alba opertum videt ſindone. Paucæ ſunt, quæ ſic rupto exeunt ouulo: illæ nimirum, quæ deſtinantur ad generationem, vt noui naſcantur vermes, ad continuandum ſericum opificium. Pleræque relinquuntur incluſæ: illæ nimirum, quarum telæ eliguntur ad lucrum, vt pulchriores fiant fibræ bombycinæ. Has non rumpit operarius: ideo manent concluſi vermes, donec oua feruentis aquæ calore diſtendantur in fibram. Quis non agnoſcat hic mirabilem corporum reſurrectionem noſtrorum? O magnum Deum! O Deũ admirandum! Naſcitur infantili homo figura, puſillus valde, ac prorſus hebes, quaſi exiguum ſinapis granum: ſed alimento creſcit indies, donec magno corpore augeatur. Decreſcit poſtea ſenectute, minuens ſubſtantiam ipſe ſuam laboribus multis, quibus, pro ſuſtentanda domo, abſque vlla incumbit quiete. Tandem manet clauſus fouea ſepulchri: permanebitne ibi ſine termino? Imo officinæ Dominus, ſupremus ſphærici opifex cœli, rumpet ſepulchri ſummitatem, vt ſubitò prorumpat homo, celerique volitet ſpiritu. Quis non laudabit te, diuiniſſime Artifex? Homo ille, qui in ſepulchro, imo & ante humationem erat vermis: reſurrectione prodit columbus: petitque ſine mora album linteo parietem; murum candidiſſimæ illius ciuitatis, quæ omni ex parte munda eſt, alba, & fulgentiſſima. Homo vermis eſt, dum in ſepulchro concluditur horrido: imo & dum viuit in hoc ſæculo; dicente Baldad: *Filius hominis vermis.* Sed ſingulariter Chriſtus ſeipſum prædicat vermem in pſalmo. 21. cuius eloquium Chriſti elogium eſt, omnes paſſionis ſuæ greſſus Dauidis voce prædicentis. Notus eſt primo ex verſu locutor: *Deus Deus meus, reſpice in me: quare me dereliquiſti?* Quæ ſunt pendentis in cruce Chriſti verba: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Simili ratione verba pſalmi omnia patientis ſunt Chriſti; atque ita hunc ibi locutum ad litteram intelligunt Patres, Euſebius præcipuè, & Auguſtinus: imo Rabbi Salomon proferendum à Meſſia pſalmum intellexit. Ait igitur hoc in pſalmo Chriſtus; *Ego ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Vocat ſe vermem Chriſtus cauſa abiectionis ſuæ, atque deſpectus; vt adiuncta verba ſatis apertè commendant; & exponunt Origenes, Auguſtinus, Hieronymus, Maximus, Bernardus: Rupertus item, & Gaudentius. Dixit enim de vermibus Lucretius:

Quippe videre licet viuos exiſtere vermes
Stercore de tetro.

Ideo adiecit Chriſtus, *& non homo*: id eſt vix inter homines, ob ſummam abiectionem, computatus. Kaldæus legit, *ego ſum vermis debilis, non vir,* id eſt, non fortis. Nam vox gheuar nomen eſt viri. Pulchrè Ambroſius ideo Chriſtum vermem vocari putat, quòd ſicut de manna procreantur vermiculi, ita de Virgine natus eſt Chriſtus. Diuinus hic vermis, vt ſerica nos gratiæ indueret veſte, & gloriæ etiam veſtimento, bombycino incubuit labori: ac, velut euacuatus in ſerica vermis, *ſemetipſum exinaniuit.* Manſit item ſepulchro clau-

Iob 25. 6. Pſal. 21 2 Matth. 27.48. Euſeb. in pſal. 21.1. Augu ibi, & pſal 37. Rab. Salomon in pſalm. 21. Pſal. 21.7. Orig ibi. & in Lucæ 2. Aug. ep. 49 q. 6. Hier. pſal. 21. Maxi. ſermone Dominicæ palmarum. Ber. ſer. de paſſione. Rupert. lib 3 in Exod. c. 18. Gaudent. Brixenſis. tractatu vltimo.

Homo vermis.

Chriſtus cur dicat ſe vermem.

Chriſtus exinaniuit ſe, vt veſtẽ gloriæ nobis elaboraret.

ſus: at elegantiſſimo ſepulchro, ſicut manet ſerico bombyx in ouo. Quod preſcius dixerat Iſaias verbis illis; *Erit ſepulchrum eius glorioſum.* Exiuit demum tertia die minutus carne, ideſt, carnis grauitate, quę in agilitatem tranſijt puriſſimam, liber item à carnis moleſtia, fame, ſiti, dolore, laſſitudine, anguſtia, mortalitate, quorum nihil in reſurgente Domino manſit: imo exiuit fortis, vtpote pręclariſſimus triumphator, fortis ad volandum: quamuis vermis natura minimè dimiſſa, ſed validiſſimo confortata robore; vt in perſona Regis Dauid legimus in 2. Regum libro: *Hæc nomina fortium Dauid, ſedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps, ipſe eſt, quaſi tenerrimus vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Exijt tamen in columbæ ſpecie, velociſſimo aliger volatu, ad continuandam ſpiritalem generationem qua baptiſmate gignit filios, quorum virtutibus exornat Eccleſiam elegantiùs, quàm ſericis ornantur templa. Exijt (inquã) à ſepulchro, vt generationem hanc continuaret: viuens ipſe æternùm, & nunc inter nos ſupremo in ſacramento, & ſemper in cœleſtibus. quo alacrior columba peruolauit dote agilitatis, quo die hac poſt viſitationes alias, volauit ad *Caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emaus*; & vſque ad cœleſtes poſtea volauit muros, in candidiſſimo ſeſſurus throno. Arte hac effecit ſibi ſericam veſtem, gloriæ ſtolam auro fulgentiorem; quam vt notam faceret Apoſtolus, adiecit verbo illi, *ſemetipſum exinaniuit,* verbum illud, quod ſequitur; *Propter quod & Deus exaltauit illum.*

Lucretius lib. 2. Kaldæ. pſal. 21. Ambr. ib. & ſerm. 3. Phili 2.7. Iſai 11.10 2. Reg 23 8. Lucæ. 24. 13. Phili. 2. 9.

Tribus de cauſis eſt nobis omnino neceſſaria huiuſmodi Chriſti reſurrectio. Prima, vt fides confirmetur in nobis: altera, quoniam superueniente cruci reſurrectione elaborauit ille nobis immortalitatis veſtimentum: vltima, vt reſurrectio hęc noſtræ reſurrectionis cauſa eſſet exemplaris.

Fides orthodoxa mirificè firmatur reſurrectione Saluatoris.

Vehemens quidem firmandæ argumentum fidei glorioſa hæc reſurrectio Chriſti. Confuſa eſſet opinionum diuerſitas, ſi perſpectus in cruce inter latrones, non perſpiceretur reſurrectione glorioſus. Fuit quidem ipſa Domini paſſio, manifeſtiſſimum diuinitatis indicium, ob multa, quæ tunc è cœlis, è terra, è templo, è ſepulchris, vniuerſiſque ex locis concurrerunt ſigna; quandoquidem *Centurio, & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum, viſo terræ motu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iſte*: ſed per oppoſitum. *Prætereuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas, ſaluum fac temetipſum, deſcendens de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes, ad alterutrum cum ſcribis dicebant; alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.* Ecce oppoſita hominum circa vnum eundem crucifixum iudicia. Nec rarum eſt: imo vbique frequens, vt & legimus in ſcriptis, & in conuerſationibus experimur. Referam duo arbitria hominum oppoſita circa rem non parùm ſimilem huic, quam commendamus: circa duas nimirùm perſonas in lignis pendentes, quarum altera concitauit populum ad ſumendam de illius offenſoribus vindictam; alte-

Matth. 27. 54. Marci 15. 29.

Digitized by Google

Opiniones hominum contraria circa vnam eandem rẽ, aut actum vnum.

ra ad honorandum, perficiendumque in Regem, offenſorem. Harum prima ſacra hiſtoria eſt, vigeſimo iudicum capite relata, incepta vndeuigeſimo. Iter agens vir de tribu Leui, & vxor eius Bethlehemita tranſierunt per vrbem Gabaa, de tribu Beniamin, vbi recepit eos in domum ſuam venerabilis ſenex alienigena. Illic, dum nocte requieſcerent, concurrerunt viri vrbis illius filij Belial ardentes concupiſcentia viri illius, quem ſenis viderunt hoſpitem: domumque circumdantes, conſtrinxerunt ſenem, vt traderet eis virum, ad præpoſteræ libidinis expletionem. Reſtitit ſenex, quoad potuit, amaris eos lacrymis orans, ne tanto domum ſuam afficerent opprobrio: ſed ardentem libidinis ignem non extinxit aqua lacrymarũ. Quapropter afflictus ſupra modum ſenex, obtulit eis filiam ſuam virginem, obtulit & hoſpitis vxorem, vt illis ſatiati, dimitterent virum: ſed noluerunt acquieſcere, qui nefanda vrebantur concupiſcentia. Denique coactus obſtinatione Leuita, eduxit ad illos vxorem ſuam, vt dimitteretur ipſe ab eis tradita muliere ſaturatis. Inuaſerunt carniuoraces auiditate fœminam canina; ac ſine vlla miſeræ quiete turpiſſimæ indulſerunt luxuriæ per noctem totam, donec proderet facinus aurora. Talis euaſit ex eorum manibus infœlix mulier, vt, cùm reptans rediret domum, corruerit exanimis in ianua. Ibi reperit defunctam maritus: qui, quantum ex atrocitate conijci poteſt, perculſus animo, concidit in duodecim cadauer fruſta, quæ poſuit in duodecim terminis Iſrael, oculis omnium conſpicienda: vt ad vltionem commoueret omnes. Hæc eſt, quam propoſui hiſtoriam ſacram. Illam verò, quam propoſui humanam, narrant Hiſpani Chronographi: inter quos Magiſter Medina, & Iulianus del Caſtillo. Erat Oſyris, Ægypti Rex, vir optimus, frugi, & integerrimus adeo, vt ſolo pietatis, ac iuſtitiæ zelo regiones peragrarit multas grãdi fultus exercitu; vt quoſcunque homines à tyrannis reperiret oppreſſos, liberaret: optimiſque ad virtutem inſtitutis formaret, ac legibus. Teſtis eſt Hiſpania, manibus huius liberata à Tyranno Gerione, ſertimo nepote ſatoris hominum Noeti. Sed quid non adoritur inuidia? Cui amatori parcit dominandi libido? Erat Oſyridi frater, nomine Typhon; qui ardenti occupandi regni Ægyptiaci ambitione fratrem interimere decreuit. Et peremit quidem impius homo; nec ſola ſtetit peremptione: ſed atrocius aliquid, vt regno potiretur, commentus fuit. Cadauer fratris in membra diſcidit multa, quæ per vniuerſas prouincias mittens, iuſſit ſuſpendi in lignis, à cunctis ſpectanda, vt ipſe eligeretur in Regem, qui tam validum ducem ſuperaſſet. Caſus duo hi ſimiles ſunt: videamus iam, quæ fuerint hominum iudicia. Diuerſa quidem ex oppoſito. Populo Iſraelitico vehementiſſimum aduerſus occiſores fœminæ incuſſit ardorem horridus ille adſpectus fruſtorum eius; vt diſcerperent lupos illos, qui fœdiſſimè diſcerpſerant innoxiam. Hic fuit omnium hominum affectus, excepto nemine: quo affectu *egreſſi ſunt omnes filij Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus.* Nec contenti, ſemel punire

Iud. 19. 1.

Gabaa vrbs de tribu Beniamin igne ſuccenſa ob nefandum habitantiũ crimen.

Magiſter Medina. de las grã dezas de Eſpanna p. 1. c. 24. Iulianus del Caſtillo lib. 2. Reg Gothorum diſcurſu. 2.

Typhon impiiſsimus fratricida, occupandi regni ambitione peremit innoxium Oſyridem fratrem.

Iud. 20. 1.

Digitized by Google

illum occiſorum populum, omneſque illius tribus ciuitates, iterum eis, atque iterum intulerunt bellum ardentiſſimo ſpiritu exacerbati, donec totam delerent tribum, pauciſſimis exceptis, qui poſt ſuccenſam fugerunt vrbem, poſtque interfectos gladio vigintiquinque millia pugnatorum. Quis ex vobis minorem aduerſus fratricidam Typhonem expectaret iram Ægyptiorum ſpectantium poſita in patibulis innoxij, ac præclariſſimi Oſyridis fruſta? At longè diuerſus affectus eorum fuit. Magni apud eos factus eſt Typhon ille, qui tam validum ducem, totque victorem regionum, & impetere auſus fuiſſet, & manu intrepidus necaſſet. O varia hominum iudicia! ô placita varia! arbitria oppoſita!

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virg. l. 2. Æneid.

Quidnam minus, quàm in prædictæ mulieris fruſtis, fuit in diſciſſo Oſyridis cadauere, ne hoc ſicut illa, commoueret ad vltionem quoſcunque ſpectantes: ſpectantes fruſta hominis pij, ſtrenuiſſimi, æquiſſimi, benefactoris, inſtructoris, innocui denique, perperamque interempti à proditore fratre ſceleratiſſimo, dignoque, qui in minutiſſimas diſcerperetur particulas morſibus piorum omnium? Sed talis eſt mundus. Dei filium cognouerunt milites, quem in cruce viderunt tantis approbatum ſignis: ſed illuſerunt Iudæi Pontifices: perennaretque vſque ad mundi finem opinionum diuerſitas, ſi qui perſpectus fuit in patibulo moriens, non fuiſſet & glorioſa reſurrectione perſpectus. Multi dicerent, O perfidi Iudæi, qui tam pium, tam ſanctum, tantis filium Dei ſignis manifeſtum occidiſtis! Sed dicerent alij; iuſtè quidem Iudæi; quoniam filium Dei ſe fecit; cùm maneat mortuus in ſepulchro. Periculum hoc vidit Dei ſpiritu B. Paulus, qui propterea dixit: *Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate; ſed viuit ex virtute Dei.* Elegantiſſima ſunt S. Petri Chryſologi verba in hoc propoſito; *Qui ante ſuam mortem prædixerat ſuam reſurrectionem: vtique ſcire potuit, potuit & cauere. Sed quia vincere potuit, declinare contempſit: quia reſurrectionis gloria ſepeliuit morientis iniuriam.* Dixerunt ſummi ſacerdotes, dum pendentem in patibulo videbant Chriſtum; *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei:* Quid, ſi nec à cruce deſcendiſſet, nec aſcendiſſet à ſepulchro? Aſcendit iam: quis non credet in eum? Argumentum eſt ſancti Hieronymi, dicentis, *Vide argumentum: ſi filius Dei eſt, deſcendat de cruce: iam deſcẽdit, credite.* Dixit item Vulgus: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: ſaluum fac temetipſum, deſcendens de cruce;* quid, ſi nec reædificaret, nec deſcenderet? Ideo & deſcendit, & reædificauit: ipſumque deſcendere, reædificare quidem fuit. Dixerat Dominus Chriſtus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: ille autem dicebat de templo corporis ſui:* atq; ita cùm à mortuis reſurrexit, promiſſam templi reædificationem compleuit. Nec pigebit pios audire, eodem Dominicæ reſurrectionis anno tribus domum diebus Romæ reædificatam à Sexto Mario, natione Hiſpano, qui cùm vicinam domum funditus deijci feciſſet, mutato poſt euerſionem conſilio, protinus refecit totam. Scriptor Mariana. Quantò magis omnipotens Dei filius? Va-

[Margin notes: 2. Cor. 13. 4. — Petrus Chryſol. ſerm. 75. — Matth. 27 42. — Hier. ep. 1 ſtant. 2. — Marci 15. 29. — Ioan. 2 19 — *Marius Sextus, Hiſpanus reædificauit Romæ diebus tribus domũ, quam euerterat.* — Mariana in hiſtoria Hiſp. l. 4. c. 1.]

Digitized by Google

lidiſſimum ergo fidei noſtræ argumentum eſt glorioſa eius reſurrectio. Reſurrectionis autem eius, & noſtræ argumentum eſt inter alia multa elegantiſſimum, quod ex bombycibus deſumitur: cùm tota in eis reſurrectionis ſeries deſcribatur.

Reſurrectio Chriſti cauſa reſurrectionis iuſtorum.

Venio ad cauſam ſecundam, ob quam propoſui neceſſarium humano generi, vt Chriſtus reſurgeret à mortuis; nempe, vt gratiam nobis largiretur, & gloriam. Sufficiunt, quoniam expreſſa ſunt, Apoſtoli verba; *Traditus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Elaborauit nobis diuinus vermis habitum gratiæ, immortalitatis ſtolam, qua iuſti veſtiuntur æternùm immortales ipſi. Nec in hoc ampliùs morandum, cùm ſit quotidiana prædicatio.

Rom. 4. 25.

S. Tho. 3. p. q. 56. ar. 1. Suar. ib. & diſput. ſeq 1. 1. Cor. 15. 21.

Cauſa tertia exemplaris eſt cauſa: Domini videlicet reſurrectio noſtræ eſt reſurrectionis exemplum. Probat latè B. Thomas: probat & Suarez noſter: adſunt Apoſtoli verba: *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, deinde ij, qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt.* Vnde fit, vt ſicut reſurrectionem Chriſti non ſola præceſſit mors, ſed mortificatio etiam, & hæc iugis; ſic debeat glorioſam hominum reſurrectionem aſſidua antecedere mortificatio præter mortem. Hoc vtique eſt, quod propoſui ſermonis inſtitutum. Fecit nobis Pater noſter Chriſtus, tanquam ingenioſiſſimus bombyx, pulchras gratiæ veſtes, quibus veſtiuntur omnes ritè baptizati, omneſque vere pœnitentes, fecit & gloriæ veſtes, quibus ſuperinduuntur hi, qui gratiæ veſtibus collucent: at, ne veſtes has actualibus exuant criminibus, aſſidua opus eſt mortificatione paſſionum: qua etiam meritum augetur beatitudinis. Hæc quippe nota ſeries eſt, qua iugi ardore pretioſiſſima veſtimenta elaborant bombyces, vt diximus. Exinaniunt illi ſemetipſos, ſua vt ex ſubſtantia eliciant ſerica: manent in ouulis, quaſi in ſepulchris incluſi, vt poſtea aſſumptis exeant alis; nec aſſumptis dixerim, ſed natis ſibi alis, vt multò exeant præſtantiores, quàm erant antequam ſemetipſos ſic exinanirét. Tantum ſanè eſt inter mortalem hominem, & ſe ipſum reſurgentem differentiæ, quantum inter ſqualidum bombycem, & ſpecioſiſſimam columbam.

Mortificatio propriæ voluntatis, & carnis exigitur ad æterna delicias beatitudinis.

Apoc 3 5.

Veritatem hanc innoteſcere cunctis volens Chriſtus, *Qui vicerit* (ait) *dabo ei ſedere mecum in regno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Nonne audiſtis? Nonne vidiſtis? Nonne intelligitis? Offert Dei filius reſurrectionem, offert & gloriæ thronum hominibus: at hominibus illis, qui victores ſunt, ſicut ipſe fuit victor: victores carnis, mundi, diaboli, omniumque voluptatum, & pomparum. Magnum profectò eſt, quod dat dux tibi tuus, dum ſuo in throno te ſedere facit, ſi tu vincas cum illo eos ipſos, quos ipſe vicit inimicos: nimia verò inſolentia tua, ſi velis tu, nulla præuia militia, nec domitis carnis appetentijs, ſedere cum Chriſto in throno e-

Digitized by Google

ius; cùm non ſederit ille, donec duriſſima ſui mortificatione cunctos deuicit inimicos. Hoc (iterum dico, atque iterum repeto) præſentis eſt ſermonis inſtitutum, quoniam Euangelij præſentis eſt ſcopus: *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum: & ita intrare in gloriam ſuam?* Si ſua eſt hæc, quam ingreditur, gloria, cur oportuit, pati priùs multa, vt ſuam gloriam introiret? Oportuit abſque dubio, cùm expreſſerit ipſe. Sua profectò erat gloria hæc, nec vllo detrahibilis iure: & tamen placuit ei, alio inſuper titulo, paſſionibus nempe, atque victoria, eam mereri; ac comparare. Quid facies tu, cuius minimè eſt propria beatitudo? Si gloriam appetis cum Chriſto, candido es immortalitatis ornandus veſtimento. Nemo quippe hac nudus veſte collocatur in throno. Audi Apoſtolum dicentem: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* Quis ergo elaborabit glorioſiſſimam hanc immortalitatis, incorruptioniſque veſtem, non manibus textam, ſed naturale corpus ipſum immortalitate conſeruandum? Elaborauit (fateor) Chriſtus: tamen induit te eam te ipſo miniſtro, te cooperante: reijciente videlicet mundi oblectamenta, Chriſti crucem portante, hoſtes animæ vincente. Audi, quàm exactè elaboret Chriſtus, quod eſt ex parte ſua: *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis: Et non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.* Veſtietur (ait) qui vicerit: imo ait, ſic veſtietur. Quid eſt, ſic veſtietur? Vtique veſtietur, ſicut vixerit. Omnes bombyces elaborant bombycinam veſtem: omnes ſe, dum laborant, exinaniunt: omnes manent in ſepulchris: omnes exeunt ex ſepulchris: ſed non eodem omnes modo. Alij exeunt glorioſi in forma columbæ, alij mortui: qui feruenti ſcilicet cremantur aqua, exeuntque ab illa, quum diſſoluta ſunt in fibras oua. Non ſecus omnes homines vermes, vt dixi, ſunt: omnes laborant: omnes pro elaborando eleganti indumento ſe exinaniunt: omnes clauduntur in ſepulchris: omnes item exibunt reſurgentes: ſed alij immutati leuibus agilitatis, elegantiæque pennis: qui elaborata ſibi gloriæ veſte, volabunt velociter cæleſtem in locum, candidiſſimo byſſo refulgentem: alij nequaquam immutati, ſed vermes, ſicut erant antea: nec vita reſurgent viui beata, ſed extincti feruentiſſima inferorum aqua, imo flammis ſemper ardentiſſimis.

1. Cor. 15. 53.

Apoc. 3.

Reſurrectio hominum communis erit tam improbis, quã probis.

Damnati reſurgent ad æterna tormenta.

Non quòd ſint humana vita priuandi: imo reſurgent viui corpore, & anima, cunctiſque ſenſibus, quibus viuimus modò ſuper terram: ſed quòd huiuſmodi vita mors ſit potiùs dicenda, quàm vita, eo quòd careat Dei gratia, quæ ſupernaturalis vita eſt, quæque verè eſt digna nomine vitę. Diſcriminis vtrorunque hominum cauſa ea ipſa eſt, quæ & inter bombyces verſatur, amor nimirum aut futurorum bonorum, aut præſentium. Telæ quippe illæ, ex quibus præſens quæritur lucrum, minimè rumpuntur, poſtpoſita columbæ vita lucro ex

tela integra acquirendo: quum verò ad nouorum vermium procreationem, vitæ attenditur columbæ, tunc diſrumpitur tela, vt viuus ex ea prodeat vermis, ſeu columba. Præſens ergo lucrum ex illis maius euenit telis, quæ integræ ſeruantur, eo quòd ſerica perfectiora ſint, quum telæ minimè rumpuntur: at telæ illius, quæ, vt exeat columba, data opera rumpitur, paruum quidem eſt, quod ſtatim acquiritur pretium: at longè vberius, quod poſt multos acquiritur dies. Quoniam ex columba illa, cuius vita conſeruatur, vermiculi gignuntur multi, ex quibus ingenti numero telæ, & ſerica prouenium. Quid conformius diſparitati hominum reſurgentium? Quicunque pecunię lucro, cęteriſque id genus temporalibus oblectamentis primo attendunt loco: hi quidem reſurgent mortui viuentes, diuina priuati vita: at, qui ęternę imprimis incolumitati attendunt, & ſaluti, rumpunt laboris ſui telas, quamuis pecunię lucrum minuatur, quamuis ſordeſcat elegantia, langueat voluptas, vitę ſplendor obſcuretur. Quoniam licet pręſens voluptas, pręſens quęſtus, pręſens fulgor, multò minor ſit terreſtri in ſęculo: eſt longè maior, qui aſſeruatur in futuro, ſi conſeruatur diuina animus vita, quamuis tela corporis rumpatur. Hęc omnia ſacris habemus in litteris.

Reſurgent omnes homines, tam improbi, quàm probi: ſed non omnes mutati ex vermibus in columbas. Textus ad Corinthios: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Immutabuntur iuſti: non quidem natura, ſed tanta naturę eleuatione, quanta eleuatur vermis factus columba: imo longè excelſiore, impij non immutabuntur: quoniam ſemper manebunt vermes, ſicut perditi bombyces, qui aut non mutantur in aligeros: aut certè, ſi mutantur, mutatio eſt, quaſi non eſſet, cùm nunquam vtantur pennis: imo in ſtercora abeant fœtidiſſima. Talis erit damnatorum ſors, minimè mutabuntur à vermibus: imo permanebunt vermes, & ſtercus. Quàm pręclarè dixit moribundus Mathathias! *A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius ſtercus, & vermis eſt*: Non ſolum hominem ipſum, ſed gloriam etiam eius vermem dicit, ac ſtercus. Quodque eſt infœlicius, reſurgent hi mortui, & ad mortem, non mortui vitā naturali, ſed gratię, quę perfecta eſt hominum vita. Luculenter Auguſtinus: *Vita gehennæ potius mors eſt dicenda, quàm vita: nulla quippe maior, & peior eſt mors, quàm vbi non moritur mors.* Sed tam graui in re non decet loqui ſine textu: eſtque elegantiſſimus ille, quem in martyrio dixit ad Tyrannum ſanctiſſimus iuuenis, qui fuit ex ſeptem Machabęis fratribus quartus: *Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.* Quęnam vita eſt, quæ abſque intermiſſione crematur, non in feruente, ſicut bombyces, aqua, ſed *Timidis, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.* Lōgè alia iuſtorum pars: rumpitur mortificatione iuſti hominis corpus, rūpitur & morte: ſed proſilit anima longè alacrior, quàm ex rupta tela proſilit columba, quæ ante ruptam erat vermis. Ipſa fatetur

1 Cor. 15. 51.

1 Macha. 2. 62.

Aug. l. 6 de ciu. c. 12

2 Macha. 7. 14.

Apoc. 21. 8

Digitized by Google

tetur anima, quæ ſic à rupto proſilit corpore; *Conſcidiſti ſaccum meũ, & circumdediſti me lætitia.* Hæc dicit ad Deum anima ipſa ore Dauidis: Deus quoque ad eam ore Iſaiæ: *Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem: nec ſplendor Lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, & luna non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.*

Beatitudo cæleſtis vniuerſis referta bonis viſo perſpicuè Deo.

Iſai 60.18

Hæc cùm planè ſint fidelibus nota, valde quidem mirandum eſt, quòd non componant omnes: imo ita plerique viuant, ac ſi nullam, vltra vitam ſæculi huius, expectent vitam in Deo poſſidendam. Omnes (dixi iam) ita incumbunt labori, vt ſe, propter acquirendas opes, elegantiam induendam, fruendum voluptatibus, nimis exinaniant, & conſumant ſe ipſos, ſicut pro elaborando ſerico bombyces ſe exinaniunt omnes: at, qui inſenſati ſunt, ſe inſenſati conſumunt propter diuitias temporales, vanam elegantiam, breuia oblectamenta: propter æterna oblectamenta ſenſati, propter æternam elegantiam, opulentiam ſempiternam. Magis ideo mirandum, quòd decepti homines, dum bonis inhiant temporalibus, nec ipſa quidem temporalia adipiſcantur. Imo replent miſeri manus ſuas, pro pondere argenti, laſſitudinis pondere; callis pro elegantia; pro carnis delicijs, pungentibus ſpinis. Prouerbium eſt; *Spina naſcitur in manu temulenti*: nempe, vt Strabus, Beda, Carthuſianus, Arboreus, & Lyra interpretantur, quiſquis ſe voluptatibus tradit, adeo eſt delectationibus ebrius, vt circunſtantes ſpinas non diſpiciat: carpitque eas manibus, minimè timens cruentari. Peius adhuc intelligo malum. Non dicit, ebrium ſpina pungi, aut terebrari: ſed naſci ſpinam in manu ebrij; quo intima ſignificatur ſpina, nec facilior euulſu, quàm ſi euellendum ſit proprium os eiuſdem manus; tametſi, quum infigitur, minimè ſentiatur. Eſt continua vitæ inquietudo eis, qui ad fruendum in ſæculo hoc diuitijs, ac voluptatibus anhelant, non minor, quàm ſi ſpinam iugiter carni habeant infixam: placida quies, ſerenaque tranquillitas contemptoribus ſæculi, omneſque bonum ſuum ad futuram vitam reſeruantes. Hi, quæcunque eueniant, ſiue aduerſa, ſiue proſpera; immoto perſtant animo, adeoque conſtante, quaſi neuter ad eos ſpectaret euentus. Habent ante oculos ſperatam in fine reſurrectionem: habent & ſecuturam beatitudinem: ſciunt, vitæ huius fortunam, tam ſecundam, quàm aduerſam breui eſſe finiendam, nunquam finiendam futuram beatitudinem: currant igitur, aiunt, currant, currant vitæ huius euentus: tranſeant per me quicunque fuerint; quid intereſt, ſint aſperi, an iucundi, cùm breuiſſimus ſit eorum tranſitus; æterna, quam deinde ſpero, requies in cæleſtibus? Placidam ſanè viuunt huiuſmodi homines, quamuis aſperam, vitam: ſerenam, licet flatibus multis agitatam: & quamuis laborioſam, ſuauiſſimam.

Delicíæ huius ſæculi ſpinæ ſunt.

Impij ſpinis ſemper confixi.

Prou. 26.9
Strab. ibi.
Beda in eundem locum.
Carthuſ. ibid.
Arbor ib.
Lyra ibid.

Inſtrquieta inter ſæculi huius voragines fruũtur vita, ſperantes æternã beatitudinem.

Erit appoſita paſchali alacritati viridis palma, ſi poſita in me-

Nnn

Iob 29.18 dio, nunc circunſpiciatur. Dixit Beatus Iob; *Sicut palma multiplicabo dies.* Nomen Hebræum, *Chol*, tria ſignificat; palmam, Phœnicem, & arenam. Itaque dixit Iob; multiplicabo dies, ſicut arena, ſicut Phœnix, ſicut palma. Valde diſſidentes res ſub nomine vno: ſed omnes congruæ propoſito: ſuntque ſimiles multiplicationi dierum tres iſtæ res, palma, Phœnix, arena.

Palma ſymbolum iuſti æternæ fruitionis beatitudine.

Iuſtus homo palmæ in quatuor ſimilis.

Septuag. Vatab ib. Greg.l.19 c.24 &25. Olymp. Iob 29 Symmac. ibid Pli.l 17.c.44. Pſal.91 13

Palmam legunt ex Græco Septuaginta, & Vatablus, ſicut & Vulgatus noſter. Beatus Gregorius ſecutus Vulgatum ait; ſimilitudinem in eo eſſe, quòd dies iuſti hominis longi ſunt, ſicut longo palma viuit tempore. Eadem Olympiodori interpretatio. Symmachus anceps eſt, loquaturne Iob de Phœnice, an de palma. Scimus diutiſſimam palmæ vitam: legimuſque apud Plinium, Deliam palmam multis vixiſſe ſæculis. Facit Vatis encomium, *Iuſtus, vt palma florebit.* Quatuor illa, quæ in iuſtum hominem conueniunt, eadem videmus in palma. Summam præ lignis omnibus altitudinem cum diuturnitate coniunctam, cùm radix ſit præ cunctis lignorum radicibus exigua. Miror, quod, cùm excelſa ſit valde, modicæque radicis: longo concuſſa flatibus permaneat tempore. Eadem iuſti eminentia: modica radice inhæret terræ, quantum ad vitam neceſſe eſt, cùm ſublimis ſit intellectu, & probitate: dieſque ſuos plures, quàm impius, multiplicet. Amputantur deinde omnes à palma rami, vt alij ſubliſmiores ſuccedant. O glorioſa iuſtorum mortificatio! Amputant hi ramos à ſe omnes, qui propinqui ſunt terræ, vt ſublimiores in dies augeantur. Terreſtres mortificant affectus, adhærentes voluptates abſcindunt: pullulant pro his excelliores rami, nobiliſſimæ virtutes. Eſt fructus palmæ multus: eſt & ſublimis; nec enim niſi inter ſupremos ramos fructum gignit: eſt diuturnus, qui plurimis aſſeruatus annis perſiſtit illæſus; eſt magni pretij præ omnibus fructibus, vt qui & ad medicamenta electus, & ad cibum. Nihil horum non conuenit in hominem iuſtum. Sed illud ſingulariter, quòd palma nimis aſpera ſit, eo quòd ex quouis abſciſſo ramo maneat duriſſimum geniculum: tamen genicula hæc ſunt ſcalarum gradus, per quos aſcendunt homines ad palmæ ſummitatem, vt eius decerpant fructum; pulcherrimoſque inde abſcindant ramos. Talis eſt iuſtus homo, aſper ſibi, & auſterus: cæteris ſuauis, & facilis. Eſt quidem ſcala, per quam aſcendunt cæleſtem multi in beatitudinem. Iuſtus igitur, vt palma floret: & dies ſuos, ſicut palma, multiplicat.

Simile.

Simile.

Tert l de Reſurrect c 23. Greg Nazianz. in carminib. Alchim.l. 1. Cyril. Ieroſ.catech 18. Cle. Ro. l 5 conſtitut.Apoſt. c 6. Niceph l. 9. Achilles Statius in hiſt. Clitoph.

Iam ſi Hebræum nomen, *Chol*, Phœnicem intelligamus: eſt nihilominus reſurrectioni conſentaneum. De hoc ſcribunt Tertullianus, Nazianzenus Gregorius, Alchimus, Cyrillus, Romanus Clemens, Nicephorus, & Achilles Statius. Dicunt, Phœnicem in terra vnicam, in ſola nimirum Æthiopia, viuacem nimi, per annos quingentos: quibus tranſactis, congeſta ex cinnamomo, caſia, & xylobalſamo ſtrue, alis, quum feruet Sol, fortiter concuſſis ignem incendere, quo Phœnix ipſe comburitur totus vſque ad cineres: atque ex cineribus illis iterum reproduci Phœnicem. Id quod & floridè cecinit Flo-

Phœnix quæ auis ſit

Phœnix ſymbolum hominis à mortuis reſurgentis.

Digitized by Google

Et renouata ſuo viuit fuligine Phœnix;
Et ſua mox volucris, mirum poſt buſta reſurgit.

Flor. l de iudicio Domini.

Hæc ergo verba Iob, *ſicut Chol, multiplicabo dies,* de Phœnice intellexerunt Rabbi Salomon, Philippus, & Cornelius Bertrandus. Diuus autem Ambroſius videns reſurgentium hominum ſymbolum Phœnicem, ait; *Auis in regione Arabiæ, cui nomen eſt Phœnix, rediuiuo ſuæ carnis humore reparabilis, cùm mortua fuerit; reuiuiſcit. Solos non credimus homines reſuſcitari?* Peruia hiſtoria eſt: peruia necnon reſurrectionis noſtræ in Phœnice cognitio. Nec nouum, quòd doceat nos Phœnix mortificare carnem noſtram, vt glorioſi reſurgamus: ſed fortè minùs notum, quòd eo tempore, quo Dei filius reſurrexit, apparuerit Phœnix: cuius ſcriptor Mariana, exquiſitiſſimus in explorando quæ ſcribit.

Rabbi Salomon in Iob 29 18
Philip. ib.
Corn. ib.
Amb. l de fide reſurrect. ante medium.
Mariana l 4. hiſto. Hiſp c 1.

Arena marini litoris ſymbolum magnanimi hominis, nullis tribulationibus commoti.
Cordis latitudo quid ſit.

Arena eſt tertium vocabuli, *Chol*, ſignificatum. Arida quidem in die tam florido materia. Arida, vt poſt perſpectam floridam palmam, perſpiciatur. Fateor aridam; ſed eſt nihilominus primarius mentis meæ ſcopus in expenſione hac verborum Iobi. Iuſti homines inſtar arenæ ſunt, dum futuram reſurrectionem, ſubſequentemque gloriam habent ante oculos, ita vt humana omnia parui pendant, diuina in cæleſtibus ſperantes. *Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis: & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris.* In quo (rogo) ſtat ſimilitudo lati cordis, & arenæ? Videtur prima facie comparari multitudini latitudo, vt ſicut arena multa eſt ſit cor multum latitudine. Nec aliena à doctis interpretatio; ex quibus eſt Rabbi Dauid; addens tamen, ideo multitudini aſſimilari latitudinem cordis, quòd plurima ſapienter comprehenderit latiſſimum illud Salomonis cor, latuſque illius animus. Toſtatus magnanimitatem intelligit cordis in expendendis facilè diuitijs. At Vatablus cordis latitudinem ipſi putat comparari latitudini litoris. Ego latitudinem, ſerenitatem intelligo cordis. Non video, cur latitudo multitudini debeat comparari; cùm poſſit latitudo hæc immenſæ aliarum rerum latitudini ſimilis perhiberi. Eſto autem ſic comparanda eſſet; videbatur vtique arenæ abſque reſtrictione comparanda; non marini litoris arenæ. Multò numeroſior eſt arena maris, quàm arena litoris marini, vt ipſius gurgitis arenæ comparetur potiùs, quàm litoris arenæ, ſi eſſet attendenda multitudo. Quo etiam infirmatur Vatabli expoſitio, qui cordis latitudinem latitudini litoris comparari exiſtimat: non conſiderans, litus eſſe ſtrictiſſimum. Aptiùs compararetur pelago ipſi, immenſo penè, ac profundo: aut ſaltem latiſſimo prato, ſeu campo. Cenſeo igitur, in eo eſſe, inſtar arenæ, latum cor, quòd inter horrendos fortunæ fluctus ſerenum perſiſtat, immotum, intrepidum, quietum. Videt arena litoris irruentem in ſe magno vndam impetu, quo arena ipſa rapienda videtur tota; nec ideo mouetur, aut fugit. Non miror: nec enim vlla in eo eſt admirandi cauſa, cùm neque mentem habeat arena, neque oculos, vt irruentes timeat fluctus: qui quum ad

3. Reg 4. 29.

Salomonis cor latum inſtar arenæ, quæ eſt in litore maris.

Rabbi Dauid ibid.

Toſtat. ib.
Vatab. ib.

Simile.

litus perueniunt, omnem confringunt impetum, quo totam deuoraturi arenam videbantur. Illud dico mirandum, quòd confractus in linea maris fluctus aſcendat adhuc ſuper litus ipſum, totumque adusque operiat, manente immota penitus arena; quæ etiam ſecura perſiſtit, quum fluctus ipſe refluit verſus mare. Quis non miratur tam minutæ arenæ ſtabilitatem in tam rapido vndarum furore? Nunquam ab orbe condito locum dereliquit, quæ fluctu vno diſſipanda videbatur. Tranſit ſuper eam fluctus, & ſuſtinet eum illa; quaſi ſciens, quòd mox regreſſurus ſit, vt verè regreditur, quo regreſſu manet expedita ab aquis arena. Imo creſcente mari operta diu ſuſtinet aquam, ac ſi intelligeret, quòd decreſcente mari quieta relinquetur. Hæc eſt temperati cordis latitudo. Habes tu fixos in cælum oculos, ſperans, poſt vitæ huius fluxa, æternam in Deo beatitudinem: quibusnam moueris euentuum fluxibus, eorumve regreſſibus? Vides venientem ſuper te horribilem aduerſitatis vndam; nec moueris tamen, ſciens, frangendum eſſe in linea impetum; fractamque immotus expectas vndam. Tranſit per te, nec ideo refugis, ſciens regreſſuram protinus. Super te reuertitur, & perſtas immotus: vndenam tanta cordis tranquillitas? Scis, tranſacto aſcenſu, & regreſſu fluctus, manſurum te liberum ab eo. Vtique quantum eſt in te timoris Domini: tantum abeſt à te temporalium metus tribulationum. Docet te quidem litoris arena: qui ab hac te doceri dicit, Deus ipſe eſt, ſcribente Ieremia: *Me ergo non timebitis? ait Dominus: & a facie mea non dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud: populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt, & abierunt.* (Ier. 5. 21.) Stolidiſſima incredulitas. Credit arena, minimè ſe rapiendam fluctibus: quibus præſcriptum à creatore ſcit terminum, & ideo non fugit, ſed perſtat conſtans, & ſerena: non credes tu, eſſe Deo curæ, vt tuarum vndis afflictionum ſtatuat terminum, ne excedant? Si fide polles, ſcis, poſt creſcentis impetuoſi curſum maris venturum quietis tempus. Scis, poſt mundi huius fluctus, atque regreſſus, fœliciſſimam tibi, penituſque tranquillam ſeruari beatitudinem: dilatatur cor tuum, tam quietam ſperans, poſt voragines mundi, vitam ſempiternam. Animatur ad ſuſtinentiam ſenſatus homo, audiens verba Auguſtini: *Iuſti immutabuntur in illam incorruptelam, cui nulla poſſit nocere corruptio: qui autem in eam non commutabuntur, incorrupti quidem reſurgent integritate membrorum, ſed tamen corrumpendi dolore pœnarum.* (Aug. epi. 146.) At multò alacriùs animatur glorioſiſſimi Domini verbis, *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Hæc dixit ad diſcipulos, viſitans eos in forma Peregrini, vt, quàm ſibi eſſent fideles, innoteſceret. Galliæ Rex Ludouicus coniux filiæ Hiſpani Regis Alphonſi ſeptimi venit in Hiſpaniam habitu, & forma peregrini, prætextu viſitandi Beatum Iacobum Compoſtellæ, vt certior fieret, an vxor ſua

Digitized by Google

Alphonſi eſſet legitima filia. Scriptor Valerius in ſcholaſtica hiſtoria. Non ſecus venit Dei filius habitu, ac ſpecie peregrini, vt apertè conſtaret, quàm fidelis eſſet anima vxor eius in credendo in eum, inque reſurrectione eius exultando. Crede igitur tu, anima mea, ſi fidelis es diuino ſponſa triumphatori. Læti credamus omnes: omnes exultemus: mortificatoque conformemur Duci noſtro; vt eum iugiter ſequuti, gloriæ quoque illius ſimus participes in cœlo.

Valerius de las hiſtorias eſcolaſticas lib. 2 to. 5. cap. 8.

Digitized by Google

IN
DOMINICÆ CRVCIS
INVENTIONE.
SERMO I.

Ioa. 3 14. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

HODIERNA feſtiuitas, inuentæ crucis feſtiuitas eſt. Fuerat per annos aliquot ignotus locus, in quo pretioſiſſimum theſaurum, noſtræ crucem redemptionis perfida occultauerat inuidia; donec pia Cõſtantini Imperatoris mater Helena ardentiſſimo perquirens eam zelo, magna ſollicitudine explorauit. Grande quidem inuentæ nobis crucis feſtum; nam bonum noſtrum in cruce ſitum eſt totum, vt propoſita verba manifeſtant, quibus ait Dei Filius, ſe in cruce ſuſpendi oportuiſſe, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Quàm ſalubre (ait) erit lignum hoc vniuerſis peccatoribus, cùm fuerit ſalus Iſraelitis lignum illud, in quo euectus æneus ſerpens, ſolo ægrotantes ſanabat intuitu. Erat tam certa ſerpens ille ſalus ægrotis, quàm congruum morbus ille ſuppliciũ ægrotantibus. Murmurabat vociferans populus ille contra Deum, & Moſem, quòd cùm à Moyſe, præcipiente Deo, educti eſſent ab Ægypto, diutiſſimè detinerentur in deſerto, vbi ſolum manna dabatur è cœlis alimentum, non craſſus panis, nec pulmenta: imo & ad bibendum deerat nonnunquam aqua in itineribus. Quonam Dominus Deus animo ferret veſanum hominum murmur inſanorum, qui cum cœleſti eſſent cibo refecti, eſſent & experti eiuſdem Dei prouidentiam in prębenda eis, vbicumque deerat ſcaturigo, magno aqua miraculo; erant nihilominus diffidentes, nec cœleſti contenti pane? Congruum propterea ignitis detrectantium linguis dedit ſupplicium, igniuomos ſerpentes, quorum morſibus interibant non pauci: ſed longè mirabilius medicamentum ſauciatis. Nam cùm agnoſcentes culpã ſuam, amaraque ducti pœni-

Crucis inuentio.

Serpens æneus perſpectus oculis percuſſorum ſanabat eos, qui à igneis ſerpentibus percuſſi erant.

Digitized by Google

tentia precarentur Moſem, vt pro eis ille oraret Deum: orauit quidem pius dux; cui placatus pius magis Deus, æneum in medicinam ſerpentem erigere præcepit. *Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cùm percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Fuit itaque ſalus illi populo ſerpens, eo quòd figura eſſet futuri hominũ Saluatoris, quo in cruce erecto liberandi erant à lethali morſu antiquioris ſerpentis, qui mordens Heuam, & Adamum, ſuam in eorum filios ac poſteros tabem callidus transfudit. Quod vt vniuerſis innoteſceret, ipſe explicuit Saluator Nicodemo, ſuam commendans Crucem, in quo ſuum ipſe medelam exhibuit cruorem, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Iure igitur optimo ſollicita fuit in perquirendo crucis ligno Dominicæ pia illa Auguſta, poſtquam octoginta ſupra centum annos delituerat; quo item iure ſumma nos erga piam illam Imperatricem affecti eſſe debemus gratitudine, cum theſaurum nobis explorauerit, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Eſt dies feſtus ſanctæ Helenæ, qui inuentæ crucis eſt feſtus: in quo multarum piæ Imperatricis virtutum debetur commendatio: ſed valet pro multis vna hæc, qua ardentiſſimo zelo crucem indagauit. Fuit factum hoc tanto fœminis honori, quanto fuerat dedecori primæ factum mulieris. Illa à ſerpente eluſa lignum mortis oſtendit viro, quaſi illud, cuius fructu Dij efficiendi eſſent ambo. *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* Helena oſtendit lignum vitæ viris ſimul, & fœminis: lignum, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Nonne facto iſto dedecus primi illius facti ſuperauit honore? Diluit quidem fœmina hæc, quod mulier illa intulerat mulieribus dedecus: ſed diluit dedecus, & reliqua mala Imperatrix alia, quæ nobis fructum oſtendit crucis. Oſtenderat prima homini mulier fructum mortis: quænam mulier tantum diluit mali? Imperatrix Helena lignum oſtendit crucis: fructum Maria, cuius & fructus eſt, qui crucis eſt fructus: imo priùs fructus Mariæ, quàm crucis. Quis eſt fructus crucis? Eſt Chriſtus, & gratia? Vterque ſanè eſt fructus Mariæ, quę peperit gratiæ auctorem Chriſtum, eumque oſtendit nobis. Ideo Eccleſia rogat eam dicens: *Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt exilium oſtende.* Quapropter ſupremus gubernator, qui crucem poſuit gratiæ inſtrumentum, poſuit interuentricem pro impetranda gratia Mariam: quæ libentiſſimè interueniet, ſi Angelicis eam inuocauerimus verbis, dicentes, *Aue Maria.*

Serpens aneus figura Chriſti Saluatoris noſtri. — Num. 21. 9.

Helena crucis indicatrix oppoſita Heuæ in eo, quòd lignum oſtendit mortis. — Gen. 3. 6.

Heua, & Helenæ collatio in ligni oſtenſione.

Mariæ & Helenæ collatio in ligni & fructus oſtenſione.

Aue Maria

Incitamentum, quo præclariſſimi viri Machabæi commouerunt habitantes in Ægypto Iudæos, vt ſcenopegiæ diem, ſicut celebrant Machabæi ipſi, celebrarent, illud propoſuerunt, quod Nehemiæ temporibus cœperat ardentius vrgere, ob grande illud conuerſæ in ignem aquæ miraculum. 2. Machabæorum libro commendatum. Præceperat Dominus Aaroni, & Moyſi (Leuiticus narrat) vt iugis in templo ignis aſſeruaretur, aſſiduo fotus ſacerdotum miniſterio,

Crucis inuentio carnalibus auerſa: pijs iucundiſſima. — Leui. 6. 9.

Digitized by Google

ra ad honorandum, perficiendumque in Regem, offenſorem. Harum prima ſacra hiſtoria eſt, vigeſimo iudicum capite relata, incepta vndeuigeſimo. Iter agens vir de tribu Leui, & vxor eius Bethlehemita tranſierunt per vrbem Gabaa, de tribu Beniamin, vbi recepit eos in domum ſuam venerabilis ſenex alienigena. Illic, dum nocte requieſcerent, concurrerunt viri vrbis illius filij Belial ardentes concupiſcentia viri illius, quem ſenis viderunt hoſpitem: domumque circumdantes, conſtrinxerunt ſenem, vt traderet eis virum, ad præpoſteræ libidinis expletionem. Reſtitit ſenex, quoad potuit, amaris eos lacrymis orans, ne tanto domum ſuam afficerent opprobrio: ſed ardentem libidinis ignem non extinxit aqua lacrymarum. Quapropter afflictus ſupra modum ſenex, obtulit eis filiam ſuam virginem, obtulit & hoſpitis vxorem, vt illis ſatiati, dimitterent virum: ſed noluerunt acquieſcere, qui nefanda vrebantur concupiſcentia. Denique coactus obſtinatione Leuita, eduxit ad illos vxorem ſuam, vt dimitteretur ipſe ab eis tradita muliere ſaturatis. Inuaſerunt carniuoraces auiditate fœminam canina; ac ſine vlla miſeræ quiete turpiſſimæ indulſerunt luxuriæ per noctem totam, donec proderet facinus aurora. Talis euaſit ex eorum manibus infœlix mulier, vt, cùm reptans rediret domum, corruerit exanimis in ianua. Ibi reperit defunctam maritus: qui, quantum ex atrocitate conijci poteſt, perculſus animo, concidit in duodecim cadauer fruſta, quæ poſuit in duodecim terminis Iſrael, oculis omnium conſpicienda: vt ad vltionem commoueret omnes. Hæc eſt, quam propoſui hiſtoriam ſacram. Illam verò, quam propoſui humanam, narrant Hiſpani Chronographi: inter quos Magiſter Medina, & Iulianus del Caſtillo. Erat Oſyris, Ægypti Rex, vir optimus, frugi, & integerrimus adeo, vt ſolo pietatis, ac iuſtitiæ zelo regiones peragrarit multas grãdi fultus exercitu; vt quoſcunque homines à tyrannis reperiret oppreſſos, liberaret: optimiſque ad virtutem inſtitutis formaret, ac legibus. Teſtis eſt Hiſpania, manibus huius liberata à Tyranno Gerione, ſeptimo nepote ſatoris hominum Noeti. Sed quid non adoritur inuidia? Cui amatori parcit dominandi libido? Erat Oſyridi frater, nomine Typhon; qui ardenti occupandi regni Ægyptiaci ambitione fratrem interimere decreuit. Et peremit quidem impius homo; nec ſola ſtetit peremptione: ſed atrocius aliquid, vt regno potiretur, commentus fuit. Cadauer fratris in membra diſcidit multa, quæ per vniuerſas prouincias mittens, iuſſit ſuſpendi in lignis, à cunctis ſpectanda, vt ipſe eligeretur in Regem, qui tam validum ducem ſuperaſſet. Caſus duo hi ſimiles ſunt: videamus iam, quæ fuerint hominum iudicia. Diuerſa quidem ex oppoſito. Populo Iſraelitico vehementiſſimum aduerſus occiſores fœminæ incuſſit ardorem horridus ille adſpectus fruſtorum eius; vt diſcerperent lupos illos, qui fœdiſſimè diſcerpſerant innoxiam. Hic fuit omnium hominum affectus, excepto nemine: quo affectu *egreſſi ſunt omnes filij Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus.* Nec contenti, ſemel punire

Opiniones hominum contrariæ circa vnam eandem rẽ, aut actum vnum.

Iud. 19. 1.

Gabaa vrbs de tribu Beniamin igne ſuccenſa ob nefandum habitantiũ crimen.

Magiſter Medina. de las grãdezas de Eſpanna p. 1. c. 24. Iulianus del Caſtillo lib. 2. Reg. Gothorum diſcurſu. 2

Typhon impiiſſimus fratricida, occupandi regni ambitione peremit innoxium Oſyridem fratrem.

Iud. 20. 1.

illum occiſorum populum, omneſque illius tribus ciuitates, iterum eis, atque iterum intulerunt bellum ardentiſſimo ſpiritu exacerbati, donec totam delerent tribum, pauciſſimis exceptis, qui poſt ſuccenſam fugerunt vrbem, poſtque interfectos gladio vigintiquinque millia pugnatorum. Quis ex vobis minorem aduerſus fratricidam Typhonem expectaret iram Ægyptiorum ſpectantium poſita in patibulis innoxij, ac præclariſſimi Oſyridis fruſta? At longè diuerſus affectus eorum fuit. Magni apud eos factus eſt Typhon ille, qui tam validum ducem, totque victorem regionum, & impetere auſus fuiſſet, & manu intrepidus necaſſet. O varia hominum iudicia! ô placita varia! arbitria oppoſita!

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virg. l. 2. Æneid.

Quidnam minus, quàm in prædictæ mulieris fruſtis, fuit in diſciſſo Oſyridis cadauere, ne hoc ſicut illa, commoueret ad vltionem quoſcunque ſpectantes: ſpectantes fruſta hominis pij, ſtrenuiſſimi, æquiſſimi, benefactoris, inſtructoris, innocui denique, perperamque interempti à proditore fratre ſceleratiſſimo, dignoque, qui in minutiſſimas diſcerperetur particulas morſibus piorum omnium? Sed talis eſt mundus. Dei filium cognouerunt milites, quem in cruce viderunt tantis approbatum ſignis: ſed illuſerunt Iudæi Pontifices: perennaretque vſque ad mundi finem opinionum diuerſitas, ſi qui perſpectus fuit in patibulo moriens, non fuiſſet & glorioſa reſurrectione perſpectus. Multi dicerent, O perfidi Iudæi, qui tam pium, tam ſanctum, tantis filium Dei ſignis manifeſtum occidiſtis! Sed dicerent alij; iuſtè quidem Iudæi; quoniam filium Dei ſe fecit; cùm maneat mortuus in ſepulchro. Periculum hoc vidit Dei ſpiritu B. Paulus, qui propterea dixit: *Et ſi crucifixus eſt ex infirmitate; ſed viuit ex virtute Dei.* Elegantiſſima ſunt S. Petri Chryſologi verba in hoc propoſito; *Qui ante ſuam mortem prædixerat ſuam reſurrectionem: vtique ſcire potuit, potuit & cauere. Sed quia vincere potuit, declinare contempſit: quia reſurrectionis gloria ſepeliuit morientis iniuriam.* Dixerunt ſummi ſacerdotes, dum pendentem in patibulo videbant Chriſtum; *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credemus ei:* Quid, ſi nec à cruce deſcendiſſet, nec aſcendiſſet à ſepulchro? Aſcendit iam: quis non credet in eum? Argumentum eſt ſancti Hieronymi, dicentis, *Vide argumentum: ſi filius Dei eſt, deſcendat de cruce: iam deſcēdit, credite.* Dixit item Vulgus: *Vah, qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: ſaluum fac temetipſum, deſcendens de cruce;* quid, ſi nec reædificaret, nec deſcenderet? Ideo & deſcendit, & reædificauit: ipſumque deſcendere, reædificare quidem fuit. Dixerat Dominus Chriſtus: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud: ille autem dicebat de templo corporis ſui:* atq; ita cùm à mortuis reſurrexit, promiſſam templi reædificationem compleuit. Nec pigebit pios audire, eodem Dominicæ reſurrectionis anno tribus domum diebus Romæ reædificatam à Sexto Mario, natione Hiſpano, qui cùm vicinam domum funditus deijci feciſſet, mutato poſt euerſionem conſilio, protinus refecit totam. Scriptor Mariana. Quantò magis omnipotens Dei filius? Va-

2. Cor. 13. 4.
Petrus Chryſol. ſerm. 75.
Matth. 27. 42.
Hier. ep. 1 ſtant. 2.
Marci 15. 29.
Ioan. 2. 19
Mariana in hiſtoria Hiſp. l. 4. c. 1.

Marius Sextus, Hiſpanus reædificauit Romæ diebus tribus domū, quam euerterat.

lidiſſimum ergo fidei noſtræ argumentum eſt glorioſa eius reſurrectio. Reſurrectionis autem eius, & noſtræ argumentum eſt inter alia multa elegantiſſimum, quod ex bombycibus deſumitur: cùm tota in eis reſurrectionis ſeries deſcribatur.

Reſurrectio Chriſti cauſa reſurrectionis iuſtorum.

Venio ad cauſam ſecundam, ob quam propoſui neceſſarium humano generi, vt Chriſtus reſurgeret à mortuis; nempe, vt gratiam nobis largiretur, & gloriam. Sufficiunt, quoniam expreſſa ſunt, Apoſtoli verba: *Traditus eſt propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Elaborauit nobis diuinus vermis habitum gratiæ, immortalitatis ſtolam, qua iuſti veſtiuntur æternùm immortales ipſi. Nec in hoc ampliùs morandum, cùm ſit quotidiana prædicatio.

Rom. 4. 25.

Cauſa tertia exemplaris eſt cauſa: Domini videlicet reſurrectio noſtræ eſt reſurrectionis exemplum. Probat latè B. Thomas: probat & Suarez noſter: adſunt Apoſtoli verba: *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, deinde ij, qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt.* Vnde fit, vt ſicut reſurrectionem Chriſti non ſola præceſſit mors, ſed mortificatio etiam, & hæc iugis; ſic debeat glorioſam hominum reſurrectionem aſſidua antecedere mortificatio præter mortem. Hoc vtique eſt, quod propoſui ſermonis inſtitutum. Fecit nobis Pater noſter Chriſtus, tanquam ingenioſiſſimus bombyx, pulchras gratiæ veſtes, quibus veſtiuntur omnes ritè baptizati, omneſque vere pœnitentes, fecit & gloriæ veſtes, quibus ſuperinduuntur hi, qui gratiæ veſtibus collucent: at, ne veſtes has actualibus exuant criminibus, aſſidua opus eſt mortificatione paſſionum: qua etiam meritum augetur beatitudinis. Hæc quippe nota ſeries eſt, qua iugi ardore pretioſiſſima veſtimenta elaborant bombyces, vt diximus. Exinaniunt illi ſemetipſos, ſua vt ex ſubſtantia eliciant ſerica: manent in ouulis, quaſi in ſepulchris incluſi, vt poſtea aſſumptis exeant alis; nec aſſumptis dixerim, ſed natis ſibi alis, vt multò exeant præſtantiores, quàm erant antequam ſemetipſos ſic exinanirét. Tantum ſanè eſt inter mortalem hominem, & ſe ipſum reſurgentem differentiæ, quantum inter ſqualidum bombycem, & ſpecioſiſſimam columbam.

S. Tho. 3. p. q. 56. ar. 1. Suar. ib. & diſput. ſeq 1. 1. Cor. 15. 21.

Mortificatio propriæ voluntatis, & carnis exigitur ad æternæ delicias beatitudinis.

Veritatem hanc innoteſcere cunctis volens Chriſtus, *Qui vicerit* (ait) *dabo ei ſedere mecum in regno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Nonne audiſtis? Nonne vidiſtis? Nonne intelligitis? Offert Dei filius reſurrectionem, offert & gloriæ thronum hominibus: at hominibus illis, qui victores ſunt, ſicut ipſe fuit victor: victores carnis, mundi, diaboli, omniumque voluptatum, & pomparum. Magnum profectò eſt, quod dat dux tibi tuus, dum ſuo in throno te ſedere facit, ſi tu vincas cum illo eos ipſos, quos ipſe vicit inimicos: nimia verò inſolentia tua, ſi velis tu, nulla præuia militia, nec domitis carnis appetentijs, ſedere cum Chriſto in throno e-

Apoc 3 5.

Digitized by Google

ius; cùm non ſederit ille, donec duriſſima ſui mortificatione cunctos deuicit inimicos. Hoc (iterum dico, atque iterum repeto) præſentis eſt ſermonis inſtitutum, quoniam Euangelij præſentis eſt ſcopus: *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum: & ita intrare in gloriam ſuam?* Si ſua eſt hæc, quam ingreditur, gloria, cur oportuit, pati priùs multa, vt ſuam gloriam introiret? Oportuit abſque dubio, cùm expreſſerit ipſe. Sua profectò erat gloria hæc, nec vllo detrahibilis iure: & tamen placuit ei, alio inſuper titulo, paſſionibus nempe, atque victoria, eam mereri; ac comparare. Quid facies tu, cuius minimè eſt propria beatitudo? Si gloriam appetis cum Chriſto, candido es immortalitatis ornandus veſtimento. Nemo quippe hac nudus veſte collocatur in throno. Audi Apoſtolum dicentem: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.* 1. Cor. 15. 53. Quis ergo elaborabit glorioſiſſimam hanc immortalitatis, incorruptioniſque veſtem, non manibus textam, ſed naturale corpus ipſum immortalitate conſeruandum? Elaborauit (fateor) Chriſtus: tamen induit te eam te ipſo miniſtro, te cooperante: reijciente videlicet mundi oblectamenta, Chriſti crucem portante, hoſtes animæ vincente. Audi, quàm exactè elaboret Chriſtus, quod eſt ex parte ſua: *Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis: Et non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius* Apoc. 3. *coram Patre meo, & coram Angelis eius.* Veſtietur (ait) qui vicerit: imo ait, ſic veſtietur. Quid eſt, ſic veſtietur? Vtique veſtietur, ſicut vixerit. Omnes bombyces elaborant bombycinam veſtem: omnes ſe, dum laborant, exinaniunt: omnes manent in ſepulchris: omnes exeunt ex ſepulchris: ſed non eodem omnes modo. Alij exeunt glorioſi in forma columbæ, alij mortui: qui feruenti ſcilicet cremantur aqua, exeuntque ab illa, quum diſſoluta ſunt in fibras oua. Non ſecus omnes homines vermes, vt dixi, ſunt: omnes laborant: omnes pro elaborando eleganti indumento ſe exinaniunt: omnes clauduntur in ſepulchris: omnes item exibunt reſurgentes: ſed alij immutati leuibus agilitatis, elegantiæque pennis: qui elaborata ſibi gloriæ veſte, volabunt velociter cæleſtem in locum, candidiſſimo byſſo refulgentem: alij nequaquam immutati, ſed vermes, ſicut erant antea: nec vita reſurgent viui beata, ſed extincti feruentiſſima inferorum aqua, imo flammis ſemper ardentiſſimis.

Reſurrectio hominum communis erit tam improbis, quā probis.

Damnati reſurgent ad æterna tormenta.

Non quòd ſint humana vita priuandi: imo reſurgent viui corpore, & anima, cunctiſque ſenſibus, quibus viuimus modò ſuper terram: ſed quòd huiuſmodi vita mors ſit potiùs dicenda, quàm vita, eo quòd careat Dei gratia, quæ ſupernaturalis vita eſt, quæque verè eſt digna nomine vitę. Diſcriminis vtrorunque hominum cauſa ea ipſa eſt, quæ & inter bombyces verſatur, amor nimirum aut futurorum bonorum, aut præſentium. Telæ quippe illæ, ex quibus præſens quæritur lucrum, minimè rumpuntur, poſtpoſita columbæ vita lucro ex

Digitized by Google

tetur anima, quæ ſic à rupto proſilit corpore; *Conſcidiſti ſaccum meũ, & circumdediſti me lætitia.* Hæc dicit ad Deum anima ipſa ore Dauidis: Deus quoque ad eam ore Iſaiæ: *Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem: nec ſplendor Lunæ illuminabit te: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, & luna non minuetur, quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.*

Beatitudo cæleſtis vniuerſis referta bonis viſo perſpicuè Deo.

Iſai 60.18

Hæc cùm planè ſint fidelibus nota, valde quidem mirandum eſt, quòd non componant omnes: imo ita plerique viuant, ac ſi nullam, vltra vitam ſæculi huius, expectent vitam in Deo poſſidendam. Omnes (dixi iam) ita incumbunt labori, vt ſe, propter acquirendas opes, elegantiam induendam, fruendum voluptatibus, nimis exinaniant, & conſumant ſe ipſos, ſicut pro elaborando ſerico bombyces ſe exinaniunt omnes: at, qui inſenſati ſunt, ſe inſenſati conſumunt propter diuitias temporales, vanam elegantiam, breuia oblectamenta: propter æterna oblectamenta ſenſati, propter æternam elegantiam, opulentiam ſempiternam. Magis ideo mirandum, quòd decepti homines, dum bonis inhiant temporalibus, nec ipſa quidem temporalia adipiſcantur. Imo replent miſeri manus ſuas, pro pondere argenti, laſſitudinis pondere; callis pro elegantia; pro carnis delicijs, pungentibus ſpinis. Prouerbium eſt; *Spina naſcitur in manu temulenti*: nempe, vt Strabus, Beda, Carthuſianus, Arboreus, & Lyra interpretantur, quiſquis ſe voluptatibus tradit, adeo eſt delectationibus ebrius, vt circunſtantes ſpinas non diſpiciat: carpitque eas manibus, minimè timens cruentari. Peius adhuc intelligo malum. Non dicit, ebrium ſpina pungi, aut terebrari: ſed naſci ſpinam in manu ebrij; quo intima ſignificatur ſpina, nec facilior euulſu, quàm ſi euellendum ſit proprium os eiuſdem manus; tametſi, quum infigitur, minimè ſentiatur. Eſt continua vitæ inquietudo eis, qui ad fruendum in ſæculo hoc diuitijs, ac voluptatibus anhelant, non minor, quàm ſi ſpinam iúgiter carni habeant infixam: placida quies, ſerenaque tranquillitas contemptoribus ſæculi, omneſque bonum ſuum ad futuram vitam reſeruantes. Hi, quæcunque eueniant, ſiue aduerſa, ſiue proſpera, immoto perſtant animo, adeoque conſtante, quaſi neuter ad eos ſpectaret euentus. Habent ante oculos ſperatam in fine reſurrectionem: habent & ſecuturam beatitudinem: ſciunt, vitæ huius fortunam, tam ſecúndam, quàm aduerſam breui eſſe finiendam, nunquam finiendam futuram beatitudinem: currant igitur, aiunt, currant, currant vitæ huius euentus: tranſeant per me quicunque fuerint; quid intereſt, ſint aſperi, an iucundi, cùm breuiſſimus ſit eorum tranſitus; æterna, quam deinde ſpero, requies in cæleſtibus? Placidam ſanè viuunt huiuſmodi homines, quamuis aſperam, vitam: ſerenam, licet flatibus multis agitatam: & quamuis laborioſam, ſuauiſſimam.

Deliciæ huius ſæculi ſpinæ ſunt.

Impijs ſpinis ſemper confixi.

Inſrquieta inter ſæculi huius vorágines fruũtur vita, ſperantes æternã beatitudinem.

Prou. 26.9 Strab. ibi. Beda in eundem locum. Carthuſ. ibid. Arbor ib. Lyra ibid.

Erit appoſita paſchali alacritati viridis palma, ſi poſita in me-

Digitized by Google

Iob 29 18 dio, nunc circumſpiciatur. Dixit Beatus Iob; *Sicut palma multiplicabo dies.* Nomen Hebræum, *Chol*, tria ſignificat; palmam, Phœnicem, & arenam. Itaque dixit Iob; multiplicabo dies, ſicut arena, ſicut Phœnix, ſicut palma. Valde diſſidentes res ſub nomine vno: ſed omnes congruæ propoſito: ſuntque ſimiles multiplicationi dierum tres iſtæ res, palma, Phœnix, arena.

Palma ſymbolum iuſti æterna fruituri beatitudine.

Iuſtus homo palmæ in quatuor ſimilis.

Septuag. Vatab. ib. Greg. l. 19 c. 24 & 25 Olymp Iob 29 Symmac. ibid Pli. l 17. c. 44. Pſal. 91 13

Palmam legunt ex *Græco* Septuaginta, & Vatablus, ſicut & Vulgatus noſter. Beatus Gregorius ſecutus Vulgatum ait; ſimilitudinem in eo eſſe, quòd dies iuſti hominis longi ſunt, ſicut longo palma viuit tempore. Eadem Olympiodori interpretatio. Symmachus anceps eſt, loquaturne Iob de Phœnice, an de palma. Scimus diutiſſimam palmæ vitam: legimuſque apud Plinium, Deliam palmam multis vixiſſe ſæculis. Facit Vatis encomium, *Iuſtus, vt palma florebit.* Quatuor illa, quæ in iuſtum hominem conueniunt, eadem videmus in palma. Summam præ lignis omnibus altitudinem cum diuturnitate coniunctam, cùm radix ſit præ cunctis lignorum radicibus exigua. Miror, quod, cùm excelſa ſit valde, modicæque radicis: longo concuſſa flatibus permaneat tempore. Eadem iuſti eminentia: modica radice inhæret terræ, quantum ad vitam neceſſe eſt, cùm ſublimis ſit intellectu, & probitate: dieſque ſuos plures, quàm impius, multiplicet. Amputantur deinde omnes à palma rami, vt alij ſublimiores ſuccedant. O glorioſa iuſtorum mortificatio! Amputant hi ramos à ſe omnes, qui propinqui ſunt terræ, vt ſublimiores in dies augeantur. Terreſtres mortificant affectus, adhærentes voluptates abſcindunt: pullulant pro his excelſiores rami, nobiliſſimæ virtutes. Eſt fructus palmæ multus: eſt & ſublimis, nec enim niſi inter ſupremos ramos fructum gignit: eſt diuturnus, qui plurimis aſſeruatus annis perſiſtit illæſus; eſt magni pretij præ omnibus fructibus, vt qui & ad medicamenta electus, & ad cibum. Nihil horum non conuenit in hominem iuſtum. Sed illud ſingulariter, quòd palma nimis aſpera ſit, eo quòd ex quouis abſciſo ramo maneat duriſſimum geniculum: tamen genicula hæc ſunt ſcalarum gradus, per quos aſcendunt homines ad palmæ ſummitatem, vt eius decerpant fructum; pulcherrimoſque inde abſcindant ramos. Talis eſt iuſtus homo, aſper ſibi, & auſterus: cæteris ſuauis, & facilis. Eſt quidem ſcala, per quam aſcendunt cæleſtem multi in beatitudinem. Iuſtus igitur, vt palma floret: & dies ſuos, ſicut palma, multiplicat.

Simile.

Simile.

Tert l de Reſurrect c 23. Greg Nazianz. in carminib. Alchim l. 1. Cyril. Ieroſ. catech 18. Cle. Ro. l 5 conſtitut. Apoſt. c 6. Niceph l. 9. Achilles Statius in hiſt. Clitoph.

Iam ſi Hebræum nomen, *Chol*, Phœnicem intelligamus: eſt nihilominus reſurrectioni conſentaneum. De hoc ſcribunt Tertullianus, Nazianzenus Gregorius, Alchimus, Cyrillus, Romanus Clemens, Nicephorus, & Achilles Statius. Dicunt, Phœnicem in terra vnicam, in ſola nimirum Æthiopia, viuacem nimis per annos quingentos: quibus tranſactis, congeſta ex cinnamomo, caſia, & xylobalſamo strue, alis, quum feruet Sol, fortiter concuſſis ignem incendere, quo Phœnix ipſe comburitur totus vſque ad cineres; atque ex cineribus illis iterum reproduci Phœnicem. Id quod & floridè cecinit Flo-

Phœnix quæ auis ſit

Phœnix ſymbolum hominis à mortuis reſurgentis.

Et renouata ſuo viuit fuligine Phœnix;
Et ſua mox volucris, mirum poſt buſta reſurgit. Flor. l de iudicio Domini.

Hæc ergo verba Iob, *ſicut Chol, multiplicabo dies,* de Phœnice intellexerunt Rabbi Salomon, Philippus, & Cornelius Bertrandus. Diuus autem Ambroſius videns reſurgentium hominum ſymbolum Phœnicem, ait; *Auis in regione Arabiæ, cui nomen eſt Phœnix, rediuiuo ſuæ carnis humore reparabilis, cùm mortua fuerit, reuiuiſcit. Solos non credimus homines reſuſcitari?* Peruia hiſtoria eſt: peruia necnon reſurrectionis noſtræ in Phœnice cognitio. Nec nouum, quòd doceat nos Phœnix mortificare carnem noſtram, vt glorioſi reſurgamus: ſed fortè minùs notum, quòd eo tempore, quo Dei filius reſurrexit, apparuerit Phœnix: cuius ſcriptor Mariana, exquiſitiſſimus in explorando quæ ſcribit. Rabbi Salomon in Iob 29 18 Philip. ib. Corn. ib. Amb. l de fide reſurrect. ante medium. Mariana l 4. hiſto. Hiſp. c 1.

Arena marini litoris ſymbolum magnanimi hominis, nullis tribulationibus commoti. Cordis latitudo quid ſit. Arena eſt tertium vocabuli, *Chol*, ſignificatum. Arida quidem in die tam florido materia. Arida, vt poſt perſpectam floridam palmam, perſpiciatur. Fateor aridam; ſed eſt nihilominus primarius mentis meæ ſcopus in expenſione hac verborum Iobi. Iuſti homines inſtar arenæ ſunt, dum futuram reſurrectionem, ſubſequentemque gloriam habent ante oculos, ita vt humana omnia parui pendant, diuina in cæleſtibus ſperantes. *Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis: & latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in littore maris.* In quo (rogo) ſtat ſimilitudo lati cordis, & arenæ? *Salomonis cor latum inſtar arenæ, quæ eſt in litore maris.* Videtur prima facie comparari multitudini latitudo, vt ſicut arena multa eſt ſit cor multum latitudine. Nec aliena à doctis interpretatio; ex quibus eſt Rabbi Dauid; addens tamen, ideo multitudini aſſimilari latitudinem cordis, quòd plurima ſapienter comprehenderit latiſſimum illud Salomonis cor, latuſque illius animus. Toſtatus magnanimitatem intelligit cordis in expendendis facilè diuitijs. At Vatablus cordis latitudinem ipſi putat comparari latitudini litoris. Ego latitudinem, ſerenitatem intelligo cordis. Non video, cur latitudo multitudini debeat comparari; cùm poſſit latitudo hæc immenſæ aliarum rerum latitudini ſimilis perhiberi. Eſto autem ſic comparanda eſſet; videbatur vtique arenæ abſque reſtrictione comparanda; non marini litoris arenæ. Multò numeroſior eſt arena maris, quàm arena litoris marini, vt ipſius gurgitis arenæ compararetur potiùs, quàm litoris arenæ, ſi eſſet attendenda multitudo. Quo etiam infirmatur Vatabli expoſitio, qui cordis latitudinem latitudini litoris comparari exiſtimat: non conſiderans, litus eſſe ſtrictiſſimum. Aptiùs compararetur pelago ipſi, immenſo penè, ac profundo: aut ſaltem latiſſimo prato, ſeu campo. Cenſeo igitur, in eo eſſe, inſtar arenæ, latum cor, quòd inter horrendos fortunæ fluctus ſerenum perſiſtat, immotum, intrepidum, quietum. Videt arena litoris irruentem in ſe magno vndam impetu, quo arena ipſa rapienda videtur tota; nec ideo mouetur, aut fugit. Non miror: nec enim vlla in eo eſt admirandi cauſa, cùm neque mentem habeat arena, neque oculos, vt irruentes timeat fluctus: qui quum ad 3. Reg 4. 29. RabbiDauid ibid. Toſtat. ib. Vatab. ib. *Simile.*

litus perueniunt, omnem confringunt impetum, quo totam deuoraturi arenam videbantur. Illud dico mirandum, quòd confractus in linea maris fluctus aſcendat adhuc ſuper litus ipſum, totumque adusque operiat, manente immota penitus arena; quæ etiam ſecura perſiſtit, quum fluctus ipſe refluit verſus mare. Quis non miratur tam minutæ arenæ ſtabilitatem in tam rapido vndarum furore? Nunquam ab orbe condito locum dereliquit, quæ fluctu vno diſſipanda videbatur. Tranſit ſuper eam fluctus, & ſuſtinet eum illa; quaſi ſciens, quòd mox regreſſurus ſit, vt verè regreditur, quo regreſſu manet expedita ab aquis arena. Imo creſcente mari operta diu ſuſtinet aquam, ac ſi intelligeret, quòd decreſcente mari quieta relinquetur. Hæc eſt temperati cordis latitudo. Habes tu fixos in cælum oculos, ſperans, poſt vitæ huius fluxa, æternam in Deo beatitudinem: quibusnam moueris euentuum fluxibus, eorumve regreſſibus? Vides venientem ſuper te horribilem aduerſitatis vndam; nec moueris tamen, ſciens, frangendum eſſe in linea impetum; fractamque immotus expectas vndam. Tranſit per te, nec ideo refugis, ſciens regreſſuram protinus. Super te reuertitur, & perſtas immotus: vndenam tanta cordis tranquillitas? Scis, tranſacto aſcenſu, & regreſſu fluctus, manſurum te liberum ab eo. Vtique quantum eſt in te timoris Domini: tantum abeſt à te temporalium metus tribulationum. Docet te quidem litoris arena: qui ab hac te doceri dicit, Deus ipſe eſt, ſcribente Ieremia: *Me ergo non timebitis? ait Dominus: & a facie mea non dolebitis? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud: populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt, & abierunt.* Stolidiſſima incredulitas. Credit arena, minimè ſe rapiendam fluctibus: quibus præſcriptum à creatore ſcit terminum, & ideo non fugit, ſed perſtat conſtans, & ſerena: non credes tu, eſſe Deo curæ, vt tuarum vndis afflictionum ſtatuat terminum, ne excedant? Si fide polles, ſcis, poſt creſcentis impetuoſi curſum maris venturum quietis tempus. Scis, poſt mundi huius fluctus, atque regreſſus, fœliciſſimam tibi, penituſque tranquillam ſeruari beatitudinem: dilatatur cor tuum, tam quietam ſperans, poſt voragines mundi, vitam ſempiternam. Animatur ad ſuſtinentiam ſenſatus homo, audiens verba Auguſtini: *Iuſti immutabuntur in illam incorruptelam, cui nulla poſſit nocere corruptio: qui autem in eam non commutabuntur, incorrupti quidem reſurgent integritate membrorum, ſed tamen corrumpendi dolore pœnarum.* At multò alacriùs animatur glorioſiſſimi Domini verbis, *Nonne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Hæc dixit ad diſcipulos, viſitans eos in forma Peregrini, vt, quàm ſibi eſſent fideles, innoteſceret. Galliæ Rex Ludouicus coniux filiæ Hiſpani Regis Alphonſi ſeptimi venit in Hiſpaniam habitu, & forma peregrini, prætextu viſitandi Beatum Iacobum Compoſtellæ, vt certior fieret, an vxor ſua

Ier. 5. 21.

Aug. epi. 146.

Digitized by Google

Alphonſi eſſet legitima filia. Scriptor Valerius in ſcholaſtica hiſtoria. Non ſecus venit Dei filius habitu, ac ſpecie peregrini, vt apertè conſtaret, quàm fidelis eſſet anima vxor eius in credendo in eum, inque reſurrectione eius exultando. Crede igitur tu, anima mea, ſi fidelis es diuino ſponſa triumphatori. Læti credamus omnes: omnes exultemus: mortificatoque conformemur Duci noſtro; vt eum iugiter ſequuti, gloriæ quoque illius ſimus participes in cœlo.

Valerius de las hiſtorias eſcolaſticas lib. 2 to. 5. cap. 8.

IN DOMINICÆ CRVCIS INVENTIONE.

SERMO I.

Ioa. 3. 14. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

HODIERNA feſtiuitas, inuentæ crucis feſtiuitas eſt. Fuerat per annos aliquot ignotus locus, in quo pretioſiſſimum theſaurum, noſtræ crucem redemptionis perfida occultauerat inuidia; donec pia Cõſtantini Imperatoris mater Helena ardentiſſimo perquirens eam zelo, magna ſollicitudine explorauit. Grande quidem inuentæ nobis crucis feſtum; nam bonum noſtrum in cruce ſitum eſt totum, vt propoſita verba manifeſtant, quibus ait Dei Filius, ſe in cruce ſuſpendi oportuiſſe, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Quàm ſalubre (ait) erit lignum hoc vniuerſis peccatoribus, cùm fuerit ſalus Iſraelitis lignum illud, in quo euectus æneus ſerpens, ſolo ægrotantes ſanabat intuitu. Erat tam certa ſerpens ille ſalus ægrotis, quàm congruum morbus ille ſuppliciũ ægrotantibus. Murmurabat vociferans populus ille contra Deum, & Moſem, quòd cùm à Moyſe, præcipiente Deo, educti eſſent ab Ægypto, diutiſſimè detinerentur in deſerto, vbi ſolum manna dabatur è cœlis alimentum, non craſſus panis, nec pulmenta: imo & ad bibendum deerat nonnunquam aqua in itineribus. Quonam Dominus Deus animo ferret veſanum hominum murmur inſanorum, qui cum cœleſti eſſent cibo refecti, eſſent & experti eiuſdem Dei prouidentiam in prębenda eis, vbicumque deerat ſcaturigo, magno aqua miraculo; erant nihilominus diffidentes, nec cœleſti contenti pane: Congruum propterea ignitis detrectantium linguis dedit ſupplicium, igniuomos ſerpentes, quorum morſibus interibant non pauci: ſed longè mirabilius medicamentum ſauciatis. Nam cùm agnoſcentes culpã ſuam, amaraque ducti pœni-

Crucis inuentio.

Serpens æneus perſpectus oculis percuſſorum ſanabat eos, qui ab ignitis ſerpentibus percuſſi erant.

Digitized by Google

Serpens æneus figura Chriſti Saluatoris noſtri.

tentia precarentur Moſem, vt pro eis ille oraret Deum: orauit quidem pius dux; cui placatus pius magis Deus, æneum in medicinam ſerpentem erigere præcepit. *Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cùm percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Fuit itaque ſalus illi populo ſerpens, eo quòd figura eſſet futuri hominũ Saluatoris, quo in cruce erecto liberandi erant à lethali morſu antiquioris ſerpentis, qui mordens Heuam, & Adamum, ſuam in eorum ſilios ac poſteros tabem callidus transfudit. Quod vt vniuerſis innoteſceret, ipſe explicuit Saluator Nicodemo, ſuam commendans Crucem, in quo ſuum ipſe medelam exhibuit cruorem, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Iure igitur optimo ſollicita fuit in perquirendo crucis ligno Dominicæ pia illa Auguſta, poſtquam octoginta ſupra centum annos delituerat; quo item iure ſumma nos erga piam illam Imperatricem affecti eſſe debemus gratitudine, cum theſaurum nobis explorauerit, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Eſt dies feſtus ſanctæ Helenæ, qui inuentæ crucis eſt feſtus: in quo multarum piæ Imperatricis virtutum debetur commendatio: ſed valet pro multis vna hæc, qua ardentiſſimo zelo crucem indagauit. Fuit factum hoc tanto fœminis honori, quanto fuerat dedecori primæ factum mulieris. Illa à ſerpente eluſa lignum mortis oſtendit viro, quaſi illud, cuius fructu Dij efficiendi eſſent ambo. *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* Helena oſtendit lignum vitæ viris ſimul, & fœminis: lignum, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra. Nonne facto iſto dedecus primi illius facti ſuperauit honore? Diluit quidem fœmina hæc, quod mulier illa intulerat mulieribus dedecus: ſed diluit dedecus, & reliqua mala Imperatrix alia, quæ nobis fructum oſtendit crucis. Oſtenderat prima homini mulier fructum mortis: quænam mulier tantum diluit mali? Imperatrix Helena lignum oſtendit crucis: fructum Maria, cuius & fructus eſt, qui crucis eſt fructus: imo priùs fructus Mariæ, quàm crucis. Quis eſt fructus crucis? Eſt Chriſtus, & gratia? Vterque ſanè eſt fructus Mariæ, quę peperit gratiæ auctorem Chriſtum, eumque oſtendit nobis. Ideo Eccleſia rogat eam dicens: *Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt exilium oſtende.* Quapropter ſupremus gubernator, qui crucem poſuit gratiæ inſtrumentum, poſuit interuentricem pro impetranda gratia Mariam: quæ libentiſſimè interueniet, ſi Angelicis eam inuocauerimus verbis, dicentes, *Aue Maria.*

Num. 21. 9.

Helena crucis indicatrix oppoſita Heuæ in eo, quòd lignum oſtendit mortis.

Heua, & Helena collatio in ligni oſtenſione.

Gen. 3. 6.

Maria & Helenæ collatio in ligni & fructus oſtenſione.

Aue Maria

Crucis inuentio carnalibus auerſa: pijs iucundiſſima.

Incitamentum, quo præclariſſimi viri Machabæi commouerunt habitantes in Ægypto Iudæos, vt ſcenopegiæ diem, ſicut celebrant Machabæi ipſi, celebrarent, illud propoſuerunt, quod Nehemiæ temporibus cœperat ardentius vrgere, ob grande illud conuerſæ in ignem aquæ miraculum. 2. Machabæorum libro commendatum. Præceperat Dominus Aaroni, & Moyſi (Leuiticus narrat) vt iugis in templo ignis aſſeruaretur, aſſiduo fotus ſacerdotum miniſterio, Leui. 6. 9.

Digitized by Google

ligna quotidie manibus proprijs apponentium. Accidit eo tempore, quo populus captus ducebatur à Perſis, vt illum templi ignem, eo quòd ſacer eſſet, alta in fouea recluderent ſacerdotes, ne ab vllo
1. Eſdr. 1. 1 poſſet hoſte reperiri. Poſt multos verò annos mouit Deus Cyri Perſarum Regis cor, vt Ieroſolymitanum illud templum inſtauraret, mitteretque inſtauratorem Nehemiam Sacerdotem, cuius ardenti zelo paucis diebus redintegratum fuit, ac exornatum. Tunc nepotes ſacerdotum illorum, qui recluſerant ignem, locum, in quo latebat oſtenderunt; vt proprio templi poneretur in loco. Cucurrit alacer omnis ad foueam populus, vt extraheret illum, feſtumque
2. Mach. 1. 20. ſcenopegię celebraret: ſed quid inuenit? Ignemne? Imo aquam, & hanc craſſam: *Non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam.* Quam frigidi obriguerunt illi, qui quærentes ignem, frigidam repererunt aquam? Frigidi quidem hæſerunt ipſi; feruenſque feſtum algente extinctum aqua defleuerunt: id quod Hiſpani dicimus; *Hallaron la fieſta aguada.* At nequaquam friguit Nehemias, nec decidit corde: ſed ſpe erectus meliore, iuſſit haurire aquam, & ferre ſibi: & ſacrificia, quę impoſita erant, iuſſit aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ ſuperpoſita. Vtque hoc factum eſt, & tempus affuit, quo Sol refulſit; accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes Sacerdotes, dum conſummaretur ſacrificium. Ex reſidua autem aqua Nehemias iuſſit lapides maiores perfundi; & ex eis flamma accenſa eſt. Celebramus hodie deſideratam Dominicæ crucis inuentionem: & quoniam cognitionis cuiuſuis fundamentum eſt certa vocabulorum notio, ſuggero vobis notitiam huius nominis, *Inuentio*, quod eſt quæſitæ rei deprehenſio, ſeu exploratio. Quærebat ſollicita pia Imperatrix Helena crucem Saluatoris poſt 300. ab interitu eius annos abſconditam. quæſiuit in puteo, & in puteo inuenit: quidnam quæſiuit? quidnam inuenta inuenit cruce? quæſiuit vtique pretioſiſſimum theſaurum: omnium ærarium bonorum: omnium inuenit arcam ærumnarum: omnium ſcrinium afflictionum: talis enim eſt crux; anguſtia, dolor, & tormentum. quapropter hodiernæ feſtiuitatis menſura affectus ille eſt, quo crucem nobis exoptamus. Tanta erit cuique ex inuento crucis ligno lætitia; quantus eſt amor eius erga crucem. Vnde fit, vt quantum affert gaudij crucis inuentio diligentibus crucem, tantum ingerat mœroris his, qui à cruce abhorrent, & fugiunt. Si ergo aliqui ex adſtantibus cruci auerſi eſtis, parúmue, aut minimè affecti ei; pronis iam capitibus, mœſtoque vultu dicitis; gelida feſtum immiſſum eſt aqua; gaudium noſtrum in foueam miſſum eſt, id quod Hiſpani dicimus: *Nueſtro gozo en el pozo*: nam in puteo crux inuenta eſt, ſicut in puteo, in quo latebat ignis, reperta fuit aqua. Differt certè crux ab eo, quod quærimus; quantum ab igne aqua, nix à flammis. Gaudium, Doctore Damaſceno, ex quæſitæ rei inuentione procedit, quod etiam docuit Angelicus Thomas; quis ergo ex vobis quærit crucem, vt inuentionem eius feſtum putet ſuum? Qui odit inediam, ſitim, nuditatem, dolorem, plagas, ægritudines: quid ille odit,

Crucis inuentio quid ſit?

Gaudium preuenit ex deſideratæ rei inuentione.

Damaſc. lib. 2. Fidei ca. 22. in fine. S. Tho. 1. 2 q 3. ar 3.

odit,niſi crucem? qui reſiſtit laboribus,calamitatibus,ærumnis, car-
ceribus,flagellis, afflictionibus; quid aliud arcet, niſi crucem? Qui
fugit opprobria, dedecus, contumeliam, ludibria, improperia,ſub-
ſannationem,maledicta, contemptum:quid aliud reſpuit, niſi cru-
cem? Quid ergo erit reperta crux hominibus illis,qui mundi quæ-
ritant ſplendorem; niſi craſſa aqua quærentibus ignem fulgentiſſi-
mum? Quale igitur dicemus? Vocabimus ne feſtum acerbam crucis
inuentionem? Eritne inuentio digna, quæ feſtiua ſolennitate cele-
bretur?

Crux amabilis, optabiliſque ſenſato cuique atque prudenti.

Abſit, dicent inſenſati. Non percipiunt ſuauiſſimum fructum Phil. 3. 9.
crucis ſaporem, *qui terrena ſapiunt.* Non attendunt crucis ſolidita- Sap 13. 1.
tem homines *Vani, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei.* At, qui Dei
ſcientia ſunt afflati,qui ſenſati ſunt, qui ſapiunt cœleſtia, hi quidem
planè agnoſcunt, ſuam in cruce fœlicitatem contineri; feſtumque
ſibi putant diem illum, in quo aut crucem inueniunt, aut ipſi à cru-
ce inueniuntur. *Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt:* 1. Corin.
ijs autem, qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Ideo hodierni 1. 18.
ſermonis inſtitutum eſt vna hæc prædicatio, qua vobis perſuadeam,
eum diem, in quo crux intrat domos veſtras, diem eſſe feſtiuum, ac
fœlicem:quandoquidem temporale crucis onus perpetua quies,per-
petua iucunditas ſequetur. *Omne gaudium exiſtimate, fratres mei,* Iacob.1 2.
cum in tentationes varias incideritis. Non ſolùm dicit, S. Iacobus,vt
crucem putetis gaudium: ſed vt omne gaudium putetis. *Omne gau-*
dium exiſtimate: quaſi extra Chriſti crucem nihil gaudij eſſe poſſit in
hoc ſæculo. O prudentiſſimè Nehemia! quàm diuerſis carnali à de-
ceptione oculis intueris ea, quæ ſuperna ſunt, & ſalutifera! Tibi di-
co, Chriſticola, ſi Nehemias es, (nam impensè oportet eſſe Nehe-
miam) quidnam vides in cruce? Dices, acerbitatem. Sicut homines
illi,qui quærentes ignem, acerbam repererunt aquam, ita ego (ais)
reperio acerbitatem in cruce, quam iucundiſſimam putaui, quum
eius vidi inuentionem celebrari. Talis (fateor) eſt. Tamen ſicut
educta ex puteo aqua ignis inuenta eſt: ita ſi educas crucem ex pu-
teo illo, ex quo eduxit eam Imperatrix; ſi producas in lucem, vbi à
cunctis planè conſpiciatur; tantus fulgebit candor, vt magni eam
Reges pro eximio gerant ſplendoris inſigni. In ſua crux naturali
origine, crux quidem eſt: tamen, ſicut applicita ſacrificio aqua co-
gnita fuit refulgens ignis: ſic moleſta crux applicata ſacrificio illi,

Crux affixo in ea Chriſto habet honorem, quo fit amabilis prudentibus quibuſque, ac diuino illuſtratis radio.

quo Dei filius Patri ſe obtulit æterno, non eſt crux, ſed gloria: aut
certè ſi eſt crux, eſt crux iucunda, & glorioſa: conſumpta crucis
ignominia, atque moleſtia diuino illo igne, qui Chriſtus eſt ipſe,ſuo
ligna purificans contactu. *Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt*: Deut.4.
conſumpſit ergo quidquid in ligno graue erat, & ſordidum. Fratres 24.
mei, ſi ſolam aſpicitis crucem; moleſta vobis erit crux: at, ſi gloriæ
Regem in amplexu eius ſuſpiciatis,erit perquàm iucunda, perquàm
ſuauis, & amabilis. Quomodo enim non amabit, & eliget ſibi pru-
dens homo crucem,quam ab eo, qui ſumma eſt ſapientia, ſibi dile-
ctam videt,& electam? Eſt ſumma ſapientia Chriſtus Dei filius: hic

Digitized by Google

grauem ſibi applicuit crucem: digna eſt igitur crux, quæ eligatur ab homine, qui eſt ſapiens, prudens, & ſenſatus. Amabilem voco, ac eligibilem crucem: quoniam profectò non eſt ſolùm patienter acceptanda, quum veſtris à Deo imponitur humeris: ſed quærenda etiam voluntario deliciarum repudio, voluntaria paſſionum mortificatione, auſteritate voluntaria. O miracula crucis! Peccauit homo vetito in ligno, protinus *Maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno.* (Deut. 21. 23.) Sed à tremendo hoc maledicto in ligno pendens eripuit nos ſeruator noſter. (Gala. 3. 13) In crucis ligno *Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.* Sic verſum eſt in benedictionem lignum maledictum, vt in libro ſcribitur ſapientiæ; (Sap. 14. 7.) *Benedictum eſt lignum, per quod fit iuſtitia*; ideſt iuſtificatio, qua in ligno Chriſtus iuſtos nos fecit, ſi iuſtum eum imitemur, eique in cruce configamur, (Rom. 6. 6) *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.* Ideſt, qui mortuus eſt peccato, nimirum ita abſtinens ab operibus, verbis, ac cogitatis, quæ peccata ſunt, ac ſi eſſet vita priuatus; hic quidem iuſtificatus eſt virtute Chriſti, quo cum ſimul cruci affixus eſt. Ideo proſequitur dicens: *Si autem mortui ſumus cum Chriſto; credimus, quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto.* Itaque crucis horror ſolis eſt horror inſenſatis: nam prudentibus minimè horror eſt, ſed potius iucunditas, ſuauitas, gloria, delectatio. Appoſitè B. Auguſtinus, (Auguſt. Tract. 117 in Ioan.) *Crux, ſi ſpectet impietas, grande ignominiæ documentum eſt: ſi pietas, grande fidei ſacramentum.*

Auſteritas vitæ ſuauis fit conſiderantibus, ſponte eligiſſe Dei filiũ valde rigidam vitam & mortem.

Crux benedictionis inſtrumentum.

Tradidit quondam Dominus Deus offenſores Iſraelitas in manus Eglon, Regis Moabitarum, qui tantò duriùs vexabat eos, quãtò ipſi fuerant Moabitis infenſi. Sed cùm videret vexatione compunctos, ad ipſumque Dominum conuerſos; miſeratus eorum clementiſſimus Pater, (Iudi. 3. 15.) *Suſcitauit eis Saluatorem vocabulo Aod, qui vtraque manu pro dexterâ vtebatur.* Hic ab Iſraelitis miſſus ad Eglon, vt nonnulla ei offerret munera, fecit ſibi diuina fretus virtute ancipitem gladium habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus, quo ſubter ſagum dextro in femore accinctus, introiuit ad Regem cum muneribus: eique gratum ſe exhibenti dixit, oportere, vt ſecretum verbum ab eo abſque arbitris audiret. Iuſſit Rex omnes exire foras: quibus egreſſis, (Iudi. 3. 21.) *Extendit Aod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextro femore, infixitque eam in ventrem eius tam valide, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur.* Nec eduxit gladium; ſed ita, vt percuſſerat, reliquit in corpore clauſiſque diligentiſſimè oſtijs cœnaculi, & obfirmatis ſera, per po[illegible] Currenſque ad ſuos celer & alacer, fauſtum eis fa[illegible] nuntiauit. Quibus abſque mora conuoc[a]tis [illegible] Moabitas magna illorum cæde, ita vt impe[illegible] millia. Quam celebris dies illa fue[illegible], vobis relinquam conſiderandum; vt

Eglon, Rex Moabitarũ ſymbolum vniuerſalis hominum hoſtis.

Aod, Dux Iſraelitarũ, & à ſeruitute corporali Saluator figura Chriſti, Saluatoris hominũ ab æterna ſeruitute.

ſolùm, quod in parte hac myſticum eſt, meo ego proſequar ſermone. Videbitis, victoriam hanc præclariſſimum ſymbolum victoriæ crucis, noſtræque victoriæ redemptionis, ac diuini ipſius redemptoris, qui cruce nos æterno à iugo liberauit. Eſt ergo expendendum, quidnam myſticè fuerit Eglon, quid Aod, quid Iſraeliticus populus, quid denique ſica, qua Saluator Aod Eglonem interemit. Vniuerſum hominum genus Iſraelitico deſignatum eſt populo. Nam quemadmodum *Addiderunt fil'ÿ Iſrael facere malum in conſpectu Domini; qui confortauit aduerſus eos Eglon Regem Moab; ſeruierúntque filÿ Iſrael Eglon Regi Moab decem & octo annis*: ita ob commiſſum ſcelus ſubiugatum eſt humanum genus, factum peccati mancipium, ſicut dicit Dei filius: *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Eglon communem hominum hoſtem figurauit. Deriuatur enim Hebræo in ſermone à nomine rota, vt notauit Origenes. Proprium Diaboli; qui *Circuit, quærens quem deuoret.* Alij à vitulo deriuari dicunt; quo deſignatur caro, quæ etiam hoſtis eſt hominum. Facit nimia Eglonis pinguedo: de qua dicitur; *Erat autem Eglon craſſus nimis.* Eſt enim pinguedo, niſi naturalis ſit, proprium carnis vitium. Scimus multis à natura eſſe pinguedinem, ſanctiſque inter illos non paucis: at ſi acquiſita ſit, nimio quidem gignitur cibo, potu, ſomno, otio, ludo, & his ſimilibus. Vnde Laoconica lex valde ſugillauit craſſitudinem apud ſcriptorem Elianum. S. item Hieronymus teſtatur, Græcorum eſſe parœmiam; *Pinguis venter non gignit mentem tenuem* Expreſſis Amos verbis, *Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ dicitis Dominis veſtris: afferte, & bibemus.* Seruitus ergo Iſraelitarum, qua ſub Eglonis iugo laborabant, humani generis iugum deſignauit, quo à Diabolo vexatur, & à carne. His propter ſcelus ſubijcitur homo. Textum (rogo) perpendite: *Addiderunt autem filÿ Iſrael facere malum in conſpectu Domini: qui confortauit aduerſum eos Eglon.* In cuius expenſione dixit Origenes; *Quia peccata hoſtibus vires præbent: contrariæ virtutes, nec ipſe zabulus in nobis aliquid præualerent, niſi eis vires ex noſtris vitÿs præberemus.* Aod autem Chriſti Domini extitit ſymbolum. Nomen enim, quo dux Aod Saluator nuncupatus eſt, multò proprius, multóque perfectius conuenit in Dominum Chriſtum, qui vniuerſi eſt Saluator mundi; cùm ſolam Aod Iſraeliticam ſaluauerit familiam, & hanc temporali, corporalique à iugo: liberauerit Chriſtus ab æterna homines, ac ſpiritali ſeruitute. Nec illa vtriuſque manus dexteritas, qua vtebatur Aod, defecit Dei filio; cum laudabilis ſit hominis præſtantia. Magni fecit Homerus ambidextrum Aſteropæum: pluris Ariſtoteles: qui & arte quidem procurandam dixit ambidexteritatem ab his, qui natura non ſunt ambidextri. Pollet perfectio hæc vnicè in Dei filio, qualis in nullo alio. Ille quippe Aod vnam duntaxat habebat dexteram, quamuis vteretur vtráque, ac ſi eſſet dextera in officÿs: Chriſtus, cùm in duabus ſubſiſtat naturis, duas conſequenter habet dexteras manus. Quatenus enim Deus eſt, dexteram quidem habere dicitur: non quòd & ſiniſtra in eo ſit: ſed per piam ad vſum noſtrum accommodationem

Eglon dictus à rota, & à vitulo.

Pinguedo hominis quando vitioſa.

Carnis vitium quandoque deſignatum pinguedine.

Captiuitas animæ miſer peccati effectus.

Peccatum tradit homines hoſtibus ſuis.

Peccatum hominis præbet contraeum vires Diabolo

Chriſti duæ dexteræ manus.

Dei dextera.

Iudi. 3. 12.

Ioa. 8. 34.

Origen. Homil. 4. in li. Iudi.

1. Petr 5. 8

Elianus lib. 14.

Hier. epi. ad Nepotianum.

Amos. 4 c

Orig. ho. 3. in lib. Iudicum.

Homerus in iliad 10. Ariſt. li. 2 politicorum.

Plato. Dialogo. 5.

Marſilius Ficinus. in argumento illius Dialogi. 5 de iuſto.

Athenæus lib. 1. in principio.

dicitur manus dextera, propter ſummam vim, ac poteſtatem. Sic *Manus dextera Dei.*
Exo 15 6 concinuere filij Iſrael: *Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine.* In quantum eſt homo, dexteram item habet, ac ſiniſtram, *Chriſtus redemit nos duabus manibus dexteris.* ſicut cæteri homines: cùm integer ſit, ac verus homo. *Et plectentes coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius: & arundinem in dextera eius.* Matt. 27. 29. Tametſi corporalis eius dextera diuinitati comparata, ſiniſtra dici queat. Vſus eſt ergo potentiſſimus Dominus vtraque manu dextera ad noſtræ opus redemptionis longè mirabiliùs, quàm Aod ad populi ſui libertatem. Humana dextera exercuit opus, quippe quod in ſæua conſtitit paſſione: diuina opus eleuauit, præſtans ei valorem, quem eſſe infinitum oportebat. Sica denique illa, qua Dux
Iſai. 27.1. Aod interemit Eglonem, Dominicæ crucis extitit figura, de qua Iſaias prophetauerat: *In die illa viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem:* & occidet eũ. Crucis *Crux gladius Chriſti* etenim gladio deſtruxit Chriſtus hominum oppreſſores, ſicut Aod Iſraelitarum inimicos. Eſt ſica quæuis crucis habens formam; imo eſt verè crux, conſtans cultro, & capulo: quibus conſtitiſſe illam *Crux Chriſti præfigurata Aodis pugione.*
Iud. 3 16. Aodis ſicam, expreſſum lego verbis illis; *Fecit ſibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus.* Et poſt pauca. *Tam valide, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere.* Hac igitur cruce deſtruxit potentiſſimus Saluator Eglonem zabulum: vt eo tempore, quo appropinquabat ad crucem, valida dixit voce illa:
Ioa. 12.31. *nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: & ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat, ſignificans, qua morte eſſet moriturus.* Strenuiſſimo enim vſus ſtratagemate, ſiniſtram, ad perforandum hoſtem extendit manum, dum naturam in cruce extendit humanam: atque è dextro latere, quod eius diuinitas eſt, tanquam acutiſſimum pugionem, eduxit verbum ſuum, quod eſt Deus ipſe, quod & ſimul eſt inuincibilis enſis, qualem dicit Apoſtolus, dum admonet. *Aſſumite gladium ſpiritus, quod eſt verbum* *Arma Dei non ferrea, ſed ipſum verbum eius.*
Eph 6.17 *Dei.* Nec enim ferreis eget Deus armis, cùm verbum ſuum arma omnia ſit: vt agens de victoria Verbi Dei, latè oſtendit Rupertus.
Rupertus de victoria verbi Dei. per totum. quam Chriſti victoriam dum, tanquam inſigne Dei opus, iucunda accineret Pſaltes hilaritate, vtriuſque fecit dexteræ mentionem, dicens: *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem: non moriar, ſed viuam.* Dextera Do- *Verbum Dei inuictiſſimus gladius.*
Pſal 117. 16. mini virtutem factam repetit geminata pſaltes iteratione: quid hoc? Vera profectò hiſtoriæ narratio, nominans bis dexteram Domini. Quoniam virtutem hanc duæ Domini dexteræ fecerunt. Quòd ſi in omnibus his reſpondet typo complementum, Chriſti nimirum *Chriſtum non plene agnouit Deum Diabolus ante mortem.* opera reſpondent eis, quibus Aod ſaluum fecit populum ſuum: non minùs eleganter congruit vtriuſque ſaluatoris induſtria: vt videlicet ſicut alter Aod, tentatam dux noſter diſſimularit aggreſſionem, qua inimicum conſternauit. Manum, præter communem hominum morem, extendit ſiniſtrã, ne caueret ſibi inuadendus hoſtis: extendit nempe in cruce naturam (vt diximus) humanam, quæ diuinæ collata, ſiniſtra manus eſt. Hac etenim arte diuinam diſſimulauit poteſtatem:

Digitized by Google

quam nec mundus præſenſit, nec diabolus, cùm illum humana vtentem viderent manu: quoadusque fulgente poſt paſſionem victoria, ſe deſtructum agnouit inimicus. Quam doctrinam colligunt ex Euangelio ſancti Patres, Ignatius, Hieronymus, Ambroſius, Cyprianus, Chryſoſtomus, & Thomas: tametſi (vt Auguſtinus ait) negari non poſſit, vehementi diabolum fuiſſe ſuſpicione perplexum.

Ignat. apud Hieronymũ. Hieron l. commentariorum in Matth. c. 11. Ambr. l. 4 in Lucam c. 14. Cypr. ſer. de ieiun. & de tentatione Chriſti. Chryſoſt. homil. 5. imperfecti in Matthæum. S. Tho. 3. p. q. 41. ar. 1 ad 1. Auguſt. l. 9. de ciuit. c. 21. 10. 7.

Helenæ crucis inuẽtrix commẽdatur.

Nec defuit ad figuræ complementum illa pugionis occultatio, qua reliquit illum dux Aod abditum intra Eglonis viſcera, ita vt Eglon ille habuerit abſconſum in ſe ipſo. Nam & Chriſti crucem vſque ad Helenæ tempus occultandam curauit inimicus. Debebatur certè hoc in loco pientiſſimæ ſtatio imperatrici, quæ ſalutiferæ crucis inuentrix pars magna eſt feſti, quod crucis dicitur inuentio: ſed vnam hanc, quę ex ſedula ipſa crucis indagine debetur ei, laudem nunc ſufficiat commendare: tum quoniam ad præſens ſpectat inſtitutum: tum quoniam per ſe eſt ipſa ſatis magna. Imo neque hanc, quantum ad ipſam ſpectat Reginam, latiùs proſequemur, cùm dicta ſit à concionis exordio: tametſi omitti non deceat, quatenus omnem fœminarum honorat factionem. Fuerat fœminis opprobrium celeritas illa, qua eluſa à ſerpente mulier prima, ſpecioſum ſcientiæ ac mortis lignum, tanquam vitale, indicauit viro, credens colubro dicenti: fructus iſtius eſu *Eritis ſicut Dij*: quo igitur facto tam triſte potuit mulierum dedecus mulier alia diluere, niſi glorioſo hoc, quo ſedula imperatrix ſumma adhibita indagine inuẽtum vitę lignum viris oſtendit, & mulieribus? Magnum Helena decus fœminarum. Notant aliqui has, tanquam ſecreti prorſus impatientes: adeo vt dixerit Vticenſis Cato, trium ſe pœnitere: quòd die aliquo vixiſſet inteſtatus: quòd iniſſet nauibus, quo ire pedibus potuiſſet: quòd credidiſſet fœminæ ſecretum: nunc in hoc comperimus, id, quod perperam viro oſtendit mulier, non omnino occultum fuiſſe: lignum videlicet ſcientiæ, quod ipſi iam viro Dei monitione notum erat: ſolamque indicatam à muliere virtutem faciendi Deos homines illos, qui ex eo manducarent: id autem, quod occultum indicauit Helena, vitę ſcilicet lignum, vndecunque occultum fuiſſe: atque adeo factum hoc Helenæ in tam eximiam fulgere mulierum laudem, quàm in eximium omnium hominum bonum. Aliena à viris laus, quantum ad præſentem attinet hiſtoriam. Duo concurrunt viri nomine Iudæ: primus Iſcariotes, qui Dei filium tradidit cruci: ſecundus Iudas, qui abſconſam Chriſti crucem Helenæ detexit. Ex duobus his primus, qui malè oſtendit Chriſtum malignantibus, ſponte quidem ſua oſtendit eum, à nemine compulſus, dicente Chronographo: *Qui autem tradidit eum, dedit illis ſignum, dicens: quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedens ad Ieſum, dixit, Aue Rabbi: & oſculatus eſt eum.* Ille verò Iudas, qui optatam hominibus crucem benè manifeſtauit, non ſponte detexit, ſed fœminæ minis, & inſtantia conſtrictus. Laus ergo hæc fœminæ eſt tota. Hæc ardentiſſimo explorauit zelo illud, quod Satanas lignum vitæ celabat. Ille, quoniam ſciebat, crucis lignum magno ſibi dedecori, magno filijs Adæ fore trophæo: hęc, quoniam ſummam

Fœminarũ decus Helena crucis inuentrix.

Fœminæ quouſque ſecreta detegere putãdæ ſint.

Cato Vticẽſis trium ſe pœnitere dicebat.

Geneſ. 3. 6

Plutar. in Catone Vticenſi.

Iudas Iſcariotes, & Iudas alter crucis detector, conferuntur.

Matth. 26 48.

Digitized by Google

diaboli ignominiam, ſummum verò hominibus ſperabat ornamentum. Tale quidem eſt: tale ſibi putauit imperatrix, putant item ſibi Reges multi, quotquot ſunt Chriſti profeſſores. Si ergo ob victoriam Aod fuit celebris valde gladius eius, celebris necnon victoriæ dies: multò quidem debet eſſe celebrior præſens hic inuentæ crucis dies, & crux ipſa celeberrima. Hac de cauſa, quum cecinit Vates, *Dextera Domini fecit virtutem*, conſequenter ſubnexuit: *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis*: in loco ſcilicet lignis condenſo ſolemnitatem conſtituite; cùm tam pretioſum inde prodierit lignum. Vt cognoſcant homines magnæ ſibi diem feſtiuitatis diem illum, in quo intrat crux eorum domos: multis licet ærumnis circumſepta.

Pſal. 117. 27.

Sequitur quod ad noſtram attinet curam in hac parte, ſtatim, ac conſternauit Aod truculentum ſuorum aduerſarium; collegit eos ad perſequendam contra reliquos inimicos victoriam: contra omnes ſcilicet Moabitas, quorum Regem interemerat ipſe. *Qui dixit ad eos: Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras. Deſcenderuntque poſt eum, & occupauerunt vada Iordanis, quæ tranſmittunt in Moab, & non dimiſerunt tranſire quemquam; ſed percuſſerunt Moabitas.* Nihil profectò differt victoriæ huius ſeries à modo victoriæ noſtræ, qua ſpiritales proſternimus hoſtes. Peruicit Saluator noſter Eglonem diabolum, Ducem aduerſi exercitus: quo inimico deiecto, conuocat nos omnes, ad perſequendam victoriam contra reliquos hoſtes, carnem videlicet, & mundum. Hos vt perſequamur, ipſumque, cùm in nos inſurgit, diabolum, conuocat nos, dicens: *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum; & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quid profuiſſet ad perfectam Iſraëlitis victoriam, ſi percuſſo manu Aodis Eglone, non caperent ipſi, ad perſequendam Eglonis factionem, arma ſua? Noſtri triumphus Saluatoris perfectus quidem eſt, in quantum eſt ex parte ſua, iuxta illam eius pronuntiationem: *Nunc Princeps huius mundi eÿcietur foras*: tamen requiritur & quod noſtra eſt ex parte, vt liberi euadamus, & victores. Perſequi oportet hoſtes: poſtquam eorum ducem dux peruicit noſter. Alioqui conſiſtente ducis gloria integra, nos manebimus miſeri vexati, ſordidi, captiui, in tetrum detruſi ergaſtulum inferni, hoſtibus ſubditi tortoribus.

Cooperatio noſtra adhibenda operibus, quibus redemit nos Chriſtus

Iud. 3. 28.

Matth. 16. 24.

Ioan. 12. 31.

Eſtque circa hoc multa conferendus attentione textus ille, *Nec eduxit gladium: ſed ita vt percuſſerat, reliquit in corpore*, cum verbis præcedentibus: *Vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere: ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur.* Cauſa, ob quam reliquit gladium corpori infixum, nimia carnis pinguedo fuit. Doctrina cunctis neceſſaria. Carnem noſtram tam validè oportet pungi cruce, vt nunquam educamus crucem à carne. Nullo relinquenda eſt ſine cruce momento; cùm iugis ſit inimica noſtra caro ipſa noſtra. Tantoque eſt intimiùs infigenda crux, quantò craſſior eſt caro: ita vt tantò magis affligat quiſque carnem ſuam, quantò eam ſenſerit aduerſam magis. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu*

Mortificatio carnis aſſidua.

Caro inimica hominis configenda iugiter cruci.

Auſteritas vitæ quouſque neceſſaria.

Iud. 3. 22.

2. Cor. 4. 10.

Digitized by Google

manifeſtetur in corporibus noſtris. Semper, ait, mortificationem circumferendam in corporibus: nunquam ergo eſt extrahenda crux ab eis. Sic & vita Ieſu noſtra viuificabit corpora, ſic honorabit, ſic glorificabit, ſic in eis elucebit. Super quæ verba ait S. Chryſoſtomus: *Vt quod infirmitatis, aut derelictionis ſpeciem habet, hoc ipſius reſurrectionem prædicet. Neque enim, ſi nullis moleſtijs afficeremur, perinde ipſius potentia declarata fuiſſet, ac nunc declaratur, cum varijs quidem calamitatibus conflictamur: ſed tamen minimè vincimur.*

Chryſ.

Tribulationibus vexatus homo, fœlix appellandus.

Proſpera vita valdè periculoſa.

Crux eximia Chriſto gloriæ.

Heu quàm miſerè cæcutiunt plerique homines putantes fœlicem hominem illum, cui pro voto eueniunt omnia, fautrixque ſemper fortuna arridet: eum autem, quem ærumnis multis, obrutum multis intuentur euentibus, infœlicem deplorantes! Secus ſe res habet. Super illum ego doleo, atque miſereor, qui nullos crucis experitur effectus: congaudeo baiulanti crucem; vtpote benè, beatè viuenti in ſæculo hoc; & in futuro. Quis veram vtriuſque fortunæ differentiam luculentiùs, quàm S. Leo expreſſerit, non video. *Vt impleretur, quod Iſaias præuiderat. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Cùm ergo Dominus lignum portaret crucis, quod in ſceptrum ſibi converteret poteſtatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, ſed manifeſtabatur fidelibus grande myſterium. Quia glorioſiſſimus diaboli victor pulchra ſpecie ſui portabat trophæum.* Nec impietatis ſolum iudicium pia à cenſura differt hac in parte: ſed humanæ etiam iudicium philoſophiæ à myſticæ ſapientiæ documentis. Illa delectationem hominum in proprijs cuiuſque actionibus conſiſtere perhibet: quod & probauit Ariſtoteles, & Angelicus Thomas, dum tanquam Philoſophus loqueretur, comprobauit. At diuina Sapientia in proprijs etiam paſſionibus veram delectationem, verum conſiſtere definit gaudium. Quod intimè expertus ille, qui à Chriſto fuit doctus, dicebat Coloſſenſibus: *Nunc gaudeo in paſſionibus.* Nunc, dixit; ad ſignificandum diſcrimen antiqui illius affectus, quo deſipiebat, antequam agnoſceret crucis excellentiam, nouæque affectionis, qua à Chriſto iam illuminatus, eximium ſciebat pretium ærumnarum. Quare Sanctus ipſe Thomas miris vbique crucem laudibus commendat: ſed quæſtione præſertim 46.

Iſai. 9. 6. Leo ſer. 8. de paſſione Dom.

Delectationem hominũ ſola diuina philoſophia agnoſcit in paſſionibus: humana in actionibus dũtaxat.

Ariſt. l. 1. Ethic. c. 4. & l. 7. c. 12 & 18 to. 5. S. Tho. 1. 2. q. 32 ar. 1. Col. 1. 24.

Inuentores rerum proprijs inuentis delectãtur magis, quàm reliqui eiſdem poſt eos operibus incũbentes.

S. Tho. p. qu. 4 art 10. Laërtius.

Inter eos, qui proprijs delectantur operibus, illi quidem vberiùs delectantur, qui eorundem ſunt operum inuentores. Magis ſiquidem horologij adinuentione oblectatus eſt inuentor ipſe Anaximander; quàm cæteri, qui ſecuti eum, faciunt horologia. Quæ autem tam mirifica ars, quàm ea, quæ dolores cum lætitia coniungit, tribulationes cum dulcedine, cum fortitudine ægritudines, cum ſerenitate perſecutiones, paupertatem cum honore, ærumnas cum gaudio, ignominiam cum gloria, crucem cum ſuauitate? Chriſtus eſt hic, tam diuinæ artis inuentor. Erat quidem auctor ab æterno rerum vniuerſarum, quas propria actione effecit in tempore: *Omnia per ipſum facta ſunt:* ſumma vtique gloria, ſumma auctoris delectatio. Quanta

Ioan. 1. 3.

Digitized by Google

(rogo) exiſtimandus eſt gloria delectari diuinus ille auctor, qui tam mirabile cælos vndecim fecit horologium, cuius rotæ decem ipſimet decem mobiles cæli, tanta gyrant perfectione, vt ne puncto quidem ab orbe condito diſcreparint: præter cætera, quæ innumera in eiſdem ſunt cælis, & in terra? Sed fecit tanti patiendi artem, vt, cùm mirificæ faciendi omnia artis eſſet inuentor, ſe fieri hominem voluerit, vt & artis eſſet inuentor patiendi præcellenti quadam eminentia. Vnde gloria eius duplex eſt, & qua ſemper ſuſpicitur tanquam vniuerſarum conditor rerum: & qua eximiopere honoratur, tanquam is, qui nouit, infamem cum gloria crucem coniungere: ſummam hilaritatem cum omnibus his, quæ adnexa ſunt cruci. Plena quidem myſterio ſunt
1. Pet. 1. 10. magni Apoſtolorum Principis verba. *De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ: qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutantes, in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, prænuntians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.* Quid ſibi vult mirabile hoc loquendi genus? Quænam gloriæ ſunt poſteriores? Grandis Chriſti excellentia, magna crucis. Paſſionis Chriſti glorias dicit Petrus poſteriores, eo quòd priores Chriſti glorias ſciamus illas, quibus tanquam omnium rerum auctor, in terris adoratur, & in cælis. Poſtremas has prænuntiauiſſe dicit Iſaiam, qui priores quoque Chriſti decantauerat glorias: quin etiam inuitauerat omnes ad prędicandum vtraſque Domini adinuentiones, & agendi, & pa-
Iſai. 12. 4. tiendi: quoniam ſumma vtraſque conſequitur gloria *Notas* (ait) *facite in populis adinuentiones eius*: faciendi nimirum, & patiendi: quoniam ſumma vtręque admiratione ſunt dignę: ſumma gloria collucentes.

Quanquā autē gloria hęc multò illuſtrior eſt in Saluatore ipſo, duce noſtro vnico, quā in reliquis ſub vexillo eius militātibus: eſt nihilominus militātibus ipſis eximia gloria, eo quòd & ipſi vincāt hoſtes, quos à duce cōſternatos percalcāt. Debilitauit Saluator aduerſarios ipſa percutiens cruce: ſed oportet adhuc nos perſequi eos, vt Dominicę ſimus glorię participes. Quod attendens Apoſtolus, cùm totam ſępe Chriſto accineret victoriam, gloriam totam, gloriabatur nihilominus ipſe
Gal. 6. 14. eadem cruce, atque victoria. *Mihi autem* (ait) *abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Ille itaque iuſto in Chriſti cruce titulo gloriatur, qui mū-
Hier. ibi. do eſt crucifixus. Ille (ait Hieronymus) in cruce Chriſti verè gloriatur, *Qui ſuam ipſe crucem tollit, & ſequitur Saluatorem. Qui crucifixit carnem ſuam cum vitijs, & concupiſcentijs. Qui mortuus eſt mundo, & non contemplatur ea, quæ videntur, ſed quæ non videntur, videns mundum crucifixum.* Quam gloriam à fidelibus cunctis quęrendam admonet Eccleſia, dicens: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra, per quem ſaluati, & liberati ſumus.* Glorientur ergo omnes artium inuentores in adinuentionibus ſuis: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Glorietur Abel in victimarum ritu ſtabiliendo. *Abel*
Gen. 4. 4. *quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum*: Nos autem

Horologij inuentor Anaximāder.

Chriſti ſūma in actionibus gloria, ſumma in paſſionibus.

Patiendi ars inuentorem habet noua Chriſtum perfectione.

Gloria Chriſti duplex: altera ex vniuerſarum rerum actionibus: ex paſſionibus altera.

Glorias Chriſti poſteriores quaſnā vocet Petrus.

Chriſti glorias priores, & poſteriores commēdat ſcriptura.

Gloriari oportet nos in cruce Domini noſtri.

Gloriari in cruce Chriſti quid ſit.

Crucis adinuentio præcellentiſſima ſuper artes vniuerſas.

Abel obtulit Deo acceptum valde ſacrificiū inuētor ſacrificiorum.

tem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Glorietur Iubal in harmonica muſicorum inſtrumentorum arte adinuenienda: Tubal Cain in ferrariæ artis inuentione: Noë in arcæ,ſeu nauis fabrica,inſtructore Deo,primitus conſtruenda: Capaneus in ſcalarum forma excogitanda; in menſi rarum vſu inſtituendo Phælon: in arte medica inuentor Æſculapius: *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Acceptiſſimum(fateor) fuit in oculis Domini ſacrificium Abelis, qui magnam tribuit gloriam Creatori: *Et reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius*: tamen fuerunt oues ſacrificium: tametſi occaſione illius fuerit quoque effuſus ipſius cruor Abelis: *Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manu factum, id eſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Muſicam inuentionem concedo gratam auribus; ſed nullum inter muſica inſtrumenta ſuauius cruce, imo nec tam ſuaue. Hac pſallendum eſſe Deo docens Pſaltes, ita canit ipſe; *Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.* Decem chordæ præcepta ſunt decem; quæ iucunda Deo adimplebit harmonia, quiſquis tulerit iugiter crucem; quæ decem eſt chordarum inſtrumentum. Iam ferrariæ artis opera domi,militiæque vtiliſſima concedo: ſed immenſo cunctis præſtat exceſſu magiſtra clauis,qua cæli feræ reſerantur. Eſt autem clauis hæc crux Saluatoris. *Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt, qui intrant per eam.* Si cæli porta ſtricta eſt: quænam erit clauis, niſi crux ſtricta? Applaudo ſimiliter mirificæ nauigiorum inuentioni: ſed eſt nauis vnica, qua per procelloſum mundi huius pelagus cæleſtem ad portum nauigamus, Domini crux ex lignis duntaxat fabrefacta duobus. In Noëtica illa *Octo animæ ſaluæ factæ ſunt*: cæteri diluuio perierunt, tam fœminæ, quam viri: in hac electi omnes ad cælicum portum proſpero perueniunt ſancti Spiritus flatu. *Quæcunque mens* (ait Iſidorus) *mundi procellis inuolueris: lignum conſcende crucis, vt à tempeſtate libereris.* Placet item ſcalarum inuentio; vt quæ vſibus multis vtiliſſima: ſed eſt in hoc genere præcipua ſcala Chriſti crux: cùm ad cæli cacumen per eam aſcendant homines; nemo ſine illa. Scalis conſcendunt expugnandarum vrbium muros ſtrenuiſſimi duces, ac milites, violéter aggreſſi, ac inſilientes: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Nullâ autem per ſcalam aſcendere violenter poſſunt, niſi per crucem, qua multo inſudant labore quicunque ad conſcenſum hunc vtuntur illa. *Vidit Iacob ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælos: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* Cùm erectæ cruci tam firmiter innixus fuerit Deus factus homo, vt tenaciſſimis ei clauis inhæſerit; cõſequens eſt, vt & elati homines per eam deſcendant, exemplo tanto humiliati; & humiles per eandem aſcendant in cælum. Menſurarum quoque adinuentionem ad humanos contractus, alioſque vſus concedo accommodatam: ſed eo ipſo glorior in cruce, quæ certa eſt menſura gloriæ.

Iubal muſicæ artis auctor.
Ferrariæ artis auctor TubalCain
Nauiũ inuentor Noë.
Scalarũ auctor Capaneus.
Menſurarũ auctor Phælon.
Medicinæ inuentor Æſculapius
Sacrificium crucis longè ſublimius ſacrificio, quod obtulit Abel.
Crucis ſacrificiũ excellentius reliquis, quæ obtulerunt alij.
Crux muſicum inſtrumentum.
Crux clauis portarum cæli.
Crux arca Noëtica, nauiſque omniũ electorũ qua in cælicum tutiſ nauigant portum.
Crux ſcala cæli.
Crux menſura fideliſſima.

Gen. 4. 18. Gen. 4. 22. Gen. 6. 22. Veget. l. 4. de re mil. tar. Pli. l. 29. c. 1. Gen. 4. 4. Heb. 9. 11. Pſal. 32. 2. Matt. 7. 13. 1. Pet. 3. 20. Gen. 7. 7. 23. Iſidor. de ſummo bono. Matth. 11. 12. Gen. 28. 12.

Digitized by Google

Metitur perfectum quemque hominem ad Chriſtum; in qua menſura omnis conſiſtit beatitudo. *Quos prædeſtinauit conformes fieri imagini filij ſui*: quæ conformitas cruce, tanquam menſura deprehenditur. Conſtat crux vniuerſis menſuræ ſpeciebus: longitudine à ſummo vſque ad deorſum: latitudine, qua duo tenduntur brachia: ſublimitate à nodo ad ſummitatem: profunditate à nodo vſque ad contum, ſeu pedem: quæ ſunt menſuræ omnes, numeratæ à Paulo dicente; *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, ſublimitas, & profundum.* Video primariam menſuram eſſe charitatem, qua Deus diligitur, & proximus, vt verbis his commendat Apoſtolus: ſed fidum charitatis ſignum eſt crux, qua quis propter dilectum Deum quaſcunque perpetitur ærumnas: qui & eſt eiuſdem Pauli textus: *Sicut ſocij paſsionum eſtis, ſic eritis & conſolationis.* Ad menſuram crucis erit beatitudo. Exprimit B. Bernardus, explicans prædicta illa Apoſtoli verba, *Crux eſt longitudo, & latitudo, ſublimitas, & profundum.* Medicæ artis inuentionem magna inuentori conciliare encomia non dubito: at nullum cunctis medicamentum præſtat morbis: *Lignum autem crucis omnibus ſalutare eſt*, ait Nyſſenus Gregorius. Quàm (rogo) ſalutare? *In quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra.* Dicamus ergo; Glorientur inuentores quicunque in adinuentionibus ſuis. *Nos autem gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra.*

Rom. 8. 29.

Eph. 3.18.

2. Cor. 1.7

Bernar. in floribus.

Gregor. Nyſſ. orat. 1. de reſurrectione.

Crux omnibus morbis medicamentum.

Iam mirabilis hæc inuentio crucis, quæ propria eſt patiendi glorioſè, & vtiliter inuentio, conferenda eſt, non cum reliquis agendi inuentionibus, quas ingenioſi inuentores excogitant; ſed cum omnibus ipſiuſmet Dei, quæ ad agendum ſpectant, inuentionibus. Extat pro agendi inuentionibus textus prolatus eo tempore, quo Deus fecit vniuerſa. Tunc *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Sed poſtquam in cruce paſſus eſt Deus. Dixit S. Iacobus: *Patientia autem opus perfectum habet.* Nonne auditis diſcrimen? Faciendi arte fecit Deus valde bona opera: patiendi opera perfecta. Agendi arte nullum vſui proprio ſuo fecit Deus opus, nullum inſtrumentum: patiendi inuentione vſui quidem ſuo fecit crucem lectum ſuum, ſuam ipſius Dei menſuram, cùm nullam talem agendi inuentionibus feciſſet: imo nulla poſſit talis fieri, cùm ſit Deus penitus immenſus. Faciendi arte *Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat: produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. Præcepitque ei, dicens, ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris*: & mortuus quidem eſt, eo quod ex fructu manducauerit: *Et emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis*: Cuius loco vnum hoc crucis lignum in monte plantauit Caluariæ: quo reſtituit hominem in voluptatis paradiſum: non quidem in illum temporalis voluptatis, ſed perpetuæ. Itaque diuinam patiendi oſtentans artem, vnum duntaxat lignum proponit nobis, ad vitæ ſpiritalis alimentum; eo quòd lignum hoc illis omnibus lignis ſit excellentius, pretioſiſſi-

Patiendi ars agendi artibus confertur.

Gen. 1.31.

Iac. 1. 4.

Geneſ. 3. 8

Gen. 3. 23.

Digitized by Google

mo Domini irrigatum cruore, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra.

Crux aſpicienda cominus attentione multa.

Crux quare ſerpentis ligno deſignata.

Crucem qui à longè, ac perfunctoriè aſpiciũt, fugiunt ab ea.

Auſteram amplectuntur vitam, quicunque incumbunt conſiderationi.

Tribulationes minime fugit ille, qui earum terminum, portumque conſiderat.

Crux ſola ſpecie ſerpẽs.

Mortificatio incutit horrorem inexpertis, expertis animum, & vires.

Simile.

Hic iam obuium concioni exit euangelium, quod in exordio propoſuimus. Audiſtis, diabolico infectos morſu filios hominum ita ſanari aſpectu pendentis in cruce Chriſti, ſicut læſi quondam morſibus ſerpentium filij Iſraëlis ſanabantur aſpectu ænei ſerpentis, in ligno, vt cerneretur, eleuati. Ad aſpectum præſens reducitur res: ſummopere expedit aſpicere. Quidnam præſtat aſpectus? Præſtat vtique veram cognitionem, vt fugiat quiſque quod noxium eſt; quod eſt ſalubre, id amplectatur. Si aſpiciatur perfunctoriè crux, & quaſi à longè, nullis conſiderationibus perſpecta; horror quidem eſt hominibus cunctis, non ſecus, ac lignum, in quo lethalis eſt ſerpens. Contremunt homines, ac formidant, quum à longè vident ægritudinem, dolorem, cilicium, inediam, chameuniam, paupertatem, ieiunium, flagellum, afflictionem, cæteraque id genus aſpera, & pungentia: ideoque fugiunt ea, quaſi terrificum ſerpentem; multoque magis opprobria, carceres, contemptum, improperia, dedecus, ignominiam, & reliqua omnia ad crucem pertinentia: at ſi cominùs accedunt ad crucem, ſi conſiderant, ſupremum illum, cuius ſunt vniuerſa, gloriæ Regem, ſibi ipſi crucem ſponte elegiſſe, eam ſibi adamaſſe, & volentem in ea pependiſſe; abſcedit ſtatim omnis horror: agnoſcitur, neque ſerpentem eſſe, crucem, neque colubros ea, quæ annexa ſunt cruci, carnis nimirum compunctiones, propriæque perſonæ tribulationes, & contemptus; ſed infallibile potiùs medicamentum, ad vniuerſos dolores, ac morbos: quod etſi amarum eſt, & aſperum, non ideo effugiendum; cùm acerbitas hæc medicinæ ſit propria. Imo tantò auidiùs appetunt crucem, quicunque attentè aſpiciunt, & conſiderant; quantò attentiùs conſiderant, & perſpiciunt. Vident, momentaneas afflictiones in æternas tranſire glorias; dedecus in honorem, in requiem crucem, & in gaudium: atque ita anhelant ardentiùs ad crucem, quàm fugiunt eam, quicunque renuunt cominùs intueri. Deceptus igitur timor hic crucis ea debet arte ſuperari, qua ſtrenui viri, & animoſi indomitum dirigunt equum, aut mulum. Cauſa, ob quam inexperta bellua quidquid videt; formidat, ideoque retrocedit, ſubſtrahitque corpus ab itinere, non eſt vtique alia, quàm brutalis deceptio, qua illud, quod metuit ſpectaculum, viuum aliquid putat, à quo lædi poſſit, niſi fugiat. Idcirco ſtrenui homines eo vtuntur medio, vt compellant equum violenter accedere ad illud, quod metuunt, calcaris vi, & feſtucæ ictibus eum concitantes: coguntque cominùs aſpicere illud, vt agnoſcat minimè viuam rem, vllave de cauſa metuendam. Arte hac ſæpe coactus, peruenit ad eam equus quietem, qua nihil iam timet, nec formidat: ideoque facilè pertranſit, quidquid eſt obuium in itinere. O vtinam eſſent in domandis belluinis corporibus ſuis ſtrenui, ac efficaces homines omnes arte hac, qua pecora perdomant! Refugis tu cilicium, ignominiam, dedecus, contemptum, quaſi viui hæc ſerpentes eſſent, cùm ſint ſalubria potius medicamenta, quid faciendum? Si ſtrenuus es vir,

Ppp ij

Digitized by Google

ſi frugi, ſi fortis, ſi integerrimus, compelle animale corpus tuum, ſeu potiùs te ipſum, corpus à flagello, à cilicio, à ieiunio ſubtrahentem; compelle, compelle, ad crucem protinus accedere, accedere ad cilicium, induens illud, atque ad reliqua aſpera, & amara: tunc cognoſces, hęc non eſſe ſerpentes, non res venenatas, non morientes: ſed ſuperficie tantum colubros, ſalubrem intrinſecus medicinam, & vitam. Idcirco ſerpens ille, cuius aſpectu ſanabantur infecti, æneus ſerpens erat, non viuus ſerpens: ad deſignandum eos, qui eminùs perſpecti, ſerpentes apparent inexpertis: minimè quidem inueniri ſerpentes, cùm attentè cominus cernuntur: cùm minimè viui ſerpentes ſint.

Mortificatio habet gloriam viuã, ærumnas mortuas: vitiũ gloriã mortuam, viuas afflictiones. Delitiæ carnis habent dolores viuos, gloriam mortuam.

Notanda eſt inter placidum vitium, & aſperam crucem differentia. Vitium habet ærumnas viuas, gloriam mortuam; crux ærumnas mortuas, viuam gloriam. Viuæ vtique ſunt vitij calamitates: ſiquidem carnem mordent, corrodunt oſſa, animam tabeſaciunt, acuto pungunt aculeo conſcientiam. Saltem vltimum hoc quis non experitur? Quis non ſentit paſſim rodentem præcordia vermem, quum in medijs vitijs affluentiùs delectatur? Vermis autem ſerpens eſt, quamuis paruulus ſerpens. Sunt igitur viuæ vitiorum afflictiones, gloria mortua eſt, mortua voluptas: quippe quæ nullum præſtat animo vigorem, nullam apud homines ęſtimationem, nullum penitus honorem. At dolores crucis mortui ſunt, mortuę tribulationes, mortuę ignominię, aculei mortui: cùm nullis homines morſibus corrodant; nullis conſcientiam compungant ſtimulis: Gloria viua eſt; vt quę in cęleſtibus viuificans hominem. Summopere igitur oportet crucem cominus aſpicere, vt horrida illa ſerpentis ſpecies, quę à longè perſpecta ſerpentem indicat crucem: externa tantùm agnoſcatur ſpecies, nihil lethale operiens, nihil viuum. Noſcunt homines tunc crucem eſſe vitalem: eius inuentionem fœliciſſimam, dignamque vndecunque, quę ſolenni feſto celebretur. (Amara eſt fateor) quamdiu durat crux: at durat tamdiu, quamdiu mortalis vita durat in hoc ſeculo. Poſt hanc fruemur fructibus crucis in futuro: ipſa autem cruce non grauabimur. Si effundimus lacrymas, dum premimur cruce, irrigant quidem lacrymę crucis arborem, vt ferax ſit fructuum ſuauiſſimorum, permanentium, vitalium, ſalubrium, iucundorum, ęternę ſuauitatis, gaudij, glorię, & beatitudinis.

Digitized by Google

DE INVENTIONE S. CRVCIS.

SERMO II.

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis. Ioa.3.14.

COLLOQVIVM inter Dei filium, & Phariſæũ Nicodemum non minus ſalutare, quàm iucundum Euangelica eſt præſentis lectio feſti ſanctæ crucis. Agitur quàm primum de omnimoda ad ſalutem neceſſitate baptiſmi: de cruce tandem diſſeritur Chriſti. Miratur valde pius Nicodemus, quòd renaſci hominem dicat ſummus magiſter oportere, æternam vt ſalutem cõſequatur: ego miror, quòd incœpto circa baptiſmum colloquio ingerat continenter Dominus crucem ſimiliter neceſſariam cunctis hominibus ſummo bono fruituris. Duo concurrunt mirabilia. Alterum, pulchra inter baptiſmum, & natiuitatem ſimilitudo: quæ tanta eſt, vt cùm homo abluitur baptiſmate, nouo naſcatur ortu, ſitque nouus homo, ſpiritali nouus vita? alterum, ſimilitudo alia inter Chriſtum, & ſerpentem: quæ in eo conſiſtit, vt, ſicut percuſſi à ſerpentibus Iſraelitæ ſanabantur ænei ſerpentis intuitu: ita aſpicientes Chriſtum homines quilibet ab illius ſanentur morſu ſerpentis, qui læſit Heuam, & Adamum. Secunda hæc ſimilitudo, quòd ad Chriſti crucem dirigatur, præſens concio eſt: ſimilitudinem primam Chriſtus ipſe diggeſſit: ego ante vtramque expendendum video vtriuſque tractatus compaginem, ſeu concinnam duorum propoſitorum connexionem: quo ſcilicet nexu ingerat Dominus incœpto circa baptiſmum documento diuerſum de cruce tractatum.

Crucis cum baptiſmo conuenitio.

Sanè, ſi effectum attendamus, probè conueniunt baptiſmus, & crux: quoniam in eundem concurrunt effectum, æternam humanarum ſalutem animarum. De baptiſmate ait: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*; de cruce, *exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Expedit tamen perſcrutari, quanam via baptiſmus, & crux eundem concurrant in effectum. Vno quàm primùm verbo perſtringam. Fructus quiuis & arboris eſt, &

Baptiſmi, & crucis conuenitio. Ioa.3.5. Ioa.3.14.

Simile.

Digitized by Google

aquæ fructus: eſt ligni, quoniam ab eo natura procedens; eſt aquæ quoniam irrigatum aquam imbibit lignum, ita vt ex ligno & aqua prodeat fructus. Homo fructus eſt Dominicę crucis, ſi æterna eſt vita conſeruandus: aqua ergo irrigandus eſt; ſupernaturali quidem virtute, ſicut ſupernaturali ratione fit fructus. Omnino certè hominem oportet fructum eſſe crucis, vt cum Chriſto ſit in cruce pendente; in qua vnione vita ipſius hominis conſiſtit æterna. Quomodo ergo homo aliquis fiet fructus crucis, cuius fructus eſt Chriſtus, niſi cum eo plantetur ſimul; aut certè eidem Chriſto arbori inſeratur. Verba, quibus hoc oſtendit Apoſtolus, aperta ſunt, ac luculenta. *Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus: hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati.* Ecce ſimul eſſe debet cum Chriſto crucifixus omnis homo, cuius deſtruendum eſt peccatum. Eidem imprimis Chriſti crucifixus; per baptiſmum videlicet, quo paruuli etiam, & amentes Chriſto complantantur, fiuntque illi ſimiles, ac cohæredes beatitudinis: deinde propriæ vnius cuiuſque cruci, quam, dum rationis vſus viget, debet quiſque portare propria ſui ipſius abnegatione ad legis obſeruantiam neceſſaria. Eſſe autem cum Chriſto crucifixum, idem vtique eſt, ac eſſe Chriſto complantatum: ſunt Apoſtoli verba. Qua igitur aqua irrigabatur Crux, vt complantatus homo fructus fiat crucis? Ipſa profectò baptiſmatis aqua. Eodem textu notum fecit hoc Apoſtolus ipſe. *Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Ecce quàm appoſitè locuturus de Cruce Dei filius, à baptiſmate exorditur.

Rom. 6. 5

Rom. 6. 4.

Eſt vlteriùs aduertendum, hodiernam feſtiuitatem ideo inuentionem crucis appellari, quòd Dominica crux in incognito diu latens loco, ſedula pię Imperatricis Helenæ diligentia inuenta ſit tertio Maij die. Quam ergo nos diligentiam adhibebimus, vt & Domini Crucem, & fructum eius inueniamus? Fructum quæramus crucis: eo reperto crucis locum agnoſcemus: quæuis ſiquidē res ex proprio cognoſcitur fructu. quinam eſt Crucis fructus? quinam fructus aquæ? Eundem quippe fructum eſſe crucis & baptiſmatis præſtitutū eſt ſupra. Vnum equidem noui aquæ ſimul fructū, & ligni proprium vtriuſque; pyrum, & margaritam, Hiſpano ſermone *Pera y Perla* Videmus paſſim margaritas pyris ſimiles forma, in tantum, vt margaritas ipſas pyra nominemus: ſunt autem pyra fructus ligni, aquæ fructus margaritæ, natæ in conchis pulchrioribus. Quæ ex his pretioſiores inueniuntur, ab aureis ſolent crucibus pendere, quas fœminæ geſtant in pectore: nec vſitatum magis monile aliquod, quàm aurea crux pendulis margaritis tribus, quas verè pyra dixeritis. Medium igitur, ad inueniendam Domini crucem, illud puto præſtantiſſimum, tribus ſi ex margaritis vna inueniatur. Ea reperta, facilè crux inuenietur. Vidi pretioſiſſimam auri crucem, quæ furto ſurrepta, per ſeſqui annum minimè comparuit. Tandem inuenta fuit

Mariæ margarita pendula à cruce.

Simile.

Simile.

Digitized by Google

margarita ex tribus pendulis vna: quæ cum eſſet aliquibus nota, facilè intellexerunt, apud eum ipſum inueniendam fuiſſe crucem, apud quem reperta fuit margarita. Nec vana fides: inuenta eſt enim crux in manibus eius, à quo exierat illa, margarita. Idem nobis cenſeo faciendum. Margarita quàmprimùm quærenda eſt: ſic & crux ſtatim comparebit. Quamnam dico margaritam? Imo quænam eſt pretioſa præ cunctis margarita? Nonne vbique videtis depictam fixo Domino crucem, à cuius brachijs ſunt Maria & Ioannes, ad pedem Maria Magdalene? Quænam pendulæ à cruce margaritæ tam pretioſæ ſunt, quàm tres hæ iuxta crucem, quaſi ab ea pendulæ: Deipara, Ioannes, & dilectrix Domini diſcipula? Ergo quiſquis Domini crucem inuenire cupit, quærat imprimis margaritam illam, quæ in certam nos eiuſdem crucis ducit cognitionem. Illam dico margaritam, quæ à dextro pendet crucis brachio, ideo ſic depicta, quòd re uera ita pendula fuerit, dum filius eius in cruce penderet. *Stabant autem iuxta crucem Ieſu Mater eius, & Maria Magdalene.* Ioa. 19 25
Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat. Plus vltra: ſi margaritam hanc inuenerimus, non ſolam inueniemus Domini crucem: ſed eiuſdem etiam Domini gratiam, ad ſcitè de cruce loquendum, decerpendumque fructum eius vberrimum, pretioſum, ſalutiferum. Inueniemus autem nulla illam mora, ſi pro gratia hac à Deo impetranda, inuocauerimus eam eiſdem, quibus ſalutauit eam Angelus verbis, *Aue Maria gratia plena Dominus tecum.*

Aue Maria

Murmuratio punita.

Cum Iſraeliticus populus ductus à Deo per deſertum, miſſo de cœlis manna alimento victitaret vnico, nec in omni ſemper ſtatione optatas ad potum ſtatim reperiret aquas; non attendens alimoniæ illius de cœlis miſſæ ſuauitatem, nec indeficientem in præbenda magno aquæ miraculo quauis in ſtatione prouidentiam, murmurauit ingratus contra Deum, Moſem, dixitque, ſatius ſibi futurum fuiſſe, ſi in Ægyptiaca ſeruitute relictus craſſis cacaborum ſuorum carnibus veſceretur, quàm exili illo cibo, illiſque aquis poſt ſitim miraculo productis. Mordaces linguas morſibus puniri, dignum fuit ſupplicium; & ſerpentinas dentibus laniari ſerpentium: imo torridis ſerpentium ignitorum flammis cremari linguas, quæ vrentem vſque ad cœlum ignem proijciebant. Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, quorum morſibus interibant plurimi, donec poſt miſerandam nimis ſtragem reſipiſcens populus, ſuamque faſſus culpam, miſericordiam implorauit, & veniam. Miſertus itaque benigniſſimus Dominus præcepit oranti Moyſi, dicens; Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno; qui percuſſus aſpexerit eum viuet, *Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno; quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.* Serpente illo præſignatum fuiſſe diuinum mundi Saluatorem, Saluator ipſe teſtatur verbis his, quæ thema noſtrum, atque Euangelica ſunt lectio. Imo propterea ſolo ſerpentis aſpectu ſanabantur languentes Iſraelitæ, quòd futurum deſignaret Saluatorem: quem dum in in cruce eleuatum aſpi-

Serpens æneus in deſerto eleuatus in ligno ad percuſſorum ſanitatem, figura Chriſti in Cruce ad communẽ hominum ſalutem.

Num. 21 9.

ciunt viua homines fide, ſanantur protinus à morſu illo, quo ſerpens Diabolus mordens Heuam, & Adamum conſequenter transfudit virus ſuum in poſteros eorum omnes, lethali inficiens vulnere, peccato nempe originali. Et quoniam æneus ille ſerpens, vt à cunctis cerni poſſet in alto fuit erectus ligno; lignum crucis, in qua Saluator leuatus fuit, illo ſerpentis ligno ſancta nobis hodie proponit Eccleſia præſignatum. *Crux Saluatoris hominum præſignata ligno, in quo erectus ſerpens in deſerto æneus ſanabat percuſſos intuente in eũ.*

Tria circa propoſitum hoc concurrunt hodie diſcutienda. Primum æneus ſerpens ſalutaris. Quænam in ſerpente illo virtus eſſe potuerit, qua ſauciati à ſerpentibus homines ſolo (vt textus ait) ſanarentur intuitu. Secundum legitima figuræ ad rem figuratam applicatio. Quanam ratione deſignauerit ſerpens Dei filium; ſerpentis virga ſanctam eiuſdem Domini crucem. Tertium miraculoſus curandi modus: quatenus illud, quod erat ſerpens, medicamentum ſoli applicabatur ægrotantium aſpectui; non corporibus ipſis ſauciatis.

Primum itaque expendendum offertur illud, quo vſus eſt Deus, medicamenti genus, æneus videlicet ſerpens, ad ſanandos eos, qui ab ignitis erant ſerpentibus infecti. Quidnam virtutis fuit in conflatili figura, quo ſerpentinis obuiaretur venenis? Certè ægritudines quaſque contrarijs curari ſcimus, & legimus: ignitis ſerpentibus non eſt contrarius æneus ſerpens; imo illis conformis, tametſi non ex omni æqualis parte. Non exigua (fateor) eſt difficultas: ſed quantum aſſequor, cenſeo dicendum, illam, quæ ex vipereo eſt veneno, ægritudinem eodem curari veneno, quantum ad aliquam ſaltem pharmaci partem. Videmus parti corporis vipereo morſu venenatæ apponi eiuſdem viperæ caput; quo ſic appoſito ſanatur. Congruum igitur fuit æneus ille ſerpens medicamentum in ſalutem eorum, qui ſerpentinis morſibus languebant. Video opponi interpretationi huic eandem ænei ſerpentis conditionem. Si enim ideo contra venenum vtilis eſt ſerpens, quòd venenatum caput eius congrua ſit medela; manet ſanè excluſus ſerpens ille, in quo venenum nullum eſt; qualis eſt conflatilis quiuis coluber, aut ſerpens. Fateor ingenuè, cùm nil in ſerpentibus medelæ ſit præter venenum, nil in æneo ſerpente medicamento eſſe potuiſſe: tamen in eo ipſo reſplendet magis diuina Saluatoris virtus, & præſtantia. Eo etenim ipſo, quòd ſerpens ille typus fuerit Chriſti (quandoquidem *omnia in figura contingebant illis*) vacua vtique debuit eſſe figura: apparens ſcilicet ſerpentis ſpecies, non verus ſerpens, qui habuerit virus, cæteraque ſerpentibus communia. Vberius inquam effulſit virtus Saluatoris in eo; quòd ſola ſuæ repræſentatione virtutis fuerit ſanitatis cauſa illud, quod alias conditione ſua minimè erat cauſa ſanitatis. *Serpenti æneo vnde nam fuerit virtus ſanãdi homines à ſerpentibus percuſſos.* *1. Corin. 10. 11.*

Sequitur expendendum ſecundum illud, quod propoſui ſecundum: congrua inter Chriſtum, & ſerpentem ſimilitudo. Difficilis vtique exploratu. Aut enim eſt in eo conuentio, quòd ſpecie ſola Chriſtus ſit ſerpens, ſicut æneus ille ſola erat ſerpens ſpecie: aut in eo, quòd Chriſtus viuus ſerpens ſit, viuique pollens effectibus ſerpentis. B. Auguſtinus non ſic intelligit figuram, vt fiat inter ſerpentem, *Serpens æneus in quonam extiterit figura Saluatoris.* *Augu. de baptiſmo paruulorum.*

Digitized by Google

Chriſtus in quanam re fuerit ſimilis æneo ſerpenti.

tem, & Chriſtum comparatio; ſed inter æternam hominum mortem, mortemque eorundem temporalem. Fuit quippe æterna hominum mors cruci affixa cum Chriſto affixo cruci; atque adeo ſerpens crucifixus; cùm mors ipſa horrendus ſerpēs ſit. Ideo ſæua illa occiſorū à ſerpentibus Iſraelitarum mors figura fuit mortis hominum æternæ; ac conſequēter ſalubre hoc mortis illius medicamentū figura fuit medelæ, qua æterna mors cruci cum Chriſto affixa fuit. Docta interpretatio. Sed pergimus vltra indagaturi aptam inter Chriſtum ipsū, ipſumque ſerpentem conuentionem: quam ipſius Chriſti verbis proferri, citra vllum cenſemus dubium, dum audimus dicentem, *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem: ita exaltari oportet filium hominis.* Ideo hanc Chriſti, & ſerpentis ſimilitudinem planè concedere nec Theophylactus veretur, nec Rupertus; ea tamen ratione, vt ſerpentinū à Chriſto excludant virus, fueritq; Chriſtus ſola ſerpens ſpecie, ſicut ſpecie ſola ſerpens erat æneus ille. *Serpentis ſimilitudo, ſerpentis quidem* (ait Theophylactus) *ſpeciem habebat, venenum non habebat: Sic Chriſtus à peccato liber, in ſimilitudinem carnis peccati venit.* Ruperti verba ſunt hæc. *Serpens ille effigie ſola ſerpens erat: ita in ſimilitudinem peccati damnatus hominum iudicio, crucifixus eſt à dicentibus: Magnus eſt, ſeductor eſt: ſed peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Pie locuti ſunt doctores pij.

Theoph. in cap. 3. Ioannis.
Ruper. in cap. 3. Ioan.

Verumtamen minimè erit aduerſum pietati, ſi nos perrexerimus dicere, & in veneno quidem ſerpenti ſimilem mundi Saluatorem. Quin etiam piè exiſtimamus, verum ſimilitudinis huius fundamentum lethali in aconito apprimè conſiſtere. In idque factum æneum illum ſerpentem arbitramur, vt cùm ſola ſerpens eſſet effigies, aptè repræſentaret illum, qui viuus ſerpens eſt; ac propterea certa hominum ſalus. Ita dumtaxat, vt ſimilitudo hæc tam oppoſita ſit, quam eſt appoſita. Id eſt, vt appoſita hæc inter ſerpentes duos ſimilitudo, diſſimilitudo ſumma ſit: nec à veneno alienus quiſquam hominum magis, quàm Dei filius. Scrutabimur ergo ſimilitudinem hanc propoſito ob oculos ſerpente illo, qui primos callidè fefellit parentes.

Tanta eſt inter ſerpentem illum, & Dei filium diſſimilis hæc ſimilitudo; vt in quatuor appoſitè conueniant. Sunt autem quatuor hæc, perſona, opera, virus, maledictio.

Quantum ad perſonam non quidem modicè conueniunt ſerpens ille, & Dominus Chriſtus in eo, quòd vterque perſona ſit conſtans naturis duabus: Chriſtus diuina ſimul, & humana; ſerpentina ſerpens, & Angelica. Chriſtum perſonam eſſe duabus in naturis ſubſiſtentem, fideles omnes confitemur, cuius nulla hoc in loco deſideratur probatio. Serpentem quoque natura duplici ad parentes primos acceſſiſſe nouimus; ſerpentina nimirum, & Diabolica. Erat vtique ſerpens ille Diabolus, vt fide docemur apud Apocalypſim. *Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas; qui ſeducit vniuerſum orbem.* Erat item verè naturalis ſerpens, in quem inſinuauit ſe Diabolus, vt diſſimulata propria ſui forma, Heuam deciperet, & Adamum: quę eſt communis Patrum conſenſio, Baſilij, Chryſoſtomi,

Serpens primorum deceptor parentū qualiſnā fuerit.

Apoc. 12. 9.
Baſil. in c. 1. Geneſ.
Chryſ. ibi.

Theod q. 31 & 32 in Geneſ. Aug. li. 10 de Geneſ. ad litterā c. 27 Rupert de Trinitate, & operibus in c. 1. Geneſ. Ariſtotel. apud Pierium lib. 15. cap. de caduceo. 9. Eio quẽtia Matth. 10. 16. Phil. 2. 6.

Diabolus quo ſe fine inſinnauerit in ſerpentem potius, quàm in aliud animal. *Serpens animal induſtrium valde, & calliďiſſimum.* *Caduceus Mercurij ſerpentes duo mutuo colligati.* *Diſcretionis ſymbolum ſerpens triceps.*

Theodoreti, Auguſtini, Ruperti, & aliorum. Incitamentum, quo in ſerpentem potiùs, quam in aliud ex animantibus vllum inſinuauit ſe, ad fallendos homines, Diabolus, callidiſſimus fuit ſerpentium aſtus, ac ſolertia. Cenſuit enim Diabolus credituros fore homines illos, proprium eſſe ſerpentis ſermonem illum, quem ſerpens ad eos loqueretur, minimè ſuſpicatos in ſerpente ipſum loqui Diabolum, eo quòd agnoſcerent induſtrium animal ſerpentem. Verè induſtriū eſt, & ſagax nimis, ſicut ſcribit Ariſtoteles; qui animalia quædam eſſe aſtuta per ſe, ſicuti ſunt ſerpentes, ait. Quid morabor, vbi expreſſa eſt Saluatoris ſententia? *Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes.* Nec ob aliam rationem conſecrarunt Deo Mercurio Ægyptij caduceum; ſerpentes videlicet duos inuicem obligatos. Statuentes enim Mercurium illum Deum eſſe diſcretioni, ac prudentiæ præſidentem; nullum ſerpente commodius ſymbolum diſcretionis inuenerunt. Innumera ſunt, quę ab ſcriptoribus traduntur ſerpentinæ aſtutiæ, ac diſcretionis, argumenta; ideoque deſcribitur triceps, vt capite vno futura proſpiciat, ſicut altero reſpicit præterita; præſentia item tertio contemplatur capite. In hoc etiam, quòd aliena ſpecie Diabolus ſe diſſimulauit, ſimilis fuit Chriſto ſerpens ille. Hic nempe *cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo,* eo inter fines alios fine, vt Diabolo ipſi celaretur diuinitas. Sicut enim Diabolus propriam inclusus in ſerpente naturam ſuam diſſimulauit, vt verba ſua ſerpentis verba putarentur: ita Dei filius in humana ſe forma exhibuit affabilem, vt à fallace ipſo Diabolo homo purus cenſeri poſſet, ſciente homines aliquos ſimilia operibus illius effeciſſe miracula. Suam Diabolo diuinitatem celauiſſe Chriſtum ex ſacris litteris inferunt Doctores, præſertim Ignatius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Ambroſius, Cyprianus, & Thomas. Verumtamen ſicut non eſt tanta ſerpentis ſcientia, vt, niſi Heua fuiſſet decepta, purus ſerpens potuerit agnoſci abſque ſuſpicione, quòd in illo eloqueretur aliquis ſerpente ipſo ſapientior: ita nec Chriſti diuinitas tecta hominis habitu, & natura ita diſſimulari potuit, quin vehemens Diabolo ſubeſſet ſuſpicio latentis ſub natura humana Deitatis. Et hæc quidem fuit eiuſdem Chriſti mens ancipitem diu, atque ſuſpenſum tenere Diabolum circa certam eius cognitionem: vt illius retunderet ſuperbiam. Dixit hoc Beatus Auguſtinus expreſſis his verbis: *Chriſtus tantum innotuit Dæmonibus, quantum voluit: non per id quod eſt vita æterna, ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta, ex quibus quandam coniecturam habebant, Chriſtum eſſe filium Dei. Sed quia rurſus in eo quædam ſigna humanæ infirmitatis videbant; non pro certo cognoſcebant, eum eſſe filium Dei.* Liquet igitur conueniſſe in hoc Chriſtum, & ſerpentem, quòd in duplici vterque natura apparuerit: quatenus Diabolus in vero extiterit ſerpente, ſub humana Deus filius naturá; ita vt in ſerpente latere Diabolum ex coniecturis agnoſci potuerit, ſicut ſub humanitate latêre Dei verbum. Præterea ſimilis fuit Chriſto

Ignatius apud Hie. lib. commentariorum in ca. 1. Matth. Hier. ibi. Chry. ho. 5 imperfecti in Matthæ. Ambr. lib. 4 in Luc. c. 14. Cypri. ſerm. de ieiunio & tentatione Chriſti. S. Tho 3. p. qu 41. art 1 Aug. lib. 9 de ciuitate c. 21. tom. 5.

Chriſtus an eſſet Deus, dubitauit Diabolus. *Diabolus anceps fuit circa Chriſti diuinitatem.*

Digitized by Google

ſerpens ille in vtriuſque naturæ conditione. Chriſtus enim & ſummè excelſus, & ſummè fuit deiectus in hoc ſæculo. Fuit ſummè excelſus, quoniam *cùm in forma Dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo*: fuit ſummè abiectus, quoniam *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*. Serpens ſimiliter, ſeu potius Diabolus, qui latebat in eo, excelſus fuit valde, adeo vt dixerit: *in cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebò in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero altiſſimo*: fuit necnon ſummopere deiectus, vt ex ipſo eius nomine conſtat, quo ſolus ille dicitur ſerpens, qui per terram toto repit corpore; ſerpitque miſer, terræ conglutinatus. Verumtamen hæc eadem, quæ circa multa fuit inter Chriſtum, & ſerpentem ſimilitudo, omnimoda circa ea ipſa diſſimilitudo fuit: imò oppoſitio. Chriſtus enim perſona vna eſt duabus ſubſiſtens in naturis vnione connexis hypoſtatica, in tantum, vt Deus & homo ſuppoſitum vnum, vna ſint perſona, non perſonæ duæ, nec duo ſuppoſita: at nexus ille, quo ſerpenti fuit coniunctus Diabolus, nullatenus fuit hypoſtatica vnio: ſed intruſio dumtaxat, qua intrauit Diabolus ſerpentem, eo modo, quo ſolet homines ingredi energumenos, abſque vlla naturarum vnione, ſeu conſortio: nec fuerunt perſona vna ſerpens, & Diabolus, vnumue ſuppoſitum complexum: ſed ſuppoſita duo, ſerpens vnum, Diabolus alterum. Illa item vtriuſque ſublimitas, deiectioque vtriuſque vndecunque diſſimilis fuit. Diabolus, quoniam altiſſimo ſimilis eſſe affectauit, cecidit miſer ad deiectionem tantam, vt per terram nimis ſerpat abiectus. *Tu ſignaculum ſimilitudinis: eleuatum eſt cor tuum in decore tuo. Nihili factus es; & non eris in perpetuum*. Chriſtus, *Qui cùm in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens*, adeo exaltatus eſt, vt ſubiungat Apoſtolus: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen; vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum*. Cum ergo nequiuerit Diabolus hypoſtaticam Domini vnionem ſerpentina ſpecie perfectè repræſentare: voluit Dominus ipſe, perfectiori alia præfigurari ſeipſum ſerpentis ſpecie: illa videlicet æneі ſerpentis, cuius intuitu ſanabantur ægroti. Conflatilis etenim ex duobus ſerpens metallis, multò quidem magis vnus eſt, quam ſerpens, & Diabolus, quantumcunque coniuncti. Non minus arcta duarum Chriſti naturarum vnio, quàm duorum ænea in ſuppoſito vnio metallorum: tametſi minimè confuſæ in Chriſto naturæ duæ, ſicut confuſa in ſerpente vno duo metalla. Non item potuit, ſicut Chriſtus aſcendere ſerpens Diabolus: ſed cecidit potius à ſublimitate, quam vecors conſcendere præſumpſit. Vnde ſimilitudo hæc diſſimilitudo eſt omnimoda.

Phili. 2. 8.

Iſai. 14. 13.

Ezechiel. 28. 12. 17. 19.

Phil. 2. 7.

Chriſtus ſumme excelſus, ſummèque abiectus ante reſurrectionem.

Diabolus valde ſublimis, ſummè deiectus.

Talis eſt item ſimilitudo ſecunda, quæ ad opera videlicet

Digitized by Google

ſpectat. Opus Dei eſt, & quidem primarium ſub cœlo, vt ad ſuam hominees ſimilitudinem condiderit, *creauit Deus hominem ad imaginem ſuam*. Eadem eſt ſerpentis præſumptio, vt ſibi ſimiles faciat Adæ filios. Hoc primum eius teſtamentum. Vix conditam Heuam, conditum & Adamum aſſimilare ſibi ſategit, dicens illis, *in quacunque die comederitis ex eo, eritis ſicut Dij*. Ad quid anhelauerat Diabolus, niſi ad hoc, vt eſſet ſicut Deus? *Aſcendam* (dixit) *ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero Altiſsimo*. Cum ergo dederit operam, vt & homo inhiaret ad id ipſum: vt ſcilicet Deo eſſet æqualis: manifeſtum quidem eſt, ſtuduiſſe Diabolum, vt faceret hominem, qualis ipſe eſt, diuinæ æmulatorem maieſtatis. Nec irritus conatus eius. Videt quotidie vbique ſimiles ſibi homines non paucos. Nihil profectò impensiùs curant, ſuggerente Satana, homines innumeri, quàm maioribus dignitate aſſimilari, imo ſupremo ipſi creatori. Seuerus Commodus Imperator credens Herculem Deum, ſacra illius ſibi applicuit arma, ſeque ipſum Herculem vocari iuſſit. Scriptor Guiliermus Coul. Heu quot & hodie ſunt huiuſmodi homines! Dic mihi, amice, anhelaſne tu ad ſupremum maieſtatis conſcenſum, vt ſis compar Deo maieſtate? Abſit, ais, abſit. Eſt creator ille: ego factura eius. Benè: ſed dicito; ad quoſnam gradus aſcendere curas celſitudinis? Id, pater (ais) abſque limite eſt. Nullus quidem eſt gradus excellentiæ, ad quem exaltari non ſatagam. Niteris ergo compar eſſe Deo; cum tibi nullus infra Deum gradus ſatisfiat dignitatis. O ſi ſaperes! Eſt quidem via, per quam aſcendas ad ſublimem adeo dignitatem, vt Dei ſis filius: vt ſis Deus ipſe, nulla omnino eſſe poteſt via. Quænam, dices, eſt via, vt ſim Dei filius? Exprimit hodie filius naturalis certam viam, per aquam aſcendas ad filij gradum adoptiui. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*. Intrant ergo in regnum, tanquam filij, qui ſic ex Deo renaſcuntur. Tamen cùm gratuitæ adoptionis ſint filij; eo quidem vſque titulo inſcribentur filiorum, quouſque filiorum conditionem ſedula naturalis filij imitatione conſeruauerint. Incipit autem ab humilitate imitatio; hanc etenim ipſe Dei filius primum nobis exhibuit exemplum. Ideo propoſito circa baptiſmum colloquio humilitatem inſerit crucis; vtpote omnino ad perſiſtendum in adoptione filijs neceſſariam. Vultque eouſque illam procedere, vt iniurias læti, noſtrumque contemptum ſufferentes, Deum pro contemptoribus oremus, filij vt ſimus Dei: ſicut naturalis ipſe filius orauit anxius pro illis, qui in cruce eum ſuſpenderunt. *Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt*. Dei igitur filio ſimiles ſimus: erimus ita ſimiles Deo. Liquet hinc, eam ipſam, quæ inter Chriſtum, & ſerpentem eſt ſimilitudo, omnimodam eſſe diſſimilitudinem. Diabolus enim homines ſibi ſimiles faciens, improbos facit, ac ſuperbos: filioſque proinde non quidem Dei, ſed diaboli ipſius, vt exprobrauit

Marginal notes: Gen. 1. 27. — Gen. 3. 5. — Iſai. 14. 14. — Guiliermus Coul lib. de ſacrificijs. — Mat. 5. 44. — *Chriſtiani Chriſtum imitantur quicunque vere Chriſtiani ſunt.* — *Humilitatem docuit Chriſtus verbo, & exemplo.* — *Chriſtus intendit facere nos ſui imitatione Dei filios.* — *Diabolus homines ſibi ſimiles faciens, facit à Deo auerſos.*

Digitized by Google

Chriſtus Phariſæis, dicens: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Ecce propter opera operibus diaboli ſimilia di- Ioan. 8. 44.
cuntur diaboli filij, quicunque eum imitantur. At quos Dei filius ſibi in operando ſimiles facit, eos quidem facit ſimiles Deo; in tantum, vt Charitatis vinculo vnum iam ſint Deus & homines Chriſti imitatores. Chriſtus ipſe palam facit notum ſuauiſſimis illis, quæ beatus Ioannes ſcripſit, verbis: *Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me, vt ſint con-* Ioan. 17. 22.
ſummati in vnum. Ecce ſicut Chriſtus, & Pater vnum ſunt; ita imitatores ſuos facit Chriſtus ipſe, eſſe vnum ſecum, & cum Patre. Quàm lata inter Chriſtum, & ſerpentem diſtantia! Quò ſimiliores ſibi facit homines ſerpens: eò facit à Deo remotiores.

Chriſtus æneo figuratus ſerpente, ſine ſerpẽti ſimilis veneno.

Similitudinibus minime repugnat, vt vna, eadem res ſimilis ſit contrarijs rebus.

Sequitur ſimilitudo inter ſerpentem, & Chriſtum tertia, qua eos in veneno ſimiles propoſui. Horrendum, ſed verum. Rebus exitialibus vtiliſſimæ ſolent comparari; ſanctæ peſſimis; eo quòd nulla tam aduerſa, quin bonum aliquid, aliquid habeat proficuum. Leoni comparatur diabolus, comparatur & Chriſtus: ille in Petri epiſtola, vbi dicitur: *Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret:* hic in Apocalypſi verbis illis: *Vicit leo de tribu Iu-* 1 Pet. 5. 8
da: ille propter auidiſſimam humanæ carnis voracitatem, qua leone a- Apoc. 5. 5.
uidior viuos appetit homines glutire: hic propter fortitudinem cum nobilitate coniunctam, quæ propria eſt leonis. Conſtatque ex ipſo textu doctrina hæc luculentiſſimè; cum is, qui appellatur ibi leo, protinus dicatur agnus, dum conuerſo Ioanne ad intuendum illum, qui victor leo dicebatur, *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, &* Apoc. 5. 6
in medio ſeniorum agnum ſtantem, tanquam occiſum. Quænam magis oppoſita animantia, quàm agnus, & leo? Et tamen dicitur ſimilis vtrique Dei filius: alteri ob manſuetudinem, ob robur alteri. Itaque licet ſerpens ſit noxius, dicaturque propterea diabolus ſerpens: aliunde tamen poteſt eſſe proficuus, ita vt Chriſti eſſe poſſit ſymbolum. Serpens videtur vocari Chriſtus illis Iſaiæ verbis: *De radice enim colubri* Iſa. 14. 29
egredietur regulus: & ſemen eius abſorbens volucrem: tametſi variç ſint Hebr. ibi.
horum interpretationes verborum: imo & verſiones ſint variæ. He- Septuag.
bræus textus habet: *De radice ſerpentis egredietur regulus: & fructus* Rabb. ib.
eius ſerpens ignitus volans. Eadem ferè eſt lectio Septuaginta. Com- Lyran. ib.
munis expoſitio eſt, ſugillatos his verbis impios reges, quorum poſte- Vatab. ib. Iſid Clar.
ri tanto futuri erant ferociores, quantò regulus colubro. Ad bellicum ibid.
robur referunt alij, intelligentes, Oziam Regem Philiſthinorum po- Adam. ib.
pulis colubrum fuiſſe deſtructorem: multò aduerſus eos acriorem ne- Hier. ibi.
potem eius Ezechiam. Sic Rabbini: ſic etiam Lyranus, Vatablus, Iſi- Haymon ibid.
dorus Clarius, & Adamus. Quamuis B. Hieronymus, Haymon, Tho- S. Thom.
mas, & Forerius cum interlinear. gloſſa non auum Oziam ſed Achaz ibid.
Ezechiæ parentem colubrum intellexerint. Quod ideo ſic interpre- Forer. ib.
tantur, quòd Iſaias prædicarit: *In diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, & E-* Gloſſa interlin.
zechiæ. At Chaldaica Ionathæ lectio Chriſtum nominat expreſſis ſer- Iſai. 1. 1.
pentem verbis. *De filijs filiorum Ieſſe egredietur Chriſtus: & erunt ope-* Chald in
ra eius in vobis quaſi ſerpens volans. Quam lectionem latiùs ſequitur, Iſa. 14. 29

Ozias coluber vaſtator Philiſthinorum.

Ezechias lethalis regulus deſtruẽs Philiſthinos Achaz ſerpens.

Chriſtus appellatus baſiliſcus.

Digitized by Google

Arias Mõtan. codẽ loco. explicatque Montanus Arias. Chriſtus enim inſtar baſiliſci, mortificando viuificat, ait egregius hic Doctor.

Profundam magis arbitror originem, qua Chriſtus eſt ſerpens: ſolumque vtor doctorum horum auctoritate, ad oſtendendum non ſolo à me vocari ſerpentem Dei filium, etiam quantum ad lethale ſerpentis aconitum. Eſt ergo myſterij huius hæc, quæ impensè perpendatur origo. Venenum, ſi ex propria notetur natura, ac conditione, tum noxium, tum vtile eſſe poteſt; ac conſequenter, & bonum, & malum. Proprio etenim ſubiecto, illi nempe animali, cuius venenum eſt proprium, minimè malum eſt, minimè noxium; ſed neceſſarium potius ac vitale, non ſecus ac neceſſarij ſunt animanti cuique humores quatuor, at ſubiecto extraneo, ſeu alieno lethale quidem; vt infuſum homini aſpidis virus, rabidiſſimæ eſt neci. Inflat namque hominem, diſtendens illum vltra propriam ſuæ natiuitatis menſuram. Diuinum ergo Dei eſſe, præcelſaque eius gloria, ac gloriatio propria eſt ipſius Dei, non minùs, quàm eſt animantium proprius ſanguis, proprium virus aſpidis, ac viperæ: imo multò magis. Nam ſine ſanguine poteſt Dei poteſtate conſeruari animal ſerpens, ſine veneno: Deus nequaquam ſine gloria, ſuaque Deitate, quæ gloria ipſa eſt, & gloriatio. Sed quid, ſi iſtud Dei eſſe, ſi gloriam hanc, hanc gloriationem, pura ſibi applicare præſumat creatura? Nonne lethalis gloriatio, lethalis erit ei talis applicationis præſumptio? Quiſnam eſt viperei effectus veneni?

Venenum ad aliqua noxium, ad alia neceſſarium.

Superbia quomodo tumeſcant quicunque inflati sũt.

Nonne inflare hominem; ita vt, cùm naturalis ſtatura eius maiorẽ nequeat capere extenſionẽ, præ nimio tumore moriatur? Quis igitur tumor tantopere inflare poteſt hominem, ſicut tumor ille, quo intumeſcet, ſi diuinam Dei naturam in ſe ipſum attentet intrudere, intrudere & gloriam, gloriationem, celſitudinem? Si ergò diuinum hoc eſſe, diuina & gloriatio ita inflant hominem, vt præ tumore pereat: venenum quidem eſt: ſed puro homini, aut Angelo venenum execrabile: Deo minimè malum, ſed bonum prorſus, & vitale. Quid, rogo eſt, quòd pompoſa gloriatio, qua tu inſtar Dei magnus eſſe cupis; magnumve te iactas, lethalis ſit, & execranda: Deo ſit ipſa beatitudo? Vtique, quoniam Deo propria gloria eſt natura ſua, ſicut proprium ſerpenti virus: tibi non propria, nec vlla competens ratione. Primum faſſus eſt illuſtriſſimus ille Rex, atque rectiſſimus Dauid, in medio vniuerſæ multitudinis canens; *Tua eſt, Domine, magnificentia, & potentia, & gloria.* Secundum planè probat Apoſtolus, dicens homini cuique, *Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis?* Gloriatio namque in his duntaxat habet locum, quæ propria ſunt ei, qui gloriatur, nec ab alio ei data, vel impenſa: cùm gloria ſit perſonæ ſplendor, quo ab alijs ſuſpicitur, euehitur, laudatur iucunda quadam admiratione, ac reuerentia. Vnde quiſquis præter Deum rerum omnium auctorem, aut his, quibus fulget, gloriatur, aut diuina appetit fulgere virtute: is quidem fur eſt iniquus prorſus, atque mendax.

Superbi omnes fures ſunt.

1. Par. 29. 11.

1. Cor. 4. 7.

Nec minus fures Eua, & Adamus in appetendo transferre in ſe ipſos diuinum eſſe, gloriamque diuinam, quàm in rapiendo pomum ipſum, cuius eſu Deos ſe fieri ſperabant, iuxta ſerpentis ſuggeſtionem, qua dixit ad illos: *In quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum.* Gen. 3. 5.

Quo igitur titulo gloriari poſſent iſti re illa, quam rapina aggreſſi ſunt capere cum fructu ipſo, quem raptim decerpſerunt? Eſſe quidem participes diuinitatis poſſunt Adæ filij, ſed à Deo ipſo ſponte communicatæ, non ab ipſis vlla raptæ adinuentione. Enim verò illatum hominibus veneno ſeu tabe nocumentum, vel infertur morſu, quo vipera, aut aſpis mordet eos; vel hauſtu, quo ipſi virus bibunt ipſum.

Aliter iniectum homini virus nunquam perimit eum, tametſi nonnulla lædat vſtione. Nocet mortifera hominem tabe diuinum Dei eſſe, ſi admoueat homo ipſe, aperiatve os, ad hauriendum illud, ſeu mandendum: vt aperuit Eua ad edendum illud in ſcientiæ fructu, experiens protinus interitum. Morſus Dei ipſius nullum lædit, quoniam Dominus Deus neminem mordet infundens ei eſſe ſuum, vt illo turgeat, & infletur: tamen homines ipſi morſi eſſe poſſunt nemine mordente. Hiſpana phraſis eſt, homines morſu eſſe punctos amoris rei illius, quam vehementer amant, & appetunt, quamuis res ipſa minimè mordeat, neque pungat.

Sic dicunt Hiſpani, *Florian eſta picado de amor de Beliſa*: cùm minimè mordeat illum mulier: nec vllum ei locuta ſit verbum. *Pedro eſta picado del juego. Martin eſta picado de amor de ſer alcalde, ò regidor del pueblo. Eſtauan picados Adan, y Eua de amor de ſer Dioſes, no auiendolos picado Dios, infundiendo ſu ſer en ellos*: ſed momordit ſerpens, excitans ſuggeſtione appetitum. Attamen nouit Dominus Deus ſuum eſſe, ſuamque naturam hominibus ipſis ita communicare, vt diuinæ ſint conſortes naturæ mirifica arte præparatæ: eo modo, quo medicus præparat venenum admiſtis rebus ſalutiferis, vt ſit & ipſum ſalutiferum.

Sic efficitur glorioſus homo, manente in Deo gloria, tanquam in auctore, exornatore, donatore. Textus eſt planus apud Beati Petri epiſtolam: *Vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* Præparatio autem, qua homo, à Deo ſic euectus, tutus ab inflatione, eſſe accipit diuinum, vera humilitas eſt, qua & ſolius Dei agnoſcit proprium, & perſtat in ſe ipſo, nihil diuinitatis ſibi præſumens applicare præter id, quod Deus gratia ſua porrigere dignatur. 2. Pet. 1. 4.

Imitatio Christi præſtantiſsimũ hominum remedium.

Hauſit venenum homo primus, dum vetitum comedens fructum, infundere in ſe Deitatem affectauit, lethale ſic venenum deglutiuit: Quid remedij? O ſumma ſapientia! ſuprema ars! profunda prouidentia! immenſa bonitas! Contraria contrarijs curanda ſunt: ſuperbia humilitate: gloriæ appetitus contemptu

Digitized by Google

Chriſtus humilis, & glorioſus antidotũ ſanans homines ſuperbia tumeſcentes.

proprio, mundique contemptu. Fiat (ait Deus) contra virus antidotum. Quodnam? Si ſuperbiæ antidotum probatur humilitas, propriuſque contra inanem gloriam contemptus: proponatur hominibus homo profundiſſimæ humilitatis exemplum, deſpectuſque mundi, atque omnis penitus inanis gloriæ, humilis & obediens vſque ad infamem crucis mortem; quem imitati ſanentur à tabe. Appoſita ſunt B. Cæſarij Arelatenſis verba, quę in hoc dixit propoſitum: *Quod diabolus per ſuperbiam deiecit, Chriſtus per humilitatem erexit. Quia ad vulnus ſuperbiæ medicamentum humilitatis exhibuit. Si ergo volumus venenum ſuperbiæ effugere: antidotum humilitatis iugiter debemus haurire.* Congrua omnino medicina: ſed quis vtetur ea? Quis imitabitur deſpectum hominem, mundique contemptorem? Minime capitur cordibus humilitas: capit corda appetitus excellentiæ, ac celſitudinis; quis humilitati relinquitur locus? Quis ignominiam amplexabitur crucis? Quis cõfigi optabit crucifixo? O (iterum dico) ſumma ſapientia! ſumma bonitas! Audite antidoti artificium. Confecta contra virus medicamenta in cor tendere oportet percuſſi hominis, vt inde eijciant venenum. Aconiti enim malignitas ideo eſt mortifera, quòd tendat in cor, infeſtetque illud; quo læſo totus læditur homo. Qua ergo arte petet cor medicamentum, veneni vim ſuperaturum? Sanè, cùm nihil, niſi venenum, directè petat corda: ea vnica eſt peritia medicorum hac in parte, vt ſalubri medicamini infundant aliquid veneni, quod tendens in cor, ferat ſecum medelam præcedentis veneni expultricem. Hæc eſt diuinæ ſapientiæ ars. Minimè tendit in hominum corda humilitas crucis, cum tamen hanc in ea tendere, omnino oporteat, ad expellendum inanis virus gloriæ: remedium ergo tale adhibeatur, vt ex humilitate ſimul atque veneno conſiatur antidotum: ita nimirum, vt homo hic, qui ſummopere humilis, ſummeque deſpectus proponitur cunctis imitandus, compoſitus ſit ex humilitate, & celſitudine: natura humana, atque diuina. Sic diuinitatis gloria, atque maieſtas ſponte petet hominum corda, vtpote illa, quæ ad gloriam ſummè affecta ſunt, & ad honorem: ac conſequenter tendet cum gloria ipſa humilitas ſumma, & ignominia, quæ in homine hoc coniuncta eſt gloriæ, ac celſitudini. Sic videntes humillimũ hominem eum, qui Deus eſt, gloriaque ſuprema: erunt in eum toto affecti corde, capieturque ille cordibus eorum, ſicut capitur antidotum cordibus. Imo, quoniam diuinitas in partes nequit diuidi; non eſt infuſa homini huic diuinitatis pars, ſeu Deitatis, ſicut parum veneni antidoto admiſcetur: ſed Diuinitas tota, integer Deus, Dei filius ac verbum vnitum eſt humanitati in ſalubre hominum antidotum. Chriſtus eſt hic, in quo *habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Hic vnus eſt antidotum noſtrum, dum pendet humilis in cruce. Ideo *Nos gloriari oportet in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quem ſaluati, & liberati ſumus.* Quod ſi talis eſt Chriſtus: nonne iure optimo appellabitur ſerpens? Duo etenim ſunt ſerpentis propria: alterum toto per terram ſerpere corpore; venenum alterum, vt nouimus: quænam Chriſto duo propria magis? Serpſit ille per-

Cæſar. Arelatenſis homil. 18

Simile.

Antidotum rebus partim veneno contrarijs, partim veneno ipſo mirifice cõpactum.

Col. 2. 9.

Digitized by Google

per terram ſummè deſpectus: ſed conſtat præcelſo diuinitatis veneno, lethale hominibus illud furtim haurientibus; Deo ipſi ſumma beatitudine. Eſt tam humilis ſerpens Dei filius Chriſtus, vt vermis ſit, qui minimus eſt inter ſerpentes. Ipſemet profitetur; *Ego* (ait) *ſum* Pſal. 21: 7.
vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis: ſed habet ſibi proprium id, quod eſt furibus venenum; Chriſto ipſi vita, & beatitudo, eo quòd proprium ſibi ſit, nempe Dei eſſe, atque natura. Ideo ſubiungit Chriſtus ipſe in eodem verſu verba illa: *Apud te laus mea in Eccleſia magna.* Appoſita ſunt Apoſtoli verba inſtituto huic præcellentiſſimo. *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu:* Phil. 2 5.
qui, cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Illuſtriſſima verba ad oſtendendum diuinitatem Chriſti cum humanitate coniunctam, cumque humilitate celſitudinem, in noſtrum maxime propoſitum.

Chriſtus vermis.

Chriſti diuinitas luculentiſſimè commēdata.

Eſt enim plana Pauli confeſſio; quæ longè minùs plana eſt ijs, qui omiſſo contextu verba hæc ſola legunt. Commonet nos Apoſtolus, ne, quæ noſtra ſunt, poſtpoſita fratrum ſalute, quæritemus: ſed à Chriſto ſumamus exemplum, qui ſi, quæ ſua ſunt, quæſiuiſſet, ſummam oſtentaſſet Deitatē, quam eſſe ſuam minimè dubitabat; nec à ſe fieri Deitatis rapinam, ſi ſe Deo æqualem exhiberet, atque adeo Deū ipſum; cùm nemo, niſi Deus, æqualis Deo eſſe poſſit. *Nihil* (ait) *per* Philip. 2 3.
contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, & cætera.

Ille etenim nec ſuam quæſiuit gloriā, nec attendit ea, quæ ſua ſunt, in eum finem, vt oſtentans ea, ſibi ſoli conſuleret. Si enim id tantum attendiſſet, planè quidem ſciebat, ſuam eſſe Deitatem, & gloriam, non raptim ſibi applicitam, nec furtim; poſſetque ſine iniuria ſe tanquam verum gerere Deum, vt verè Deus eſt, æqualis Patri. Non igitur attendit ſolum hoc: ſed potiùs exinaniuit ſemetipſum, diuinam euacuans ſpeciem, oſtendenſque ſeruilem vſque ad mortem, qua deſpectiſſimus pependit in cruce. Auſcultate iam vos, quàm verè Chriſtum dixerim ſerpentem: qui cùm ſciuerit ſuum eſſe natura id, quod alijs venenum eſt, eſſe videlicet diuinum: repſit per terram humilis, vt vermis, qui ſerpens eſt paruulus. Quis duo hæc non agnoſcat in Chriſto? Imo Chriſtus ipſe eſt duo iſta. Eſt verus homo humilis adeo, vt ſeruili forma per terram repſerit, tanquam vermis abiectiſſimus. Eſt & verus Deus vera diuinitate, & gloriatione, quæ cum alijs quibuſuis eam ebibere tentantibus lethalis ſit, vrenſque venenum; eſt Chriſto ipſi ſaluberrima, eò quòd propria eius ſit, non raptim occupata, ſeu applicita. Quis ergo neget ſerpentem hunc ſalubre nobis medicamentum? Vides tu Chriſtum ſummè deſpectum, habitumque ludibrio, & præ ſeruili abiectione repentem, quomodo abiectio hæc, atque deſpectio introibit cor tuum, ad expellendam ſuperbiæ inflationem, ita vt te deſpici, ac contemni, toto ames corde? Id quidem contra omnem eſt cordis ipſius propenſionem, & affectum.

Digitized by Google

At, dum hominem hunc ita repentem, probroque habitum, verum eſſe Deum attente conſideras; protinus ſanè tendit ad cor abiectio hæc, atque deſpectio, illudque penetrat, & occupat, in tantum, vt intimus ſit affectus cordis, multa in ſæculo hoc humiliatione calcari, ac vilipendi. Ecce humilitas tendit in cor vnita veneno diuinitatis: quatenus appetitus conregnandi cum Chriſto capit immenſa humilitatem lætitia, ſciens, in fine curſus nunquam amplius rependum, nullam futuram abiectionem: ſed exaltationem, celſitudinem; gloriam, quæ propria eſt diuinitatis, cuius futuri ſunt conſortes, quotquot repentes ſuper terram humilitatis eius ſunt participes. Nonne diuinam medicamenti artem intelligitis? Nonne Chriſtum diuina ſerpentem arte profundiſſimo ſpiritu admiramini? Nonne affectatis iam, Chriſto ſimiles eſſe & abiectione, & celſitudine? Si veſtra in corda non tendit humilitas, mortua corda ſunt; quæ ſub humilitate latere gloriam non conſiderant. Si petit corda humiliatio: iam profectò admirabilem ſuſpicitis artem, qua ſapientiſſimus artifex ac medicus tale conficit antidotum, vt veſtra in corda tendat humilitas, ad ſanandum illa, expulſa inanis gloriæ ambitione mortifera.

Cæterum propoſita hæc inter ſerpentem & Chriſtum ſimilitudo, ſumma profectò diſſimilitudo eſt, atque diſtantia. Immiſſum enim à ſerpente virus mortiferum eſt; contrarium morti in antidoto poſitum: imo & ipſi veneno contrarium: ſic diuinum Dei eſſe, à ſerpente hominibus oblatum, vt ſibi ipſi aſſumerent illud, mortem intulit eis; vitam in Chriſto poſitum, ab eoque illis per participationem infuſum. Nec minor in eo oppoſitio, quod promiſſa ſerpens non impleuit: compleuit Chriſtus vſquequàque. Fuit pro-
Geneſ. 3. 5 miſſum ſerpentis: *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum.* O bellua callidiſſima! Numquid ſcit Deus bonum, & malum, eo, quo tu videris dicere intellectu, nempe experimento, ſeu praxi; quod Hiſpani dicimus, *Sabe de bien, y de mal*: id eſt tum calamitates perpeſſus, tum multis eſt fruitus bonis? Alienum à Deo, qui ſolum bonum in ſe nouit, cùm ſit ſumma ipſe beatitudo: malum nunquam ſciuit propria erga ſe ipſum experientia. Audite vos, quàm conſummatè impleat Dei filius promiſſum callidi ſerpentis. Factus Deus homo, experimento ſcit bonum, & malum in ſe ipſo.

Chriſtus Deus ſciens bonum, & malum.

Philip. 2. 7 Malum, quoniam *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Bonum, quoniam ſequitur, *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Vt ergo homines ſicut Deus ſint ſcientes bonum, & malum: oportet eos eſſe, ſicut eſt Deus incarnatus; non ſicut erat eo tempore, quo dixit ſerpens, Deum quidem ſcire bonum, &

Digitized by Google

Chriſti imitatores quonam modo ſint ſicut Dij ſcientes bonum, & malum.

malum, ſi Deum proprio ſcire malum experimento, intendit dicere. Dicit ergo nobis Dei filius; homines, vultiſne eſſe, ſicut Dij, ſcientes & bonum, & malum? Eſtote mei ſimiles, qui cùm Deus ſim pariter & homo, ſcio in me mala multa, non culpæ, ſed pœnæ vſque ad infamem crucis mortem; ſcio & in me ſupremam gloriam, iucundiſſimas delicias, omne bonum. Malum ſcitote priùs, ſicut *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea*, à præſepio vſque ad crucem, *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Poſtea ſcietis mecum bonum: imo propter trium malum dierum æternum bonum in cæleſtibus. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Quin etiam libentiſſimè addo, eo Deum fine permiſiſſe homines veneno infici ſerpentis; vt eximiam medicinæ efficaciam oſtentaret; Chriſtum videlicet, qui ipſum eſt medicamentum. *Plus addit medicina Chriſti* (ait Ambroſius) *ad ſalutem; quàm infirmitas detraxit ſanitati.* Percurrit Bæticam circa annum 1560. homo antidoti venditor; qui, vt ad emptionem concitaret populos, oſtendit arte hac publicum efficaciæ illius experimentum. Eminens in platea ſtruebat tabulatum, ſeu proſcenum, in quo ipſe à cunctis cerneretur: productiſque duobus vaſculis, alterius bibebat liquorem, qui mortiferum erat virus. Protinus incipiebat inflari, augebaturque tumor quoaduſque plenus aëre vter videretur, nec oculi eius apparerent. Cumque iam parum abforet, vt præ nimia inflatione creparet, potabat tunc quod in altero vrceo erat antidotum: quo hauſto, eadem ſerie detumeſcebat, qua intumuerat, donec ad proprium rediret ſtatum. Sic virtutem oſtendebat antidoti. O ſapientiſſime orbis gubernator! Quonam fine permiſiſti deceptum à ſerpente hominem fructum manducare venenatum, quo inflatus fuit nimis, donec oculi eius vix apparerent præ tumore? Finis vtique fuit diuini antidoti oſtentatio, filij ſcilicet tui, qui medela eſt prorſus ſalutifera. Intumuit profectò deceptus homo eſu fructus illius in tantum, vt ſicut Deus eſſe conaretur, ne apparerent iam oculi eius præ cæcitate, qua commiſſo cæcutiuit peccato; ſed deponit tumorem humilitate, humilitate Domini Ieſu Chriſti; quam diuino conſiderans coniunctam verbo, aperit oculos, propriam agnoſcens paruitatem. Sic reſipiſcit perditus homo. Sic diuinum antidotum probatur. Sic gloria Chriſti fulgentiſſima coruſcat; atque illuſtriſſima reſplendet humilitas.

Imitatores Chriſti quouſque ſint, ſicut Dij, ſcientes bonum, & malum.

Prouidentia Dei in permiſſione peccati oſtẽtatio virtutis Ieſu Chriſti.

Simile.

Pſal. 87. 16. — Match. 16. 24. — Match. 16. 27. — Ambroſ. in c. 11. ad Corint.

Quarta ſimilitudo, quæ inter ſerpentem verſatur, & Chriſtum in tremenda fuit maledictione. Serpenti enim mulieris primæ deceptori dixit Dominus Deus; *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* Chriſtus item fuit *Factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt; Maledictus omnis, qui pendet in ligno.*

Gen. 3. 14. — Gala. 3. 13.

Eſt tamen ſimilitudo hæc omnimoda vtriuſque diſtantia. Ser-

Digitized by Google

pens enim hominem tam virum, quàm fœminam ſuæ fecit maledictionis participem. Hac quippe Deus percuſſit tunc Euam Deut. 21. 23. maledictione; *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris. Adæ verò dixit; Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus co-* Gen. 3. 16. *medes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Sic ſerpens ille ſuæ nos fecit maledictionis conſortes: at Dominus *Chriſtus nos redemit de ma-* Gal. 3. 13. *ledicto legis, factus pro nobis maledictum, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.* Videtis iam quam diſſimilis ſit ſimilitudo.

Chriſtus factus pro nobis maledictum, redemit nos à maledictione.

Reſtat igitur ſolum pro concionis periodo tertium illud, quod à principio enucleandum propoſuimus, admiranda nimirum medicamenti illius applicatio, qua exaltatus in ligno æneus ille ſerpens ſanabat tabeſcentes ſolis eorum oculis perſpectus. Grande planè myſterium eſt. Pendens in cruce Dei filius tanto viget humilitatis exemplo, vt quiſquis adhuc elatione tumeſcit, is quidem aut non ſpectat illum, aut non attentus intuetur. Heu miſeros eos, qui non tota ſpectant attentione! Sancto hi Spiritu ſunt vacui. Qui enim Dei aguntur ſpiritu, nunquam non habent ante oculos eum, qui potiſſimum eſt exemplum noſtrum, Zachar. 12. 10. bonum vnicum. *Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum; & aſpicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum.* Quibus verbis manifeſtat Chriſtus ore Zachariæ, ſe pendentem in cruce ſpectandum eſſe à quibuſcunque ſancto afflatis Spiritu, tanquam vnicum antidotum diuinitate, & humiliatione compactum.

Chriſtus in cruce attentè perſpectus ſanat perſpicientes, mouens ad ſui imitationem.

Imitantur Chriſtum quotquot ſancto ſunt afflati ſpiritu.

Chriſti diuinitas manifeſtè prænuntiata.

Hæc quippe humanæ cum diuina naturæ vnio vna in perſona, quæ & verus eſt Deus, & homo verus, verbis his luculenter aperitur, nulla tergiuerſatione obnubilanda. qui enim iſta profert verba Deus ipſe eſt, eſtque Chriſtus ipſe, qui ante aſſumptam carnem prænuntiauit, poſt aſſumptam ſe carnem configendum. Eſt (inquam) Deus, qui verba hæc loquitur, vt toto liquet ex contextu, relatis præſertim ex verbis; *Effundam ſuper domum Dauid ſpiritum meum, & ſuper Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum.* Nemo liquidem alius talem poteſt infundere aut ſpiritũ, aut gratiam. Quod item Deus, qui verba hæc protulit, vnitam ſibi carnem, ſeu certè vniendam ſit profeſſus, non minùs perſpicuè notum eſt verbo illo: *Aſpicient in me, quem confixerunt.* Non enim poſſet configi Deus, niſi paſſibili indutus carne. Imo eum, qui verba hæc pronuntiauit, eſſe Chriſtum Ieſum, expreſſius commendat textus catholica ſubſcriptus fide: cùm de affixo cruci Chriſto dixerit Ioannes; *Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleatur: Videbunt, in quem transfixerunt.* Sicque expoſue-

runt hunc Zachariæ vaticinium B. Hieronymus, Haymo, Albertus, Remigius, Vatablus, Dionyſius, Galatinus: imo & veteres Hebręi Meſſiæ interitum prædici cenſuerunt. Quin etiam tam præclarum eſt Chriſti diuinitatis teſtimonium, vt non modo oſtendat eum Deum: ſed diſſoluat etiam validiſſimam obiectionum, quæ Deitatem eius labefactare viderentur. Eſt enim ex obiectionibus fortiſſima illa, qua opponunt infideles, locutum ſæpe de Deo filium eius, tanquam de alio à ſe diſtincto. Sic dixit ſcriptore Luca: *Gaudium erit coram Angelis Dei*: & eodem etiam ſcriptore; *Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena*: aliaque ſæpe his ſimilia verba. Cadet funditus obiectio tum multis vbique Dei verbis, quibus loquens de ſeipſo, quaſi de alio loqui ſolet: tum præſenti locutione, qua dicens: *Aſpicient in me, quem confixerunt*, proſequitur nullo interiecto verbo, dicens; *Et plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum.* Ecce dicens Deus *me*, dicit eum ſe ipſum; quaſi alius ſit is, quem plangent: cùm nemo alius nominetur in textu, quem plangere poſſint, præter confixum, quem ſe ipſum eſſe, dicit Deus ipſe. Dictum fuerat in Geneſi; *Benedixit Deus Noe, & filijs eius, & dixit: ad imaginem quippe Dei factus eſt homo*: cùm dicere poſſet, ad imaginem meam. Similiter in Numeri libro: *An non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquor ei; & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Eſt & luculentiſſimus locus ille, in quo *Dixit Dominus ad Aaron: Ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrael: & tradidi donum Domino, vt ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius.* Perpendite dictum. Non ſolum dicit Dominus, *tradidi donum Domino*, ſed etiam ait, *vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi eius.* Quo verbo manifeſtiſſimè inſinuare videretur Dominum alium à ſe, ſi alius eſſet Dominus, qui abſolutè diceretur Dominus: nec eſſet frequens in ſcripturis huiuſmodi locutio. Dicitur ergo Chriſtus his Zachariæ verbis Deus, & homo: atque adeo ſalutiferum antidotum adſpicientibus eum ſummis in cruce affectum improperijs, ſumma humilitate patientem: eo quòd vel ſolus adſpectus, quo tanta videmus Dei filium humiliatum abiectione, efficax prorſus eſt ad conuertendam inflationem noſtram in profundiſſimam humilitatem, manſuetudinem, patientiam, ſummamque in contemptu hilaritatem. Et quidem quotquot verè humiles ſunt, ſuique verè contemptores: ex aſpectu hoc ſunt verè humiles, concurrente ſpiritu illo, de quo dixerat Deus; *effundam ſpiritum gratiæ, & precum, & aſpicient in me, quem confixerunt.* In me, quem peccatis ſuis crucifixerunt homines, humiles aſpicient homines illi, in quos ego ſpiritum effundam gratiæ, & precum.

Ioa 19 37 Hier. in c. 12 Zachariæ Haymo. ibi. Alber ibi. Remigius eod. loco. Vatablus ibi. Dion. in idem c. Galatinus lib 8. contra Iudæ. cap 17. Rabbini Zachar 8. Luc 15. 10 Luc. 17. 16 Gene 9. 1 Numer 12. 1. 6.

O Domine! quid nobis proderit, te cruci aſpicere confixum, niſi & tu aſpicias nos benigniſſimis oculis tuis, effundens gratiæ, ac precum ſpiritum? Si hunc vt infundas, in nos reſpicis; tunc quidem te vt imitemur, intuebimur ea, quam in nos ad imitandum te conferes, gratia; qua collata conferes & gloriam.

Digitized by Google

DE EADEM DOMINICA CRVCE.

SERMO III.

Ioã.3.14. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis.*

DVO concurrunt hodie in glorioſam Dominicæ crucis ſolennitatem: alterum certa crucis promiſſio, qua in redemptionem hominum ſe ſuſpendendum in patibulo promiſit Dei filius: alterum inuentio eiuſdem crucis; quę poſtquam ſuſtinuit ſuis Dominum brachijs, fuit ab æmulis abſcondita, deinde poſt annos multos à fidelibus inuenta, debitoque cultu celebrata. Primum horum eſt Euangelica lectio, quæ admirandum Chriſti cum pio Phariſæo Nicodemo narrat colloquium. Agens enim cum fideli hoc de futura hominum redemptione, dixit denique ad eum verba hæc, quę noſtrum ſunt thema; *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto*, in ſalutiferam medelam eorum hominum, qui ſerpentium languebant morſibus ignitorum; *ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Secundum autem, quod videlicet ad abſconſæ ſpectat crucis explorationem, Eccleſiaſtica commendatur hiſtoria. Primus, qui ex Imperatoribus Chriſti ſuſcepit fidem Magnus Conſtantinus, omnem, quam ſummam potuit, circa cultum eius adhibuit diligentiam. Compar in eo cultu Helena mater eius ſingularem in id ſollicitudinem applicuit, vt Dominicam exquireret crucem, in qua exaltatum gloriæ credebat Regem, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Et explorauit tandem pręclariſſima Imperatrix, celatore ad detegendam eam compulſo tum minis, tum muneribus, omnique extremę indaginis genere. in quo ſummam oſtendit pietatem. Benè quidem conueniunt promiſſa à Chriſto hominibus ſalus, in cruce ab ipſo Domino præſtanda, & feruens Reginæ inueſtigatio, quæ pro ſola poterat re fieri ſummè vtili, ſummè neceſſaria.

Baptiſmi cum cruce conuenientia.

Minus diſpicitur primo intuitu, quo nexu conueniant baptiſ-

Digitized by Google

mus, & Crux; quæ duo coniungit Dei filius in hodierno hoc, quod cum Nicodemo habuit colloquio. Dixit enim quàm primum, oportere, baptiſmate purificari omnes, quotquot cœleſtem ſunt in ciuitatem admittendi. *Niſi quis* (ait) *renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto; non poteſt introire in regnum Dei.* Deinde colloquio inſeruit crucem, dicens thematis verba: *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis*, in cruce videlicet ſuſpenſum. Nam ſerpens ille, cuius comparatione ſe exaltandum dixit, in ligno quidem euectus fuit, vt à cunctis perſpicuè cerneretur, eo quòd aſpectu eius ſanarentur quicunque ſerpentinis morſibus languebant. *Locutus eſt Dominus ad Moyſem; Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet.* Nomen ſignum, in Hebræo eſt *Palum*, vt quidam vertunt; & iuxta verſionem aliorum eſt, furca, quæ erat crux temporibus illis. Cum ergo dixerit Dei filius, eo ſe exaltandum modo, quo exaltatus fuit ſerpens, fueritque ſerpens exaltatus in ligno: manifeſtè prædixit, in ligno ſe euehendum fore, ſicut vere in cruce euectus eſt. Qua igitur compagine connexuit Chriſtus admirandum hunc ſermonem de cruce propoſito circa baptiſmum inſtituto? Congruus quidem prorſus eſt nexus. Cùm regenerari homines baptiſmate, eoque ſic ablutos admitti dixiſſet in cœleſtia: explicuit protinus originem, ex qua talem habet lotio iſta virtutem; quæ quidem origo paſſio eius eſt, cuius inſtrumentum fuit lignum illud, in quo patiens, erat moriturus. Tanta eſt patientis in cruce virtus Chriſti, vt quicunque legitimè baptizati, Dei filij efficiantur & hæredes, eo quòd virtus ſanguinis Chriſti baptiſmate illis applicetur plenitudine tanta, vt etiamſi paruuli ſint, aut rationis incapaces, ſolo baptiſmate ſalui fiant, veréque beati videntes clarè *Deum*, cuius in viſione eſſentiali conſiſtit beatitudo, quæ omnino plena eſt: nec ad ſalutem hanc egeant incapaces propria ipſorum cruce, quam, ad obſeruanda poſt baptiſmum præcepta, portandam dicemus à quibuſuis rationis vſu pollentibus, qui æterna ſunt vita fruituri.

Crucis Chriſti, & baptiſmi nexus.

Ioan. 3. 5.

Serpens æneus in palo exaltatus fuit à Moyſe.

Nu. 21 8.

Hebræa.

Paſsio Chriſti fons ſanguinis, ex quo oriuntur ſacramenta.

Simile.

Paruuli, & incapaces ſolo baptiſmate ſalui ſunt, & beati.

Beatitudo eſſentialis in Dei viſione conſiſtit.

Arctior adhuc eſt crucis nexus cum baptiſmo. Quicunque milites ſub alicuius ducis ducatu volunt militare; ſimul profitentur nomina ſua, in libro Ducis conſcribenda, & vexillo eius ſe ſubmittunt. Imo idem eſt, nomina, vt ſcribantur, profiteri, & profiteri ſe illius militem vexilli. Id igitur ipſum oportet facere eos, qui ad diuini ducis noſtri accedunt ductum: & ſub vexillo eius militare, & nomina ſua in libro eius ſcribenda profiteri: ac conſequenter ſimul de cruce agi, & de baptiſmate. In baptiſmali quippe ablutione profitetur quiſque nomen ſuum, quod eſt Chriſtiani nomen; quo palam profitetur, ſub Chriſti ſe vexillo militare: vexillum autem lignum eſt crucis. Enim verò relatum illud nomen quo vtitur textus, dum ait, dixiſſe Deum Moyſi; *Pone eum pro ſigno*, propriè ſignificat vexillum. Atque ita Hebrǽum ipſum nomen eſt vexillum militare. Ideo in præſenti feſto canit Eccleſia; *Vexilla Regis prodeunt: fulget crucis myſterium.*

Digitized by Google

quapropter, quum Chriſtianum nomen in baptiſmo profitemur, matrem Chriſti vocamus in matrinam: & quum ſub Chriſti vexillo militamus, degimus ſub Mariæ patrocinio. Quod cùm ad bona omnia nobis præſto ſit; eſt præſertim præſto, ad impetrandam nobis à Deo gratiam; quam vt ab eo petat, inuocabimus diuinam hanc patronam noſtram verbis illis, quibus Angelus eam ſalutauit.

Aue Maria

Crux minimè ab vno aliquo euitabilis.

In præclara ſalutiferæ crucis inuentione illud concioni appoſitum arbitror argumentum, quod ineuitabilem crucis inuentionem commendat aut paſſiuam, aut actiuam; ita vt vel nos quæſitam crucem inueniamus, vel ſi à quærenda cruce deſiſtimus, quærat nos crux ipſa, & abſque vllo inueniat dubio: ac conſequenter oportere prudentem nos facere electionem, vtram ſcilicet viam præferamus, crucemne ſponte quærere, & amplecti, an à cruce quæri, & inueniri. Erit certa propoſiti reſolutio, quæri à nobis crucem omnino cunctis expedire, eo quòd inuentæ crucis magnus ſit fructus, leuius onus: pondus cum minore fructu grauiſſimum, ſi fugientes crucem, ab ea inueniamur.

Crux vel inuenitur à nobis, vel nos inuenit.

Hominis normam, ac figuram propriè crucis figuræ ac normæ eſſe conformem, proprijs omnes oculis videmus, dum extenſis videmus hominem brachijs, adeo vt facta ſit crux ad hominis formam, & menſuram, vt ei, ſi delinquit, configatur. Delinquimus omnes; imo *In multis offendimus omnes*: quis ergo effugiet crucem? *Occupatio magna creata eſt hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ.* Facit Cypriani reſolutio. *Huius ſententiæ vinculo colligati omnes, & conſtricti ſumus, donec expuncta morte, de iſto ſæculo recedamus. In triſtitia, & gemitu ſimus neceſſe eſt omnibus diebus vitæ noſtræ; edamus panem neceſſe eſt cum ſudore.* De huiuſmodi cruce ait B. Auguſtinus. *Alia eſt enim crux, quam tu inuenis, alia, quæ te inuenit.* Vtramque autem effugere nequaquam potes.

Iacob. 3. 2.
Eccl. 40 1
Cypria. li. de bono patientiæ.
Auguſt. in Pſal. 45.

Addo, impoſitam hominibus legem, tam naturalem, quàm poſitiuam, tam diuinam, quàm humanam, crucem eſſe humeris portandam. *Crux* Domini (ait Auguſtin.) *non tantum illa dicitur, quæ paſſionis tempore ligni affixione conſtruitur; ſed illa, quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur.* Nomen Hebræum, *Sol*, quod latinè eſt iugum, ſæpe ponitur pro lege. Atque ita veteres Rabbini legem Moyſi appellabant iugum cæli, vt conſtat ex verbis *Sanhedrim.* Fuiſſeque legem illam iugum graue, dixit expreſſis Petrus verbis illis; *Quid tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* At iugum illud quantum ad moleſtas cæremonias non proprio Dei (vt ita dicam) motu fuit impoſitum illis; ſed ob ſpecialem occaſionem datam ab eis; nimiam videlicet ad gentiles idololatriæ cæremonias propenſionem; à quibus vt cohiberet illos, iniunxit eis cæremonias alias in veri venerationem creatoris. Conſtat ex eiuſdem Domini verbis prolatis ore Ieremie; *Non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti*

Crux eſt obſequium obſeruantiæ cuiuſque legis

Lex diuina, & humana iugum eſt crucis.

Iugum cæli dicitur lex Dei.

Hebræa.
Actor. 15. 10.
Ier. 7 22.

de

Legis veteris præcepta 583.

de verbo holocauſtomatum, & victimarum. Erant numero plurima præcepta illa: ex quibus, vt collegit Rabbi Moſes æquabant affirmatiua numerum humanorum membrorum, quæ octodecim ſunt ſupra ducenta: negatiua trecenta ſexaginta quinque iuxta numerum dierum anni: omnia. 583. Nec ideo importabile iugum, quamuis graue valde, atque difficile.

3. Doctoris dubi. cap. 6.

Lex naturalis & diuina non excedit hominum vires diuino confortatas auxilio.

At naturalis lex nequaquam poteſt nimis eſſe oneroſa, cum ſit ad ipſius naturæ menſuram: nec graue nimis iugum diuina lex, nec lex canonica. Ideo crux ad menſuram hominis eſt facta. *Deus* (ait Auguſt.) *non iubet impoſſibilia: ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis.* At quãuis non excedens iugum ſit, eſt tamen iugum. Expreſſus eſt Eccleſiaſtici textus; *Collum veſtrum ſubijcite iugo; & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam.* Certè vel primum ipſum, quod ſuauiſſimum eſt Dei præceptum, iugum eſt homini.

Augu de natura, & gra ca 43. Eccl. 51. 34.

Amare Deum dulce eſt, ac ſuaue: at amare illum ſuper omnia, & inter reliqua ſuper te ipſum, ita vt vitam priùs tuam, quàm Dei deſeras honorem: non omni ex parte vacat grauedine: nedum patienter ferre contumelias, cæteraſque hominum iniurias: agere Deo gratias in ærumnis, in inedia, in laboribus, in morbis; carnem à concupitis violenter compeſcere; eam cunctis præceptis ſubiugare. Ideo cùm Hol, quod eſt Hebraicè iugum, ſit etiam lex apud Hebræos, ille, qui abſque lege viuit, vocatur Belial, à Bel, & Hol, ideſt, abſque iugo, ac conſequenter abſque lege. Sic in ſcripturis frequentiſſimè quiſquis legem effrænatè tranſgreditur, vocatur Belial, Deuteronomio, libro Iudicum, 1. & 2. Regum, Nahum, & 2. epiſtola ad Corinthios. Nam quanquam nomen hoc ſumatur pro Diabolo, fereque ſemper deſignet eum, vt docuerunt Origenes, Epiphanius, Hieronymus, Gregorius Nazianzenus,

Deute 13. 13. Iudicũ 19 2.1. Reg 1.16. 2 20. 17. li.2 20 1. Nahum. 1 15 2. Cor. 6.15. Epip. li. de vitis propheta. Hiero in Nah. c. 1. & in Iſai. 27 Nazi. in carminibus.

Belial ſignificat eum, qui excutit à ſe iugum & legem.

Chryſoſtomus, Theophilactus, Theodoretus, Ambroſius, & Sedulius: ea tamen ratione ponitur pro Diabolo, quòd ſit primus, qui legis iugum à ſua excuſſerit ceruice, ſitque typus exlegum cunctorum. Vnde fit, vt quoties impij homines dicuntur filij Belial in ſacris litteris: ideo tales dicantur, quòd idem ſit dicere, Filios Belial, ac dicere filios iniquitatis, homines exleges, & impios. Vis enim Hebræi nominis, & Græci in tranſlatione ſeptuaginta tranſgreſſores ſignificat legis: Chaldaica in paraphraſi filios iniquitatis, qui iugum legis excutiunt à ceruicibus. Itaque qui abſque lege viuit, vocatur abſque iugo, iugum tollens, qui portat humeris legem: & id quidem, quoniam lex iugum eſt, vt conſtituimus. Eſt autem crux proprium hominum iugum, non ligneum tantum, ſed iugum etiam ærumnarum, abnegationis, & anguſtiæ. Sic intelligit Chryſoſtomus illa Domini verba: *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam:* Ait enim expendens verba hæc: *Quid vult ſibi hoc verbum? An vt lignum vnuſquiſque noſtrum ferat? Certè non. Hoc autem dicit, vt intelligas crucem non* tantum *ligni eſſe patibulum, ſed vitæ, virtutiſque propoſitum.* Igitur cruces duæ ſunt: alia ærumnarum, & hæc vniuerſos inuenit homines: alia obſequium legis: & hæc non ſemper inuenit omnes: ſed debet à cunctis quæri, & inue-

Chry ho. 13. in 2 ad Cor The. in cap 6. 2 ad Corin. Theo. ibi. Ambr ib. Sedul ibi. Hebræa in Deuter. 13 13 Sep. ibi. Kaldæus. ibi. Chry. ho. 1. de adoratione crucis to. 1. in fine.

Digitized by Google

uiri. Labores, morbi, calamitates crux vtique ſunt, cui clauis eſt confixus homo, violentiæ videlicet clauis, cùm nemini ſit integrum, ſeu cùm in nullius hominis poteſtate ſit diuellere ſe ab huiuſmodi cruce, quantumcunque aufugere nitatur; lex autem eſt crux, cui nemo à Deo violenter configitur; eo quòd nulli rationalis hominis arbitrio cogatur à Domino libertas. *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui: ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te:* ſed imponitur humeris crux hæc quoniam *Adiecit mandata, & præcepta ſua*: quod iugum poteſt quidem homo, ſed illicitè, ab humeris excutere, à lege Dei deficiendo: poteſt etiam ſponte amplecti, & ſeipſum ſponte cruci configere, legem ipſam, vt debet, ad amuſſim ſeruando. Vtrumque patiendi crucem modum deſcripſit luculenter os illud aureum aureis ſimiliter verbis. Primum in ſermone ad populum, dicens, *Multæ ſunt & planè diuerſæ crucis cauſæ, & omnino nullus inueniri poteſt, à triſtitia, & mærore liber. Omnes enim, cuiuſcunque ſortis ſint, varias crucis cauſas habent: hic quidem ab vxore, hic à filio, alter à ſeruo, alter ab amico, alter ab inimico, ex vicino quidam, quidam ex fortunarum iactura.* Secundum dixit in homilia de Lazaro; *Si paupertas non eſt moleſta; cupiditas tamen moleſta eſt. Quod ſi morbus non infeſtat, at inflammat ira: ne is quidem mediocris labor, vincere iram. Et, ſi afflictiones non irruperint, tamen malæ cogitationes indeſinenter inſurgunt. Non eſt autem vulgaris negotij refrænare cupiditatem, cohibere ſitum inanis gloriæ, coercere faſtum, à delicijs temperare, in aſpera diſciplina degere.* Hic ergo ſecundus portandæ crucis modus, cùm liber ſit, non ſemper omnes inuenit; ſed debet ſemper ab omnibus quæri, & inueniri.

Crux iugum eſt, tũ ærumnarum, tum portandæ legis.

Eccl 15. 14.

Libertas humani arbitrij ad legis tum obſeruantiã, tum violationem.

Chry ho. 6. ad populum.

Chry. ho. de Lazar.

Iuxta hanc vtriuſque crucis differentiam crucem illam quærendam prædicamus, quæ noſtræ eſt poteſtatis; integram dico legis obſeruantiam: crucem aliam, quæ ærumnarum eſt onus, non dicimus quærendam ex præcepto, ſed patienter, quum imponit Dominus, ferendam. Non enim hortamur, vt morbos, aut plagas quæritetis, vllamue iacturam fortunarum, dedecus, carceres, infamiam, cæteraque id genus infortunia, quæ vt homines quærant, nullum eſt præceptum, nec conſilium: ſed, vt quodlibet horum, aut certè omnia ſimul, quum Deus dat, æquo, ac ſummiſſo animo non ęgro, aut impatienti ſufferatis. Loquens de illis beati Iobi verbis, *Sicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum*, dixit Tertullianus: *Quem non abacti greges non vllæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruinæ impetu adempti, non ipſius denique corporis in vulnere cruciatus à patientia excluſit, quem Diabolus totis viribus fruſtra cecîdit. Neque enim à reſpectu Dei tot doloribus euocatus ille eſt: ſed conſtitit nobis in exemplum, & teſtimonium tam ſpiritu, quàm carne patientiæ perpetrandæ.* At crucem illam, quam obſeruantiam dixi mandatorum, non ſolùm dico patienter admittendam, ſed animo etiam quærendam libentiſſimo. Cùm enim obſeruantia hæc ad æternam ſit ſalutem requiſita; conſequens

Crux patienter ferenda.

Patientia in aduerſis neceſſaria.

Tertullia. lib patientia.

Lex Dei hilari, ac libenti animo obſeruanda.

Digitized by Google

eſt, vt illa appetentiarum, carniſque cohibitio, quæ ad talem eſt obſeruantiam neceſſaria, ſimiliter ſit æternam neceſſaria ad beatitudinem. Quin etiam diuinorum executio conſiliorum crux vtique eſt vtilis valde ad perfectiorem legis obſeruantiam, altiuſque meritum, & præmium. Eſt etenim crux humiliatio, tam quæ ex præcepto eſt, illa nimirum, quæ excludit ſuperbiam, ambitionem, iactantiam, contemptum, ac deſpectum proximorum, quàm illa, qua ſe ſubijcit homo, ſe ve contemptibilem, aut infimum exhibet vltra id, quod debet ex præcepto. Similiter carnis mortificatio crux vera eſt, tam in cohibitione illicitæ libidinis, eiuſque prohibiti, quàm in ieiunio voluntario, mundaque abſtinentia à licitis amplexibus. In tantum vt dixerit Ambroſius: *Non ideo laudabilis virginitas, quia & in martyribus reperitur: ſed quia ipſa martyres faciat.* Ambr li. 1. de Virginibus.

Pari ratione eſt crux abſtinere à ſumenda proprij ſatisfactione honoris, ſiue aduerſa præcepto, qualis eſt vindicta proprijs ſumpta viribus, ſeu propria auctoritate, aut certè iudiciali aduerſa charitati; ſiue conſilium omittente, vt ſolet omitti conſilium in nonnullis querelis iudicialibus nulli repugnantibus præcepto; quanquam raræ ſunt immunes à peccato. Manet ergo conſtanter conſtitutum, ærumnarum crucem patienter eſſe tolerandam; quærendam crucem illam, quæ eſt mortificatio obſeruandę legi neceſſaria: quærendam item ex conſilio eandem crucem, quatenus eſt propria abnegatio in Dei conſilijs adimplendis.

Videat iam quiſque ex auditoribus, vtra eum oporteat: crux ne, an fuga à cruce. Videat, conſideret, perpendat, quot inter fugam ſint, & crucis amplexum differentiæ: vt inde agnoſcat, vtrum expediat eligere. Differentiæ quidem iſtæ ſunt. Prima in crucis fuga eſt iugum crucis, quod baiulat homo velit, nolit; atque adeo eſt mœror, tabes, tormentum: in crucis amplexu admiſſum eſt labori leuamen, ſolatium afflictioni.

Differentia ſecunda, in reijcienda cruce vilis eſt ſeruitus; nobilitas in ſpontaneo crucis amplexu. Quoniam quiſquis impoſitæ ſibi cruci reſiſtit, eam portat inuitus, tanquam vile coactumque mancipium; tanquam ingenuus vir & nobiliſſimus, qui libenti eam affert animo. Tertia, quiſquis ſe eximit à cruce, hic à Chriſto ſe præbet alienum; conformem Chriſto quiſquis libens ſuffert impoſitam crucem, quærit item quam diximus quęrendam. Quarta, nullum impatientis hominis meritum, nec præmium; meritum grande, eximium pręmium hominis patienter portantis impoſitam crucem; quęrentis crucem proprię abnegationis ſeruandis præceptis requiſitę, ſumptæque in conſilijs obſequendis. Quas vtrorumque hominum differentias quum afflante Deo expenderimus: abſolutam cenſebimus concionem.

Quantum ad priorem differentiam experimendum eſt, omnes homines ſuis cruciari calamitatibus, quantumcunque eas reſpue-

Digitized by Google

re nitantur;nec eſſe remedium impatientiam, vllumve ad reijciendas eas conatum:ſed crucis potius additionem,eo quòd impatientia ipſa, clauſaque ad fugiendum via, quum niteris fugere, grauiſſima moleſtia ſit. Illam item crucem,quæ obſequium eſt legis, portat maiori ex parte quiuis homo, etiam ſi ægro ad portandum ſit animo: atque ita ipſa ſine euaſione euadendi voluntas iugum addit horribilius. Tametſi enim obſeruandæ legis iugum portare nemo cogitur à Deo: adſtringitur tamen tum humanis legibus coactiua vi, eiuſque executoribus,tum timore,ac pudore,fama,infamia,gloria, & ignominia; cæteriſque id genus circunſtantijs. His omnibus adſtringitur homo reprimere appetitum peierandi,blaſphemandi, occidendi, adulterandi, rapiendi,furandi,falſum imponendi; imo & relinquendi ſacramenta, vſurpandi decimas, intendendi rebus, quibus feſtorum cuſtodia violatur. Quam ergo crucis huius partem poteſt homo repellere impunè, ſecurè, ac ſine infamia? Fortè cohibitionem libidinis atque oble-ctamenti in murmurando,in iuramentis,in ludis,in vltionibus, in comeſſationibus, & iocis. Fateor;hanc crucis partem poſſunt multi à ſe excutere,multi vix poſſunt. Viri enim illuſtres,magnæque æſtimationis apud populos ipſa adſtringuntur æſtimatione,ipſo honore, ac pudore compelluntur, ab his ſe continere,etiam ſi ad ea ſint ita propenſi, vt ob ſolam ſe abſtineant verecundiam, non voluntate legis obſeruandæ, non Dei vera dilectione. Iſti itaque non quoties vellent, ſed quandoque,quum ſcilicet clanculum poſſunt obſeruantiæ excutiunt iugum: rarius excutiunt publicè,ſaltem quum grauius eſt in peccando ſupplicium.Cruci igitur graui confixi premuntur omnes hi clauis iſtis pudoris, metus, & infamiæ; ſolamque excutiunt paruam ab humeris particulam crucis,cùm totam penitus nitantur excutere. Quid igitur eſt in repellenda cruce vtilitatis, leuaminis, guſtus, aut quietis? Imo grauius eſt onus, nullo leuamine temperatum: multa temperatum dulcedine onus crucis patienter latæ: diligenter, quum expedit, quæſitę. Solus conſcientię morſus, qui poſt excuſſam crucem rodit pręcordia, grauior quidem crux eſt, quàm mortificatio in ſeruandis præceptis aſſumpta, patienter lata, propter immaſſas à Deo ærumnas patienter tolerandas. Sic tęſtatur Eliphaz: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius. Quum ſe moueret ad quærendum panem, nouit, quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio: & anguſtia vallabit eum.* quid,quòd & Tragicus hoc conſcientiæ tormentum minimè ignorauerit? Breui dixit verſiculo.

Conſcientiæ morſus afflictio multò grauior mortificatione illa,quæ eſt in legis obſeruantia.

Iob.15.21.

Quid pœna præſens? conſcia mentis pauor. Si ſolum conſcientiæ prælum grauis eſt crux, facta ex pręuaricatione illius partis præceptorum, quam homo non ſeruat: quantò grauior erit, quæ ex tribus componitur lignis: altero aggrauantis conſcientię, altero cohibitionis appetitus circa illam mandatorum partem, in qua metu, aut pudore, illataue à iudicibus vi compellitur homo: tertio impatientiæ, qua in dolore, ac ærumna frendet, ac infremit.

Seneca Tragic.in Hippolit.

Legem Dei quiſquis à ſe excutere molitur, eo fine,vt moleſtiam effugiat: grauiori oneratur moleſtia.

Tob 2.13. *Tobias, cùm ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, &*

Digitized by Google

mandata eius cuſtodierit, non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ſed immobilis in Dei timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ. Quonam leuamine incedit iumentum, quod ſarcinam à ſe vt excutiat, fremit, & recalcitrat, atque à via impatiens diuertit? Nullum vtique eſt aliud leuamen eius, præter tria hæc, quibus ductor eius vtitur mulio. Imprimis arrepto ex ipſis lignorum facibus aliquo præ omnibus terete percutit fortiter mulum, tum vt tendat quietus, tum ne à recta via deflectat. Deinde coarctat ſtrictiùs funem, quo illigatus eſt ſarcinæ, cingens magis mulum ipſum, magiſque vexans, & affligens. Duplicat inſuper ei onus, addens plura ligna, vt nimio fatigatus pondere nequeat ſaltare, neque furere. Quid faciat ſupremus hominum Rector, quum videt aliquem aut impoſito ſe vt ab onere expediat reluctantem, aut à legis via diuertentem? Nonne aget cum hoc tanquam cum bellua indomita, fera, furibunda? Videns à legis tramite paſſim diuertentem, renuentemque præceptorum portare cruces, pungit fortiter eum terete crucis ligno, tum conſcientiæ punctionibus, tum doloribus multis, ac ærumnis, vt tendat rectus per legis ſemitam rectiſſimæ. Conſtringit etiam fortiùs funiculos ipſos afflictionis, pœnæ, amaritudinis, fellis agoniæ. Adijcit necnon oneribus onera; nouas ſcilicet ærumnas, nouas calamitates, infortunia noua. *Numquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Arguet te malitia tua, & auerſio tua*, qua à legis tramite diuertis, *increpabit te. Scito, & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dicit Dominus Deus exercituum. A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, Non ſeruiam. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.* Onager es tu tendens quà fert te ventus appetitus tui, quem vt ſequaris, renuis ſeruire mihi, diuerticula quærere aſſuetus. Sed vide, quantum tibi fellis, quantum malorum conſciſcas, eo quòd, quum per rectam viam ducebam te tutam ad patriam, diuerteris peruicax à tramite, excuſſeriſque, aut excutere contenderis impoſitum tibi meis manibus iugum. Frænum rabidus mordens pertinaci propoſito dixiſti, non ſeruiam: tibi imputa mala, tibi duplicia onera, tibi flagella, quibus affligo te tanquam belluam indomitam, cùm verè indomita ſis bellua. E diuerſo, quiſquis patienter tolerat ærumnarum crucem, amplectiturque liberis crucem illam, qua adſtringit ſeipſum, appetituſque ſuos pro debita cuſtodia mandatorum, nobili conſiliorum obſeruantia: is quidem rationalem ſe exhibet, atque adeo tanquam rationalis tractatur à Domino. Imponit quidem Dominus grauem huiuſmodi hominibus crucem; ſed ingerit ſimul maius cruce ſolatium, illuminans rationales eorum mentes, ad cognoſcenda innumera crucis bona, ſarcinam modicam & breuem, ſi æterno præmio conferatur. Quid ſibi vult Salomon, dum dicit, *Doctrina viri per patientiam noſcitur*? Sane oſtendit patientia pollentem ratione hominem, ſicut indicat ferum impatientia. Vnde rectè infert B. Gregorius: *Tantò ergo quiſque minus oſtenditur doctus, quantò conuincitur minus*

Simile.

Iere.2.17

Crucem qui libenter portant, magnum ſentiunt oneris leuamen.

Pro.19.11

Gregor. hom.35.in Euangel.

Digitized by Google

patiens. Eſt expreſſa Dei verbis experientia, quam de ſe ipſo teſtatur Apoſtolus Corinthijs. *Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in eccleſijs Macedoniæ: quoniam in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit: & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.* Quantum (rogo) quietis, quantum gaudij eſt hominibus illis, qui pluribus ſcatent fortunæ bonis, diuitijs multis, multa ſupellectili? Quàm ſunt iſti à crucis onere immunes, ac exempti? Imo hominibus his tantum eſt oneris, quantum eſt auri. Video equidem tantam crucis cum auro, auri cum cruce conuentionem, vt vel crux incluſa ſit auro, vel aurum incluſum ſit cruce. Pro Hiſpanis hominibus ſermone vtar Hiſpanico; *O ha de eſtar la cruz engaſtada en oro, o el oro engaſtado en cruz.* Gerunt multi in pectore paruulam ex Dominicæ crucis ligno crucem auro circundatam ſplendente: alij intra pectus ipſum aurum circundatum cruce intolerabili. Homo ille, qui pro coaceruando auro multo, proque iam acquiſito conſeruando, nec quieſcit per diem, vrbem percurrens totam, imo vrbes multas, multa maria, nec dormit nocte augendi curis auri, nonne cruce inuolutum gerit aurum ſuum? Nonne grauiſſimam homo hic propter aurum baiulat crucem? Cruce ergo inuolutum portat aurum. Quæ igitur eſt in auro iucunditas? Quod leuamen? Quæ quies? Quænam eſt in delicijs, quæ in ludis ſuauitas? Quæ dulcedo? Quæ quies? Quæ ſecuritas? Numquid hæc omnia vacant cruce? Deſcendat in ſe ipſum, qui me audit, tentet pectus ſuum, quale ſentiat illud hac in parte. *Diſperierunt omnes inuoluti argento,* ait Deus ore Sophoniæ. Quoniam profectò, cùm argentum inuolutum ſit cruce, tantò hi grauiori cruce premuntur, quantò argenti vberius eſt pondus. Ideo B. Hieronymus, expendens verba hæc, conſequenter ait; *Qui ſibi in diuitijs confidebant; & tantas habebant opes, vt ſe quaſi inuolutos, & ſeptos ſuis diuitijs æſtimarent;* hi diſperierunt diuitijs ſuis. Qui verò libenter ferunt crucem, gratoque animo amplectuntur: hi quidem (fateor) crucem baiulant; ſed auro conſolationis incluſam. *In multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit.* Eſt arboris fructus nomine Vnedo, qui buccella prima, ſeu primo guſtu dulcis eſt, poſt primum eſum acerbiſſimus, vt Plinius ſcribit: ideoque vocatur Vnedo, quaſi vnum edo, non plures: eò quòd buccella ſecunda edi non poſſit. Talis eſt mundi, talis carnis voluptas; primo dulcis eſu, mox amaritudo lethalis ſentitur. *Nunquid currere queunt equi in petris, aut arari poteſt in bubulis, quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium?* Quum per petroſa currunt equi, alacres quidem currunt, nec ſentiunt pedes ſuos cruentari, poſtea grauiter ſentiunt, dolent valde. Idem, quum ſaxoſam aream arant bubuli. Nam illud, *in petris*, dicitur pro præcedentibus in aratione equis, & bobus ſubſequentibus; vt explicuerunt Iſidorus Clarius, & Vatablus. Quid ſentire poſſunt ſuauitatis, qui in mundi huius pratis alacres currunt, equis laſciuiores; arant libidine ſimiles bubulis; cùm plena ſit ſilicibus terra, plena

2.Cor.8 1

Diuitiæ vel habitæ vel quæſitæ, corda hominum nimis inquietant. Diuitiæ crux grauiſſima.

Auari ſuis pereunt diuitijs.

Sophon. 1 11

Hier. ibi.

Vnedo, fructus prima buccella iucundus: deinde acerbus, ſymbolum vitioſæ voluptatis. Deliciarum carnis ſymbolũ vnedo.

Pli. l. 15. c. 24.

Amos 6. 13.

Iſid. Clar. ibid.
Vatab. ib.

Digitized by Google

ſcandalis? Primo curſu ſentitur alacritate voluptas, mox ſe cruentatum ſentit miſer homo: eis ipſis delicijs cruentatum. Heliodorum, quòd à legis via videret deflectentem, fuſtibus verberauit Deus tanquam belluam: eo ſcilicet, quòd templum eius expoliaturum ingredi videret. *Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu, qui circunſteterunt eum; & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes.* 2. Macha. 3.

Heliodori punitio propter audaciam, qua templum expoliaturus introiuit.

Senſit item Heliodorus ipſe confractos, ſicut bellua, pedes ſuos ſtatim poſt curſum illum, quo ad capiendos theſauros properauit. *Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit.* 2. Macha. 3. 25.

Manaſſes Rex Iuda catenis vinctus, eiſque ductus Babylonem.

Manaſſes Rex Ieruſalem excuſſit iugum legis Domini à ceruicibus ſuis: nunquid manſit expeditior, & alacrior? Imo illigauit ei Deus ſtrictioribus ſarcinam funibus. Ferreis vtique ligauit eum catenis: compedibus ferreis. *Ceperuntque Manaſſem, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt eum in Babylonem. Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum, & egit pœnitentiam valde.* 2. Paral. 33. 11.

Ioakim Rex Iſrael peſſimus fortiter punitus.

Tanta vi repulit à ſe eamdem Dei legem Ioakim eiuſdem populi Rex, vt ipſum verborum Domini diſciderit librum væcors, furens. *Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem.* An ne manſit homo iſte exoneratus? Ierem 36. 23. Adiecit potiùs duplicatum ei Dominus onus. *Propterea hæc dicit Dominus contra Ioakim Regem Iuda, non erit ex eo, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.* Ierem. 36. 30. Sic aggrauauit Dominus ſarcinam. Ecce in tribus Principibus excutientibus onus tria mala, quæ dixi. Deflectentem à via Heliodorum reduxit, tanquam belluam, verberibus Dominus: Manaſſem illigauit ſtrictius cum ſarcina, duplicauit Ioakino ſarcinæ pondus.

Crucem à ſe excutientibus dedecus eſt, & ignominia.

Crux honor eſt, & nobilis gloria ſpontaneis portitoribus

Venio ad illam reſpuentium crucem, eamque amplectentium differentiam, quæ honor eſt, & ignominia: honor eorum, qui tanquam liberi ſponte portant crucem, eamque ipſi quærunt, & aſſumunt: dedecus eorum, qui, cùm portent vel metu, vel pudore, vel à ſatellitibus coacti, ſeruili quidem portant modo. Nulla dictum hoc probatione indiget alia, quàm ipſa libertate, & coactione: cùm notum ſit cunctis, totam inter mancipia, & nobiles diuerſitatem in hoc verſari, quòd hi liberè agunt, ac ſpontanei, coacti illi, ac renitentes. *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.* Rom 5. 3. Gloriari ſumma nobilitas eſt. *Nunquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus?* ait Dominus Deus: nunquid ſeruus eſt, vt ferat coactus, tanquam lignorum ſarcinam, crucem? Iere 2. 14

Superbia onus grauiſsimum.

Dicito, amice, quam crucem fugis? quam formidas? Ego humiliationem: propendet ergo in ſuperbiam crucis fuga. Heu te! O quàm grauius eſt ſuperbiæ onus onere humiliationis! Quàm amarus viuis, illum celſitudinis tenere cupiens gradũ, quem nequaquam vales adipiſci. Tu quam crucem reijcis, auditor?

Digitized by Google

Ego crucem paupertatis. Heu te! Tranſis miſer ad crucem auaritiæ: quæ noctu, diuque premit corpus tuum, premit cor, premit oſſa, totumque te conterit, ac diſijcit. Quid ais tu, qui inſeruis libidini? Quam crucem proijcere conaris? Dicis, amoueo à me crucem mortificationis, ad domandam carnem neceſſariæ. Væ tibi, miſer. Incidis in luxuriæ crucem, multò continentia grauiorem. Quot timoribus, quot periculis, quot zelotypiæ flãmis, quot gladiationibus, quot vulneribus, quot ægritudinibus, quot doloribus tam corporis premitur, quàm cordis, quiſquis libidini vt inſeruiat, crucem repudiat continentiæ? Vna continentiæ cruce à multis his crucibus eximeris. Vis igitur tu, ſuperbe, in ſuperbia honorem, non ſuperbię crucem: tu in auaritia aurum, auare; non crucem ipſam auaritiæ: tu immunde, vis non crucem luxuriæ, ſed luxuriæ voluptatem. Omnes ergo ſeruiliter portatis crucem: cum ægrè, gementes, reluctanteſque portetis eam. *Expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum: quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant ei humero vno.* Modum hunc ſeruitutis, quo poſt incarnati Dei reſurrectionem ſeruiunt homines ei, propriæ filiorum ſeruitutis modum paſſim legimus in biblijs: eſtque hoc notum diſcrimen inter veteris legis ſeruitutem, & nouæ obſequium legis, poſt Chriſti reſurrectionem introductæ. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore; ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater.* His ergo, qui poſt ſuam in carne natiuitatem, ac reſurrectionem nati ſumus, ſub eiuſq; viuimus vexillo, promiſit ante ſuam Deus reſurrectionem, & ortum, vt humero ei vno ſeruiremus. Quidnam eſt ſeruire humero vno, niſi nobiliſſimo ſeruire modo, qui præſentis proprius eſt temporis. Quiſquis crucem fert, vno eam fert humero: qui autem fert vtroque humero ligna, is quidem lignorum portat ſarcinam, tanquam vile coactione mancipium.

Humiliationem qui pertimeſcit, grauiſsimo affligitur onere.

Auaritia intolerabile onus.

Luxuria terribile onus.

Sopho. 3. 8

Nobilitas magna Chriſtianorũ, crucem Domini ſponte baiulantium.

Rom. 8. 15

Præclarior eſt differentia tertia inter eum, qui ſponte, & eum, qui inuitus portat crucem. Eſt nempe Chriſto conformis ille, qui crucem portat, & amplectitur; Chriſto aduerſus, qui crucem auerſatur. Certa noſtræ cum Chriſto conformitatis menſura eſt crux; quoniam conformitas hæc duo illa, quæ dixi, in ſe complectitur, gaudium in cruce cum honore: imo & illud, quod mox dicendum reſtat, certum præmium hominis, qui grato portat animo crucem, *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Quænam eſt menſura ætatis plenitudinis Chriſti? Vtique crux, in qua pependit. Illa etenim hora, qua Patri in cruce tradidit animam, completa fuit ætatis eius plenitudo. Ideo dixit tunc Dominus ipſe: *Conſummatum eſt; & inclinato capite tradidit ſpiritum.* Hac ergo menſura conformari nos Chriſto ait Paulus verbis illis: *Occurramus in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*: idque omnino ad ſalutem ait oportere. Notanda eſt valde menſura illa, qua cæleſtem vrbem menſus eſt Angelus. Erat enim aureus calamus, de quo ait textus: *Et menſus eſt murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli.*

Crux libenter lata præſtat nobis, quia conformat nos Chriſto, gaudium, & honorem.

Cruce conformamur Chriſto.

Eph. 4. 13.

Ioan. 19. 30.

Apoc. 21. 17.

geli. Quid ſibi vult menſura hominis, quæ eſt Angeli? Aliqui explicant, menſura hominis, quæ eſt artificis Angeli. Alij congruentius, eadem eſt menſura hominis, & Angeli, quantum ad præmium beatitudinis; eo quòd eadem vna menſura merita hominis perpendantur, & Angeli. Ego magni conſilij Angelum intelligo; Dominum ſcilicet Ieſum Chriſtum, qui crucem menſuram ſuam noſtram poſuit menſuram, vt ei cruce conformemur; tametſi immenſo ille nos excedat merito. Eſt crux aureus calamus: aurum grauitate; ſed aurum gloria, honore, atque diuitijs. Dei filius iucundatus eſt cruce, eamque pro magno amplexatus honore; cur tu, qui crucem menſuram ſcis, qua Dei filio conformeris, non pro magna crucem amplexaberis gloria, eaque mirum in modum lætaberis? Quid eſt, quòd matrem ille ſuam lignarij fabri eſſe voluit ſponſam? Vtique, vt in domo ipſe fabri lignarij nutriretur, & viueret eo fine, vt iugiter haberet ante oculos crucem. Quod quum conſidero, intima afficior teneritudine. Nihil enim ex lignis conficitur, in quo non ſit crux, aut cruces multæ: imo cruces ſunt totius fulcrum artificij. Voluit ergo clementiſſimus Dominus cruces ſemper ob oculos habere, eo quòd intimè oblectaretur, videns ſemper crucem, in qua redempturus erat multis homines doloribus. Cur non & nos delectabimur cruce, qua bonum ille noſtrum operatus eſt totum? Sanè quiſquis conſiderationi huic penſiculatiùs inſiſtit; non modò impoſitam ærumnis, non modo legis tolerat crucem; ſed ei etiam ſponte ſe configit clauis amoris, clauis firmitatis. *Chriſto confixus ſum cruci*, dicebat Paulus. Nec de ſe ſolo, ſed de quibuſuis, famulos Chriſti eſſe cupientibus dixit verba illa; *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs.* Summoperè profectò oportet, quum aſpicimus crucem, crucem eſſe Chriſti recordemur. Crux, ſi ſola aſpiciatur, abominabilis eſt atque vt ſumma execrabilis infamia: amabilis valde, ac valde optabilis, ſi cum ſuperpoſito aſpiciatur titulo illo: *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* Tria nomina, quorum quodlibet magnam cruci gloriam conciliat. Eſt titulus crucis Rex Iudæorum, eo quòd in cruce paſſus ſit Rex primariæ omnium nationis. Intras tu regiam domum, in qua multi ſunt variæ homines dignitatis: ex quibus videns quendam procerum corpore, forma elegantem, veſte collucentem, profunda honoras reuerentia: tranſis immotus minimè attendens hominem alium ſtatura puſillum, vultu deformi ac pallido, oculis toruum, geſtu amarum: quidnam dicunt circunſtantes? Rident profectò, tibique amicè dicunt, Domina, famulum honoras, herum deſpicis? Hunc, quoniam pinguem vides, ac lucidum, afficis reuerentia, cùm famulus ſit illius, quem nulla pertranſis attentione? Imo ille (ais) huius videtur famulus. Curua, curua heus (dicunt circunſtantes) genu ante illum, eumque venerare: titulum enim habet. Titulum habet? quemnam titulum? Titulum Comitis, titulum Marchionis. Heu me, ais: minimè ſciebam. Tunc rurſus tranſiens, debita cum reuerentia venераris. Carnis vitium, mundi apparatum, plauſum homi-

Chriſtus ſponſæ fabri lignarij filius eſſe voluit propter delectationem, qua crucis aſpectu afficiebatur.

Ioſephi fabri lignarij vxorem voluit Chriſtus matrē ſuam, vt perſpecta quotidie cruce oblectaretur.

Crux nunquam aſpicienda ſine titulo Chriſti cruci ſuperpoſito: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.

Simile.

Gal. 2. 19. Gal. 5. 24. Ioa. 19. 19

num, magni quidem æſtimas, deſpicis crucem: cum vitium videas ſpecioſum, ac lucidum, crucem fœdam, aſperam, infamem: ſed cum eleuans oculos, vides Regis titulum, nempe Rex Iudæorum: cadens coram illa, noſcis eam ſummo dignam honore, ſumma reuerentia: vitium conſequenter deſpicis, repellis, deteſtaris. Tam ſcitè quidem, quàm breuiter dixit Origenes: *Initium prædicationis Ieſu Chriſti ab ipſius cruce fit.* Similis erit tibi affectus, ſi extremum tituli nomen, Nazarenum videlicet, conſideres. Eſt enim Nazarenus Hebraicè floridus: atque adeo in cruce floridus Chriſtus. Quodnam lignum vitę deformius? quidnam pulchrius, iucundius, fructuoſius, quàm ſuperior vitis pars, pampini, botri, varij vuæ coloris? Lætificant mirum in modum oculos extenſi ſuper cancellatum lectulum palmites, atrium replentes totum, pendentibus per tranſennam botris ſpecioſiſſimis, cùm deformis ſit truncus. Nemo putet dolatam, politamve fuiſſe Domini crucem: parùm viteo trunco ſuauior, ſed in crucis capite omnia ſunt florida, floridus Chriſti floridi titulus, quo iucunda fit crux, placida, honorifica. Florida crux, atque fructifera, pluſquam vitis botrorum ferax plurimorum, cum amarus ſit truncus. *Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitia.* quantò magis, ſi primum tituli nomen adſpiciamus? Eſt nomen Ieſus primum tituli nomen, à quo incipit ſuperſcriptio, Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Nomen Ieſus Saluatoris eſt nomen: atque ita crucis titulus noſtræ eſt titulus ſalutis. Titulus, ſub quo militant quotquot Chriſti ſunt: *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs.* Cuiuſnam erunt illi, qui non crucifigunt carnem ſuam, non vitia, non libidinem? Non erunt Chriſti huiuſmodi homines: cùm eius cruci ſint auerſi. Deploranda infœlicitas. *Multi enim ambulant* (ait Apoſtolus) *quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.*

Vereor, ne ſint multi Dominicæ crucis inimici. Vereor, ne plurimi crucem Chriſti portare renuentes, miſerorum humeris imponant totam. Notanda hîc offert ſe cura illa, qua Chronographi ſacri Dominicæ crucis portationem narrauerunt omnes. Textus Ioannis eſt, Ieſus *Baiulans ſibi crucem exiuit*: Matthæus verò ait: *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.* Idem Marcus, & Lucas. Mirabile factum: multoque ſtudio recolendum. Nec eſt præcipua propoſiti huius conſideratio narrationis diuerſitas, qua à Chriſto ipſo Ioannes, reliqui à Simone Chriſti crucem dicunt baiulatam. Concordia quippe facilè liquet illo verbo, exeuntes, quo planè dicitur, ab vrbis porta ad Caluariæ locum portatam à Simone crucem, quàm ad portam vſque tuliſſe dixit Ioannes Chriſtum. Eſt Sanctorum Patrum expoſitio, Athanaſij, Euthymij, Theophilacti, Origen. Hieronym., Bedæ, & Auguſtini. Quod igitur ego in propoſitum admiror

Orig. lib. 1. contra Celſum.

Hebræa.

Hebr. 12. 11.

Phili. 3. 18.

Ioa 19. 17

Matth. 27. 32.

Ath. in ſer. de paſſione. & cruce Domini. Euthy. in Mat. 27. Theophi. ibi. Hier. ibid. Beda ibi. Orig. tract. 35. in Mat. Aug. lib. 3. de conc. Euan. c. 10.

Crux initium Chriſtianæ prædicationis.

Crucis cum Nazareni nomine connexio.

Nazareni nominis cum Chriſti cruce nexus

Crucis titulus iure optimo poſitum nomen Ieſus.

Crucis inimici quicunque vitijs inſeruiunt.

Crucem qui effugiũt humeris imponunt miſerorum.

Miſerabilibus perſonis imponunt potentiores onera ſua.

Digitized by Google

Potentes vi ſe à laboribus exonerent, imponunt ſarcinas humeris puſillorũ

(quis non admiretur) illud maximè eſt, quod in tam populoſa ciuitate nemo vnus affectus fuerit ad portandam cum Domino crucem, nec miſeratione commotus, nec motus vrbanitate, ac reuerentia tanti magiſtri, tantorumque miraculorum patratoris, & tamen cùm primum inuenerunt hominem alienigenam: grandæuum, pauperem, defeſſum, arripuerint hunc cruci baiulandæ. *Hunc angariauerunt* ait Matthæus. Quemnam? Hominem Cyrenæum, à Cyrene videlicet vrbe. Ecce alienigenam. Qualemnam alienigenam? *Patrem* (ait Marcus) *Alexandri & Ruſi*. Ecce, grandæuus erat homo, qui notos in populo habebat filios. Cuinam muneri intendentem? *Venientem de villa*; cum Marco ſcribit Lucas. Ecce pauperem defeſſum; qui in meridie agreſti à labore rediret domum. Quid hoc? O Rectores! ô iudices! ô miniſtri iuſtitiæ? Solum hunc imponendo reperitis oneri, portandæ cruci, in tam opulenta ciuitate, vbi tam copioſa eſt procerum, diuitum, robuſtorum, ac vagabundorum multitudo? Solum hunc alienigenam, ſenem, pauperem, defeſſum? Solum hunc oneratis, vos ipſos ab onere expedientes? *Hunc angariauerunt*.

Marci. 15. 21.

Luc. 23. 26

O vos Optimates, vos Rectores, vos diuites, vos primarij ciuitatis, vos potentiores, vos robuſti! quænam eſt cogitatio veſtra, quis conatus, quæ machinæ, niſi vt crucem effugientes, humeris puſillorum imponatis: quorum ſudore, & afflictione domos veſtras nimis amplificetis diuitijs multis, multo honore? *Hunc angariauerunt*. Hunc puſillanimem, hunc pauperem, hunc proprijs feſſum ex laboribus. *Hunc angariauerunt*. Hunc alienigenam, hunc ſeruum, hunc Æthiopem, hunc Indum, hunc ferreis vinculis oppreſſum. Hunc inuitum onerant: veſtiti nudum, diuites pauperem, ciues alienigenam. Hunc potentes miſerum: hunc debilem fortes; hunc, qui nec manibus, nec verbis ſe defendere valet, validiores, & loquaces. *Apprehenderunt hominem quendam Cyrenæum*. Violenter nimis apprehenderunt: id enim ſonat verbum apprehendere. Quid dicemus de his? Quid dixit Dei filius? *Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*. Horrenda in eos, qui à ſe crucem amouent ſententia. Horribilior in eos, qui vt à ſe eam abigant, imponunt alijs: multò terribilior in eos, qui imponunt miſeris inuitis.

Matth. 10. 38.

Crucis eximium præmium.
Gloria præmium crucis.
Simile.
Præmium mortificationis eximium.

Quarta inter recuſantes, & amplectentes crucem differentia eſt illorum ſupplicium, horum præmium ſempiternum. *Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*. In Syracuſano agro volens aduena triticum ſeminare, petris purgauit terram, quæ multis abundabat. Sed perdidit miſer fruges: quoniam ſolutum lapidibus ſolum, ſeu ſoluta terra cœnum facta eſt, quo ſuffocata ſunt ſemina. qua iactura doctus, regeſſit lapides, quibus permiſta gleba, fœcundata eſt, vberrimorum ferax fructuum. Quoſnam à te fructus ſperas, amice, colligendos, ſi blandam ſubigas terram, demptis mortificationis lapidibus, aſpe-

2. Cor. 4. 17.

Plin. lib. 17. cap. 4.

Digitized by Google

Vitia ſuffocant bonum ſemen

ris petris ærumnarum ? Erit cœnoſa vitiorum terra, caro vitioſa: perdeſque proinde operam, impenſam, & laborem. Miſta petris area opus eſt. Nec enim ſaxoſum ſine terra ſolum eſt aptum; ſolum (inquam) ſcandalorum; nec terra ſine mortificationis lapidibus, quibus demptis, eſt vitiorum cœnum. quæ Beatus Hieronymus ad miſſam in exilium virginem verba ſcripſit, audiamus: *Dicit Dominus, triſtitia veſtra conuertetur in gaudium. Amplectenda eſt ergo triſtitia, quæ gaudium parit. Quia ſæpe per dulcedinem fructus placet, quod amarum horruit in radice. Ad hoc ergo tantam in nobis fidei ſtabilitatem Dominus eſſe deſiderat, vt certius eſſe quod credimus, quàm quod patimur, iudicemus: & verius habeamus ſperanda, quàm ſenſibilia: & præſentes anguſtias non ſentiamus, dum in futuram ſpem tota animi intentione protendimur.* Quid eſt, quòd ad ſcindenda à radicibus ligna, minutæ expectamus tempus Lunæ? Sanè dum creſcens eſt, aut plena Luna, ligna quoque plena ſunt vitio, quo ſi abſcindantur à radicibus, breuiter putreſcunt; perſtant ſolida, ſi decreſcente ſcindantur Luna. O quantum expedit malas vitæ noſtræ arbuſculas creſcente ſecare Luna: quum ipſa videlicet vita plena omnino eſt, plena proſperitas! Tunc cum ligno amouetur vitium, cum vitio lignum. Si diem minutæ expectes vitæ, in quo inſtante morte vita decreſcet: manebit tibi ſolidum crucis lignum, futura in vita perferendum, nec corrumpendum vnquam, cùm ſiccum ſit, relicta in te ipſo vitij humiditate. Tam ſolidum perſtabit crucis lignum; vt ignitum ad comburendum te inferno in camino, nunquam in æternum conſumatur.

Hierony. epiſtola ad Virginem in exilium miſſam tom. 4. pag. 33.

Mortificatio bonorũ eſt fructifera frugum.

Patientiæ æternum præmium.

Simile.

Ligna in Luna decremento ſecãda, ſymbolum mortificationis, & patientia.

Pœnitentia minime differenda.

Vt igitur propoſitas has inter hominem crucis inimicum, & hominem crucis amatorem differentias ſedulus conſideres; dicit Dominus Chriſtus, ſummopere oportere, nos crucem intentiſſimos aſpicere, & ipſum in cruce Dominum, quemadmodum aſpicientes æneum in ligno ſerpentem ſanabantur ſerpentinis à morſibus Iſraelitæ. Quiſquis enim crucem cum Chriſto attentè perſpexerit; has auxilio eius agnoſcet differentias, æternam vt ſalutem conſequatur. Præſtat Dominus gratiam ad portandam iucundè crucem ſuam quibuſlibet humilitate in eum, & oratione conſpicientibus. Neceſſarius vtique cunctis adſpectus. Quoniam cùm prima perditionis origo adſpectus ille fuerit, quo *Vidit mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit:* congrua quidem præbetur adſpectu medecina; quatenus vitæ fructus in crucis ligno intentis cernatur oculis, intima compaſſione, humilitate, deuotione.

Crux intentiſsimè aſpicienda.

Gene 3.6.

Crucis & ligni ſcientiæ collatio.

Eſt inter antiquum illum ligni, ac fructus adſpectum, & aſpectum hunc noſtri fructus, & ligni, omnimoda oppoſitio non minor, quàm inter æternam mortem, & vitam. Imo plura interueniunt diſcrimina. quum enim aſpexit mulier fructum, nondum erat maturus, imo erat eiui intempeſtiuus: quoniam nondum aduenerat tempus, in quo homo eſſet Deus ſciens bonum, & malum, vt callidè

Ligni ſcientiæ, & ligni crucis diſcrimina multa.

Digitized by Google

mentitus eſt ſerpens: nunc iam noſtri ligni fructus maturus eſt, ac
tempeſtiuus: *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum fa-
ctum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret,
vt adoptionem filiorum reciperemus.* Aſpicite (rogo) quàm ſit matu-
rus fructus. Eſt ſanè maturus, imo & quaſſatus pondere crucis; quæ Gal.4.4
diuinum fructum, Dei filium, grauiſſimo contriuit onere. Quoniam
Dominus voluit conterere eum. Ictus etenim iſti, quibus quaſſatus fuit,
pœnalia fuerunt mala Domino ipſi: bona nobis ſaluberrima. Tunc

Chriſti dolores dulcedo nobis facti ſunt.

Simile.

Crux amara Chriſto, nobis ſuauiſſima.

fuit palato acer nimis: nunc canit ſponſa: *Fructus eius dulcis gutturi* Iſa.53.10.
meo. Eſt tamen dulcedini admiſtus acor; eo quòd tunc ſit ſalubrius
malum punicum, quum ſemi-dulce eſt, & ſemi-acre. Sed totum Chri- Cant.2.3.
ſtus ipſe ſenſit acorem; nos dulcedinem totam. Senſit in cruce aco-
rem Dominus felle potatus, & aceto; ſed tanta ſponſam refecit ſani-
tate, vt dicat ad eam; *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum.*
Tunc fructus nondum erat apertus: ideoque mortiferum in eo late-
bat virus, iuxta illam Dei monitionem: *In quacunque die comederis* Cant.4.13
ex eo, morte morieris: at in cruce apertus fuit fructus. O quantis fuit
ictibus apertus! Fuit ferrea apertus latere lancea: manibus, ac pedi- Gen.2.17.
bus clauorum ferro: ſpinis capite acutiſſimis, toto verberibus corpo-
re, ne quid mali in eo eſſe pateat; imo punici mali pateat granum ru-
beum, purum, ſanum, fulgentiſſimum: cor videlicet eius, quod pur-
pureum eſt granum ardenti flammiferum amore. *Ipſe autem vulnera-
tus eſt propter iniquitates noſtras*, ſæuiſque vulneribus apertus; ne quis
in hoc timeat, ſicut in fructu primo deceptionem: ſed videat planè
intra apertum fructum noſtram eſſe vitam, & ſalutem. *Deſcendi in* Iſai.53.5.
hortum meum, vt viderem, ſi germinaſſent mala punica: & inueniun-
tur germinibus plena. Tunc erat viridis fructus ille, ſiquidem futuræ Cant.6.10.
erat ſpes fœlicitatis. *Eritis ſicut Dij*, ſpem propoſuit futuræ ſerpens
celſitudinis: ſpes autem viridi pingitur colore: cum tamen falſa eſſet
ſpes, eueneritque ex fructu illo mortis potiùs acerbitas, quàm diuini-
tatis celſitudo: at crucis fructus ſimul fuit viridis, & rubeus: liuidus
ſcilicet vibicibus multis, ac liuoribus, qui vtrunque participant co-
lorem. Sed talem vtique oportet eſſe, vt præſtantiſſimus ſit medica-
mento. Rubeo cruore iucundiſſimam nobis præbet poſſeſſionem,
dum illum in diuina edimus Euchariſtia, viridi ſpem futuræ beatitu-
dinis. Talis quidem eſt nobis medicina, *Cuius liuore ſanati ſumus.*
Tunc erat pulcher viſu, ſed fefellit videntem: in cruce autem ad diſ- Iſai.53.5.
ſoluendos errores, & laqueos, *Vidimus eum, & non erat aſpectus.* At,
ſicut primus ille erat extrinſecus pulcher, lethalis intrinſecùs: ſic fru- Gen.3.6.
ctus hic, cùm ſpecie fuerit liuidus, eſt intrinſecùs ſalus, vita, & pul- Iſa 53.2.
chritudo. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi*, dicit Domino huic dilectiſſi-

Chriſtus ſpinis coronatus ſpecioſiſſimum malum, cum cũ.

ma ſponſa. Tunc erat fructus ſine corona, vt qui minimè ad conſum-
matam gloriam peruenit: at fructui crucis glorioſa fuit, tanquam
malo punico corona: ei ſcilicet Regi, qui perfectiſſima gloria & con- Cant.1.16
ſummatus eſt, & conſummator. *Decebat enim eum, propter quem om-
nia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, aucto-* Heb.2.10
rem ſalutis eorum per paſſionem conſummare. Sic Vulgatus textus,

Digitized by Google

ſic & Græcus; cùm plerique legant, conſummari. Quoniam vtrumque exegit glorioſiſſimus Dominus; & ſuam gloriam conſummauit, & noſtram. O quàm acutis coronatus eſt ſpinis! ſed eſt id proprium mali punici, vt ſpinis ſepiatur in arbore. Eſt in arbore crucis Chriſtus vitæ fructus: eſt malogranatum ſalutiferum: ſpinea ergo ei congruit corona. Tunc denique erat fructus ille ſcientiæ fructus, priuans comedentes fructu vitæ: nunc fructus hic verè eſt fructus vitæ ſimul & ſcientiæ. Nam Dei verbum, quod ſcientia ipſa eſt, pendens cum vnita ſibi humanitate à crucis ligno, eſt nobis fructus vitæ ſempiternæ. *Vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* Guſtauit acerbi ligni ſaporem, vt vitæ ſapor eſſet nobis. *Pro omnibus guſtauit mortem*: id eſt, ne æternam mortem guſtaremus, mortem crucis guſtauit pientiſſimus Dominus. Guſtauit pro omnibus in cruce mortem, *Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Hoc eſt thema noſtrum: hoc præſentis concionis inſtitutum. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Qui credit in ipſum, aſſidua cum imitatione ſubſequutus. Eam, in qua pependit moriens, tulit etiam viuens humeris crucem manſuetiſſimus Dominus, à primo ſuæ natiuitatis inſtanti: crucem ergo ſimiliter baiulare oportet omnem hominem, vt Domino in itinere conformis, ſit in fine conſors eorum, quibus Dominus ipſe fruitur, bonorum. Nec enim fruſtra proponitur ipſe adſpiciendus inſtar ſerpentis in ligno; ſed vt eum intenti ad iugem perſpiciamus imitationem, & obſequium. Fœlices, qui crucem amplectuntur: fœlices, qui portant: fœlices, qui pondus non reſpuunt: vnicus eſt crux ad gradiendum in cæleſtia baculus. *Oportet exaltari filium hominis*: cur non oportebit, & homines ipſos cruce ipſa torqueri, ſi non exaltatos, & ſuſpenſos in cruce, ſuam ſaltem crucem baiulantes? Quiſquis ergo crucis fructu cupit gaudere cum Chriſto; cum eodem Chriſto complantetur; qui lignum ſe viride vocauit, cùm duceretur ad ſupplicium. Complantetur quam primum in baptiſmo: deinde cum ad vſum rationis peruenerit, ſuam baiulet crucem, vt vberrimos eius habeat fructus. Aſpiciat Chriſtum, tanquam ſerpentem in ligno euectum, vt ſoluat noxiam antiqui ſerpentis illuſionem, diſſoluat & opera, & effectum. Eſt ſimilis ſerpenti Dei filius: at ſimilitudo ipſa ſumma quidem eſt per omnia diſparitas. Conuertit in humilitatem mortiferum virus, quo nos antiquus ſerpens tabefecit, turgente inflans ambitione. Factus eſt ſalubre nobis antidotum, dum humilitatem diuinitati coniunxit: vt ad corda noſtra tendat humilitas, dum aſpicimus eam tantæ coniunctam maieſtati. Ideo à nobis intentiſſimè aſpiciendus eſt ſummo in cruce abiectus improperio, ſumma patientia manſuetus. Eſt aſpiciendus, vt ei compatiamur: aſpiciendus, vt ei conformemur: aſpiciendus, vt eum æterno Patri ſacrificium pro nobis offeramus: aſpiciendus, vt eum obſecremur, ſuæ nos crucis participes faciat in hoc ſæculo, ſuæque in futuro beatitudinis.

Vulgata Græca. Alia littera.

Heb. 2. 9.

Ioan 3. 14.

Digitized by Google

IN ASCENSIONE DOMINI.

SERMO I.

Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Marci 16. 19.

Christus vt fœcundiſſimus fructibus aſcēderet, natus eſt puriſſima ex Virgine: Maria virgo terra ſitiens, ex qua natum vitæ lignum, ad ſuprema cæli aſcendit cacumina. Chriſto tanquam præcelſo fructus ligno, innexi aſcendūt ad cæleſtia quotquot illuc homines aſcendunt.

Fertilitas inaquoſæ penitus terræ, nomine Villacuri in regione Peruana.

INTER veteres omnes, quas de venturo in terram Dei filio, poſteaque fructibus onuſto in cælum redituro, audiuit quondam mundus prophetias, nulla expreſſior illa, quæ in ore ſonuit Iſaiæ. *Et aſcendit* (ait) *ſicut virgultum coram eo; & ſicut radix de terra ſitienti.* Mirum profectò, quòd florentiſſimum hoc æternæ vitæ lignum inculta ex terra, prorſuſque ab aquis aliena, adeo pulchrum aſcendat, adeo gratum; cùm iuſtum quemque hominem ad ſuperna tendere *Tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*, dixerit Vates alius pro ſuæ initio prophetiæ. Talis quidem eſt: talis, fateor, aſcendit iuſtus quiſque: at vitale lignum, Dei filius, quod in omnibus decuit eſſe mirabile, in hoc quoque grande oſtendit miraculum, imo ipſemet Chriſtus eſt miraculum ipſum, quòd inaquoſa oriatur ex terra, indeque ſummè viridans, ac florens, ad ſupremam aſcendat celſitudinem. Sed quamnam dicemus terram hanc, ex qua omnino ſitienti fœcundum adeo aſcendit virgultum? B. Hieronymus matrem intelligit Chriſti; quę ideo ſitiens terra dicitur, quòd Virgo puriſſima ſit; nullo vnquam naturali cultu ad ligni generationem diſpoſita. Imo de virgine terra legit & Symmachus. At nec ego aliam congruè in loco hoc intelligi terram, præter Virginem hanc omnino exiſtimo. In hoc igitur eſt eximium miraculum, quòd ex Virgine intacta, ſitienti ex terra, ex matre ad germen nunquam culta natum lignum hoc, tanto ſemper increuerit augmento, vt ſuper excelſa cælorum cacumina aſcendat hodie florentiſſimum, tot fœcundum fructibus pulcherrimis, quot in cælos quouis tempore ibunt iuſti; cùm omnes quotquot illam intrant ciuitatem, propter Chriſtum intrent mediatorem. Videmus multi ex his, qui Peruanas has percurrimus vias aridiſſimam quamdam terram, nomine Villacuri, in deſerto, quod eſt inter oppida duo, Icam, & Piſcum, meram prorſus arenam, quę nullam vnquam accepit aquam nec

Iſai. 53 2. — Pſal. 1 3. — Hieron. in Iſai. 53 2. — Symmac. ibid.

ex cæli pluuia, nec ex ipſius terræ fonte, ſeu flumine; & eſt nihilominus fœcunda adeo, vt præter illa, quæ abſque vllo cultu naſcuntur arbuſcula, ſint ibi etiam feraciſſimæ plantatæ arbores, ac vites. Vidi illic ſæpe vuarum botros triplo maiores, & pinguiores etiam vuas ipſas, quàm alibi vnquam, tum iſtiſmet in terris Peruanis, quàm in Europçis viderim vineis. Mirabile eſt diuinæ prouidentiæ conſilium, tale aliquid præter communem naturæ modum inueniri, vt rei diuiniſſimæ ſit ſymbolum, vnici nempe Chriſti, ex Virgine terra prodeuntis; qui vberioribus ad ſumma vſque cælorum iuga excreuit fructibus, quam omnes ſimul hominum filij, quacunque ſublimes ſanctitate. Quàm (rogo) gratum, quàm iucundum, ac placidum foret adſpectui circunſtantium, ſi videremus nunc in medio terræ huius lignum prodire, ac coaleſcere fœcunditate tanta, vt ad cælum vſque perueniret, pendentibus vndique varij coloris vuarum racemis ſpecioſiſſimis? Talis aſcendit Chriſtus, lignum vitæ: imo & cælos penetrans omnes, tot pendulis botris, quot aſcendunt homines in cælum, iuxta eiuſdem Domini verbum: *Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo.* Fœliciſſima ergo beatitudo hæc, quæ eſt, à tam vitali arbore pendulos eſſe filios hominum, à diuina hac oritur radice, de qua Iſaias: *Aſcendet, ſicut radix de terra ſitienti.* Quòd ſi à radice Chriſto: conſequenter quidem à virginea ipſa oritur terra, quæ tale diuinitus virgultum, talem radicem germinauit. Aſcendenti fratres, hæreamus virgulto, vt cum eo in cælos aſcendamus: ſed vt nos ille admittat adhçſores, virgineam cernui terram adeamus, quç diuinam hanc gratiam nobis impetrabit: ſi eam ſupplices inuocauerimus Angelicis illis, quibus eam Gabriel ſalutauit verbis, dicens: *Aue Maria.*

Simile.

Ioan. 15. 5.

Maria Deipara origo nobis impetranda Dei gratia.

Aue Maria.

Ex quatuor hodiernæ feſtiuitatis partibus vna in ſuſpiciendo triumphatore, Dei filio cælos glorioſè conſcendente, alacriter inſumpta, reliquç tres, conciones ſunt totidem, à tribus diuerſç rationis prçdicatoribus habitæ. Magnum planè eximiæ apud Deum prædicati verbi æſtimationis argumentũ, quòd in tam ſolenni celebritate, quando tot mirabilia è cælis concurrunt, & è terra, omnia ferè ad prædicationem redigantur. Concionem primam habet triumphator ipſe; quç ad reprehenſionem dirigitur tota. Exprobrauit incredulitatem eorũ, & duritiam cordis: quia ijs, qui viderant, eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Secundum ſermonem prædicant Angeli, & hunc in ipſomet Domini cõſcenſu. Poſtquam enim ille, peracta prçdicatione, cœpit aſcendere; cum intuerentur in cælum euntem illum, *Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt.* Quidnam dixerunt? Quid prædicauerunt? *Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum; ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Timorem impijs, lætitiam prædicant iuſtis: quòd venturus ſit, illos iudicare; corpora horum in cæleſtem vrbem, in qua expectabunt animæ, portare. Eſt tertia concio, quam nos prædicatores habemus ad populum. Nam & cõcionem hanc vbique haberi, Dominus ipſe in extremo hoc diſceſſu ſedulus mãdauit. *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ.* Quonam incitamento omnem præſentis feſti celebritatem

Prædicationis æſtimatio magna apud Deum

Act. 1. 11.

tatem ſolà Dei filium prædicatione abſoluiſſe, prudenter arbitrabimur? Ego quidem duplicem circa hoc Chriſti video reſpectum: & ſe in aſcenſu hoc verum oſtentare Deum: & nobis iter ad aſcenſum, finemque aſcenſionis patefacere.

Primum ſi, vt deſidero, aperuero; dicetis & vos, triumphatorem Chriſtum verè triũphatorem oſtentari impenſo prædicatoribus ſuis omnium ad prædicationem requiſitorum complemento; quo & aſcendant poſt eum auditores. Huiuſmodi enim requiſitis prędicatores exornare, Dei virtus eſt, manuſque ſolius. Tamen cùm ſuę Deitatis argumenta altiùs oſtendere in ſupremo gloriæ ſuæ die, humanatũ ſpectet ad Deum: imbuit ille hodie prædicatores muneribus illis, quibus nondum incarnatus imbuit Moſem, miſſum prædicare. Tanto verũtamen exceſſu, quanto prędicãda vniuerſis hominibus certa à peccati ſeruitute libertas præſtantior eſt libertate illa, qua ab Ægyptiaca ſeruitute educendos filios Iacob, miſſus à Deo Moyſes prædicauit. Vnũ Exod. 3. 10
tunc miſit Moyſem ardenti Deus circumdatus rubo; diſcipulos nunc multos humana circumdatus natura. Materiam ante omnia præbet prædicandam: Moyſi lætam à captiuitate illa libertatem, qua per rubrum mare in terram promiſſam Iſraëlitæ erant traducendi, erepti à dura ſeruitute, pro qua dixit ei; *Docebo te, quid loquaris*: educam eos, ſi Exod. 4. 12
modo fideles ſint mihi: ſuis Chriſtus dat materiam eandem: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit* ab ſpiritali captiuitate, ex qua Marc. 16. 16.
per rubram baptiſmatis aquam, Chriſti ipſius ſanguine rubentem, ad promiſſam transferimur regioné. Deinde præbet linguam ad loquendum. Cum enim miſſus à Deo prædicare, diceret Moſes: *Ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum*, hoc ab eo eſt excitatus reſponſo: *Ego ero in ore tuo*: Chriſti prædicatores eadem Exod. 4. 12.
parantur linguarum gratia; non quidem ſicut Moyſes, qui proprię accepit linguæ expeditionem; ſed diuerſarum prorſus locutione linguarum gratia; non quidem ſicut Moyſes, qui proprię accepit linguæ expeditionem, ſed diuerſarum prorſus locutione linguarum; *Linguis loquentur nouis*. Marc. 16. 18.
Præbet inſuper ſigna, quibus prædicationi fides habeatur: cuius generis Moſi dedit tria; hodie totidem ſuis prædicatoribus; imo eadem prorſus, longè tamen præclariori, viliorique formula: quin etiam oppoſiti omnino effectus; in ſtuporem nempe, ac ſuppliciũ illa: noua hæc in hominum ſalutem omnia. Geminum circa ſerpentes ſignum datum eſt Moſi; circa eoſdem geminum diſcipulis: ſed quanto diſcrimine? Data Moyſi virga, ab eo in terrã miſſa, verſa eſt in ſerpentem: ſumptus mox manu Moſis ſerpens ille, in virgam reuerſus ipſam. *Extendit, & tenuit; verſa eſt in virgam. Vt credãt, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus.* Exod. 4. 4
Datum hodie à Chriſto prædicatoribus ſignũ, tale eſt, vt in ſerpentes verſa dęmonia, & propria rurſus ſpecie nocentia, ab his eijciantur ſolo Chriſti nomine inuocato. *In nomine meo dæmonia eijcient, ſerpentes tollent.* Mar. 16. 17
Fuit ſecũdum ſignum manus Moyſi ſubitò, dum ab eo in ſinũ mitteretur, infecta lepra: ſana etiam protinus repente, quum exiuit è ſinu. *Retraxit, & protulit iterum: & erat ſimilis carni reliquæ.* Exod. 4. 7
Datum verò hodie circa manus ſignum prędicatoribus,

Prædicatores ſuos cunctis Deus imbuit requiſitis in vtroque teſtamẽto.

Chriſtus exhibet ſe Deũ in eo, quòd miſſos à ſe prædicatores, eiſdem imbuit ornamentis, quibus ante incarnationẽ imbuebat.

Prædicationis noui, & veteris teſtamenti mira in cunctis apicibus conuentio: ſed illa erat ſymbolũ huius.

Prædicationis materiã ſuis Deus præbet prædicatoribus, ſicut ante incarnationẽ, ita iam incarnatus.

Baptiſmi figura tranſitus Iſrael per mare rubrũ.

Prædicationi verbi ſui mirabilibus ſignis grandẽ Deus conciliat auctoritatem: eiſdẽ quidem incarnatus, quibus ante aſſumptam humanam naturã: ſed longè nunc præclarioribus.

Digitized by Google

non eſt manus percuſſio,&manus ſanitas:ſed ſola ſine percuſſione ſanitas manus: *Super ægros manus imponent,& benè habebunt.* Tertium (Exod. 7. 20.) denique datum Moyſi ſignum, perſpicuum ſanè fuit ad fidem conciliandam:at noxium valde ſanitati, propter bibendas fluminis peſtiferas aquas. *Percuſſit aquam fluminis, quæ verſa eſt in ſanguinem, & piſces mortui ſunt: computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam.* Oppoſitum prorſus etiam circa bibendas aquas,datum hodie ſignum prędicatoribus: *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* (Mar. 16. 18.) Quę omnia in euangelicę prędicationis confirmationem vbique ſunt ſępiſſimè completa: (Mar 16 20.) *Illi autem prædicauerunt vbique, Domino ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Sed nunquid nouũ hoc linguarum donum prædicatori ſufficiet ad loquendum,auditoribus ſigna,ad parendum audito Dei verbo:ſi diuinus vtriſque deſit ſpiritus,quo afflãs Deus & prædicatorem moueat,& audientes: Sanè poſt acceptam linguæ expeditionem,necnon ſigna hæc omnia,timebat Moſes, tam arduum adire munus,ita vt dixerit: (Exod. 4. 13.) *Obſecro Domine,mitte quem miſſurus es.* Qui rurſus eum excitauit,dicens: *Ego ero in ore tuo*: qua promiſſione confortatus, exiuit Moyſes prędicare. Quidnam virium addidit Moyſi verbum hoc? Dixerat iam ad eũ Deus idipſum à principio; *Ego ero in ore tuo*:& adhuc pauebat Moſes:nunc verbo hoc animum reuocat. Quid iam addidit ei,qui poſt auditum à Deo idem verbum, *Ego ero in ore tuo*,prædicationẽ recuſarat pauidiſſimus? Vtique prima verbi expreſſione,qua dixit Deus, (Exod. 4. 12,) *Ego ero in ore tuo*,ſcientiã accepit Moyſes,expeditionemque loquendi: repetitione autem,qua iterum dixit, (Exod. 4. 15.) *Ego ero in ore tuo*, ſuperadditum ſcientiæ accepit ſpiritum. Aliàs, nec quieſceret verbo Moyſes ſecundo:nec quidquam Deus ſecundo ipſo verbo addidiſſet ad primum. O bone Ieſu! ô prouidẽtiſſime magiſter! Hoc donum eſt, quo tuos apprimè imbuis miniſtros diuino tui concurſus ſpiritu. *Illi autem prædicauerunt vbique Domino cooperante.* Cooperatio (Marc. 16. 20.) hæc tota quidem res eſt prędicationis. Hęc eſt,quam in concionum exordio cunctarum gratiam à Deo efflagitamus. Manet verumtamen intactum vnum antiqui illius textus verbum, quod vobis vnicè iucundum erit,dulce,lætum, vtiliſſimum. Timido videlicet (vt audiuimus) Moyſi idoneum prædicationis coadiutorem ſimul cũ diuino illo ſpiritus flatu dedit Deus Aaronem fratrem eius. At quonam fine dedit? *Aaron frater tuus ſcio,quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum;videnſque te lætabitur corde. Loquere ad eum,& pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius.* (Exod. 4 14.) Domine, quis à te ſocium petit? ſpiritum tuum deſiderat Moyſes:ſocij nec vlla in eo recordatio. Nunquid cum præſtito ſpiritu tuo alius ad loquendum requiritur ſocius,& is prædicatore præſtantior? Id enim innuis, dũ dicis: *Pone verba mea in ore eius:& ego ero in ore tuo,& in ore illius.* Chriſtiani mei, ſi data à Deo prædicatoribus adiumenta tam eadem ſunt,& quum data Moyſi,& quum Chriſti miniſtris: cur extremum hoc,quo Moſem adiuuit, prędicatoribus noſtris negaretur ſolũ, cùm tanti vbilibet ſit vtriſque momenti? Imo cùm data à Chriſto potiora ſint omnia:ſodalem ſimiliter pręclariorem dati,non eſt dubium? Ma-

Miracula quæ in aſſumpta carne edit nunc Deus,etiam per miniſtros ſuos,ſalutaria ſunt omnia: cùm ea ipſa ante incarnationẽ ſæpe terrori tantum, fideique ſeruierint: noxia ſæpe corporibus.

Prædicatio ſacra infuſum à Deo, præ ornamentis alijs, exigit ſpiritum.

Maria Deipara, certa prædicatorũ patrona, pulchro ſymbolo prædicatione Moſis figuratur.

Aaron coadiutor Moyſi ad locutionem.

Digitized by Google

trem igitur ſuam(ô præſtantiſſimum iuuamen!)præbet nobis adiutricem.Hanc diſcipulis prębuit; & nobis conſequenter,eorum ſucceſſoribus reliquit,ſicut cætera,quæ illis munera impendit. Hæc egreditur in occurſum noſtrum; videnſque nos eam quærentes lætatur corde pluſquam Aaron,quum vidit Moſem. Egreditur quidem noſtrum in occurſum pijſſima Deipara,vt verba noſtra ſuo in ore ponamus,ſicut ſua Moſes in ore Aaron,vt Deus ſit in ore noſtro. Aut certè virgo ipſa ponit noſtro in ore Dei verba, tanquam ſeduliſſima interuentrix. Parum dixi dicens,egreditur,cùm virginem hanc,quòd diuinam tulerit radicem,noſtri eſſe aſcenſus initium,dixerimus. Planè igitur oſtendit ſe hodie verum Chriſtus Deum in præſtita concionatoribus ſuis abſoluta hac requiſitorum facultate: cùm integram eiſdem impendat muneribus, quibus quondam Moyſi: & hodie longè excelſioribus.

Conſultò itaque de ſola hac aſcenſurus in cælum agit prædicatione, cùm legatos ſuos donis cumulans tantis, verũ ſe exhibeat Deũ, Dominum,glorioſum. Magis adhuc excreſcet admiratio,ſi penſiculatiùs perpendamus, non in extrema ſolùm apparitione, in abſceſſu vltimo de ſola hac egiſſe prædicatione Dei filium: ſed in apparitione etiam prima, primaque viſitatione, qua in ipſo reſurrectionis die eoſdem diſcipulos conuenit. *Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Hac cùm dixiſſet,inſufflauit,& dixit eis: Accipite Spiritum ſanctũ: quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis;& quorum retinueritis, retenta ſunt.* Hæc in illo die protulit verba, præter ea nullum dixiſſe Apoſtolis refertur. Quid hoc? Tantine eſt apud Chriſtum prędicatio,vt nihil cum diſcipulis loquatur aliud, nec in primo poſt reſurrectionẽ colloquio,nec in diſceſſu extremo, quum ad remotiſſimos proficiſcitur cælos? Nonne ad vrbanitatẽ, pietatemque,ac gratiam pertinebat, vt ſe rediuiuum oſtendens,aliquid de ſua paſſione,aliquid tum de hoſtibus, tum de victoria ſua, nonnihil etiam de ſui corporis gloria, deque mutãdo in hilaritatem mœrore, quo ob interitum eius angebantur,comiter, & humanè loqueretur? Nonne ad eandem comitatem, humanitatemque ſpectabat, vt in nouiſſimo diſceſſu, quum ad thronum gloriæ ſuæ perpetuò regnaturus aſcendebat,nonnihil de præparata ſibi in cęleſtibus gloria,aut ſaltem de conſolandis relictis diſcipulis tractaret? Nihil horum curat: de ſola primo die tractat miſſione Apoſtolorum,qua eos iubet,celeres proſilire;ad inſtruendum mundum vniuerſum, infundens eis plenam dimittendi peccata facultatem: de ſola item miſſione eadem in ipſo aſcenſionis ſuæ momento. Quonam ſpiritu? Dixi,ratum triumphatoris noſtri incitamentum in reducenda tota ad prædicationem celebritate magnificam eſſe ſuæ diuinitatis oſtenſionem: addo nunc,ſimul eſſe cauſam: celebrandi feſtum prædicationibus,accenſum eius in homines amorem,quo noſtram in cælos aſcenſionem cum ſua vult aſcenſione concurrere. Summus profectò agit eum amor. Ardens amor in homines non patitur,eum quidquam loqui præter vnum hoc, quod ad eorundem hominũ æternã pertinet ſalutẽ. *Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.* Saluare,vt à pec-

prædicatio tanti apud Deum eſt,vt & in die reſurrectionis, & aſcenſionis die, nil pro tantorũ celebritate feſtorũ aliud fecerit Chriſtus, quàm de mittendis ad prædicationem Apoſtolis tractare.

Reſurrectionem, aſcenſionemque ſuam cur nõ alijs celebrauerit exultationibus Chriſtus,niſi ſola Apoſtolorum ad prædicandũ gentibus miſſione.

Amor Chriſti in homines in reſurrectione enituit, & aſcenſu.

Ioan. 20. 21.

Matth. 18. 11.

Rom.4. 25. catis ad gratiam, à morte reſurgeret ad vitam: ſiquidem *Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* Saluare, vt à peccatis ad gratiam, ad cælos è terris aſcendamus; dicente Auguſtino: *Reſurrectio Domini ſpes noſtra eſt: aſcenſio Domini glorificatio noſtra eſt.* Aug.ſer.2 de aſcenſ. qui eſt 175 de temp. Cùm ergo noſtra hæc reſurrectio, noſtra & per aſcenſionem glorificatio finis ille ſit, propter quem Dei filius & reſurrexit, & aſcendit: minimè quidem permiſit magnus hic eius in nos amor, vt aliud pręterea aut in reſurrectione, aut in aſcenſu in ſermonem adduceret, quàm quod ad noſtram ſpectet & reſurrectionem, & aſcenſum. Quæ (rogo) poterant pro reſurgente à mortuis Domino celebrari tripudia, quę exornari theatra, qui fieri ludi; qui pro eodem cælos aſcendente triumphales fabrefieri arcus, cantica reſonare, inſtitui choreæ, quæ hominum corda ita exhilararent, ac vnum hoc reſurgentis Domini, aſcendentiſque verbum, quo generalem hominum & reſurrectionem, & aſcenſum media prædicatione diſpoſuit?

Eſt & impensè ſimul conſiderandum, Dominum Ieſum vtroque die, & reſurrectionis, & aſcenſus oſtendiſſe hominum oculis quod glorioſum in ſe ipſo præfulget; auribus autem ea dixiſſe verba, quę ad eorundem hominum gloriam ſpectant, comparandam. Etenim reſurrectionis die apparens diſcipulis: *Oſtendit eis manus, & latus; gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ioan.20. 20. In die aſcenſionis dixit ad eos: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.* Marc.16. 19. Quænam Domini mens? Hæc vtique certa. Intendit demonſtrare nobis veram cæli viam, certaque ad aſcenſum præbere media. Viam, & terminum pandit experimento, detegens manus, & latus, vulnerum ſtigmatibus inſignita fulgentibus: vt plagarum dolorem, ac dedecus viam gloriæ noucrimus: verbis autem præbet medium: ſuos in orbem mittens prædicatores ad gloriæ viam edocendam, mouendaque ſimul hominum corda ad opera multa, itineri iſti conſentanea. Idem facit in vltima aſcenſionis inſtantia: ſed verſo procedendi genere. Primùm ſcilicet vtitur verbis, quibus mittit ad docendum orbem vniuerſum prædicatores: tandem conſcendit cęlos, in manifeſtum prædicatę doctrinę teſtimonium, terminique fœlicis oſtenſionem.

Quàm verò idonea ſit Dominicę aſcenſionis celebritas conuocatio hęc hominum cunctorum, qua miſſis inuitantur prędicatoribus ad tale vitę genus, quo ipſi in cęlos mereantur aſcendere: inde quidem conſtat quòd glorię huic aſcendentis Domini eximiam conciliet maieſtatem numeroſiſſimus hominum concurſus cęlum cum ipſo Domino aſcendentium innixorum ei, ac eius meritis ad cęlica prouectorum faſtigia. *Reſurrectio, & aſcenſio Chriſti noſtra eſt aſcenſio, & reſurrectio.* Quare completam reſurrectionis, aſcenſioniſque ſuę celebritatem ad generalem electorum refert aſcenſum: quaſi dicat, tunc reſurrectionis, aſcenſioniſque meę erit iubilatio conſummata, quum aſcenſio ipſa, ac reſurrectio generali conſumetur aſcenſu hominum illorum, qui mea erunt membra, ita vt aſcenſio eorum mea aſcenſio ſit, & mea eorum. Mirabilem hanc Dominici

Digitized by Google

aſcenſus cum aſcenſione noſtra connexionem, iunctumque vtrique gaudium dixit luculentis (vt aſſolet) verbis S. Leo: *Quia igitur Chriſti aſcenſio noſtra eſt prouectio, & quò præceſſit gloria capitis, eò ſpes vocatur & corporis; dignis, dilectiſſimi, exultemus gaudijs, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non ſolùm paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cælorum in Chriſto ſuperna penetrauimus.* Iuuabit ſcire modum hunc, quo cœlos Chriſto innexi aſcendunt electi: vt vno eodem noueritis diſcurſu & certam, qua aſcendatis artem, & ferentis vos ſecum Domini amorem; plenamque in complexu Chriſti, & hominum aſcenſu exultationem. Pro qua doctrina prælibandum eſt, adulti hominis in cœlos aſcenſionem, non, niſi rariſſimè, inſtante morte, vno fieri greſſu, vnoue conatu, ſeu volatu vno, inſtar volucrum, quæ vnica aſcendunt alarum expanſione. Lego hoc apud Pſellum aſſerentem; *Aſcendendo, non volando, attingitur ſummus ſcalæ gradus.* Idem apud Ambroſ. quæ eſt & Chryſoſt. doctrina. Imo aſcendit paulatim homo inſtar viridis ligni, quod profundas primùm mittit radices; deinde coaleſcit, aſcenditque paulatim verſus æthera continuo indies incremento. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.* Vnicam hanc aſcendendi rationem vnicus Dei filius toto vitæ ſuæ progreſſu vnicam ratam indicauit. *Aſcendet ſicut virgultum coram eo; & ſicut radix de terra ſitienti,* Cur de ſitienti terra? Vtique ſurgens arida ex terra lentum in primordijs eſt lignum: & languidum, iacens macilentum: poſtea ſumptis viribus, firmiſſimum eſt, multóque ſolidius, quàm quod in terra aquis imbuta plantatum eſt manibus. Aſcendit ergo in cœlum Dei filius, ſicut virgultum, non volatu vno, non vnico merito, ſed iugi opere ſanctiſſimo; procedens ſemper, ſicut virgultum: at virgultum tale, vt arida in terra fuerit radicatum, multa in primordijs humilitate deiectum, multis depreſſum afflictionibus. Id quod Iſaias ipſe continenter explicat, dicens; *Non eſt ſpecies ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aſpectus.* Sed animaduertite, quanto ſit poſt deiectionem erectum incremento. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum; & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eò, quòd laborauit anima eius, videbit, & ſaturabitur.* Talis quidem fuit progreſſus Chriſti: tale incrementum eius in reſurrectione, & aſcenſione. Rogo nunc, quidnam fuit, quòd Dei filius arte in cœlos hac aſcendere voluerit, cùm proprius eius ſit cœleſtis thronus, abſque vllo poſſidendus, ſi ei placuiſſet, itineris labore? O tener, ô dulcis Chriſti amor! Poterat quidem opera nulla, nulla difficultate plenam ſedis ſuæ capere poſſeſſionem: at noſtrũ benignus diſponebat aſcenſum. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis, qui eſt in cælo.* Quid ergo erit nobis? Fuit artificium, quo & nos in cœlos aſcendamus. Quodnam? Aſcendat Chriſtus eo modo, quo aſcendit virgultum; tunc aſcendent homines cum eo. Nam quiſquis Chriſto ita vnitur ſtrictè, vt Chriſtus, & ipſe vnum iam ſint; is quidem pariter aſcendet in cœlum, quum illuc aſcendit Chriſtus Dominus. Nulla autem elegantior vnionis

Aſcenſio hominum in cælos nō vno perficitur volatu: ſed fit inſtar aſcenſionis lignorum, quæ continuo aſcendunt incremento.

Aſcenſio hominum in cælos annexa eſt Chriſti aſcēſioni: vt innexi Chriſto aſcendant iuſti.

Leo ſer. 1. de Aſcenſione.

Pſell. in Cant c. 3. Ambr. de Iſaac. c. 5. & ſer. 14. in pſal. 118 Chry. ho. 82. in Ioannem.

Pſal. 1. 3.

Iſai. 53. 2.

Iſai. 53 8.

Ioan. 3. 13.

Digitized by Google

ars, quàm ſi cum planta vna ſimul plantetur alia; vt vnum prorſus vtraque ſit lignum. Doctrinam hanc planè (vt reor) expreſſit ipſemet Dei Filius, quum dixit; *Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo.* Sententiam enim hanc in neceſſarij baptiſmi propoſitum dixit ad Nicodemum verbis illis; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Quam natiuitatem ſpiritalem eſſe ſubiungit, dicens: *quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Quibus verbis addit prædicta illa, *nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis.* Vbi apertè docet, poſſe quidem quemlibet cœlos introire; at non aliter, niſi per baptiſmum, quo naſcens denuò, vnitur Chriſto ipſi, vt cum aſcendente eo aſcendat in cœlum. Eſt expreſſum Apoſtoli inſtitutum in 6. ad Roma. cap. *Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem; vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius; ſimul & reſurrectionis erimus.* Ecce apertè dicit, vniri hominem Chriſto per baptiſmum, vt ſicut commoritur Chriſto, ita & cum Chriſto reſurgat, & aſcendat. Vtiturque luculenter vocabulo illo, *complantati*, ſignificans vnionem hanc iuſtorum hominum cum Chriſto per modum fieri complantationis, qua ligna duo iunctis ſimul radicibus plantantur. Eſt venuſta ad propoſitum hoc ſimilitudo. Hedera arbuſculum eſt exile adeo, vt erigi nequeat, aut aſcendere; ſed per terræ extendatur ſuperficiem. Eſt tamen ars vſitatiſſima, vt vicinæ arbori innectatur hedera, vt adhærens ei, tendat eodem in cœlos greſſu, quo aſcendit lignum ipſum, cui apponitur illa. Id quod apud Peruanam regionem intuemur in arbuſculo nomine *Granadillo*, longè ſuper hederam pulchriore, tum ob virorem foliorum, quæ præſciſſa iam, perſtant per quadraginta circiter dies viridantia: tum ob fructum ſuauiſſimum: ob elegantiſſimum imprimis florem, in quo Dominicæ paſſionis inſignia, crucem, coronam, lanceam, clauos tres, & cum ſcala flagellum videritis. Pendent ergo à propinqua arbore folia, flores, & fructus arbuſculi huius; quæ omnia niſi implexa illi, facerent prorſus, & putreſcerent. Certè languidum nimis, exileque arbuſculum eſt homo, nec valens verſus cœleſtem erigi altitudinem: ſed per infimam totus protenditur terram. Deflendum eſt: totum, quidquid eſt homo, per terram ſerpit, & diſtenditur: truncus, rami, folia, flores, & fructus. Sed ò benigniſſime homo noſter, qui ad effectum hunc, filium te vocas hominis, dicens: *nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis; qui eſt in cœlo.* Filium te dicis hominis in hoc aſcenſus propoſitum: vt nos languidi homines te vitæ lignum nobis eſſe propinquum, adeoque propinquum, vt noſtra prodeas ex radice, nouerimus: idque ſcientes, tibi adhæreamus, tibique innecti, ac implicari, viribus totis procuremus. Eſt Apoſtoli dictum verbis illis: *Per Chriſtum & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus: & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* Quin etiam in ipſomet Iſaiæ textu,

Ioan. 3. 5.

Ioan. 3. 6.

Rom. 6. 4

Simile.

Paſsionis Dominicæ inſignia repræſentata in flore arboris, nomine Granadillo.

Chriſto innecti debēt homines, tāquam ſublimi arbori, vt in cœlū aſcendant.

Merita noſtra innectenda meritis Chriſti vt aſcendāt ad cœlum.

Rom. 5. 2.

quo tanquam virgultum dicitur aſcendere Rex noſter, adeſt ſimul hæc hominum adhæſio, qua diuino huic ligno innixi conſcendunt. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum: & liuore eius ſanati ſumus. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos: & iniquitates eorum ipſe portabit.* Isai.53.5. 11. Miramur, cùm videmus mirabiles illos prædicti arbuſculi flores Domini paſſionem referentes, pendulos propinqua ex arbore, cui ipſum innititur arbuſculum: magis profectò mirandum eſt, quòd iuſti cuiuſque hominis flores & à Chriſto ſint penduli, & paſſionis eius inſignia repræſentent; vt nouerint vniuerſi, & ſinguli, ſpecioſos quoſque virtutum noſtrarum, noſtrorumque fructus meritorum, eodem eſſe ordine ex diuino hoc Domino pendulos, vt ei implexi ad cœlos aſcendant, & ad Deum.

Hæc ſunt, quę ex parte Dei deſiderantur ad aſcendendum adminicula. Præſtitit ea incarnatus Deus conſummatè: iam attendite vos, quæ ex parte veſtra exigantur ad viam. At neque ad viam hanc opus eſt pluribus, quàm vt eundem Dominum Chriſtum cœlos glorioſè conſcendentem vigiles ſuſpiciamus, veſtigia eius ſubſequuti. Diſcant ergo homines ex Chriſti aſcenſu artem, qua & ipſi conſcendant cœlos. Fallax cogitatio, ſi itinere vno, vnove volatu inſtar alitis in cœlos ſe aſcenſuros arbitrentur. Modus aſcendentis verſus æthera ligni proprius aſcendendi eſt hominis modus. Iugiter in cœlos aſcendendum eſt: omnia opera veſtra, omnes cogitationes, verba omnia firmiter ad cœlum tendere oportet, laboribus multis radicata, egregijs multis charitatis actibus erecta. Pſaltem intenti Regem auſcultemus. *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Pſal. 83.1. Cuncti anhelantes dicimus verba hæc, intimo ex corde procedentia. Dicimus & ea, quæ ſequuntur; *Beati, qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.* Pſal. 83.6. Omnia hęc pertinent ad finem: omnes nos finem exoptamus: ſed quænam ſunt media? Quinam viæ greſſus? *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te; aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum.* Eum virum, qui beatus eſt, plures auxilio Dei diſpoſuiſſe in corde aſcenſiones, dicit Vates. Quidnam? Pluresne ſunt aſcenſus diſponendi? Sunt vtique diſponendi plures. Vnum qui diſponens dumtaxat aſcenſum, vno ad paradiſum peruenit itinere, vnus Latro fuit, qui iuxta morientem Dei filium animam, ad eum conuerſus, exhalauit. Fortè & alij ſimiliter conuerſi ſunt itinere extremo; conſequenterque in ſalutis portum recepti. Fateor, potens eſt Deus, in nouiſſima hora hominem conuertere: quod ſi plenè cōuertatur, vno quidem volatu ad portum perueniet ſalutis. Sed quis ſenſatus æternæ ſalutis cauſam raræ committat contingentiæ? Sunt plures vno in cœlum aſcenſus? Sunt vtique plures; pluresque in corde diſponendi. Imo tota in hoc verſatur deceptio, quòd vnam dumtaxat aſcenſionem quis diſponat in corde. Attendite (obſecro) auditores: veſtrę in hoc beatitudinis agitur punctum. Deploranda deceptio eſt, ſi quis putat, cœli conſcenſum vno niſi in raro caſu, con-

Aſcenſiones in cœlum quotidianæ.

Pœnitentia quæ in futurum facienda proponitur: valde pericu loſa.

Digitized by Google

conſummari itinere : vno perfici volatu : qua ignorantia vnam tantum diſponat aſcenſionem. Quonam rogo diſcurſu diſponis tu aſcenſionem tuam? Ego, Pater, ais, eo ſum animo, vt imminente fine meo, omne ad cœlicum iter tunc viaticum præparem, tunc pœnitentiæ accipiam, & Euchariſtiæ ſacramenta : teſtamentum quoque integra conſcientiæ meæ prouidentia componam: atque omnes negotiorum meorum, retiumque quibus implicor, nodos diſcindam, ac funiculos. Vnicam ergo, amice, aſcenſionem diſponis? Erras miſerè, infœlix. Innumeri ſunt ad cœlum aſcenſus; innumeræ aſcenſuum diſpoſitiones. Sæpiùs per diem, ſæpiùs per horas omnes oportet aſcendere : ſæpiùs per momenta temporis omnia tuas diſponere aſcenſiones. Sic quidem itur ad beatitudinem cœleſtem. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te : aſcenſionem in corde ſuo diſpoſuit.* Non aſcenſum vnum : ſed plures diſpoſuit aſcenſiones. Hanc, quā in die nouiſſimo diſpoſitionem facere conſtituis : quotidiè inſtanter facere oportet. Quoniam ad tam remotum viæ terminum plura itinera ſunt; non iter vnum. Si Dei Filius, cuius propria eſt cœleſtis ſedes, aſcendit ad eam inſtar virgulti, quod miſſis primùm deorſum radicibus, iugiter aſcendere non ceſſat; quis, niſi captus mente, præſumat, vno extrema die aſcendere volatu? Eo vel maximè, cùm omnes, quotquot aſcendunt in cœleſtia, innixi Chriſto aſcendant ipſi, ſicut hedera cupreſſo? *Mortem Chriſti* (ait S. Ambroſ.) *in corpore noſtro circumferimus : vt & vita Chriſti in nobis manifeſtetur. Non ergo iam noſtram illam vitam, ſed Chriſti vitam viuimus, vitam innocentiæ, vitam caſtimoniæ, vitam ſimplicitatis, omniūque virtutum. Cum Chriſto reſurreximus : in ipſo viuamus, in ipſo aſcendamus : vt ſerpens calcaneum noſtrum, quod vulneret, in terrenis reperire non poſſit.* Viſne palam videre, quàm mente ſit captus, quiſquis ad nouiſſima præparationem differt itineris? Dicito nunc mihi : quàm prudētem diceres vicinum tuum, ſi humanum aſcenſum apud Regem terræ ita diſponeret : Dicit ille tibi, fert animus meus, ad ampliſſimum præſidentię in regia curia gradum aſcendere : aſcendere ad ſupremam generalis in militia ducis dignitatem : quem aſcenſum obnixè ſedulus diſpono. Gaudeo profectò, amice, ais : dic mihi, rogo, quanam via diſponis, ad ſublimem hunc gradum aſcendere? Reſpondet ille : amice, in commodæ opportunitatis ſum expectatione, vt iter ad Regiam aſſumam vrbem. Ibo; & Regis ingreſſus aulam, genu profunda flexo reuerentia, ſupplex rogabo eum, vt ad generalis bellorum ducis, Regiæ aut præſidis curiæ gradum me aſcendere præcipiat. Quid tibi : auditor mi : de tam diſerto videtur vicino tuo? Nonne dices mente penitus captum? Aut certè à deliramento hoc eum educere curabis. Erras, erras, vicine : ſumma vtique deſipis ignorantia. Non vno ad gradum hunc aſcenditur itinere : per itinera aſcenditur plurima. Quiſquis ad præſidentiæ gradum cupit aſcendere : is quidem ab ineunte ætate duobus quotidie, tribuſve itineribus, aſcendit in ſcholas, litteras vt diſcat à prima legendi, ſcribendique arte, vſque ad extremos vtriuſque apices iu-

Diligentia in præparatione viatici ad gradiendum iugiter ad cœlum.

Ambr. lib. de fuga ſæculi c. 7

ris.

ris. Sic aſcendit poſt viginti, quum poſt pauciores, itineris annos ad gradum bacchalaurei: poſt tres alios ad gradum doctoratus: idque ſi multa lucubratione laboret. Multis poſt hæc ad commune forum, Regiamque ad curiam per annos aliquot aſcendit itineribus, officio incumbens ſolliciti clientium aduocati. Non parùm ſe aſcendiſſe putat, ſi poſt trigintaquinque itinerum annos, imo etſi poſt annos quadraginta, ad gradum aſcendat relatoris. Sunt qui pro vſu muneris huius per viginti quotidie annos bis aſcendant in curiam, ne hora quidem vna deficientes, ſola ſpe aſcendendi ad officium fiſcalis. Qui anno quinquageſimo ad gradum aſcendit Regij conſiliarij; proſperum poſt tot aſcenſus putat finem. Nemo, niſi per gradus hos, & innumeras iſtas aſcenſiones ad ſedem conſcendit præſidentiæ, vbi auditoris munus per longa exercuerit ſollicitus tempora. Similis eſt militari in vita aſcenſuum ordo, vt ad generalis ducis gradum poſt innumera quis aſcendat itinera. Et putas tu, vicine mi, vno demum itinere, aſcenſu vno ad ſupremum dignitatis gradum aſcendere poſſe, ac promoueri? Somnium quidem eſt cogitatio tua. Nunc ad te ego, auditor optime. Tu, qui ſic irrides vicinum tuum, quòd talem in aere demens variè cōminiſcatur aſcenſum, nonne deflebis ſuper te ipſum, qui demens magis, putas, in die extremo aſcenſione vna cœlos te conſcenſurum, gradumque ad vnum beatitudinis; qui, qualis qualis ſit, immenſo eſt altior exceſſu cunctis terrenæ dignitatis gradibus, etiam Regis maximi, etiam ſupremi Imperatoris? Id denique ſufficere præſumis, ſi in nouiſſimo die flexis coram ſupremo cœli Rege poplitibus dixeris ad eum; Domine, fac me (obſecro) ad cœleſtis gloriæ gradum promoueri, nullis præcedentibus aſcenſibus, meritis nullis? Summè deſipis, miſer: ſummè deſipis. Studendum eſt per annos vitæ omnes pro ſapientia hac penitus diuina, qua cœli certus addiſcitur trames, multis quotidie cordis aſcenſibus in cœlum, multis in Deum cordis aſcenſibus. Nam aſcenſiones has, de quibus loquitur Rex pſaltes, frequentes contemplationis actus, quibus aſcendit paſſim anima, interpretatur Magnus Gregorius. Eſtque ſæpius quotidie aſcenſus iſte diſponendus congreſſibus cum inferno hoſte frequentibus; vt crebra de eo victoria parta ad gradum gloriæ optatum aſcendere tandem merearis. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*: plures non vnam aſcenſionem. Duo hæc, & doctrinæ nimirum cœleſtis ſtudium, & iugem aduerſus hoſtes pugnam præcepit Deus Ioſue, in promiſſam terram per Iordanem tranſituro; quantò magis tranſituris ad promiſſum cœlum per rapidiſſimum ſæculi huius, perículoſumque torrentem? Verba Dei ſunt hæc: *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo; ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi: confortare, & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere; quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris.* Ecce itaque Dominus Deus tecum eſt, ô fidelis, qui me audis, continuum tibi præbens auxilium ad duo iſta,

Greg. lib. 30 Moralium cap. 15. verſ. 28

Ioſue. 1 8.

Digitized by Google

tum ad meditationem legis eius procedentem ex continua magis eiuſdem Dei contemplatione, qua plurimis quotidie ad eum mente voles aſcenſibus: tum ad peruincendos quoſcunque obuios in itinere Dæmones.

Quòd ſi diuino hoc Domini auxilio ad aſcenſus in eum plures vti graueris: non vis beatus eſſe; ſed miſer, perditus, infœlix. *Beatus, ait, vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Has niſi vigilans diſponas; dices tandem miſer: *inopem me copia fecit.* Copioſa hæc adminiculorum affluentia, qua me Deus ditat, allicit, confortat; me quidem, ſi eis vti omittam, valde miſerum facit; eo quòd culpa mea priuandus ſim vbertate auxiliorum tanta: quod vacua ſeruem, & otioſa. *Eſt & alia infirmitas, quam vidi ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui.* Diuitias has non temporales ſolùm, ſed & ſpiritales cenſet Aluarez noſter; & ſatis quidem rato fundamento. Si enim magnum in poſſeſſoris malum conſeruantur opes vel ob abuſum, vel ob debiti vſus remiſſionem: quantò magis diuitiæ ſpiritales; quarum omiſſio extrema eſt animæ nuditas, viriumque fragilitas, ne ad ſummum bonum, ne ad beantem aſcendat creatorem? Has verè diuitias dicit Apoſtolus; veréque miſerum eas negligentem. *An diuitias* (ait) *bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Nec omittenda prædicti Iacobi Aluarez verba. *Num verum non eſt, nihil tibi deeſſe, vt ſanctè viuas; ac peccata tua funditus perdas? Et tamen laqueis tepiditatis illigatus, has omnes diuitias habes otioſas. Iſtæ ſunt diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui: quia aut fortè auferetur à te regnum* Dei, *vt Chriſtus de Iudæis dixit, quos ob ſimilem negligentiam ſua gratia priuauit, quæ eſt verè ipſius regnum: vel hîc regnum* Dei *intelligemus tantam copiam cœleſtium diuitiarum, & tantam multitudinem diuinorum auxiliorum, quæ à te terribili, ac tremendo iudicio auferentur: aut ſaltem tibi manebit hoc regnum, vt ampliùs puniaris.* Eſt tremenda valde illa Apocalypſis hiſtoria, quam verbis his deſcribit Ioannes; *Et audiui vocem magnam de templo dicentem ſeptem Angelis: ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram. Et abijt primus, & effudit phialam ſuam in terram: & factum eſt vulnus ſæuum, & peſſimum in homines, qui habebant characterem beſtiæ. Et ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare: & factus eſt ſanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens mortua eſt in mari. Et tertius effudit phialam ſuã ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum; & factus eſt ſanguis. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in Solem: & datum eſt illi æſtu affligere homines, & igni. Et æſtuauerunt homines æſtu magno: & blaſphemauerunt nomen* Dei, *habentis poteſtatẽ ſuper has plagas: neq; egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriã.* Quidnam eſt, quòd ſola hac plaga quarta blaſphement impij nomen Domini, dicanturque in crimine obſtinati, cũ poſt plagas tres nec obſtinati dicãtur, nec blaſphemi? Contremunt

Auxilia Dei conuertuntur in damnationem homini ea negligentis.

Eccl. 5. 12.

Rom. 2. 4.

Pœnitentiã negligens vocatus à Deo homo, theſaurizat Dei iram in die reddendæ rationis.

Iacobus Aluarez de paz to. 1. ex maioribus lib. 1. partis. 2. cap. 13.

Apoc. 16. 1.

Digitized by Google

oſſa, auditores pij; cōtremunt oſſa. Tres priores plagę auxilia Dei ſunt, quibus ſceleſti homines, vt reſipiſcant, percutiuntur: & cùm, poſt vehementia auxilia tria, minimè emolliantur, vt à criminibus deſiſtant; plaga eis ſuperuenit quarta, quæ ſummum malum eſt; phiala iræ effuſa ſuper Solem. Quidnam eſt, Dei iram ſuper Solem effundi? Eſt vtique diuinum Solem denſiſſima obſtinatis hominibus nube obtenebreſcere, deficiente candidiſſimæ lucis auxilio, quo anima & illuminatur, & dirigitur. Deficiente hoc, prorumpit pro claro Sole fumoſa ignis flamma propriarum paſſionum proprię concupiſcentię, affectuum propriorum, qua peſſimi homines areſcunt animo, ſuauiſſimo priuati rore auxiliorum; tetraque miſeri confuſione caligant. Liberet nos Deus à tam horribili ſupplicio. Phialæ ſunt, perpendite, ſeptem; quarta, quæ media eſt, priuatio eſt auxiliorum. Suauis quidem; ſed terribilis Dei prouidentia. Nos homines dicere ſolemus, *a la tercera, buena y verdadera:* diutiùs expectat Dei patientia. Ter, impulſibus tribus hominem vocat, percutiens eum in tribus temporalibus bonis, tum egeſtate, tum ignominia, tum ægritudinibus, adiectis cordi impulſibus, quibus eum piè tangit, allicit, vrget, quaſſat, inſtat, replicat; & id quidem per dies non paucos: at quum poſt tot impulſus, tot vocationes, tot plagas inflictas, vt obediat, videt eum adhuc reſiſtentem: mittit tunc in eum plagam quartam, lucis diuinæ extenuationem, effuſa ſuper Solem phiala iræ eius tenebroſa. quamuis enim nullo vitæ huius inſtanti derelinquat Deus hominem vllum deſtitutum auxilijs ſuis illis, quibus demptis penitus cœcutiret, nec viam cerneret, nec ad gradiendum adiuuaretur: tamen, cùm inter ſufficientia auxilia, alia ſint vberiora, minora alia, aliaque in ſuo genere minima; præbet obſtinato homini Deus, quæcunque ex his ſufficiunt, ſubtrahens potiora; velans nimirum lucis perſpicuitatem; quâ priuatus, pergit iam inſtar hominis, agentis iter in die tenebroſo; cui etſi non omnino Solis deficit Lux; eſt tamen illa remiſſa, languida & exilis. Vnde relictus iam ſolo huiuſmodi lumine, quod, ſufficiens licet, arctum tamen eſt in eiuſdem obſtinati pœnam, laxat protinus ille propriæ habenas voluntati, incipitque ire præceps miſer homo in tantum, vt ſacroſanctum blaſphemet Dei nomen, nullaque ad eum pœnitentia conuertatur. quapropter ſequuntur aliæ tres effuſarū plagę phialarum; quibus quantò grauiùs verberatur, & crebriùs: tantò ſe in præceps iactat effrænatior.

Auxilio Dei nullus ad vſque deſtituitur homo, tametſi ſuam ad duritiā extenuari impio ſoleat auxilium.

Suarez opuſculo de auxil. lib. 2. cap. 3 §. ſecunda ratio.

Simile.

Nitidiſſimum hodie habemus Solem in nube lucida per nubes medias aſcendentem, ne nubes vlla obſcura ſit: habemus & viride virgultum, cui nos implexi conſcendamus: vt auxilium ſit omnino integrum, & lucis mentibus fulgentis, & fulcri firmi ad aſcendendum. Cur non auxilio tanto plures in corde aſcenſus diſponemus? Eſtis curioſi vos, & fortè auidi audiendi, quanta in aſcenſu hoc diuini fuerit gloria triumphatoris. At certè quod hac in parte proficuum eſt, ad prædictam hanc ſpectat diſpoſitionem, qua ſequuturas Christum aſcenſiones noſtras noſtris præparamus in cordibus. Inde enim Chriſtus glorioſus aſcendit, quòd, factis proprijs gloriam

comparari t: cui debitus hodie impenditur honor. Eſt conſideranda certa inter honorem, & gloriam diſtinctio, atque conuentio. Gloria fulgor eſt propriè proprius perſonæ, quo candida eſt, ob egregia eius facinora multa: aut certè ab ipſa emanans perſona, nempe à pulchritudine, virtute, atque ſapientia: honor autem eſt exaltatio, qua propter gloriam illam magna afficitur reuerentia, grandi colitur pompa. Tametſi enim dari à Deo gloria verè, ac congruè dicatur: id tamen inde veraciter dicitur, quòd præbeat Deus homini firmum ad comparandam gloriam principium, gratiam ſcilicet ſuam: & poſtea comparatam iam ab homine gloriam edat Deus in altum, vbi adiecto fulgeat honore. Ex tribus ergo locis, in quibus glorioſus triumphator, Dei Filius, hodie conſideratur, nempe terreſtris locus, à quo egreditur, medius, per quem aſcendit, & ſupremus ille, in quo ſedit, & ſedet in æternum: primus quidem eſt, quem latiùs narrat vterque Chronographus, vtpote ad eius gloriam pertinentem: vnum duntaxat de reliquis verbum. Terreſtri etenim in loco multa eum memorant perpeſſum, multa glorioſè miracula operatum, adeo vt & fidelibus ſuis virtutem indiderit, ad edenda eius nomine ſimilia, eijcienda Dæmonia ad nouas linguarum locutiones, calcandos tabificos ſerpentes, conſeruandam poſt mortiferum hauſtum ſanitatem, bonamque ægrotis valetudinem ſolo afferendam manus tactu in eius nomine. Vbi ergo tanta ex ſe gloria abundat triumphator, tantamque ſecum è terris defert in cœleſtia; nihil de itineris pompa, & apparatu, nihil de grandi maieſtate, qua in cœleſtibus excipitur ianuis dicendum putauerunt, ſcientes, multò altiora mente concipienda eſſe ab his, qui meritum conſiderant eius, quàm quæ longo ſcripto dici poſſent. Scimus, ad gloriæ menſuram debitum triumphatoribus honorem impendi. Ideo de his, quæ in Domini honorem coruſcarunt in tranſitu, ſolùm dicit Chronographus, *Nubes ſuſcepit eum. Cúmque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri in veſtibus albis, qui & dixerunt illis: viri Galilæi, hic Ieſus ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.* De parato autem in altiſſimis throno ſolùm dicitur; *Sedet à dextris Dei.* Itaque conſiderandum eſt viæ, & termini feſtum, pompa, tripudium, ornamentum propriæ triumphatoris gloriæ condignum. Idcirco fulgentiſſimæ ſeruatoris noſtri, quam ſecum ipſe defert, gloriæ, noſtram oportet conſiderationem applicari totam. quàm glorioſum putamus exijſſe à terris victorem hunc ducem, cunctis circundatum libertis, quos à iugo ipſe æternæ eduxit captiuitatis: Cùm Moſes ille, qui à temporali ſeruitute Iſraeliticam gentem liberauit, glorioſus valde Ægyptiaca ex vrbe per rubrum exierit mare facto manu eius ſicco inter aquas tramite, per quem traduxit numeroſum illum comitatum! Ille etenim Moſes viæ dedit initium, finem non item: Chriſtus finem, & initium. *Ideoque* (ait Apoſtolus) *deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.* Imo nec auctor fidei fuit Moſes: ſed detulit fidei ad Iſraelitas teſtimonia, vt certò crederent ſe ab vno vero miſſum *Deo*, ad

Gloria, & honor in quo differant.

Honor quo diſtinguatur à gloria

Chriſtus auctor fidei, & conſummator earum rerum, quæ fide credenda propoſuerat.

Heb. 12. 1

Exo 3. 12.

Digitized by Google

educendos eos moleſtiſſima illa ex ſeruitute: Chriſtus auctor eſt fidei; qui, vt ab æterna homines captiuitate eriperentur, ſuos ad fidem diſcipulos formauit integra non ſolum Dei vnius notitia, ſed Dei Trini, quam per orbem totum ad vniuerſos ferrent mortales. *Euntes* (ait) *in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*: baptizatus nempe in trini Dei nomine. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Quam fidem innumeris confirmauit ſignis, non vno (vt Moſes) tempore; ſed per ſæcula omnia: non viſibilibus duntaxat miraculis: ſed interna etiam infuſione, de qua ſcriptor noſter: *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Moyſes non conſummauit curſum illum, vt libertos in præſtitutum induceret terminum, terram videlicet promiſſam, imo media in via defunctus eſt ipſe: Chriſtus introduxit in promiſſam beatitudinis patriam, in viæ terminum, in locum fœliciſſimum libertos ſuos, non eos ſolùm, quos in die aſcenſus ſecum detulit, ſed & reliquos omnes, quotquot per omnia ſæcula in requiem illam beatiſſimã ingreſſi ſunt, & ingredientur. Quanto igitur honore ianua in cæleſti exceptum: quanto per viam celebratum cenſebimus auctorem hunc fidei, æternæque vniuerſorum hominum ſalutis conſummatorem perfectiſſimum? Quid iam vultis de magnificentiſſimis dicam aëris, terræque feſtis, ac cælorum, poſtquàm merita tanta, tantam videtis gloriam aſcenſoris? Nulla relicta eſt in cælis turba, nec in terris, quæ ad ſpectatiſſimum hunc Domini cælorum, & terræ hodiernum in cęlos ingreſſum non ingenti concurrerent lætitia, iubilatione, reuerentia. E cęleſtibus Angeli, Dominationes, Cherubini, cæterique vſque ad nouem chori ſuauiſſimis celebrantes feſtum hoc canticis: è terris omnes illi nobiliorum cunei, quos ex Abrahæ ſinu ſecum eduxit Victor ipſe, patriarcharum, prophetarum, Regum, martyrum, virginum, doctorum, elegantiſſimis omnes variè collucentes ornamentis, iuxta ſuam quiſque conditionem, iubilantes, placidi, plaudentes, ductis per omnem viam choris in tympanis lætitiæ, ſiſtris, organis, ſambucis, corneis tubis, fiſtulis, citharis, pſalterijs, tibijs, cymbalis, ſymphonijs, reliquiſque omnium artium inſtrumentis, conſonante dulci paſſerum murmure.

Matth. 28. 19.

Forte quærent nunc mulieres aliquæ, concurrerintne ad grande hoc feſtum velata mulieres facie, vno duntaxat oculo patente: ſicut ad humana vbique tripudia, imo ad deuotas proceſſiones ſolent concurrere non paucæ? Abſit. Minimè quidem concurrerunt illuc huiuſmodi fœminæ: quoniam cæleſti in vrbe nullæ ſunt mulieres velatæ. Vnum quippe ex elegantiſſimis vrbis illius ornamentis conſpicua eſt corporum claritas: qua pellucida vndecunque ſunt corpora. Audio nonnullas ex adſtantibus mutientes, potuiſſe quidem exire terreſtribus ex populis huiuſcemodi coopertas facie mulieres: eſto, nullę concurrerint è cælis. At certè nec è terris concurrerunt vllæ. Enim verò nobiliſſimus ſponſus, qui ad cæleſtes hodie ingreſſus eſt nuptias, cùm ſponſam ſuam, cæteraſque conuiuas virgines parabola priùs inuitaſſet; excluſit illas, quæ ianuam ſine accenſis pulſauere lampadibus, di-

Fœminæ exeuntes velata facie ad ſacra Dei feſta, ac proceſſiones, nequaquam, aut rarò tédunt in cælum.

Digitized by Google

Matth.25 13.

cens eis ab intus: *Neſcio vos.* Quoniam profectò quiſquis alienam noctu accedens ad ianuam, nullam ſecum affert lucernam: iuſtè foris relinquitur foribus clauſis, eò quòd domus Dominus renuat portam ſuam aperire ei, quem ex vultu non cognoſcit. Quantò magis reijciet eas fœminas, quæ data opera faciem tegunt velamine? Hac propter dixit diuinus ipſe ſponſus ad ſponſam: *Oculi tui, ſicut piſcina in Heſebon: quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.* Eſt Heſebon ciuitas magna Palæſtinæ: cuius ethimologia, vt tradit Philo, recta intentio eſt, ſincera cogitatio. Porta filię multitudinis Hebręo more portam deſignat populoſiſſimi hominum concurſus, vt Vvilleramus poſt Iarrhium explicuit. Ibi piſcinæ ſunt duæ illimes valdè, ac nitidiſſimæ. Eſt autem piſcinę, & oculi nomen vnum, propter vniformem inter cryſtallinam aquam, & oculum purum ſimilitudinem. Dicens ergo ad ſponſam ſacer ſponſus: *Oculi tui, ſicut piſcina in Heſebon, quæ ſunt iuxta portam filiæ multitudinis,* honorificè commendat honeſtiſſimę ſponſæ ſinceritatem, puritatemque cogitationum: prout S. Ambroſ. & Theodoretus cenſuerunt. Certè ſi qua alicubi vnquam fuit porta filiæ multitudinis, illa quidem eſt cæleſtis vrbis porta, per quam hodie ingreditur Rex glorię, concurrente hinc illinc turbarum multitudine, nunquam alibi reperta. Fœminæ ergo, quæ ad collætandum, & gaudendum ad portam hanc hodie concurrunt, à ianitore examinantur oculis, ſintne duabus his piſcinis conformes; tum in eo, vt puri ſint, recti, ſinceri cogitationibus; tum diſcooperti, ſicut piſcinæ patentes ſunt, nullo operculo tectæ. Alioqui, ſi oculis velatæ ſunt fœminę, arcentur à porta, reijciuntur à feſto: vt quæ nec puris cogitationibus cenſentur accedere. Væ illis, quæ in ſacris Dei feſtis ſic velatæ populo ſunt impudicis nutibus ſcandalo, non admittentur iſtę ad ęternam glorię celebritatem: imo in iudiciario delinquentium theatro facies reuelabuntur; vt pudore nimio plenæ flagitijs conſpiciantur ab omnibus.

Cant.7.4. — Philo ib. — Hebr. ibi. — Vvillera. ibid. — Iarrhius ibid. — Amb. ſer. 16 in pſal. 118. — Theodor. Cant. 7.

Piſcinæ Heſebon. — *Heſebon quæ ciuitas.* — *Porta filiæ multitudinis quæ?* — *Oculi, & piſcinæ, ſeu ſtagni nomen vnum Hebraicè, propter ſtagni, & oculi conformitatem.* — *Intentio recta, & pura oculi ſunt ſimiles piſcinis Heſebon, quæ ſunt iuxta portam filiæ multitudinis.*

Quàm lætabundas exiſtimabimus virgines illas, illaſque integerrimas matronas, quæ in feſto hoc ad portam occurrerunt multitudinis, in qua (vt ego exiſtimo) oblata fuit corona triumphatori! Vidimus in primo quouis Regis ingreſſu, quo opulentam aliquam ciuitatem, quam nunquam viſitauerat, ingreditur; ornamenta illa, quæ, vt intret glorioſus, offert ei populus, in porta vrbis ei miniſtrari. Ibi enim & iuſiurandum ab eo exigitur de populi illius inſtitutis, ac immunitate ſeruandis. Cæremoniam hanc erga diuinum Regem hodierna obſeruatam die legimus apud Pſaltem ſcribentem, dixiſſe præcurſores eius ad ianuæ cælicæ cuſtodes: *Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ:* reſpondiſſeque ab intus Ianitores: *Quis eſt iſte Rex gloriæ?* nec aperuiſſe donec rurſus audierunt præcurſores dicentes: *Dominus fortis & potens,* Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ. Ibi ergo coronam arbitror diuino huic oblatam Regi. Sed qualem coronam ei impoſitam cenſebimus? Illam profectò, quam ipſe è terris ſecum tulit, vt à principio conſtituimus. Quid igitur, (diceтis) in cæleſtibus ei adiunctum eſt gloriæ, ſi gloriæ fert ſecum ipſe coronam? Additus ſanè immenſus eſt honor. Id enim à prin-

Pſal. 23 7.

Coronam, qua in cælis iuſtus coronatur, ſecum è terris ipſemet defert.

cipio oſtenſum eſt:ea,quibus in vrbem excipitur triumphator,ad honorem gloriæ, non ad gloriam ipſam pertinere. *Corona aurea ſuper mitram eius,expreſſa gloria honoris*:gloria honoris,ait,non gloria ipſa. At adiectus hic honor, immenſus eſt: qui in eo conſiſtit, vt propria Regis manu ponatur triumphatori corona, quam ſecum fert triumphator ipſe ſuam. Nec ideo omittimus fateri, quia *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*;cùm ipſe ſit,qui dat homini bona,dat ſpecioſitatẽ,dat virtutẽ,atque victoriã,quibus glorioſus eſt victor,&formoſus.

Eccli 45. 14.

Pſal. 83.12

Corona ponitur capiti iuſtorũ propria Dei manu.

Duorum ſcripturæ ſacræ locorum vniformis concordia mirificè rem elucidabit: quorum alter ex veteri,ex nouo eſt alter teſtamento. Ille Iſaiæ: *Eris corona gloriæ in manu Domini*: hic Apoſtoli Pauli; *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ;quã reddet mihi Dominus in illum diem, iuſtus index.* Eris corona in manu Domini,ait Iſaias;vt Dominus ipſe propria tibi manu apponat capiti coronam.Hæc corona eſt,quę poſt vitę huius conſummatum fideliter curriculum iuſtum hominem condecorat in ęternũ.*In reliquo*,ait,*repoſita eſt mihi corona.*Quatuor(quęſo)vocabula perpendite.*Repoſita,iuſtitiæ,reddet,iuſtus index*;omnia enim hæc noſtrum luculentiſſimè comprobant inſtitutum. *In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.*Iam quidem hinc repoſita eſt mihi:mihi ex nunc iam aſſeruata corona:ſed in manu Domini aſſeruata; *Eris corona in manu Domini.* Deinde dicitur, *corona iuſtitiæ*: vt nouerint omnes propriam eſſe hominis coronam,proprijſque meritis comparatam,atque ex iuſtitia ei debitam, vt notauit Auguſtinus. Quod eleganter & docet,& confirmat verbum, *Reddet*: *quam reddet mihi Dominus.* Quid ais Paule? Quid eſt *reddet*? Numquid dediſti Deo coronam, vt ab eo reddendam tibi affirmes? Nonne? Dedit vtique Paulus Deo coronam; vt eius manu ſibi in cælis tuta aſſeruaretur,ſuo tempore reddenda. *Reddet mihi*, ait: quoniam reſtitutio proprius eſt iuſtitiæ actus: eſtque corona hæc iuſtitiæ corona. Quod tandem iterum confirmat nomen illud, *Iuſtus index*, vtpote ad quem reſtitutio hæc ſpectat ex iuſtitia.Quòd ſi iuſtitia eſt:non ſoli quidem Paulo debetur:ſed &alijs,quibuſlibet fideliter curſum conſummantibus.Id quòd exprimit ipſe verbo vltimo illo: *Non ſolum autem mihi: ſed & ijs,qui diligunt aduentum eius.* Eſtque ſumma dignum admiratione,quòd corona hæc non manu facta:ſed iuſtus ipſe corona eſſe dicatur. *Eris corona gloriæ in manu Domini.* Tu quidem ipſe eris tui corona: quoniam profectò,ſi duos homines ſimul hîc videam te,corona dignum,capite nudum,indignum alium coronatum;eris oculis meis magis,quàm ille,glorioſus,non alia corona,quàm te ipſo. Quod vera quidem gloria eſt:cùm corona hæc minimè ſit fictitia,nec adiecta. Tamen adiectus à Deo glorioſę huic coronę honos longè exſuperat coronam ipſam eò, quòd Dei manu capiti imponatur. Quum ignobilem hominẽ intendit Rex nobilitare,nulla alia vtitur arte,quã, vt aurea calcaria manu propria ponat pedibus eius: quo iam inde manet nobilis eques, etiamſi calcaria ipſius hominis ſint propria. Quanto(rogo) altior erit hominis honor, Dei ipſius manu coronam ei capiti apponi, etiam ſi homo

Iſai. 62. 3.
2.Tim.4.8

Honor iuſtis à Deo impenſus.

Gloria datur iuſtis ex iuſtitia debita.

Iuſtis debetur ex iuſtitia corona gloriæ.

Aug. trac. 3.in Ioan.
S.Tho.1.2 q.114 ar.1

Iuſtus homo ſibi ipſi corona eſt.

Simile.

ille tradat Deo apponendam ſibi coronam? Si hoc Regiæ manus miniſterio aſcendit homo ab ignobili ad nobilem: quonam aſcendet, quum ſupremę illi nobilitati, qua Dei adoptiuus eſt filius, addatur hic in cæleſtibus honor, vt poſita Dei manu corona confirmetur? Amplius adhuc: *Eris corona in manu Domini*: nempe, eris corona, qua manus Dei coronabitur: qua ipſe coronabitur Deus: qui propterea non capite, ſed manu coronatur, quod manus eius ſit adepta eam, quam tu victoriam peperiſti: cùm ſimul tecum in prælio pugnauerit, tum prętere a, quòd talem hominem condiderit, qui talem gloriæ eius peperit victoriam.

Iuſtus homo eſt Deo quodammodo corona.

Titus Liu. Decad. 3. lib. 8 non longè à principio, & l. 7. prope fin.

Fuit aliquando vno eodem tempore ſimul impetita vtroque termino Italia duobus Carthaginenſium exercitibus, altero quem à parte Apuliæ, ductabat Annibal, à parte Galliæ altero, cuius dux Aſdrubal, frater eius. Reſiſtendis his duo ſimiliter occurrerunt Romani cum ſuis duces exercitibus, ad Galliam Marcus Liuius. Caius Claudius ad Apuliam. Hic tale quoddam ſtratagema comminiſcitur. Splẽdentem latè omnium fecit oſtentationem militum ſuorum; quos videns Annibal, non facilè auderet impetere: pulchraque ſolertia caſtrametatus, ſelectiſſimis bellatoribus ſumptis, clam exiuit noctu, alteri, cui Liuius præſidebat, opem laturus exercitui. Celeritate properauit Claudius tanta, vt diebus non pluribus ſex Italiam traiecerit totam, donec ad terminos peruenit Galliæ, vbi Liuij conflictabat exercitus. Quo inopinato auxilio corroboratis Italis, hoſtibus conturbatis, victoria Claudio inſignis eſt parta. Qua cognita, Apuliam quoque reliquit Annibal. Excepit Romanus populus vtrumque ſimul victorem ducem, magna tamen Senatus ambiguitate, vtri currus, & palma concederetur, eò, quòd eſſet meritum Claudij, exercitus Liuij: cui magna eſſet ignominia, ſi alteri tribueretur victoria pręlij, cuius erat ipſe dux generalis. Quam Senatorum anguſtiam diſertus præuidens Claudius, miſit ad eos, rogans, Marco vt daret honorem, & triumphum: ſibi omnino ſufficere, ſi illo ingrederetur equo, ſui ad victoriam adiutore. Prudens ſanè diſpoſitio. Excepti ſunt pariter Liuius, & Claudius, ille curru, & palma, nullo hic triumphatoris inſigni: qui tamen illo ingreſſus equo, omnium rapuit oculos, relicto laureato: cùm ex conceſſo honore alter, alter ſe ipſo honore dignus ſpectaretur. Itaque illa vera eſt, quam triumphator gloriam ſecum defert: conceſſus ab hominibus honos, gloriæ potiùs inſigne, quàm gloria; qui nec gloria eſt, vbi abſque proprijs noſcitur exhibitus meritis. Solis enim paternis, Chriſti ſcilicet meritis, abſque vllo proprio glorificari, id quidem ſolis conceditur paruulis, & amentibus, qui ſtatutis in quouis mundi ſtatu remedijs ab originali macula mundati, gratuita filiorum Chriſti adoptione præfulgent. Appoſita ſunt Magni verba Gregorij: *Reſurrectionis ſuæ gloriam aſcendendo declarauit.* Non quidem peperit aſcenſionis die; ſed oſtendit partam Dei Filius.

Caius Claudius glorioſiſſima potitus victoria, totum Marco Liuio ſocio ſuo honorem voluit, & gloriam exhiberi.

Quæ cùm ita ſe habeant, videte nunc vos, qui ad gloriam cupidi anhelatis, ſi ad veram, quæ ſola cæleſtis eſt, gloriam aſcendere velitis. Si enim eam exoptatis: ſcitote è terris eſſe ferendam, multis victorijs comparatam.

Redemptione à Chriſto facta non

Digitized by Google

frui, ſumma hominis miſeria eſt, dementia ſumma.

comparatam. Alioqui, excluſi remanebitis, minimè cum duce introeuntes, qui in bello ducem ſequi nolueritis. Quòd ſi ob culpam hanc relicti manſeritis: eritis tunc eius, à quo vincimini, inimici mancipia. Quid ergo ſentit miſer homo, qui ex ſæculo hoc exiens, viderit, cùm in cælos ſe ducendum putat, ad tetra ſubitò tartara in æternam rapi combuſtionem? Quanta (rogo) anguſtia affligetur miſer Conſtantinopoli captiuus Chriſtianus, videns Chriſtianum ducem redemptorem oram cum multis concaptiuis ſuis liberis ſoluere relictus in vinculis ipſe: nec eductus à duce illo, qui omnes redimere venerat, vocauerat omnes aperto ad redemptionem marſupio? Iuſſerat redemptor hic, præconis voce in cunctis vrbis angulis, atque plateis notum fieri, ſe quidem illuc aduenisse, vt quicunque captiui redimi vellent, ad ipſum ſtatim aduentarēt. qui intra dies tres à portu erat triremibus ſuis diſceſſurus. Quod rurſus, & iterum notum fieri iuſſerat, dicens; Videte, amici, quia die tertia carbaſa explicabo; ne differatis accedere redimendi. Imo videns multos ex captiuis adhuc cunctari, expectauerat ipſe plures vltra præſtitutum terminum dies, crebris monens præconijs, ne accedere differrent amplius; & nihilominus multi ex captiuis ſola detenti ſocordia ad redemptionem accedere negligebant. Cùm tandem iam exceſſit cum triremibus: quanta affligetur anguſtia infœlix captiuus, qui accurrens ad littus, cum alijs liber exiturus, videt iam triremes ventis auehi, auectos libertos exultantes? Clamat intimis triſtis eiulatibus: heus vos Chriſtiani, reuertimini, vt me ſuſcipiatis: nec auditur miſer à nauigantibus. Heu vos, amici, heus, qui mecum fuiſtis captiui, miſeremini mei, qui ſortem ſcitis captiuorum. Heu miſerum me! Nemo reſpondet; nemo audit. Clamitat fortiùs; Heus pie redemptor! propter Deum mihi miſerearis: mitte ſcapham, (rogo) qua à tam dira eripiar ſeruitute. Clamat, vociferatur, raueſcit; nec auditur infœlix à Chriſtianis. Heu me infœlicem! qui tot iam diebus audiens præconium, oblatumque gratis pretium redemptionis agnoſcens, ad inſtans hoc accurrere diſtuli, quum leuatis iam anchoris, ventis data ſunt vela! Heu miſerum me! Heu me infœliciſſimum, ſtultum, ſtolidum, amentem: Preſertim cùm herum venientem videat, à quo duplicatis vinculis ad duriora reuocatur officia. Quanto item dolore afficietur redemptor ipſe, videns, multos in littore manere captiuos, quibus abſque addito redemptionis pretio integrum erat liberos exire? Nam ille quidem non ſingulis nummorum ſolutionibus captiuos ſingulos redemit; ſed omnes ſimul quotquot in vrbe captiui inuenirentur, vna pro omnibus ſumma populo ſoluta. Quantò amariori angetur afflictione miſer ille homo, qui ad ſequēdum euntem in cęleſtem patriam redemptorem, ad illud vſque inſtans diſtulit accedere, quo morte interueniente, abſque vllo manet remedio in ripa redemptionis? quid item ſentiet pius ipſe Redemptor, Dei Filius, videns, quòd abſque vllo à ſe ſuperaddendo redemptionis pretio poterant relicti omnes frui redemptione, qua ipſe ſumma pro omnibus perſoluit vna. *Non corruptibilibus, auro, vel argento*: ſed *dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus.* Quidnam te fiet, frigide peccator, qui me audis, ſi ta-

Deus expectat homines diu ad pœnitentiā.

Deus ſæpe admonet hominem priuſquam eum in tartara relinquat.

Pœnitentia ſera quam proficua ſit. Vocatio Dei iugis in omnes.

Deus dolet, quòd homines facta ab eo redemptione non fruantur.

Redemptio vna ſemel pro omnibus à Christo facta.

Matth. 25. 5. Dormitauerūt omnes, & dormierunt, clauſa eſt ianua.

1. Tim. 2. 6

lem (quod Deus auertat) videris tui relictionem? Inuitat te ingenuiſſimus redemptor, clamatque pretio exhibito, ore prædicatorum, crebris inſpirationibus, vt accedas gratis redimendus. Tardaſti: clamauit iterum, atque iterum, ſemper, & vbique, nec clamare ceſſat: vide, amice, vide, caue, propera. Iam te diu expectaui, poſtque monitiones multas expectaui patienter iterum, atque iterum: non expectabo vlteriùs: tempus eſt excedendi à terreſtri hoc portu; amice propera. Nemo eſt, qui ad æternam hanc fœlicitatem non vocetur à Chriſto; nec qui alio fine creatus ſit, vt docent Dionyſ. Nyſſen. Cyprian. Nazian. Hieron. Anſel. & Thomas. Quid reſpondes? Iam, Domine, iam. Expecta (obſecro) donec ſurgam à lectulo, in quo me concubina detinet: ſurgam libidine expleta; expecta, Domine. Heu miſerum hominem! Poſt tot dilationis, qua te expectaui, dies, petis impudens rurſus dilationem? Domine, modicum, & veniam, tanto vt fruar bono: nondum ſolui debita, ne meas minuam poſſeſſiones, nec pecuniæ ſummam, quam mercatura augere contendo; nec domus apparatum, & pompam, in qua familia mea conſtituta eſt. Heu inſenſatum! ſi ſcires, quàm citò diſceſſus dies acceſſurus ſit! Clamabis tunc ex littore agonia plenus, & anguſtia; Domine, Domine, & non erit auditionis locus; quoniam diſceſſit iam redemptor, & *In inferno nulla eſt redemptio.* Veniet tyrannus herus tuus, cui te, nolens reſiſtere, ſubdidiſti, ſuamque domum multiplicatis te reducet oneribus vinculorum. Cõſtituit te in abſcondita infernorum latebra, vnde clamores tui à Redemptore, non exaudiantur. Tunc plorans lamentaberis: *Ædificauit in gyro meo: & circundedit me felle, & labore. In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos, Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum. Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam.* Iam excluſit (ait) pro quouis tempore, quo rogauero. Hebræa, *Satan occluſit,* Septuaginta, *Obſtruxit omnes exitus vocis meæ.* Chaldæus, *Clauſa eſt domus orationis meæ.* Cauete vobis, fratres, quoniam deſidia in accurrendo ad vocantem redemptorem, indies duritia cordis fit, donec tandem prorſus obduretur. Tota Chriſti hodierna prædicatio, duritiæ increpatio eſt. *Increpauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.*

Duritia cordis æternus planctus.

Dion. de cæleſti hierar. c. 9. Nyſſen. l. de Beatitudinib. beatitud. Beati miſericordes. Cypr. l. 4. epiſt. 7. Nazianz. orat. 5. Anſelm in Monol. 22 & 23. S. Tho 1. p. q. 8 ar. 1.

Domine, Domine, aperi nobis. Matth. 25. 11.

Tren 3. 5. Hebræa. Septuag. Chald.

Inferni tormenta, ac deſperatio.

Adeſt adhuc nobis benigniſſimus redemptor, adeſt in viæ huius fœliciſſimo termino, vt ibi nobis paret locum. Qualis ſit locus hic, nondum tetigimus: de egreſſu eius à terreſtri loco, deque viæ diximus aſcenſu: nullum verbum de throno, in quo magna eſt locatus maieſtate. At quis de ſublimiſſima hac ſede audeat loqui? Vnum duntaxat dicit verbum Chronographus: *Sedet à dextris Dei.* At, quid aliud de Regia dici potuit ſedis illius maieſtate, poſtquam vnum hoc dixit: *Sedet à dextris Dei?* Sufficiat nobis circa hoc dicere, benigniſſimum Dominum locum nobis cælicum parare, in quo iugiter cum ſuo in throno ſedentem videamus. Suauiſſima eſt eiuſdem Domini facta diſceſſus tempore promiſſio. *Non turbetur cor veſtrum: creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quominus dixiſſem vobis; quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero*

Marc. 16. 20.

Ioan. 14. 1.

Digitized by Google

vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Præparat ibi locum prouidentia tanta: vt etiam obſtantes in via æmulos coërceat. Magnificam hanc, qua Pater Rex triumphatorem iuxta ſe collocat, honoris gloriam attendamus. Sedet diuinus

Chriſtus ſedet à dextris Dei.

Rex, ait textus, à dextris Dei, dicente Patre Deo, ſede, fili, apud me ad dexteram meã. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.* Summa triumphatoris dignitas: & cui ille conceditur honor, qui nulli, niſi ſummi Regis filio, concedi poſſet. Sede à dextris meis, ait Pater, *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Videamus, ex quanam materia thronus præparatur triumphatori. Ex inimicis quidem eius, tanquam ex materia, thronus fit. Ipſi ſunt ſcabellum, ſuper quod victor ponit pedes. *Ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Triũphatorem aliquem hoſti, tanquam ſcabello innixum fuiſſe, non eſt nouum: at pro modico tempore, quatenus victi hoſtis dorſo innixus equum conſcenderit triumphator. Nam Pazaites Turcarũ Rex Tamburlano victori equum conſcenſuro ſubinclinauit humeros: ſicut & Valerianus Imperator Sapori, Perſarum Regi. At, quòd victoris thronus ex victis hoſtibus, tanquam ex tabulis, factus ſit totus, nuſquam audiui, aut legi. Verùm, quoniam diuini triumphatoris ſcabellum, thronumve eſſe, eximius eſt honor, nõ decuit, eoſdẽ poni hoſtes thronum eius in cęlis. Eſt magna thronum eius eſſe fœlicitas, qua ſupremi tantum Seraphini fruuntur: nam Iſaias ait: *Vidit Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum: Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri:* ideo non eoſdem quidem dæmones hoſtes poſuit Deus ſolium triumphatoris: ſed eorum alas, quas victor eis amputauit. Nam & dæmones Angeli ſunt, & ſupremus eorum, Lucifer, eſt Seraphim. Poſuit vtique Deus victori Filio hoſtes eius dæmones ſcabellũ in terra, in qua eos vicit, & calcauit: ſed quia impuriſſimos iſtos ingredi cælum, prorſus eſt indecens, multoque minùs decens, puriſſimis eos tangi pedibus regnantis: ideo eorum alas tanti diuini ſolij ornamentum, eò quòd has amputauerit illis inuictiſſimus Dominus: alas dico ſuperbiæ, & præſumptionis, ſeu ipſam potiùs arrogantiam, & ſuperbiam. Quòd ſi ex quibus tabulis factus ſit thronus, inquiratis, ex ſcutis, quæ ab hoſtibus abſtulit, affabrè ſtructum comperietis. Summa ſolij gloria. Quiſnam victorum Regũ tot hoſtibus victis detraxit ſcuta, vt grandem ex eis thronum ſibi facere potuerit? Solius eſt Chriſti gloria hæc: ex eis multis, quas ſcutorum ſarcinas ante ſe præmiſit, fabrefactum inuenit à dextris Dei thronmm. Si quis triumphator talem ſibi thronum faceret in terra: nonne ſedens in eo glorioſus eſſet magis, quàm ſi in conſtructo ex pretioſis lapidibus, auro, & margaritis intermiſtis? Si ergo in terris, in quibus ſuper ligna longè æſtimantur aurum, & vniones, altiorem ligneus thronus gloriam conciliaret triumphatori, eò quòd tabulæ ſcuta ſint hoſtium: quantò erit in cęlis huiuſmodi ſolium glorioſius: cùm aurum illic, & pyropi communis pauimenti materia ſit, quam incolæ omnes vbilibet calcant? Præſertim, cùm amputatæ ſuperbiſſimis à Regibus alæ, ſcutis ipſis intermiſtæ, triumphatoris Regis pedibus ſupponantur.

Chriſti thronus conſtructus ex detracta ab hoſtibus ſcutorum congerie.

Diabolo ſupremo Seraphino amputauit alas Chriſtus Dominus.

Pſal. 109.1

Pſal 109.2

Iſai. 6. 1.

Digitized by Google

Collocatus itaque in tam ſupremo ſolio diuinus glorię Rex, minimè oblitus eſt noſtri: imo honorificum nobis pręparat locum. Lętamini omnes, & gaudete; corda veſtra illi pręparate, vt ad iucundiſſimum illum beatitudinis locum tanto Rege fruituri ſubleuemini. Agite, ergo, amici, vt eum inquiratis: illum ſanctis actibus, relictis ſceleribus, ſequamini. Toto ad eum corde conuertimini: veſtram illinc expectat conuerſionem. Adhuc expectat vos tolerantia nimia, poſt longiſſimam patientiam. *Non tardat Dominus promiſſionem ſuam: ſed pa-* *Mortis dies,*
2.Pet.3.9 *tienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam* *vt fur, veniet.*
reuerti. Adueniet autem dies Domini, vt fur. Quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei Domini? Hęc Princeps Apoſtolus. En aſcendit Rex glorię: aſcendit iam Redemptor noſter, dux noſter, ſpes noſtra, vita noſtra, gloria noſtra, bonum noſtrum. Audite, obſecro, intentiſſimi, quid dicat; qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: tūc, vbi ego ſum, illic erit & ipſe; mecum fruitus gloria ſempiterna.

Digitized by Google

IN EADEM ASCENSIONE DOMINI.

SERMO II.

Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſ- Marci.16 19.
ſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.

LEGIMVS in 2. Paralipomenon libro, Merari filios ita ad portarum templi cuſtodiā fuiſſe aſſignatos, vt, cùm vni vnus aſſiſteret portæ, duo pro vltima, quę occidentalis erat, fuerint electi. *Sophim, & Hoſa ad occidentem iuxta portam, quæ du-* 1. Paralip.
cit ad viam aſcenſionis; cuſtodia contra cuſtodiam; 26. 16.
id eſt, cuſtodes duo, mutuo ſe è regione conſpiciētes in foribus duabus. Porta, per quam glorioſiſſimus triumphator, Dei Filius, hodie è terris egreditur ad aſtra, occidentalis quidem eſt porta, quæ ducit ad viam aſcenſionis: cùm conſummati iam in terris curriculi extremus ſit exitus. Sed miror valde, quòd in templo ſit porta, quæ ducat homines non ad aſcenſionem protinus ipſam, ſed ad præcedentem aſcenſionis viam: vt cunctis palam innoteſcat, ad olympicum fœlicitatis introitum non ſolam fieri aſcenſionem, qua in nouiſſimo die conuolat egreſſa à corpore anima, ſed eſſe priùs gradiendum per viam, qua ad ipſam itur aſcenſionem: viam diuinorum mandatorum, viam veritatis, viam iuſtitiæ, viam, quam benigniſſimus Seruator noſter vita ſua nobis aperuit, vt per eam ipſum ſubſecuti, aſcendentem quoque ad cœleſtia cacumina ſequamur. Bern. ſer. 11. in Can.
Non perueniet ad Deum in montibus gaudiorum, qui aſcenſiones in corde ſuo non diſpoſuit in valle lacrymarum, ait S. Bernardus. At præter aſcenſionem, & viam, qua ad ipſam itur aſcenſionem, portam quoque eſſe dicit textus, qua ad ipſam ingredimur viam. Quænam eſt porta hæc? Vtique orientalis templi porta, per quam intrauit potentiſſimus Rex, quum egenus, & paruulus è cœlis ad terram introiuit, mater eius eſt, quam præſcius Ezechiel templi portam appellauit. *Conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat* Eph. 44. 1

Digitized by Google

Chryſoſt. homil. de Ioan. Bapt. to 1. Hiero. in Ezech 44 Amb. epi. 80. Aug. ſerm. 2. & 40. de Natiuitate. Damaſce. lib. 4 de Fide c. 15 Ioa. 10. 7.

ad orientem, & erat clauſa; & dixit Dominus ad me; Porta hæc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam: eritque clauſa Principi. Nemo ex Doctoribus eſt, qui portam hanc Deiparam Virginem non dixerit litterali verborum intellectu, Chryſ. Hieron. Ambroſ. Auguſt. Damaſcen. Si orientalis ad ingreſſum porta Virgo hæc fuit Principi Deo: eadem quidem erit nobis filijs eius, vt ad Deum ipſum accedamus. Erit profectò & occidentalis nobis porta, vt Deum ipſum vnitum carni in cœleſti ſubſequamur aſcenſu. Cúmque in occidentali porta ſit *cuſtodia contra cuſtodiam*, duo videlicet pro duabus foribus cuſtodes: conſequens eſt, vt, cùm vnius foris ianitor ſit Chriſtus, dicens, *ego ſum oſtium:* ſit oſtiaria altera Deipara Virgo: præſertim ſi Angeli verbis ſalutetur. *Aue Maria.*

Aue Maria

Superbi non Dei, ſed propriam exaltationem affectant.

Superbi homines nō propriam ſui, ſed nominis tantum exaltationem procurant.

Via ad cœlos non fit per terrā: ſed per ſpiritum.

Scalam, qua conſcenderent cœlum auidiſſimi celſitudinis homines, è terra conſtruxerunt primam. Hanc paulo poſt renouatum diluuio mundum in terra Sennaar fabrè facere cœperunt: turrim nempe in medio magnæ ciuitatis. Huius materia terra fuit: ædificantium animus ac finis ſumma ſupra cœlos nominis ſui exaltatio. Vtrumque ſimul exprimit textus. *Habueruntque lateres pro ſaxis: & bitumen pro cæmento. Et dixerunt, venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras.* (Gen. 11. 3.) O ſtulti! Tribus erroribus incipitis fabricam: imo ſuper tres eam fundatis errores. Mira quidem ars, vt cœlum culmine pertingat. Primus error eſt circa materiam. Per terram ad cœlos aſcendi exiſtimatis? Secundus circa finem propriam, non Dei gloriam: propter quam aſcendunt quotquot cœlos aſcendunt. Tertium neſcio quem dixerim, niſi amentium hominum chimæram. Non intendunt hi aſcendere in cœlum, vt propria ibi gloria fruantur, inani licet: ſed ſolum nomen ſuum per ſcalam iſtam volunt aſcendere, manentes in terra. Animus hic expreſſus eſt, tum verbo illo, *celebremus nomen noſtrum*, abſque alio additamento: tum vltimis verbis, *antequam diuidamur in vniuerſas terras.* Ecce hi iam, in diſtantiſſimis à turri iſta locis ſe habitaturos, ſciunt: ac conſequenter non aſcenſuros per turrim hanc cœlica ad faſtigia: ſolum ergo nomen ſuum euehi cupiunt: pro quo arduum adeo laborem ſuſcipiunt. At reuera omnia terra ſunt. Materia terra: bitumen terra: & terra intentio. Atque ita cùm omnia terra ſint, nihil interuenit cœleſte. *Sicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* (Iſai. 55. 9.) Viæ veſtræ infinita à meis diſtant intercapedine: cùm veſtræ terra ſint, cœlum meæ omnes. Sicut diſtat cœlum à terra, ait Dominus. Qua etiam diſtantia cogitationes ſunt oppoſitæ: pacis meæ: *Ego enim cogito cogitationes pacis, vt dem vobis finem:* (Ier. 29. 11.) diuiſionis cogitationes veſtræ: *antequam diuidamur:* & cogitationes vanitatis, vanę nimirum proprij nominis extollentiæ. *Dominus ſcit cogitationes hominum: quoniam vanæ ſunt.* (Pſal. 93. 11) Et (quod infœlicius) omnia ſunt terra. Materia ſcalæ terra: bitumen terra: animus nempe in-

Carnales homines viam cœli per terram facere nituntur.

Scala cœli qualis?

Carnales homines nihil, niſi ex terra facere ſciunt.

Digitized by Google

tentio terra, ac terra finis. Nonne animaduertitis, huiuſmodi homines quæcunque ad cœleſtem conſcenſum cogitant molimina, eo tãdem dirigere, vt maneant iugiter in terra? Ipſa etiam, quam in cœlis affectant, altitudo terra eſt: nominis proprij celebratio. *Aſcendentes non extollamur. Surſum corda habere debemus; ſed ad Dominum: ſurſum cor, non ad Dominum, ſuperbia vocatur; ſurſum autem cor ad Dominum, refugium vocatur*, ait Auguſt. Sanè lateritia fabrica, cùm è terra ſit, abſque bitumine erigi nequaquam poteſt; & homo quidem è terra eſt, ac conſequenter bitumine conſtrictus. Quonam bitumine? *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, quo terra illa ſolidaretur. Qua ergo arte poteſt ad cœlos vſque terrea erigi ſcala, niſi bitumine coagmentetur ſpiritus? Terra minimè aſcendit; ſed deſcendit. Quod ſi aſcenſura eſt; bitumine ſpiritus, neceſſe eſt, coagmentetur. Hic enim eſt, qui ſurſum aſcendere poteſt; terra ſola non item. Audite, qua Deus arte terreæ turris fabricam interrumpat inceptam, *Confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus.* Similiter ſtructuræ lateres fecit eſſe diuiſos. Hanc vndenam colligam diuiſionem, quæretis: cùm oppoſitum textus videatur exprimere: *Et bitumen* (ait) *pro cæmento.* At enim quandiu diuini ſpiritus cæmento caret terrea fabrica, omni prorſus caret bitumine: ſuntque ſoluti lapides coagmento nullo, vt protinus terra corruat in terram. Heu deceptos Adæ filios! Dicite vos, qui me auditis, intenditisne conſcendere cœlum! Imo nihil aliud & diu intendimus, & noctu. Væ miſeris nobis, ſi id iugiter non intenderemus. Rogo: quà in cœlum itis? Qua tenditis via? Quam ſtruitis ſcalam? Dolendum eſt. Cogitationes omnes ſunt ex terra, ex terra ſcalæ gradus: opera ex terra omnia, aut pleraque. Sic in cœlum itur? Finis cœlum eſt: via penitus terra; ſpiritus nihil, aut exiguum. Sic in cœlos aſcenditur? Per terram à terra in terram tenditur: ducens ad cœlum via, ſurſum erecta eſt: quemodo vos per terram ire ad cœlum machinamini?

Auguſt. ſer. 2. de aſcẽſio. qui eſt 175. de temp.

Gen. 2. 7.

Gen. 11. 7

Gen 11. 3.

Gloriæ adeo inani inhiant carnales homines, vt eam, quam in cœlis optant terream vellent, ac carnalem.

Spiritales eſſe, vt in cœlum aſcendant, homines oportet.

Spiritu Dei deficiente, certa diuiſio, diſsidium certum.

Carnales homines cœlum conſcendere grauantur.

Non ſic (ait Dominus) non ſic. Oſtendam vobis (ait) qua ex materia ſcalam eſtis conſtructuri. Tota ex ſpiritu eſſe debet ſcala; & ſpiritus tota. Cuinam oſtendit Deus hanc ſcalæ artem? Homini quidem illi, qui terram, quoad poteſt, relinquit: propriam terram: patriam propriam. Iacob fuit homo hic, qui continuò egreſſus de terra ſua, *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam; & Dominum innixum ſcalæ.* Ex quanam materia fuit ſcala iſta? Ex nulla quidem; ſed ſolo ex ſpiritu ſublimi. Ideo ſoli aſcendunt & deſcendunt Angeli; qui abſq; vlla prorſus terra ſunt ſpiritus. Ideo qui ſcalæ innititur Deus, purus ſpiritus eſt. Ideo ſolo terram pede tangit ſcala; vt nouerint vniuerſi eos, qui cœlos conſcendunt, Angelos fieri oportere. *Erunt ſicut Angeli Dei in cœlo* ac conſequenter, hinc iam Angeli fieri incipiant, oportet. At quomodo incipient fieri Angeli? Incipient quidem, ſi ſolo pede tangant terram: à pede & ſurſum ad cœleſtia iugiter anhelent. Solo tangit ſcala terram pe-

Via cœli, deficiente Dei ſpiritu, diſſoluitur.

Gen. 28. 12.

Angelica vita viuãt homines oportet, vt aſcendant ad cœlum.

Mat. 22. 30.

Digitized by Google

de: ſolo pede tangent, quotquot per eam aſcendent in cœleſtia.

Deus innititur ſcalæ cœli, vt Deo ipſi innixus aſcendat homo.

Difficilis planè terreis hominibus aſcenſus. Quibuſne ſcalę gradibus innitemur, cùm ſpiritalis prorſus ſcala ſit nulliſque gradibus compoſita; nos compoſiti ex terra? O admirabilem artem! Deus innixus eſt ſcalæ ſummitati: vt homines, qui nullos tangibiles ſcalæ gradus, quibus innitantur, inueniant; facilè aſcendant, ſupremo

Auxilium Dei erga homines admirabile nimis.

Pſal. 83. 6. illi Dei nixui innitentes ipſi. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Etenim auxilium illud, quod præbet Deus, dum innititur ſcalæ, auxilium eſt, quo tu inniteris Deo, ad aſcendendum abſque corporalibus ſcalæ gradibus. Aſcenſiones in

Auxilium Dei adeo pium eſt: vt Deo ipſi innixus aſcendat homo ad Deum ipſum.

Pſal. 83. 8. corde ſuo diſpoſuit: *etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion.* Gradus ſcalæ virtutes ſunt aſcendentis: quibus velox vſque ad Dei conſpectum aſcendit benedictione illa, qua ex ſcalæ ſummitate mittit Deus ipſe ſuper omnes per eam aſcendentes. Mos eſt, vt, cùm per mobilem quis aſcendit ſcalam, ſi longa ſit, firmetur ab aliquo ab ea parte, qua

Simile.

Virtutes hominis gradus ſunt cœleſtis ſcalæ.

terram tangit, ne in partem vergat alteram. Scala cœli non quidem à parte, qua tangit terram ſed à tangente cœlum ſummitate firmatur ab innixo ſummitati Domino Deo. Hoc ſummum Dei auxilium eſt: hæc Dei benedictio. Quod vt ad praxim reducamus: hoc vnum vobis dicere intendimus. Quiſquis graditur per ſcalam, in cuius ſummitate hominem videt expectantem, vt, cùm ad vltimum peruenerit gradum, manu aſſumptus ab eo introducatur: vt in nauigiorum contingit ſcalis: is quidem fixis ſurſum in expectantem hominem oculis aſcendit: cuius adſpectu maximè animatur. O amantiſſime hominum Deus! Quo fine niteris ſcalæ ſummitati: niſi, vt aſcendentes ad te homines, fixo in te vnũ gradiantur adſpectu: quo excitantur adeo, vt ſolo intuitu hoc eleuentur faciliùs, quàm ſi ſaxeis ſcalæ gradibus niterétur, ſanè qui fixis gradib⁹ innititur, vt aſcédat: graue attrahit corpus: at perſpecto te, eleuatur agilis, in tantum, vt abſque vllo nixu ſurſum rapiatur. In tantum (iterũ dico) vt, quum grauius ac renitentius

Deum attentiſſimè intuentes, figenteſque in eum oculos, aſcédunt ad cœlum, quotquot illuc aſcendunt.

Simile.

Deus è terra intente ſpectatus feruentiſſimum ingerit aſpicienti animum, ad aſcendẽdũ ad Deum ipſum.

eſt corpus, tunc aligeras ſuperans volucres, eleuetur. Verba ipſa no-
Pſal. 83. 6. tate. *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum.* Cur in lacrymarum valle? Cur non in valle recreationis, & ſolatij? Tanta profectò delectatione, ac ecſtaſi tanta ſuſpenditur animus gratiſſimo hoc, ac iucundiſſimo Dei conſpectu: vt non ſolùm quum pacificus eſt, ac locuples homo: ſed etiam quum in lacrymarum affligitur valle, ſuauiſſimo hoc dulceſcat intuitu; alacerque in eum ſuſpendatur. Hoc docet verſu iſto Regius vates: quod proprio alibi experimento confirmat. *Renuit conſolari*

Deus in cœlo è terris ſpectatus, ita exhilarat ſpectantem, vt nullo carnis pondere grauatus ad Deũ ipſum rapiatur.

Pſal. 76. 4. *anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum: & exercitatus ſum.* Non ſolùm cùm iucundus eſſem ac hilaris: ſed etiam cum afflictus adeo, vt ipſam conſolationem reijcerem, ac præ nimio mœrore, lætitia mihi eſſet acerbitas: ſi tunc mihi Dei occurrebat memoria, tota in ſuauitatem vertebatur anguſtia. Id quod plures ex vobis fortè in veſtris eſtis amoribus experti. Es tu, pia matrona; luctuoſis operta veſtibus in viri tui funere; ſubrideſque caſu ſororibus circundata,

&

Digitized by Google

& vicinus. Cumque obiurget te ſoror, quòd in tam mœſta occaſione hilareſcas: reſpondes ei: venit in mentem patris noſtri recordatio, quæ quoties mihi occurrit, non poſſum me ab hilaritate continere; cùm tam verus ſit pater; tam amantiſſimus filiorum protector. Non ſecus Dauid; quantumuis renuam conſolationem admittere, explodamque ſolatium, & leuamen: ſi Dei occurrit recordatio, non eſt (credite mihi) in manu mea, non oblectari, non iucundari, non deliniri: ſed rapior penitus in eum abſorptus, etiamſi in excelſo nimis ſedeat loco. *Delectatus ſum, & exercitatus.* Non ſolo quidem oblectamento; ſed exercitatione etiam ſurſum aſcendens, rapior in Deum; nec eſt integrum mihi cohiberi. Tanta eſt in ſcala hac aſcenſus ſuauitas, vt gradus quiſque quies ſit, atque leuamen; ille ſcilicet gradus, qui in ſcalis amplior ad ſuſtinendũ eſſe ſolet.

Suauiſſima ſunt Iſaiæ verba: *Requiem dabit tibi Dominus ſemper: & implebit ſplendoribus animam tuam: & vocaberis auertens ſemitas in quietem.* Quid eſt, in quietem auertere ſemitas? In Hebręo, eris auertens ſemitas ad habitandum, Nimirum, facies, vt locus, in quo ſemitæ ſunt, ſit iam inde quietæ habitationis locus. Kaldæus; *conuertens impios ad legem*: id eſt, ambulantes per ſemitas mundi conuertes ad legis ſtabilitatem. Sed legitimus ſenſus: ſemitæ ipſæ quies tibi erunt; ſcalæ gradus ad quieſcendum deſignatus in ſcalis *Accedite ad eum, & illuminamini.* In Hebræo eſt; *Reſpicite ad eum, & illuminabimini.* Hieronymus legit: *& confluite.* Alij; reſpexerunt ad eum, & cucurrerunt. Senſus eſt: adſpectu in Deum fixo, illuminari hominem taliter, vt illuminari ſit currere ad Deum ipſum, ab eoque diuinitùs adduci, & rapi. Hęc enim eſt Hebreæ vocis vis, ſeptuaginta etiam interpretes ex Græco indicant textu.

Iſai. 58. 11.

Quies vera eſt curſus vitæ huius: ſi fixis in Deum oculis gradiamur.

Hebræa.

Kaldæus.

Deus talis eſt erga homines, vt hominem ab eo illuminari, rapi ad eum ſit.

Pſal. 33. 6. Hebræa. Hiero. ib.

Septuaginta.

Sed Domine Deus, quid erit puſillis, debilibus, miſeris, imperfectis, qui à tanta ſpiritus perfectione prorſus ſunt alieni? Quotnam ſunt adeo ſpiritales, adeo à terrenis affectibus puri, vt hac ſpiritus ſcala abſque vllo valeant fulcro aſcendere corporeo? Quidnam erit infantibus, quid amẽtibus, quid decedentibus ante rationis vſum paruulis? Vide (obſecro) Domine, defectum humanum; præbe accommodatam veſtitis carne aſcenſoribus ſcalam: ſcalam materiæ corporalis. Alioqui rariſſimi aſcendent: manebunt ferè omnes in tenebris miſeri à cœlis penitus excluſi.

O pientiſſima bonitas! Quidnam deerat iam, poſt quam te hominum finem conſtituiſti, niſi vt ſcalam te etiam conſtitueres, corpoream quidem, & tangibilem: vt corporei homines per te, tanquam per ſcalam, aſcenderemus in finem? *Ego ſum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, niſi per me*, prædicas tu ipſe. Via (inquam) factus nobis ſcala: veritas, vt doctrina tua cum exemplo coniuncta, per te, præcelſam ſcalam, faciliùs aſcendamus: vita, qua in aſcenſionis termino fruamur in æternum. Non enim ſufficeret, ſicut nec ſufficit ſcala: ſi homines tua inſtructi doctrina, tuo excitati exemplo, non aſcendant. Nec doctrina ſufficeret, etiam exemplo tuo viuificata, quantumcunque homines niterentur aſcende-

Ioa. 14. 6.

Infantes & amentes quonam medio ſalui fiant.

Digitized by Google

re: niſi tu ipſe ſcala factus eſſes ad conſcenſum. At quidnam & ſcala, & doctrina ad æternam pręſtarent beatitudinem, niſi noſtra ipſe vita eſſes in fine conſcenſionis? Tria hæc diſtinctè perpendamus.

Eſt via nobis Chriſtus: eſt commoda prorſus nobis ſcala: quoniam nec omnino terra eſt, vt turris illa Babylonica: nec terra carens, vt illa Iacob, ſolis apta ſpiritibus: ſed è terra, ex corpore, ex carne, puriſſimo vnita ſpiritui, verbo Dei: ſiquidem *Verbum caro* Ioa. 1.14. *factum eſt*: vt ſcalæ huius lateres diuino ſint coagmentati cæmento, Deo ipſo. Huius gradus greſſus Chriſti ipſius ſunt vniuerſi, quibus & perditum mundum reformauit, & redimens nos per viam ducit cœleſtem. *Vidit Iacob Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes per ſcalam*: quotnam homines per ſcalam illam ſecum tulerunt Angeli? Eos duntaxat, qui à Iacob erant oriundi: nec tamen eos omnes: ex alijs hominibus pauciſſimos. Chriſti triumphus eſt hic, poſtquam ſe nobis ipſe conſtituit ſcalam. Etenim ſcala ordo graduum eſt graduumque ordinatio: qua adeo ordinatè compoſuit Chriſtus vniuerſum, vt amouens à via Diabolum, mortemque à vię termino, ab vtriuſque iugo nos eduxit, vt per ſcalam hanc compedibus expediti procedamus. Amouit à ſcala cruce Diabolum, dicens: *nunc Princeps mundi huius eijcietur foras*: amouit & mortem, quam inceſſit Paulus alacriter canens: *Abſorpta es mors in victoria; vbi eſt, mors, victoria tua? Vbi eſt mors, ſtimulus tuus? Sanguis Chriſti emun-* 1. Cor. 15. 54. *dabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo* Heb. 9.14 *viuenti.* Hoc eſt hodiernum Euangelium. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Ecce baptiſmo ſalui fiunt homines etiam paruuli, & infantes, reliqui & mentis impotes, qui nullis proprijs aſcendunt operibus: & tamen aſcendunt per ſcalam hanc ipſomet baptiſmo: videntque clarè Deum in viæ termino plena fœlices beatitudine. Tanta eſt ſcalæ huius ſuauitas. quin etiam alij quippe homines adulti, qui ſtatim, poſt ſuſceptum debita diſpoſitione baptiſmum, ante nouum lapſum rapiuntur è vita per eandem portantur ſcalam, fiuntque beati videntes manifeſtum Dominum illum, qui ſcalæ eſt innixus ſummitati. Et (quod magis mirandum eſt) homines alij, quotquot ante ſcalam hanc quæ Chriſtus eſt ipſe, à Deo poſitam integra iuſtitia floruerunt, fueruntque proinde Domino grati, ſcala hac innixi ſunt; Chriſti meritis dico; vnde per eandem iam poſitam, ad cœli faſtigia poſt Chriſtum ipſum conſcenderunt, in tantum, vt & conſcenderint poſt eum amentes, & paruuli, qui ante Dominicum aſcenſum defuncti fuerant, puri à peccato originali per ſacrificia illa, quæ quouis in ſtatu ad illius remiſſionem peccati idonea erant.

Mors æterna à Chriſto victa, & perempta.

Paruuli & amentes ſolo iuſtificantur baptiſmo: eoque æterna donantur beatitudine.

Baptiſmate ſaluantur homines.

Chriſtus introduxit in orbem illam morũ, ac vitæ reformationẽ quam miſſi à Deo prophetæ multi multi Angeli non introduxerunt.

At certè quando extrema hæc aduerſa æternæ morti victoria minimè interceſſiſſet; ſufficerent tamen ad immenſam Chriſti gloriam reliquæ illæ, quibus tam ſtupenda hominum mutatio, tanta vniuerſi compoſitio, reformatio tanta ab vno in cunctis regionibus Chriſto (vt videmus) eſt facta; quam ne in vno quidem populo

Digitized by Google

multi multis ſæculis prophetæ, multi à Deo miſſi è cœlis Angeli conſummare potuerunt. Quantò magis, cùm æternam animatum mortem, ad vitam hominum æternam, interemerit, vt per ſcalam hanc nos ducat expeditos. Eo vel maximè, quòd in quouis ſcalæ huius gradu multa ab eo nobis præparata ſint dona, vt eis confortati, feruentiùs, & alacriùs aſcendamus.

Chriſtus eduxit à captiuitate homines, quos reperit captiuos: & deleuit hoſtes, à quibus futuri homines in captiuitatem erant redigendi.

Eſt propter duo iſta illuſtriſſimum trophæum: tum quod captiuos homines à tyrannico exuerit iugo dux hic noſter, Zachariæ adimplens prophetiam: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu*: & victores ipſos Dæmones, & mortem fœliciſſimo captiuorum imperio ſubiugauerit adeo, vt & Dæmonia ſibi ſubijciant homines ipſi, admirанteſque dicant eidem Chriſto: *Domine, etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo*, tum propter dona, quibus replet ſcalam Chriſtus ipſe. quapropter triumphus hic, quòd vtraque ex cauſa glorioſiſſimus ſit, in vtroque teſtamento vtranque ob cauſam expreſsè commendatur. Illic à Propheta: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*: hîc ab Apoſtolo: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem; dedit dona hominibus.* Verba vtrobique eadem, quantum ad primam illam ſententiam, *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem*: & difficilia valde vtrobique. Quid eſt, captiuitatem ducere captiuam? Si diceret captiuos ſecum ductos, plana quidem eſſet intellectio, at captiuitas ipſa quomodo captiua poteſt intelligi? Hæc partis primæ difficultas. Secunda verò difficilis quoad congruam Pſaltis, & Pauli concordiam. Ille dixit; *Accepiſti dona in hominibus*: iſte, *dedit dona hominibus*: quomodo ipſummet dare ipſum accipere eſſe poteſt? Sanè duabus his ſententiæ huius partibus propoſitas duas victorias concinunt Pſaltes, & Apoſtolus. Primò diſcutiendum eſt, quid ſit dona in hominibus accipere: deinde, quid, captiuam ducere captiuitatem. Accipere in hominibus dona eſt fœlix hominum à tyrannica illa captiuitate ad Chriſti ſeruitutem tranſlatio. Si quis ſtrenuiſſimus dux bello Turcis illato, partaque fœliciter victoria, captiuos Conſtantinopoli Hiſpanos in patriam liberos reduceret, multiſque ac magnis propter obſequium hoc ab Hiſpaniæ Rege donaretur muneribus, poſſet iuſtè dicere dux Regi; Domine mi Rex, mercedem hanc, quam mihi ingenuè rependis, abſit à me, vt in alia accipiam ſpecie, quàm in reducibus hominibus ipſis: quos mihi famulos concedas, precor. Iuſtum enim eſt, vt quos à dira eduxi ſeruitute, in meum transferas famulatum; quo multum eis accreſcet dignitatis, cum, meæ ſubijci ditioni, honor ſit, non ſubſidium. Maximè, cùm ex eo, quòd mihi ſubdantur, minimè à tuo abducantur imperio. Hoc vtique eſſet, accipere in hominibus dona: ſuntque dona hæc, quæ à Deo Patre accepit filius in hominibus. Accepiſti dona in hominibus. Dixiſti Patri tuo: Pater mi, ecce vniuerſos regni tui homines à duriſſima erutos ſeruitute ad te ouantes adduco: propter quod opus, ſi quæ mihi dona daturus es, non in alia volo mihi dari ſpecie, quàm in captiuis ipſis, vt mihi ſint ſerui. Hoc quidem eſt, dona accipere in hominibus.

Zach 9.11

Pſal.67.19

Epheſ. 4. 8.

Chriſtus accepit à Patre in præmium effuſi in prælio cruoris captiuos homines, quos ab hoſtium iugo liberauit.

Dona plurima data hominibus à Chriſto.

Digitized by Google

Quod quis neget, donum eſſe magnum ipſis à Chriſto datum hominibus? Siquidem in Regis famulos admitti, magnum æſtimant homines eiuſdem Regis donum. Quantò magis fieri ſupremi ſeruos Regis; cuius ſeruitute *ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Ecce quod dicit Vates *accepiſti dona in hominibus*, idem eſt, ac dare hominibus dona, quod dicit Paulus relatis his verbis. Occurrit veruntamen alius ſimul verborum intellectus. *Accepiſti dona in hominibus.* Ille nimirum dux, qui propter eductos à ſeruitute Chriſtianos, multis ac magnis pro tanto obſequio muneribus à Rege donaretur, poſſet quidem ingenuè dicere ad Regem: Domine, quod ad me ipſum attinet, ſatis opum ſuppetit in ditione mea: ſolum accipiam in me ipſo militare aliquod in pectore inſigne: cætera dona, quæ ad vitæ ſuſtentationem ſpectant, non in me ipſo, ſed in meis fratribus accipiant, qui inter hos, quos liberaui, ſunt reduces. Dona tua hæc, ſi dederis iſtis: me ipſum à te accepiſſe fatebor: nam in eorum manibus ego accipiam illa. Nōne pretioſa iſta; quæ in fratribus dux acciperet dona, dare fratribus ipſe ſuis diceretur ita, vt idem eſſet, accipere in fratribus dona, ac dona dare fratribus ſuis? Potentiſſimo duci noſtro Chriſto Ieſu innumera, ob reductorum ſummam captiuorum, à Rege Deo dona debebantur: at nullius ipſe prorſus eſt indigens: cùm omnia animæ ſuæ bona ſua ſint hæreditatis titulo, non meriti: quæ cum S. Thoma eſt communis ſententia. Solum exterius aliquod in pectore nobilitatis accepit inſigne: corporis nimirum honorem, & gloriam pectore roſea cicatrice inſignito, cum præclariſſima nominis ſui exaltatione: vt notat Auguſtinus, & expreſſit Apoſtolus: *Videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum.* Idcirco illa omnia, quę ſibi animæ dona debita erant, non in ſe ipſo, ſed in eis fratribus accepit, quos à diro illo iugo liberauit. qua & liberalitate, & libertate, ipsū accipere in eis dona, dona eis dare fuit. Pulchro igitur myſterio dicit Sanctus Spiritus, eſſe idipſum in Chriſto accipere, & dare, dicens per os Dauid, *Accepiſti dona in hominibus*: per Apoſtoli os, *Dedit dona hominibus.* Hac ergo donorū copia glorioſos effert ſecum hodie captiuos liberatos. At quonam modo captiuam fert captiuitatem ipſam captiuorum? Quid eſt, captiuitatem duci captiuam? Si Hebraicam phraſim attendamus, non eſſet illegitimus verborum intellectus, qui captiuos ipſos captiuitatem dici interpretaretur: cùm in ſcripturis minimè noua ſit forma iſta loquendi. In cap. Deuter. 5. cum ſcribat Vulgatus: *Si captiuos duxeris.* Hebræi, & Septuaginta interpretes legunt: *Si captiuaueris captiuitatem.* Quam eandem vtrorumque lectionem inuenimus in libro Paralipom. 2. circa textum illum: *reducite captiuos, quos adduxiſtis.* Sed enim altius aliquid tam Pſaltes, quàm Apoſtolus innuunt verbis iſtis. Si quis ſtrenuiſſimus dux hoſtem Regem deuincens, captiuos eius liberos reduceret, nec ſolos hos, ſed & vincula eorum ſecum ferret, Regemque ipſum captiuantem: nonne dux iſte & captiuos liberos, & captiuitatem ducere diceretur captiuam? Nihil minus fecit po-

Rom. 8. 21.

S. Thom. 3. p. q 19. art. 3.

Auguſt. Tract. 104. in Ioan.

Hebr. 2. 9

Deut. 21. 10.

Hebræa. Septuaginta.

2. Paral. 28. 11.

Chriſtus non eſt meritus ſibi animæ gloriam: ſed corporis, & nominis ſui.

Chriſtus meritus eſt ſibi inſigne pectoris roſeum, ſeu ſtemma pectoris.

Simile.

Homines futuros portauit ſecum Chriſtus in cælum in ipſo aſcenſionis ſuæ die.

Digitized by Google

tentiſſimus dux noſter, Dei filius, qui prꝫter quam quòd nos à Tartarorum Regum exemit iugo, iugum quoque ipſum, vincula ſcilicet, quibus (vt Hieronymus ait) antea ligabamur, rupta detulit ſecum, Regeſque hoſtes vinculatos. Scimus, victoria eius erutos à peccatorum vinculis homines, non eos ſolum, qui conflictus ſui tempore viuebant; ſed etiam reliquos, quicunque ad finem vſque ſæculi cælum ingreſſuri ſunt: quomodo igitur à duce aliquo liberari à vinculis dicentur homines illi, qui nondum ſunt nati: niſi per hoc, quòd dirupta ſint vincula, Regeſque deſtructi, qui ad capiendos in ſeruitutem homines, crebris procedebant incurſibus? His enim penitus deletis, futurorum hominum deletur captiuitas; qua capiendi erant, niſi Reges illi, ac eorum vincula illinc auferrentur. Hoc certè eſt, *Captiuam duxit captiuitatem*; liberatos ab ea captiuos. Itaque comitatus hominum, quibus hodie circundatus triumphator noſter in cæleſtem reuertitur patriam, non illorum tantum, qui eadem die ingrediuntur; ſed eorum etiam eſt, qui illam quouis tempore introibunt. Eſt tam myſterio plena, quàm elegans illa, quæ hoc planè dicit Pauli ſententia. *Deus, qui diues eſt in miſericordia, cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto: & conreſuſcitauit nos, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu.* Quomodo (rogo) conreſuſcitauit iam, fecitque conſedere, ſi multis ab hinc diebus reſurrexit ille, & ſedet in cælis: nos nec ſedemus, nec reſurreximus? Dicam, quomodo. Si ingreſſus vrbē triumphator aliquis, tot hominum millibus veniret comitatus, vt non poſſet illa ingredientium proceſſio eodem finiri die, ſed per dies octo eſſet abſque intermiſſione continua; nonne homines illi, qui octauo die ingrederentur, cum ipſo introire duce, ſimulque cum eo vrbis poſſeſſionem accipere dicerentur? Sanè multitudo hominum victoria Chriſti liberata, ipſumque ſecuta, tanta eſt, vt ab hora aſcenſionis eius vſque ad finem ſęculi continuata ſit proceſſio, qua ſine intermiſſionis inſtanti ingrediuntur homines in cælum? Nonne omnes iſti aſcendere cum Chriſto dici debēt? Non omiſit Paulus verbum vnum adijcere, quo vberiùs mentem explicaret. *Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu.* Ecce, quomodo duxit captiuitatem, & captiuos: in quo maximè glorioſa victoria eſt.

Hieron. apolog. ad Pammach. pro l. aduerſus Iouin. in fin.

Epheſ. 2. 4

Simile.

Epheſ. 2. 7

His vtcunque expenſis, aſcenſionem triumphatoris noſtri ſuſpiciamus. Quæ in adueniente, intranteque vrbem Principe maximè expectat, ſpectatque populus, duo illa ſunt: ſarcinæ apparatus, & comitatus multitudo. Quod ad ſarcinas attinet, quænam adeo ſuperbæ eſſe poſſunt, ac ſi innumeræ ſint ſarcinæ vinculorum, quæ triumphator ille expediens captiuos abſtulit à Rege illo, qui eos tenebat compeditos? Præſertim ſi multa etiam ablata ab hoſtibus deferantur ſcuta, multa etiam vexilla: quæ vel ſola ipſa ingenti ſunt gloriæ triumphatori? Talem eſſe videmus celeberrimo illi noſtrarum duci Hiſpaniarum, earumque decori, ſtupori mundo, Roderico Diez, cognomento Cid, cuius totum gloriæ monumentum illa ſunt, quę Maurorum vexilla ab eis ablata, in ſacro diui Petri Cardēnæ templo iuxta

Digitized by Google

eiuſdem Cidi ſepulchrum, vetera licet, maximè præfulgent. Quod ad comitantium qualitatem, & numerum, quæ maior poteſt eſſe nobilitas, quàm ſi immunes ſint omnes à tributo, Regis famuli: numero tanto, vt ingredientium ciuitatem proceſſio per centum annos continenter proſequatur? Noſtri igitur triumphatoris ſarcinæ ſunt omnia filiorum Adæ vincula, quibus ſæpiſſimè, ſemel ſaltem omnes, vincti mancipabamur, omnia etiam deuictorum hoſtium ſcuta, atque vexilla, quæ iuſto eis bello detraxit. Comitatus item omnium hominum, qui à die *hac* vſque ad ſæculi finem cęlos penetrabunt, nobiliſſimi omnes, vt qui à tributo peccatorum exempti; nec ſolùm in eius famulatum admiſſi, ſed & liberati *in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Ad hæc & prædictis illis eiuſdem Domini donis opulenti, ac elegantes; necnon detractis hoſtium ſpolijs, quæ inter ductos ſecum homines diſtribuit, iuxta prophetiam; *Et fortium diuidet ſpolia.*

Rom. 8. 21

Iſai. 53. 12.

Ecce ars ſcalæ conſtruendæ. Iuſta cum hoſtibus pugna, turris ędificatio eſt. Sic filij Iſrael, cùm ædificantes Ieroſolymæ turres, impetum ſuper ſe inimicorum ad impediendam ſtructuram irruentium cernerent, nequaquam ab ea deſtiterunt: ſed duce Eſdra ædificabant armati. *Vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium.* Sic Romani aſſiſtebant armi-luſtro: ſacrificio nimirum ita appellato, quod rem ſacram facerent armati. Tertullianus eſt auctor. Mirabilis planè ædificandi ars. Hac vſus eſt & Dei filius; hoſtes reijciens, & pariter ædificans turrim, intra quam conſtruxit ſcalam ſemetipſum. Diuina (inquam) ars: nam terreæ lateres ſtructuræ ſolidiſſimo ſunt coagmentati bitumine, ſanguine illo, quem dum fabricæ inſiſtens præliaretur, ex acceptis vulneribus effundebat ſuper fabricam. Sic ſtruxit ſcalam quatuor diſtinctam ordinibus graduum; quæ perfectiſſima ſcalarum diſpoſitio eſt. Partem primam, ſeu primum ordinem decem conſtruxit gradibus, præceptis legis naturalis. Quos quamquam poſitos in Decalogo inuenit, non tamen eo coagmentatos bitumine. Deinde in ſecunda ſcalæ diuiſione ſtruxit gradus ſeptem: miſericordiæ, quæ valde firmauit, opera. Octo in tertio ordine; beatitudines videlicet octo. In ſupremo ſepteni; ſeptem nimirum ſacramenta; quæ vt ſupernaturalia, ita & ſupremi ſunt ordinis. Sic viam cæli multò quàm antea faciliorem reddidit, carnem aſſumens Dei filius. Nam ſcala iam viſibilis eſt, atque corporea; non ſolùm qua parte eſt ipſe viſibilis; ſed eo etiam, quòd viſibiles conſtruxerit ſcalæ gradus, ita vt & illi, qui ſupernaturales ſunt, ſacramenta videlicet viſibilia ſint ſigna. Sic imbecillitati noſtrę affatim conſuluit benigniſſimus Dominus. Sed enim non ſola ratione hac eſt nobis via Dei filius; ſed ea inſuper ratione, qua indeficienter aſcendit ipſe, factus nobis aſcenſionis exemplum. *Dum victorem mortis ad cæleſtia eleuauit: victoribus, quo ſequantur, oſtendit*, ait B. Auguſtinus.

Opera bona vtraq; manu facienda ſunt.

2. Eſdr. 4. 17.

Opera bona non omittenda ob contradictiones.

Tertul. in apolog.

Scala cæli quatuor ordinibus graduum à Chriſto conſtructa.

Viam cæli valde facilitauit Dei filius.

Sacramenta viſibilia conſtituens Chriſtus: viam cæli faciliorē reddit.

Præcepta Domini gradus ſunt ſcalæ, qua ad cælum aſcēdimus.

Aug. ſer. 5 de aſcenſ. qui eſt 176 de temp.

Poſita iam via ſequitur veritas. *Ego ſum via, veritas & vita.* Qua quidem veritate facit nos hodie certiores, vnicam ad cęlos viam eſſe ſe ipſum, ſcalam vnicam: *Ego ſum via: nemo venit ad Patrem niſi per me.* Veritas hęc doctrina eſt Euangelica: qua per totam homines im-

Chriſtus veritas.

Digitized by Google

buit vitam ſuam: qua & poſt reſurrectionem inſtituit eoſdem *In multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Quam, quoniam totius anni doctrina eſt, ad quotidianam prędicationem remittimus. Act. 1.3.

Vnum illud nunc occurrit dicendum; ſi parentes veritati huic, ductique Dominico exemplo per ſcalam eius tetenderitis: illuc abſque dubio peruenietis, vbi Chriſtus ipſe ęterna nobis eſt vita. *Ego ſum (ait) via, veritas, & vita.* Ac conſequenter, cùm eum imitatione ſequamini; eodem, quo ipſe excipitur triumpho, in cęlos ſimul excipiemini. Id enim eſt, quod nuper dixi, omnes, quotquot illuc quolibet tempore introibunt, ſimul cum ipſo introire triumphatore Chriſto, ipſum continua per ſcalam iſtam proceſſione ſubſequentes.

Et quoniam ipſe conſolatus eſt nos, dicens: *Vado parare vobis locum*, locum, in quo locatur ipſe, contemplemur, gloriamque illam, qua ad excipiendum eum, vt comitentur vſque ad locum iſtum exeunt cęlicolę. Ioan. 14. 2

Aſcenſionis Chriſti trophæum.

Triumphus Chriſti in aſcenſione.

Cęterum, quoniam in triumphorum ſolennitate, quum in patriam excipitur triumphator, tam ea, quę ipſe ſecum affert, quàm magnalia illa, quę ciuitas ipſa ad excipiendum eum hilaris parat, notari ſolent; eſſent quidem primùm enarranda, quę multa ſecū triumphator noſter grandia è terris fert: niſi animaduerterem, nulla adeo eximia dici poſſe, ac prędicta illa duo, alterum innumeras vinculorum, ac ſcutorum, omniſque generis detractorum ab hoſtibus armorum ſarcinas, ac multa eis ablata vexilla: alterum infinitam hominum multitudinem à captiuitate eductorū, qui continua ad finem vſque mundi proceſſione poſt eum ingrediuntur. Solū, quod ad ſigniferos ſpectat, addi poſſet. Nam ex his, qui ex ſinu Abrahę egreſſi, in puncto mortis Chriſti cum corporibus ſuis ſurrexerunt, vt eum hodie comitentur, ſurrexere, electi ſunt aliqui potiores, qui lictorum munere fungentes, Regis huius clauigeri, plumata in ſuperpoſitis veſtibus ferant ſtemmata eius glorioſa. Itaque innocentię Chriſti inſigne gerit Abel, Oratoris Enos, Saluatoris Noë, Abraham Patris, Melchiſedech Sacerdotis, Iſaac Sacrificij, Paſtoris Iacob, Venditi, triumphatoriſque mundi Ioſeph, Legiſlatoris Moſes, Ducis Ioſue, Prophetę Samuel, Sapientis Ieſus Sirach, Miraculorum Eliſeus, Religionis Ioſias, Promulgatoris legis Eſdras, Miſericordis Tobias, Reformatoris Simon Onię, Liberatoris patrię Machabeus, Iuſti Ioſeph Deiparæ ſponſus: pręcedente canentium chorum Dauide cum pſalterio ſuo, concinentium quoque fœminarum Marię ſororis Moyſis, Deborę, & Annę Samuelis: ducentibus ſimiliter choreas Sara, Rebecca, Rahab, Ruth, Abigail, Sara Tobiana, Iudith, Eſther, & illuſtriſſima ſeptem Machabęorum matre. Subſequuntur liberati à ſeruitute milites elegātiſſimis veſtibus collucētes. Pręcedit vexillifer latro, cui dixerat in cruce triumphator: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Reſonat iubilationis tuba: ſubſequitur ſuauiſſimus chorus concinentium: *Aſcendit Deus in iubilatione: & Dominus in voce tuba.* Vociferantur ouantes milites; *Laudate eum in pſalterio, & cithara.* Fœminę: *Laudate eum in tympano, & choro: Laudate eum in chordis, & organo.* Pſal. 46. 6 Pſal. 150. 3.

Incipiunt iam aſcendere; viæ aëri tranſitus fulgentiſſimis plumatarum nubium aulæis ornatiſſimæ reſplendent. Multa etiam in regione ipſa aëris lætificant ignium artificia, fulgura, fulgetra, ſplendores, ac inter ſerenitatem ęnea tonitruorum tormenta. Garrulant inter muſicos luſciolæ, hirundines, carducles, dicuntque pſittaci dicentes: Salue Triumphator.

Hæc, quæ ſecum ille defert è terris. Cura præparandi cæli portas duobus è Principibus eius commiſſa eſt. Qui, cùm, poſtquam eas accuratè ſunt menſi, ſtrictiſſimas tam grandi videant Regi, præcipiunt ianitoribus principibus, vt amplificent eas: imo ſuper altos ſtatuant gradus pro maiori earum maieſtate. Has hodierna die voces audi-
Pſal. 23. 7. mus: *Tollite portas, Principes, veſtras: eleuamini, portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* Principibus iniungitur ornandarum cura portarum. *Eleuamini, portæ æternales.* O vos cæli portæ, quæ nimia lapidum perfectione æternæ eſtis, quid neceſſe eſt, vt quis vos exornet, & amplificet? Vltrò eleuamini vos ipſæ, vt Rex veſter, gloriæ Rex ingrediatur. Attendite, ſuſpicite, reueremini, *Dominus fortis, & potens eſt: Dominus fortis in prælio*, non contra fragiles bellatores indicto, ſed contra hoſtes animarum, quibus deſtructis, tanta Rex veſter gloria victor reuertitur, vt nomen eius Rex gloriæ ſit. Eleuamini, portæ æternales.

Iam (quod omnes expectatis) ille, quo populus cæleſtis, ad recipiendum triumphatorem, exit, apparatus aſpiciendus venit. Tria circa hoc attendi ſolent. Dignitas primum legatorum, qui extra vrbem mittuntur à Rege, ad ſalutandum nomine ſuo triumphatorem, quot etiam ad ſalutationem hanc procedant itineribus. Deinde exeuntium Senatorum, Principumque progreſſio: quàm ſcilicet longè ab vrbe procedant ad recipiendũ triumphatorem. Multoque magis ad quem vſque locum portent vmbellam, ſeu baldachinum: quantæque dignitatis viri ſudes, ſeu calamos gerant baldachini. Tertium ipſius Regis egreſſus, quot ſcilicet paſſibus à Regia ſua ſede procedat, ad eundem recipiendum. An etiam eum faciat ſedere, qua item in ſede, quo in latere, quanta à Rege ipſo diſtantia. Hoc eſt, quod curiales, & nobiles potiſſimè attendunt. Reliqua vrbis ornaméta, triumphales currus, choreas, choros, ignium adinuentiones, recenſus, ludos, equitatum Vulgares magis, quàm nobiles perſpiciunt, ad triumphatoris æſtimationem cognoſcendam. Legati ergo à Deo ad ſalutandum victorem Chriſtum miſſi, primarij duo cęleſtis vrbis Principes fuerunt.
Act. 1. 10. Cumque intuerentur in cęlum euntem illum, *Ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis.* Sed quàm longè ab vrbe proceſſerunt legati iſti? *Adſtiterunt iuxta illos*: iuxta ſpectantes aſcendentem gloriæ Regem. Ad ipſum vſque locum, ex quo exijt triumphator, peruenerunt. Quod ad balda chinum ſpectat longiſſimè extra cęleſtis vrbis ianuam allatum eſt, vſque ad terreſtris, ex qua triumphator exijt,
Act. 1. 9. vrbis terminos. Vix enim incipientem aſcendere gloriæ Regem, *Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum*: quę nubes pretioſiſſimum baldachinum fuit, vt quę auro multo, multiſque tonis, ac ſplendoribus illuſtrata.

Digitized by Google

ſtrata. Qui baldachini ſudes, ſeu calamos gerunt, octo ſunt præcipui Angelorum omnium Principes. Septem ex hiſilli quidem ſunt, qui ſeptem aſſiſtunt coram Domino, Michael, Gabriel, Raphael cum quatuor alijs, de quibus dixit Raphael ipſe; *Ego enim ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui adſtamus ante Dominum.* Defecit octauus, Lucifer; qui propterea ex cœleſti ſenatu, & vrbe eiectus eſt, quòd notificata ei in vitæ ſuæ primordijs futura hac Regis noſtri gloria, cui Lucifer ipſe exhiberet obſequium, toruo impius renuerit vultu. Ideoque in locum eius ſuffectus eſt præclariſſimus hominum, verè in terris Angelus, & in cœlis, Ioannes Chriſti præcurſor: cui, quòd cum Chriſto è terra erat aſcenſurus, ferula ex his vna reſeruata fuit. Hanc accepit ille in loco terræ proximo, in quo paratum erat baldachinum: quod pro ampliori aſcendentis Regis gloria à ſummo cœlo ad initia fuit allatum viæ. Quod ad excipientem attinet Regem, infinita in hoc triumphatoris ingreſſu adimpletur excellentia. Exit enim ad excipiendum triumphatorem Regem Rex, qui Deus eſt Pater, & qui eſt Deus Rex, diuinus Spiritus: quorum in eo mirabilior celſitudo, quòd, cùm perſonę diſtinctæ ſint duæ, quæuiſque verè Rex, Rex ſit vtraque vnus, ſicut vnus eſt Deus: imo Deus, ac Rex vnus perſonæ tres, Pater, & Sanctus Spiritus triumphatorem excipientes, & receptus ab eis Rex, filius Patris excipientis. Quo autem vſque acceſſerit Rex Pater, ſanctuſque exierit Spiritus, ad excipiendum triumphatorem, dici non poteſt: eò quòd Deus vbique ſit: nec perſonæ duæ vſquam à Rege triumphatore diſceſſerint. At in eo ſublimius triumphatoris trophæum, quòd ab itineris initio medius inter duas gradiatur perſonas: quarum altera Rex, Rex ſimiliter altera. Quòd ſi inter duas graditur medius: in quonam dicemus Regij ſolij throno collocatum? quamnam ſolij ſedem dedit Rex Pater Regi triumphatori? *Dominus quidem Ieſus aſſumptus eſt in cœlum; & ſedet à dextris Dei.* O ſumma Regis dignitas! Summa gloria triumphatoris! Quid neceſſe eſt, ciuitatis deſcribere ornamenta? quid cœlicolarum comitatum? Quid theatri celſitudinem? Quid tripudia, cantica, choreas: vbi duæ iſtæ Regales perſonæ comitatum exijſſe perhibentur? Vbi ad Patris dexteram deſcribitur ſedere triumphator? Ideo euangelicus ſcriptor, ideo ſcriptor epiſtolæ hodiernæ, nihil vltra ſcribendum cenſuerunt, poſtquam vnum hunc triumphatoris conſcenſum enarrarunt. Hinc etenim cætera ſumma fuiſſe noſcuntur: nec defuiſſe ex cœlicolis vnum, qui vltra cœli ianuam exiens, non flexerit genu duci, Domino, Regi triumphatori.

[Margin: Tobi. 12. 15. — Malac. 3. 1 Math. 11. 10. — Marci 16. 19.]

Auxiliorũ Dei, & operationis hominum ordo expenditur quoad ea, quæ vltra controuerſiam certa ſunt.

Ecce, auditores, Domini via: ecce viæ terminus. Finem optatis omnes eundem: cur non & eadem proficiſcemini via eius? Beatitudinem hanc omnes concupiſcitis? via ad illam eſt vnica, via Chriſti: in qua Chriſtus eſt via. Dicat nobis pſalmographus, quiſnam ſit beatus beatitudine hac, qua Deum homines videbunt? Dixit vtique iam, ſemperque idipſum dicit: *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum. Etenim benedi-*

[Margin: Pſal 83. 6.]

ctionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion. Hæc eſt aperta beatitudinis via: hic certus finis. Verba digniſſima, quæ ſingula notentur. Ex parte Dei excitans ante omnia auxilium; poſtea benedictio: diſpoſitio ex parte hominis primum; deinde iugis ſcalæ conſcenſus; tandem in cœleſtibus Dei viſio, in qua ſummum eſt hominis bonum, ſumma beatitudo. Plena viæ huius, terminique deſcriptio nullibi ſcripturarum legitur luculentior, quàm in breui hoc ſummi Vatis verſiculo. Duo ex parte Dei requiruntur auxilia; totidem ex parte hominis actus. Auxiliū primum præuenit actus noſtros vniuerſos: vt quod, antequàm ipſi quod noſtrum eſt, incipiamus, adeſt prçuium nobis multis ſufficiens partibus, ſeu multis conſtans adminiculis: facta nimirum à Chriſto nobis ſcala, ſuo coagmentata ſanguine, omnibuſque gradibus eius, tum ſacramentis, tum præceptis; prædicatione etiam, qua auditores omnes ad ſcalæ huius accerſit aſcenſum, ſuperaddita cordi inſpiratione, illuminatione, vocatione. Quod auxilium gratia propterea operans appellatur, quòd gratis à Deo ante vllam noſtram diſpoſitionem infundatur. Auxilium iſtud ſubſequitur motio cordis humani, ipſo auxilio excitati ad ſcalæ conſcenſum; tametſi non conſcenſu pleno, non reſolutione, firmove propoſito, ſed inchoata inclinatione, ſeu propenſione ad id, quò Deus vocat: quod ideo excitans appellatur auxilium. Quod ſi motus auxilio hoc diſponere ſe ad vocantis Dei obſequium nititur homo: adeſt protinus Dei auxilium alterum; qui eiuſdem plenus eſt ad operandum cum homine concurſus. Tunc concurſu hoc arripit curſum homo propoſitæ ſcalæ; ideoque concurſus Dei iſte gratia cooperans eſt, atque concomitans. Quam doctrinam ex varijs ſcripturarum textibus colligit Auguſtinus multis in locis; & Concilia ex vtriſque, ac Doctores omnes, & Theologi. Concurſu igitur Dei iſto, quo incipit homo ſcalam aſcendere, ex virtute vna aſcendit in aliam, tanquam per ſcalæ gradus: ſicque ad virtutes gradatim omnes, per quas tanquam per ſcalæ gradus, Dei manui innixus aſcendit, donec eius faciem in cœleſti videat ciuitate. Nunc ſupra propoſitum verſum reflectamus. *Beatus vir cuius eſt auxilium abs te*; ecce vocationis auxilium, quod præueniens eſt, & operans gratia. *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit:* ecce cordis motio, ac diſpoſitio ad procedendum ad ſcalæ conſcenſum. *Etenim benedictionem dabit legiſlator*: ecce plenarium Dei auxilium, qui concurſus eſt, quo cum diſpoſito cooperatur corde: ideoque gratia cooperans appellatur, plenaque Dei benedictio. *Ibunt de virtute in virtutem*: ecce cooperatio eiuſdem hominis; qui tam plena Dei benedictione corfortatus, aſcendit per ſcalam præceptorum. Vocaturque propterea ſubſequens gratia, quòd aſcendentem iam hominem ad vlteriora perducat. *Videbitur Deus Deorum in Sion*: ecce ſcalæ finis: ecce beatitudo: ecce gloria. Et quoniam primum Dei auxilium illis multis, quç filius eius pro nobis vſque ad aſcenſionem fecit, integratur; merito S. Leo: *Chriſti aſcenſio noſtra eſt prouectio: & quo præceſſit gloria capitis, eo ſpes vocatur & corporis.*

Auxilium Dei præueniens multis conſtat adminiculis.

Gratia operans, cooperans, præueniens, adiuuans, coadiuuans, excitans, & ſubſequens.

Phil. 2. 13. Rom. 5. 2. 1 Cor. 15. 1. Augu lib. de Eccleſ dogm ca. 12. lib. 2 de bono perſeuer. c. 13. lib. 1. ad ſimpl. quæ. 2 & epiſt. 107. & alib. Concil. Arauſi c. 9 conc. Tri. ſeſſ 6 c. 5. Greg lib. 16. mor. c. 10. alias. 11. Anſel. in id 1. Corin 15. gratia Dei mecum. Ber. opuſ. de gratia & lib. arb. Proſp. li. 2 de vocat. gentium cap 25.

Opera bona hominum requiruntur ad ſalutem, & ad opera diſpoſitio.

Cor hominis eſt, & quo diſponitur cœli via & per quod via ipſa ad cœlum ducitur.

At quoniam de diſpoſitione tractamus; res penſiculatiùs digerenda eſt. In conſtruenda quaque ædificij fabrica duo apprimè requiruntur: diſpoſitio fabricæ primum, deinde manualis operatiò. Primum in corde fit: ſecundum in loco ſtucturæ ſignato. Corde ſiquidem ædificium diſponitur, idçaque illius lineatur: parietes autem in diſpoſitis à corde locis conſtruuntur. Hoc eſt peculiare ſpiritali in ædificio; quòd tam diſpoſitio, quàm ſcala ipſa fiat in corde, cooperantibus exteriore etiam opere manibus, ac pedibus. Itaque diſpoſitio corde fit, ſicut ad reliqua ædificia: ſcala etiam fit in corde ipſo, tanquam in loco idoneo, ad huiuſmodi ſcalam, per quam itur in cœleſtia. Hoc enim dicit verſus iſte: *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*, ita, vt cor locus ſit, intra quem conſtruitur ſcala, ſicut intra turrim choclea. Eſt ſiquidem à principio conſtitutum. ſcalam hanc non omnino terream eſſe debere, ſicut erat turris Babylonica; ſed maiori ex parte ſpiritalem. Quæ cùm ita ſe habeant, notanda eſt cæmentarij latomi vita. Tota profectò talis eſt, vt partim ædificij diſpoſitione, partim ipſo inſumatur opere. Cum enim ædificium quoduis, & forma conſtet, & materia: vtrique latomum incumbere neceſſe eſt. Itaque quod primum facit diluculo, faciendi operis diſpoſitio eſt: reliquum diei in opere ipſo vſque ad noctem inſumit. Hęc vtique hominis vita eſſe debet tota. Vix à ſomno expergectus, hanc, per quam ad cœlum itur, corde ſcalam diſponat, apprimè oportet, deinde eam conſtruat per diem, nulli pręterea intendens occupationi, exceptis ijs, quæ ad neceſſariam reſpirationem exiguntur. Sic erit Beatus; ſic videbit tandem Deum Deorum in Sion. Pertinet autem ad diſpoſitionem iſtam, non ſola ſcalæ diſpoſitio, quæ inter reliquas ędificij partes ſolertem exigit, ac ingenioſum artificem: ſed diſpoſitio etiam lapidum, ac bituminis. quapropter, ſi durus nimis lapis ſit, ob tres hoſce defectus omnino reijcitur; & quod nimirum prę grauitate (quę duritię eſt effectus) difficulter à loco ſuo moueatur, & quòd, ob eandem duritiam, ferreis, quibus laboratur, reſiſtat inſtrumentis; necnon, quòd, ob eandem grauitatem, magna poſſit in altum difficultate efferri, vt in aſſignato ſcalę gradu ſtatuatur. Quid eſt, quòd hodierna Chriſti prędicatio circa cordis duritiam verſetur tota? Vtique, quoniam aſcenſionis tempore, de conſtruenda ad aſcendendum ſcala agere oportet; cuius impedimentum vnicum cordis duritia eſt; cum & diſpoſitio fiat corde; & cor etiam ſit ſcalę materia. *Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.* Marci. 16. 14. Omittamus nunc eam, quę ad diſcipulos facta fuit, increpationem; loquamurque de cuiuſuis duritia peccatoris. Tres illi defectus, qui prędura in petra, duro ſimiliter reperiuntur in corde. Defectu enim primo, reſiſtit cor auxilio primo, quo mouere illud intendit miſericors Deus, vt ab eo euellatur loco, in quo minimè ſeruit ei, & in ſcalæ gradu ſtatuatur. Quòd ſi vocatione, inſpiratione, illuminatione Dei non mouetur, non diſponitur, non mollitur: quomodo procedet ad opus ipſum, quod intenditur? quomodo elaborabitur operibus bonis? Heu miſerum hominem!

Exercitia hominis qualia per diem totam

Cordis duritia ſummopere præcauenda.

Duritia cordis prauorum eſt cauſa effectuum plurimorum.

Non magis moueris aſſiduis Dei impulſibus, quàm prædura in littore maris cautes mouetur vndis conquaſſata. Ex quo & ſecundus ſequatur defectus, minime dubium eſt: obſtinata ad laborem reſiſtentia. Qua ergo arte (heu te perditum) in ſcalæ huius gradu ſtatueris, ſi nec motione diſponeris, nec bonis operibus elaboraris? Quomodo vſque ad ſcalæ aſcendes ſummitatem, vſque ad ſummum cœlum, vſque ad Dei conſpectum fœliciſſimum: ſi adeo eſt durum cor, & adeo graue? Doleo tuam, ô miſer, perditionem, qua à cœli ingreſſu reiectus permanebis: à fine vltimo: ſummo bono: ab æterna beatitudine: à Dei conſpectu, ac fruitione. Caue tibi amice: caue tibi. Audi vocem Dei: audi inſpirationem. Quocunque præuentus Dei auxilio, capta motionem, & diſponi ne differas. Audi, quæ Paulus monet auditores: *Videte, fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum: ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur; vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Notate verba. *Donec hodie cognominatur*: donec tempus proprio hodierni diei nomine nuncupatur: donec hodie eſt, non donec cras erit. Ne ad craſtinum diem debitam vocanti Deo cooperationem differatis: ſed hodie, hodie diſponite vos, manuſque ad opus admouete. Alioqui fallacia peccati obdurabimini. Quæ eſt peccati fallacia? Fallit vtique vos peccatum dicens: cras diſpones te: cras reſipiſces. Hæc eſt pernicioſa peccati illuſio. Hac induratur miſer homo. Diſponite vos, & cooperamini, donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

Cor durum in dies induratur magis ipſa ſua duritia

Heb. 3, 12.

Pœnitentiā minimè differendam.

Conuerſio ad Deum ſtatim adeunda.

Peccatum fallit hominem, vt obduretur.

Dicito mihi tu, qui tam duro es, quàm carnali corde: quomodo carnalis pondere cordis vſque ad Dei aſcendes conſpectum? *Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.* Quonam modo homines duo, qui eiſdem ſimul compedibus vinculati ſunt, ita vt alter vno compedum annulo conſtrictum habeat pedem, annulo alio alter, poterunt per ſcalam ſimul aſcendere? Si cum fœmina turpiter vinculatus es: nonne & tu, & illa eiſdem eſtis vinculati compedibus; ita vt habens tu in altero annulo pedem vnum, fœmina pedem alium in altero, ſeparari nequeatis? Quomodo ita compeditus per ſcalam aſcendere valebis? Solus minimè poteris, fœmina remanente: cùm in oppoſito illa habeat annulo pedem: ſimul autem cum illa, impoſſibile eſt magis: nam duo eiſdem vinculati compedibus, difficulter aſcendent per ſcalam: imo nullo modo, ſi anguſta eſt, ligneaque ac portatilis. Sed, etſi pariter cùm ea aſcendere nitaris, neuter in cœlum recipietur: quoniam nemo ante relictum excipitur complicem.

Simile.

Matt. 5, 8.

Luxuriæ peccata compedes ſunt cœli aſcenſum impedientia.

Quin etiam non ſolum carnalia hæc, quę indigna ſordeſcunt turpitudine, cœleſti homines interdicunt introitu: ſed iter etiam impediunt ea, quæ turpia non ſunt, ſi ſint aliter nimia: nimia circa res ſeculi exercitia: nimiæ occupationes, curę nimiæ. Ideo omnia hęc implicationes appellantur, quod homines ad aſcenſum hunc implicent, & impediant. Caue tibi amice, ne vtraque manu rebus intenderis humanis, ne in vijs mundi vtroque pede gradiaris: ſed intendens

Alimenta vitæ vna manu capienda.

Implicamenta mūdi cæleſtem aſcenſum impediunt.

Digitized by Google

his, quantum ad vitam excuſari non poteſt, totis intende viribus propoſitæ graduum aſcenſioni. Ediſce aſcenſum à volucribus; quę in via cæli expertæ ſunt ſemper. Ediſce ab Haliecto diſſimilibus admirabili pedibus, quorum alterum accipitrinum aduncis vngulis, & digitis fiſſis: ſimilem anſeriuo alterum ſcribit poſt Ariſtotelem Aldrouandus: nempe digitis membrana colligatis, planumque inſtar humani pedis, qui planè ſedeat ſuper terram. Finem, quo ita diſſimiles Creator formauit pedes, inuenit Bellunenſis. Nempe cùm marina ſit auis, adunco prædam arripit pede: plano pede nat, dum piſcatur ſuper aquam. Si enim pes planus eſſet vterque: piſcari nequiret, vngulis deſtitutus: at nare non poſſet, ſi vterque eſſet aduncus, vt accipitris: atque ita dum intenderet prædæ, ſummerſus funditus periret. Nat igitur ſimul, & piſcatur: qui vorato cibo, ſuis mox pennis vſus, volat in cælum. Quid te facere oportet, conſcendere cælos affectantem? Vtraquene manu, pede vtroque victui inſiſtere quærendo? Submergêris profectò in profundiſſimo hoc, vaſtoque mundi gurgite: tantum abeſt, vt in cæleſtem aſcendas beatitudinem. Vnam tibi ad capiendum victum concedo manum: ambas ad munus hoc minimè concedo. Maius eſt, quod in cæleſti ſperas aſcenſu, quàm quod in terreſtri reperis victu. Summè ergo oportet, ne ambas in temporalibus rebus quæritandis occupes manus: ſed in ſpiritualibus alteram, nans ſuper mundi aquas: ne, ſi manu vtraque intendas piſcaturæ, profunda in tartara mergaris. Quin etiam manum hanc, quam pro temporali piſcatura aduncam tibi permitti dico, pro præciſo dico permitti tempore, quouſque temporalia neceſſaria ſunt vitæ: protinus ab huiuſmodi piſcatura eleuandam, vt vtraque ſtatim voles penna, ſicut capta præda volat confeſtim pennis Aliectus. Audi (rogo) Magni verba Gregorij. *Vitemus pericula, præcipitia præcaueamus, euadamus offendicula, reſpuamus errorem, ſequamur veritatem.* Scala intra cor diſponenda eſt, non ex terra, ſed ex ſpiritu. Ad eum, qui eſt ſpiritus, Deum, per ſpiritalem oportet tendere ſcalam.

Ariſt. l. 9. hiſt. anim. c. 32. Aldr. li. 2. Ornithol. c. 3. col. 2. Vincent. Bellunenſ. apud eundem Aldrouandum.

Gregor. in pſal. 6. pœnitential.

Fecit ſe nobis ipſe certi ſcalam aſcenſus: aſcendens ipſe aperuit nobis viam: docuit nos ſemitam & opere, & verbo: eſt ſcalæ innixus, firmans nobis eam, tuti vt aſcendere poſſimus. Extendit illinc manum ſuam, vt apprehendat aſcendentes: eſt ipſemet ſummitas, ac terminus ſcalæ: ipſeque finis noſter, fœlicitas noſtra, bonum vnicum noſtrum. O ſupreme Rex! ô glorioſiſſime triumphator! Aſcendiſti hodie in thronum tuum, æterna tua gloria fruiturus: manemus nos, famuli tui periculoſa in valle lacrymarum: memento, Domine Rex noſter, quòd propter nos veneris in terram, propter nos inieris congreſſum, ex quo, aduerſarijs victis, in cæleſtia aſcenderes triumphator. Locum parare nobis aſcendiſti: firmam nobis ad iter ſtatuis ſcalam: omnia das ad aſcenſum adminicula: extende, extende manum

Digitized by Google

tuam : adiuua nos auxilijs tuis. Perfunde noſtris mentibus lucem, qua viam perſpicuè intueamur : extende manum, noſtræ imbecillitatis miſeratus. Illumina nos : excita nos : eleua nos à terreſtribus his ad cęleſtem poſt te conſcenſum : vt te illuminante, te excitante, te coadiuuante, de virtute eamus in virtutem vſque ad cęleſtem ciuitatem, cuius in arce ſuper omnia collocatus, præſides ſemper, ſemper regnas : vt tuam ibi faciem aſpicientes, plena circumdemur lætitia, plena hilaritate, pleno gaudio, plena ditati gloria, ac beatitudine.

Digitized by Google

IN EADEM ASCENSIONE DOMINI.

SERMO III.

Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Marc. 16. 19.

QVVM ſupremus aliquis regni Princeps ſuam habitationem, & curiam in aliam transfert ciuitatem: quanta tunc eſt hilaritas ciuitatis illius, in quam ab ouantibus excipitur ciuibus, tantus eſt relictæ mœror ciuitatis. Mœroris autem huius duplex eſt cauſa; altera dilectiſſimi Regis abſentia; altera priuatio regalium donorum, quibus deſtituuntur ipſi, vt fruantur eis ciues vrbis illius, quam intrat Rex habitaturus. Ex ea quippe ciuitate, quam deſerit, ſolos quidem illos locupletat, quos ſecum transfert in illam, quam eligit ſibi habitationem: cæteri, qui in vrbe manent relicta, nullis augentur commodis; multis potius minuuntur. Quid igitur erit terreſtri habitationis noſtræ loco in die, qua ſupremus cæli, terræque Rex cum ſua in cælum commigrat curia? Mœrebimuſne nos, qui manemus in terra: eiuſve donis, aut emolumentis deſtituemur derelicti? O ſummam Regis bonitatem! ô diſpoſitionem! ô conſilium! Solius profectò Regis eſt noſtri admiranda hæc & prouidentia, & opulentia. Prouidentia leuat abſentiæ mœrorem, reditum pollicitus fœlicem; opulentia ſoluit nos dolore illo, qui ex vtilitatis amiſſione oriri ſolet; eo quòd tam opulentus ſit rex, vt non eos ſolùm, quos effert ſecum in cleſtia, quoſque reperit ibi, locupletet: ſed eos etiam, quos in terreno relinquit habitaculo, duplicatis imbuat muneribus, duplicata honoret dignitate. Quod ad ſuum in terras reditum attinet, iuſſit in ipſo aſcenſionis momento Angelico innoteſcere præconio: *Cumque intuerentur in cælum euntem illum: ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* Veniet itaque è cælis, vt poſtquam animas veſtras illuc poſt ſe tulerit, rediens ferat & cor- Act. 1. 10.

pora, illic cum animabus glorificanda. Quòd item duplicata dederit hominibus, dum aſcendit in cælum, dona cælica, tam hîs, quos ſecum tulit, quàm eis, quos poſtea quouis tempore laturus eſt illuc, longo ante aſcenſionem tempore Dauidis verbis notum fecit, fecit & poſt aſcenſionem verbis notum Pauli. Dixerat Regius ille Vates venturo

Pſal. 67. 19.

in terras Dei filio, indeque in cælum redituro: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*, quæ eadem verba dixit

Eph. 4. 8

poſtea ſerie iſta Paulus: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Itaque quod hinc ab hominibus abſtulit, ſola quidem fuit eorum captiuitas: quod dedit, magnus fuit bonorum cumulus: *Dedit dona hominibus.* quænam dona? Salutem imprimis ſempiternam: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Deinde,

Marc. 16. 16.

In nomine meo dæmonia eijcient. Amplius adhuc: *Serpentes tollent.* Ad hęc: *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Tandem, *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Ecce duplicia dedit hominibus dona: ęterna nempe ac temporalia. Nec vlla poteſt occurrere neceſſitas, quę aliquo ex his dono ſuppleri nequeat. Fiat hic, & nunc experimentum in eo, quod in concione occurrit nobis. Quidnam eſt, quo, ad loquendum, egent prędicatores? Egent lingua diſerta. Ecce *linguis loquentur nouis.* Quę item res auditoribus ſcitur neceſſaria? Afflans Dei concurſus, quo decerpant ex concionibus fructum. Ecce *prædicauerunt vbique, Domino cooperante*, gratia nimirum mentes illuminante, corda intrinſecùs mouente. Et (quod extremi ſolatij eſt) matrem quoque ſuam nobis reliquit adiutricem: quę diuinum hunc auxilij concurſum & loquenti impetrabit, & audientibus, dùm cernui aduocamus eam, dicentes, *Aue Maria.*

Aue Maria

Celeberrima glorioſę aſcenſionis alacritas duplici coruſcat celſitudine: altera, qua Triumphator Dei filius exit hodie à terris glorioſus: qua cęlos deinde excipitur, altera, omnem exſuperante narrationem. Tunc ergo perfectè diſpoſita videbitur concio, quum duplicem hanc hodierni trophęi partem proprijs triumphorum conditionibus metientes, in hodierno hoc completas deprehenderimus vniuerſas. Sunt conditiones triumphi bipartitę: alię triumphatoris proprię, quę merita eius ſunt, atque adeo proprię bellatoris, ac belli: alię pertinentes ad pręmium, cuius gratia, quum in patriam reuertitur victor, magno in eam excipitur honore. Vtrinque autem conditiones ſunt trinę: tres nimirum ex parte triumphatoris: totidem ex parte apparatus, quo in ciuitatem introducitur. Qui vtraſque numerat, ac deſcribit Blondus, fuiſſe cunctas affirmat apud Romanos ad amuſſim ſeruatas, nos aſſeueramus, perfectiùs obſeruari in triumphis, quibus ſpiritalium hoſtium victores cæleſtem in patriam admittuntur.

Triumphi conditiones bipartitæ: tres ex parte triumphatoris: totidẽ ex parte populi, à quo excipitur.

Triumphus ſoli conceditur victori, qui alia, ante initum conflictum, præfulſerit dignitate.

Blondus Foroliuiẽſis l. 10. de Roma triumph.

Igitur ex parte triumphatoris, perſonę ante omnia attenditur dignitas, vt nempe fuerit dictator, vel ſaltem conſul, ſiue prętor. Conditio deinde bellatorum, quos vicit, vt ſint nimirum penitus extranei. Eſt enim lege cõſtitutum, ne cuipiam ob ciuilem victoriam, qua proprię nimirum nationis naturales vicit inimicos, bellicus triumphus cõcedatur. Tertia denique triumphatoris conditio eſt victoriæ con-

Triumphus nulli conceditur propter ciuile bellum.

ſummatio:

Digitized by Google

ſummatio: quæ tam funditus eſſe debet exacta, vt quam victor vrbem armis ſibi ſubiecit, pacatam prorſus relinquat ſucceſſoribus. Hæc merita ſunt: præmij iam conditiones videamus. Ex his illa requiritur prima, vt procedentes ad excipiendum triumphatorem primarij omnes ciuitatis, aurato introducant eum curru, albis vecto equis, aut, ſi victoria illuſtrior eſt, magnis elephantis: quibus ob Africum trophęum tractus fuit Pompeij currus; ceruis quatuor carrus Aureliani. Deinde, vt triumphatoris filij (quæ eſt ſecunda conditio) eadem cum parente carruca introducantur: ſicut Æmilius Paulus filium ſuum magnifico ſecum introduxit trophæo. Tertia, vt omnes triumphatoris commilites currum ſequentes laureati, ſimul cum eo excipiantur. Plinius pręterea ſcribit, coronari triumphatorem: numeratque genera coronarum ſeptem, iuxta totidem diuerſarum ſpecies victoriarũ.

Porro inter duas has triumphi partes, duo potiſſimum attendenda ſunt nomina, gloria videlicet, & honor, eo quòd gloria ad primam triumphi partem, ad ſecundam honor pertinere videatur. Scio promiſcuè vſurpari gloriæ, & honoris nomina, ita vt nunc honoré, nunc dicamus gloriam illud, quod victoribus impenditur præmium; hoc eſt, currus, corona, populi conclamatio, pompa, cantica, apparatus: proprio tamen vocabuli rigore gloria eſt proprius perſonę fulgor ortus vel ex propria eius eminentia, vel ex geſtis laudabiliter rebus, quibus agnoſcitur eminens, & mirabilis: honor autem eſt, qui huiuſmodi perſonę impenditur à ſcientibus talem eius eminentiam. Etenim iuxta propriam, quam ex auctore Tullio definitionem legimus, à Sanctis Ambroſio, Auguſtino, & Thoma comprobatam, *Gloria eſt clara cum laude notitia*: id eſt, gloria tua eſt ſublimis ille aliorum conceptus, quo te illuſtrem agnoſcunt, & laudabilem. Græco enim vocabulo gloria dicitur claritas, & claritas gloria. *At honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ*, vt Ariſtoteles definit. Vnde fit, vt pręcipua glorię pars ipſum ſit perſonę meritum, claritas ſcilicet eius, qua illuſtris eſt pulchritudine, ingenio, poteſtate, præclaris actis, probitate: laus verò oris alieni, quo gloria hominum penitus completur, in ipſis perſonæ meritis fundatur. Et quoniam oris laus, & acclamatio non exiguè augetur honore illo, quo exhibetur perſonæ teſtimonium opinionis, qua laudant omnes eam perſonam, tãquam dignam laude, reuerentia: ideo ad gloriæ huius complementum vel pertinet honor, vel ſaltem auget ipſam gloriam. Contingit autem, & frequenter quidem, duas has gloriæ partes non concurrere, ita vt ſæpe videamus aliquos, qui multa ob merita in ſe glorioſi ſint, nulla aliorũ laude, honore nullo eſſe glorioſos: alios extrinſeca frui gloria, qua, velut digni, commendantur, cùm in ſe ipſis nullo, aut modico fulgeant fundamento. Id autem vel ob cæcam hominum malitiam, vel ob eorundem contingit ignorantiam. Latet ſæpe hominum oculos certa hominis probitas, certum ingenij acumen, certus egregiorum cumulus factorum, quibus minimè lucet in eorum conſpectu, eo quòd ab eis ignorentur; atque adeo nec laudant, nec honorant illum: alium autem honorant, & laudant, eo quòd falsò putent, illis eum florere vir-

Triumpho ſolus victor ille ſuſcipitur, qui pacatam relinquit ſucceſſoribus vrbem, quã armis expugnauit.

Triumphatores aurato excipiuntur curru comitantibus primarijs populi viris.

Elephantes vehebant triumphatorum currus.

Pompeius triumpho in Romam exceptus, aurato curru elephantibus tracto.

Aurelianus triumphator introductus in vrbem aurato curru quatuor ducto ceruis.

Paulus Æmilius triũpho ſuſceptus filium ſuum in curru ſecum introduxit.

Corona triũphatoribus debita.

Gloriæ & honoris diſcrimen.

Gloria eſt clara cum laude notitia.

Pli. l. 22. c. 3. 4. 5. 6.

Cicer. l. 2. officior.

Ambr. in c. 1. ep ad Roman.

Aug. l 5. de ciu. c. 12. & l. 83. qq q 31.

S. Tho. 1. 2. q. 2. ar. 3. & 2. 2. q. 132. art. 1.

Ariſt. lib. 1 Ethic. c 3. l. 1. rhetor. c. 5.

Digitized by Google

tutibus, quibus nequaquam floret, nec coruſcat. Quin etiam eum, quem multis vident conſpicuum ornamentis, nullatenus glorificant honore, vel laude ob craſſam tam virtutis, quàm vitij æſtimationem. Quoniam id, quod laude dignum eſt, ac honore dignum, neſciunt ipſi dignum honore, nec laude. Vnde conſequenter fit, vt ob eandem deceptionem laudent, & honorent hominem alium propter id, quòd nullam meretur laudem, nullum penitus honorem. Hæc eſt craſſa ignorantia. Tunc autem malitia obſcurat gloriam, quum homines malè erga te affecti, aut operiunt ea, quæ in te glorioſa ſunt, aut ſuadent populis, minimè quidem eſſe laudabilia. Hac etenim via priuant te gloriæ complemento, omittentes conſtituere te in eo honoris, dignitatiſve gradu, in quo, ſi ab eis eſſes locatus, tuis coruſcares ornamentis. Per contrarium habentur glorioſi non pauci, qui, cùm vero ſint gloriæ fundamento deſtituti; in eo ab amicis locantur gradu, in quo adiecta pompa coruſcant, cùm fulgor hic adiectus ſit totus ab his, qui malitioſe corrupti ſunt, vel amicitia, vel muneribus, vel precibus, vel amicorum, aut (quod crebrius eſt) amicarum interuentu. Certè ipſe candidiſſimus adamas in aurea collocatus bractea multis in gyro circundatus pyropis, latiùs diffundit ſplendorem, quàm quum nulla ſepitur fulgentiū coronula gemmarum. Similiter ergo propria hominis gloria multò quidem lucidiùs præfulgebit, quū exhibito honore coronatur, quàm, quum infimo in loco derelinquitur. Sed enim, quamuis res ita ſe habeat, vt magnam glorioſo cuique acceſſionem faciat exhibitus honor, laudúque conclamatio: eſt nihilominus ſemper præcipua gloriæ pars proprius ipſe perſonæ fulgor, ita vt ſolus hic verè ſit gloria, quamuis languida: ſolus ſine vero fundamento adiectus honor, minimè gloria ſit, aut certè exiguo apparēs gloria tempore. Quæ veritatem hanc oſtendunt cauſæ ſunt multæ, quibus intentos eſſe auditores oportet, vt perſuaſio hæc veſtris ſedeat cordibus, eam, quam in cœleſtibus gloriam exoptatis, ex nunc eſſe à vobis comparandam, quamuis verè ſit à Deo in cœlis impendenda, eo quòd adijciendus à Deo gloriæ fulgor fulgorem illum petat fundamentum, quem veſtris vos operibus induitis.

Simile.

Gloria magis conſiſtit in proprio perſonæ fulgore, quàm in exhibitis ei laudibus, honore, exaltatione, reuerentia.

1.Cor 4.7 Et (vt ab Scripturis exordiar) adſunt Pauli verba: *Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Quidnam eſt, quod pompoſo boatu glorieris ob ſplendorem illum, qui non eſt proprius perſonæ tuæ ſplendor, ſed adiectus ab eo, qui ſponte ſua te laudat, & honorat? Quid (inquam) gloriaris, quaſi ſplendorem iſtum non acceperis ab alio, ſed tuæ perſonæ ſit proprius? Deinde eſt vrgens cauſa ipſummet robur veritatis, quod eam tandem producit in auras; vt qualis quiſque eſt, talis agnoſcatur, quantumuis aliquandiu aut diſſimulatus ſit, aut ſimulatus. Talis eſt gloria hypocritarum, quorum ea, qua glorioſi ſunt, fictio, breui tempore tegitur, detegitur protinus. Eleganter Baldad: *Nūquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua? Cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: ſic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit. Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides*

Iob 8.11.

Gloria inanis eſt, qua quis de eis rebus glorietur, quæ nō ſunt eius propriæ, ſed extrinſecùs adiectæ.

Hypocritarum gloria inanis.

Simile.

Digitized by Google

commorabitur. Ecce,ſicut virgultum de arida conſurgens terra,quãuis,propter immiſſam radici eius aquam,ad modicum tempus virere ſoleat,& florere,mox tamen areſcit, propter deficientem intrinſecùs humorem : atq; ita quiſquis fictis ornamentis appoſita fulget intrinſecùs gloria,reſplendet,proprio carens fulgore,modico quidem nitet tempore,protinus marceſcit;quippe vanas gloriç radices in duro petrarum miſit aceruo. Huc pertinet eorum gloria, qui aliena ſe exhibent ſpecie;qualis fuit gloria Cyprij Themiſonis,qui cultu fuit Deorum honoratus,quòd ſe Herculem Deum ſimularet; ſpretus deinde, quum fuit in mendacio deprehenſus. Pertinet etiam huc gloria fœminæ illius,quæ muricis faciem,& ceruſſç tanquam ſibi propriam accommodat. Nam detegitur ſtatim, quæ propria eſt ; cadente gloria cum eodem murice,& ceruſſa.Talis eſt etiam gloria eorum,qui egregia opera, cum ſint aliena, dicunt ſua : caduntque tandem à gloria in ignominiam,quum verus cognoſcitur auctor.In quod ludibrium cecidit ille, qui aliena carmina gloriabundus edidit in lucem, dicẽs ſua: cui,quum mendacium agnouit auctor,exprobrauit,dicens:

Gloria inanis eſt illa, qua quis ſimulans ſe eſſe alium, ob alienam ſpeciem honoratur.

Gloria capta ex operibus, quæ quis ſimulat propria, cùm aliena ſint, inanis eſt gloria.

Herodot. Cornelius Celſus.

Hos ego verſiculos feci : tulit alter honorem.

Talis necnon eorum gloria, qui minis, vi,aut metu extorquent eam; qua extorſione gloriabatur Atreus Rex ; blaterans apud Tragicum;

Gloria metu,precibus, aut minis extorta,nulla gloria eſt.

——— Maximum hoc regni bonum,
Quod facta Domini cogitur populus ſui
Quàm ferre, tam laudare.

Tragic. in Thyeſte actu 2.

Eſt vtique talis gloria hæc, cùm, deficiente laudis fundamento, reſonet nihilominus laus, à ſolo exiens ore, non à corde. Quare fidus ille Regis Atrei famulus, qui in coactis laudibus eum gloriari vidit, eduxit illum ab errore hoc,prudenter dicens:

——— Qui fauoris gloriam veri petit,
Animo magis, quam ore laudari volet.

Solum autem illum laudamus animo , quem animo agnoſcimus laudabilem.Manet ergo liquidò exploratum,præcipuam gloriæ partem in proprio perſonæ fulgore conſiſtere;partem gloriç minorem in adiecta laude,ac reuerẽtia,ita vt ſolus propriæ perſonæ fulgor,deficiente exaltatione, verè gloria ſit; ſolus adiectus deforis ſplendor,ſola exaltatio, ſola reuerentia, non ſit verè gloria, ſi propria perſonæ dignitas,claritaſque deficiat.Scitè Demetrius Phalereus,cùm ducentas ſupra ſexaginta,quas ſtatuas erexerant ei Athenienſes, vna die diſiectas intueretur,ſatis habuit dicere; *At non euerterũt virtutes,quarum gratia erexerant ſtatuas*. Id eſt, parum mihi gloriæ detrahitur,dum ſolus ille,qui mihi impenſus erat,adimitur honor;cum retineam adhuc id, in quo gloria vera eſt, probitatem, & virtutem.

Demetrius Phalereus gloriam dixit probitatem.

Laërtius.

Hinc fit,vt quis eximia fulgeat gloria in aliquorum oculis; cùm in oculis alijs minimè glorioſus ſit , nec æſtimatus. Quiſquis honore grandi , grandique exaltatur pompa atque boatu , glorioſus quidem eſt in oculis vulgi,etiã ſi careat dignitate illa, cui exaltatatio debetur, & honos:apud ſapientes autem non item. Imo in horum oculis ſolus

Gloria quæ in aliquorũ oculis eſt gloria , non eſt talis apud alios.

ille eſt glorioſus, qui proprio fulget ornamento, proprijs actis egregijs; quamuis abſque vlla ſit exaltatione relictus. Sunt præclariſſima verba Iob in hoc propoſitum. *Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum.* Apud opinionem diuitum, ait; planè ſignificans, lampadem hanc apud alios eſſe refulgentem. Sed manifeſtandum tempore præſtituto, ita vt tandem ſit apud omnes fulgens & glorioſa. Quod ſi homo ille, qui proprijs fulgens eſt meritis, nitet, ac coruſcat in ſapientium oculis; quamuis nullo coram inſipientibus reſplendeat fulgore: quantò magis fulgebit coram Deo, qui non ex apparentibus iudicat ſignis, ſed profunda cordis vſque ad intimas callet perſpicax medullas. Sunt igitur multi apud Deum glorioſi, qui in hominum oculis nulla nitent gloria: ſunt & inglorij apud eum glorioſi multi; qui glorioſi habentur apud homines. *Dominus iudex eſt: & non eſt apud illum gloria perſonæ.* Ordinaria gloſſa exponit verba hæc, quaſi dicant, non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Quę etſi vera doctrina eſt, congruaque ipſi ſcriptoris menti; deſiderat tamen propriam nominis gloriæ explicationē. Dicimus ergo, vocari perſonæ gloriam eam, quę extrinſecùs coruſcat. Nam hoc vocabulum, perſona, proprio ſignificatu pronũtiatum, eam ſignificat perſonam, quæ in ſcena, aut tragœdia aliam repræſentat. Sic dicimus perſonam Regis repræſentari ab eo, qui minimè Rex eſt. Latius perſona dicitur qualitas quælibet, qua alius ab alio differt. Origo vtriuſque ſignificati eſt primaria vocabuli huius impoſitio, qua confictam ſignificat faciem, quam Hiſpano ſermone dicimus *Maſcara*. Dicere itaque, *Non eſt apud Deũ gloria perſonæ*; eſt expreſsè dicere, gloria illa, quæ in ſolo fulget vultu, quæque egregiam innuit perſonam, nequaquam eſt gloria in oculis Domini, qui cordis intima intuetur, videtque illũ purè glorioſum, qui intrinſecùs glorioſus eſt; non glorioſum illũ, qui exteriori ſcala nitet gloria.

Iob 12. 4.

Eccl. 35. 15

Gloſſa ibi.

Gloria qua homo ab intus eſt candidus, eſt gloria apud Deũ quamuis non ſit talis apud homines: eſt quæ aliquādo apud homines gloria, quæ in oculis Dei nulla gloria eſt, quippe extrinſecus duntaxat apparens.

Gloria perſonæ quænam ſit.

Liquet iam manifeſtè inſtitutum, quod propoſui: non eſſe differendum gloriæ negotium ad futuram vitam, quaſi gloria tota in cælo præſtanda ſit nobis. Illam etenim gloriam, qua in oculis Angelorum, & hominum candidiſſimus eſt homo, in cælis quidem poſſidendam ſperamus, eo quòd in præſenti incolatu multa lateāt hominum ornamenta, multæ deformitates, quæ futuro in ſæculo patebunt: at in Dei oculis quàm in ſęculo hoc glorioſus eſt quiſque, tam erit glorioſus in cæleſtibus: cùm nullum in cælis videat Deus animæ fulgorem, quem in hoc ſæculo non viderit. Et quoniam illa, qua in omnium creaturarum oculis præfulget, modica gloria eſt, collata gloriæ, qua eſt apud Dominum glorioſus: portat vtique ſecum ex ſæculo hoc præcipuam gloriæ partem, propriam nimirum dignitatem, qua eſt apud Dominum glorioſus etiam nunc præſenti in habitaculo.

Merita propria in adultis requiruntur ad gloriam.

Gloria vera eſt qua quis cernitur fulgens Dei oculis.

Eſt nihilominus veriſſima Dauidica illa ſententia. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*, ſummoque in cælis glorificabit homines honore. Præbet etenim ipſe omne id, quo glorioſus eſt homo, indolem, ſapientiam, pulchritudinem, iuſtificantem ſuper omnia gratiam, qua candida eſt anima, atque adeo glorioſa. Præbet inſuper ipſe his,

Pſal. 83. 12.

Gloria hominum à Deo præſtatur eis tota.

Digitized by Google

qui in gratia iſta conſtituti ſunt, vires, & adminicula, quibus ſpiritales vincunt hoſtes, florentque alijs operibus multis, quibus multum ſibi gloriæ conciliant. Sed vltra hæc præbet Dominus ipſe apertam demum manifeſtationem gloriæ, qua nitent in cœlis quicunque in terris illam compararunt. Imo glorioſum hunc manifeſtationis honorem impendit non paucis in hoc ſęculo, his præſertim, quorum cognita probitas non modicè præſtat ad doctrinę acceptionem, & exempli. Quod expreſſit Dei filius verbis illis: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Non dixit, vt glorificent vos, cùm verè glorificentur ex proprijs homines operibus: ſed dixit; *vt glorificent Patrem veſtrum:* quoniam profectò opera egregia noſtra magis propria ſunt Dei, quàm nobis propria, eo quod ille nobis tribuat gratiam, vires, facultatem. Tamen eſt Deo cura glorificare nos propter opera noſtra, noſtramque dignitatem, manifeſtando hanc publico omnium conſpectui, cùm verè noſtra ſint opera, ſitque dignitas noſtra, licet propria magis Dei, quàm noſtra dignitas, & opera. Eſt veruntamen multò illuſtrior oſtentatio gloriæ noſtræ, quam Deus facit in cœleſtibus ſupra iſtam, quam facit in hoc ſæculo. Plana eſt Apoſtoli Doctrina. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Manifeſtatio hæc laudi coniuncta propriè gloria eſt; ſiquidem iuxta prædictam definitionem: *Gloria eſt clara cum laude notitia.* Quod apertius confirmatur illo eiuſdem Apoſtoli textu; *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis;* cum illuc vſque in nobis lateat. Eſſeque hunc verborum ſenſum conſtat ex contextu: *Num expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.* Præbet tandem Dominus glorioſam capitis coronam, cæteraque honoris ornamenta triumphatoribus debita, tantò illuſtriora, & altiora, quantò victoria hæc, qua deuincit homo ſpiritales aduerſarios, qua & exercet opera in Dei obſequium egregia, illuſtrior eſt ac mirabilior præ victorijs quibuſuis brachiorum vi contra homines obtentis. Attenta igitur plena hac gloriæ noſtrę manifeſtatione, plenaque laude, ac honore completo, noſtram in cœlum gloriam communi locutione referimus: imo & cœleſtis gloriæ nomine bonum noſtrum comprehendimus totum; cùm tamen propriò rigore loquendo eſſentiale bonum, & potiſſimum, in quo noſtra conſiſtit beatitudo, non ſit gloria hæc, qua fulgemus ipſi, ſed ſolus Deus à nobis clarè viſus, ipſaque viſio, atque fruitio, qua Dei electi eum vident, & poſſident iucundiſſima æternùm fruitione. Vocatur tamen beatitudo gloria, vel ex eo quòd videre Deum eſt videre pleniſſimam gloriam; vel ex eo quòd noſtra beatitudo, qua Deum apertè perſpicimus, dependet à gloria noſtra, qua ipſi in eius oculis fulgemus: quatenus ideo beat nos conſpectu ſuo, quod videat nos beatitudine dignos ſplendore

Gloria noſtra, qua fulgore noſtro, noſtraque ſumus glorioſi dignitate, proprior eſt Dei gloria, quã noſtra.

Matt. 5.

1. Cor. 4.

Gloria communi vſu dicitur beatitudo, cùm propriè loquendo beatitudo non ſit gloria.

Beatitudo eternam dicatur communiter gloria.

Digitized by Google

S.Tho. 1. 2.q.2 art. 3. Caiet. ibid. ſanctitatis, qua glorioſæ ſunt animę, vt aptè explicuit D. Thomas, & notauit commentator eius. quæ doctrina mirè commendat inſtitutum noſtrum; præcipuam nempe noſtræ gloriæ partem eſſe probitatem, qua fauente Deo iuſti ſumus: tametſi quod ad eſſentialem beatitudinem ſpectat, beatitudo ſit videre Deum.

Christi triumphus vniuerſis triumphorũ requiſitis conſummatus.

E diſſertis iam vtriuſque partis triumphi conditionibus, ſunt iuxta vtraſque iudicandæ, quæ in noſtrum hodie concurrunt triumphatorem. Prima ex illis tribus, quæ ex parte victoris exiguntur, vt vel dictator fuerit, vel conſul, tam perfectè in noſtro reperitur, vt & conſul ſit ſimul, & dictator. Vtrunque dixit Iſaias: Conſulem 9. capite; *Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius*: 33. capite Dictatorem: *Dominus legifer noſter.* Bellum eius minimè ciuile fuit (quæ ſecunda eſt triumphatoris conditio) quoniam *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus.* Reliquit (quæ eſt conditio tertia) pacatum Dei regnum, deuictis aduſque hoſtibus noſtris. Quam victoriam expreſſit Triumphator ipſe, dicens; *Pacem relinquo vobis.*

Iſai. 9.6. — *Chriſtus conſul.*
Iſai. 33.22 — *Chriſtus legifer.*
Eph. 6.12 — *Chriſti prælia, & victoriæ glorioſiſſimæ.*
Ioa. 14.27

Chriſti apparatus, quo in cœlũ exceptus fuit.

Cùm ergo victoris merita triumphalium ſint menſura præmiorum, facilè quidem apparet, tres illas, quæ ex parte populi ſolennitates requiruntur, ſummo in cœleſti curia completas apparatu. Curru itaque exceptus eſt Triumphator noſter, non deaurato, ſed aureo, ſplendoribus Solem excedente; cui omnis illa curia, atque ſenatus præcedebat. Filij eius (quæ ſecunda eſt conditio) in eodem introducti ſunt curru. Quotnam filij? *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Quinam ſunt, qui ſic recipiunt eum, vt ſint filij? Prouidentiam audite Triumphatoris. Cùm in eum finem fuiſſet cum hoſtibus congreſſus, vt multos ſecum filios aureo in cœlos introduceret curru; nihil in præſenti aſcenſione curauit priùs, quàm notum facere debitum hoc, quo tenentur cœli, filios eius ſummo honore admittere. *Qui crediderit* (ait) *& baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Saluus, quia filius, filius quia baptiſmate renatus. Ipſemet Dominus expreſſit; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Intrant igitur omnes, qui ſic renati ſunt, veraque fide credunt, proprio ſuo, ſi capaces ſunt actu fidei, & pœnitentiæ: fide matris Eccleſiæ, ſi incapaces: intrant illuc ouantes, videntque clarè Deum æterna beatitudine: nec excluditur quiſquam, qui ſic genitus, migrat ex hac vita abſque proprio poſt baptiſmum peccato: imo nec qui, cùm peccarit poſt baptiſmum, migrat inſtauratus pœnitentia. In hunc certè finem venit in mundum Dei filius, vt teſtatur Apoſtolus, dicens: *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quoniam adoptio Dei non eſt, ſicut humana, qua adoptati ab hominibus vocantur filij, cùm filij non ſint, nec recipiant quidquam in ſe ipſis, ſed ſolam fortunarum donationem titulo filiorum. Eos enim, quos Deus adoptat in filios, re quidem ipſa, non

Ioa. 1.12. — *Chriſtus cœlum triumphali ingreſſus curru.*
Chriſti comitatus in glorioſo ingreſſu eius in cœlum.
Marc. 16. 16. — *Iuſti omnes admiſſi poſt Chriſtum in cœleſtia.*
Ioan. 3.5. — *Baptiſmo iuſtificatur homines etiã infantes, & amentes, fiuntque Dei filij, & ũníque beati aſpectu eius.*
Gala. 4.4. — *Iuſti omnes filij ſunt Dei adoptiui.*

Digitized by Google

ſolo facit nomine filios: facit nempe intima iuſtitia, qua in ſe ipſi iuſti ſunt, ex Chriſti meritis infuſa, auctaque cùm augetur proprijs cuiuſque, & Chriſti ipſius meritis. Cùm igitur in terras miſſus ſit vnicus Dei filius, vt multos faceret filios adoptionis: congruum vtique fuit, vt quum facta iam adoptione hac, in cœlum rediret triumphator, ferret poſt ſe huiuſmodi filios, ex quibus ſecum introduxit in curru eos, qui nati erant iam, atque defuncti: poſt ſe filios illos, qui defuncti ſunt poſtea. Intonuit hoc ſuauiſſima Rex vates harmonia, dicens: *Currus Dei decem millibus multiplex; millia lætantium in eis. Aſcendiſti in altum; cepiſti captiuitatem.* Ecce de aſcenſione loquens, deque victoria, qua triumphator aſcendit Dominus noſter, dicit exceptum Dei curru tam Dominum ipſum, quàm innumeros alios ſuauiſſima exultatione lætantes, vtpote qui cum ipſo accepti ſunt, eo quòd ab eo ſint in filios accepti. Aurea item corona capiti eius fuit manu Patris appoſita, duplici, præter proprium Regis gloriæ, titulo: & Doctoris videlicet mundi, & mundi victoris, præter alios titulos glorioſos. *Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris,* Quonam ſigno ſanctitatis? Sanè foramina illa facta in capite eius manibus hoſtium, qui ſpinea corona redimierunt illud, in id facta ſunt, vt in auream verſa ſpinea corona hęreat æternùm capiti: his affixa foraminibus. Et quidem corona ſuper mitram: quoniam & Doctor eſt, & hoſtium victor. Quanam gloria honoris? Nonne planè perſpicitis, duas in gloria hac diſtingui partes: primam propriæ ſanctitatis ſignum, alteram honoris gloriam, conſultò dictam gloriam honoris, vt luculenter innuatur, gloriam homini impenſam, honoris quidem eſſe gloriam, hancque ſuperaddi gloriæ illi, quæ eſt propria hominis probitas, dignitas propria, inhærens animæ? Deſinant iam decipi, ſiqui ſunt, qui nullam è terris gloriam in cœlos portandam putant: ſciantque gloriam illic impendendam additionem eſſe gloriæ illius, quam deferunt hinc meritis proprijs comparatam: cum ipſe Rex gloriæ, cuius eſt propria vbilibet gloria, gloriam adhuc acquiſierit meritis. Vnde, niſi illuſtribus victorijs gloriam comparent in terra, nihil profectò habent, cui cœleſti in patria gloriæ fiat acceſſio. Loquimur de adultis, in quibus rationis completus eſt vſus: his quippe ſolis prædicamus, & ad hos loquimur, quotieſcunque de operibus loquimur, ſicut & quiuis alij prædicatores: non ad incapaces. Hi enim cùm ſola ob Chriſti merita, gratiæ, & charitatis habeant habitum: habent, ob ſola hæc, gloriam item cœleſtem, ſummamque Dei viſione beatitudinem. Claritas enim hominum, gloria, atque nobilitas ab vna è duabus manat origine: vel à claro ſcilicet, quo ſunt ſanguine geniti, vel à propriarum claritate virtutum, reliquorumque corporis, & animæ bonorum. Vnde quicunque vtraque via, & propter parentes videlicet ſuos, & propter ſeipſos conſpicui ſunt, duplici quidem fulgent gloria. Amentes igitur, & paruuli aqua abluti baptiſmatis clari vtique ſunt paterna via, Chriſti nimirum claritate, cuius filij ſunt, atque adeo hi filij, & hæredes: regni hæredes paterni,

Adoptiui filij aliter adoptiui qui filij ſunt Dei aliter qui hominum filij.

Pſal. 67. 18

Chriſti aurea gloriæ corona.

Corona gloriæ fixa capiti Chriſti.

Eccl. 45. 14.

Meritum aliquod proprium neceſſarium eſt adultis ad ſalutem

filij naturalis cohæredes: cæteris, qui capaces ſunt, cur ſine proprio merito, Chriſti meritis addito, beatitudo, & gloria tribuatur? Sanè vel hi adulti, qui meritis alioqui nullis, nulloque poſt baptiſmum lapſu decedentes, æterna gloria coronantur; illud ſaltem habent proprium gloriæ meritum, quòd vera ſuſceperint baptiſmum fide, vero amore erga Deum, cum intimo de peccatis dolore, eorumque deteſtatione. Veruntamen quo pluribus abundauerint propria ob opera meritis; plus gloriæ in ſe participabunt. Imo & Dei viſione, in qua eſſentialis conſiſtit beatitudo, fruuntur vberiùs adulti, quàm paruuli, ob egregia merita addita baptiſmo; & vberiùs quoque inter adultos illi, qui illuſtrioribus glorioſi ſunt meritis.

Occurrit tamen valida oppoſitio nitens labefactare narratam Triumphatoris victoriam; cùm regnum eius nondum plenè pacatum, ſed homines multi paſſim hoſtibus ſuccumbere videantur. Quanam ratione dicitur duxiſſe Chriſtus captiuitatem captiuam, cùm multi homines captiui ſint hodie, omnes nimirum, qui infecti ſunt
Ioa. 8. 34. crimine, iuxta ipſius Domini doctrinam; *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati?* Quonam effectu dicitur reparaſſe filios Adæ, ſi non reſtituit eis originalem iuſtitiam, quæ parentes primos communiebat præueniens carnis obſidionem, ne ſuis eos impeteret ſtimulis, in Diabolica autem obſidione fortiſſimos conſeruans? Sunt obſeſſi ho-
Rom. 7. 23. die homines vniuerſi propria à carne, & à mundo tam vehementibus impetiti incurſibus, vt clamitet Paulus; *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati; quæ eſt in membris meis.* Sunt & ab hoſte Diabolo obſeſſi
1. Petr. 5. 8 gyro adeo perenni, vt commoneat nos paſtor Petrus, dicens; *Aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret.* Qua ergo victoria dicitur pacatum reliquiſſe Chriſtus regnum Patris ſui: ſi nec hoſtium diſiecit obſidionem, nec liberauit ab eis captiuos? Quòd ſi multi hodie filij ſunt Dei, nullorum captiui delictorum: erant item ante triumphum hunc multi Dei filij, vera adoptione, vera gratia, ac iuſtitia animis intrinſecùs fixa. Erant in ſtatu quouis certa ad delendum originale peccatum ſacrificia, ita vt & paruuli, & amentes deleto iuſtificarentur peccato, ſicque filij Dei facti, cœleſte introierint regnum, vbi Deum perpetua intuentur fruitione. Erat & tunc remedium adultis vera de actualibus culpis pœnitentia, qua in Dei gratiam reſtituti, cœleſti fruuntur beatitudine. Quodnam igitur eſt ſæculi noſtri, præteritorumque diſcrimen ſeculorum? Præter requiſita illa; quæ ex parte vrbis triumphatorem excipientis numerauimus, in hodierno trophæo non videmus; currum, coronam, comitatum. Qualem ergo dicemus triumphum iſtum?

Greg. lib. 4. moral. cap. 2. S. Thom. 3. p q. 66. art. 1. Aug. lib. 5. contra Iulia. c. 9. & lib. 2. de nuptijs & conc. c. 22 Theolog. 4 diſt. 1. & 2. Suarez. 3. p tom. 3. diſput. 4. ſection. 1.

Dico requiſita hæc longè in triumpho Chriſti illuſtriùs, ac vberiùs, quàm in vllo alio coruſcare. Exemit nos à tyrannico ſeruitutis iugo, faciens ex ſeruis filios glorioſa libertate. *Ipſa creatura* (ait Apoſtolus) *liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Nec obſtat multorum perditio noſtris adhuc temporibus;

Redemptio hominum à Chriſto glorioſiſſimè exacta.

Rom. 8. 21.

Digitized by Google

Christi virtute reparatum humanum genus. ribus: quoniam factę à Chriſto redemptionis effectus perſpicuus eſt in his, qui à peccato ſunt liberi, cùm innumeri ſint comparatione eorum, qui ante factam ab eo redemptionem liberabantur: quamuis multi adhuc captiui perſiſtant, eo quod redemptio hæc pro omnibus fuerit ſufficiens, efficax pro eis, qui effectu liberantur. quantum ad iugem quoque obſidionem, eximia hoſtes vicit gloria, facitque nos eorum iugiter victores. Non quidem ita vt amoueatur obſidio: ſed ita vt ſic obſeſſi homines, vincant obſeſſores hos; in quo eſt gloria illuſtrior, tam hominum ipſorum, quàm diuini Ducis, cuius virtute, conſequuntur victoriam. Quæ enim poteſt abſque prælio victoria obtineri? Quæ abſque victoria gloria comparari? Reliquit nos obſeſſos Chriſtus, præſtans nobis validam in pugna virtutem, vicitque hoſtes pro paruulis ſolus, vt glorioſi ſint ſulgentiſſima victoria Patris ſui. Ideo deploranti obſeſſionem hanc Paulo, & vt amoueretur, peroranti reſpondit Chriſtus ipſe; *ſufficit tibi gratia mea*; *nam virtus in infirmitate perficitur.* Vnde liquet, inte- 2. Corin. 12. 9.
gerrimam eſſe reparationem hanc hominum, cùm & pro paruulis pugnauerit ipſe, & pugnans pro adultis munierit eos ad certamen. Nec minuta populi ſui nobilitatio, eo quòd originalem iuſtitiam minimè reſtituerit; cùm impenſum ab eo gratiæ auxilium ſoleat ſæpe multis eſſe præſtantius, quàm originalis illa Adami, & coniugis iuſtitia. quis dicat minùs prouidum ducem, qui milites ſuos ferreis totius corporis indumentis non communit, ſed varijs armorum generibus: alios nempe indumentis his ferreis, quæ *arneſes* dicimus Hiſpani, alios ferreis thoracibus, pelliceis alios, ſquamatis plurimos loricis? Sanè ſi completum illud corporis tegimen omnium eſſet armorum præſtantiſſimum: milites omnes vterentur illo, cùm tamen eo vtantur vix ex millibus decem. Quoniam licet indumentum hoc excedat in eo, quòd corporis partes munit omnes: excellitur tamen ab armaturis alijs agilitate, qua expeditus tanto ferro bellator, corpus totum facilè defendit ſolo ferreo thorace, quo pars ſuprema tegitur corporis. Quod apertè ſciens validiſſimus Dauid, Saulis reiecit arma, baculo vſus duntaxat, & funda: *Præualuitque Dauid aduerſus Philiſthæum in funda, & lapide.* Dominus igitur Deus va- 1. Reg. 17. 50.
rijs contra Tartarea agmina munit homines armis ſpiritalibus: Euam, & Adamum completo à pedibus ad caput tegumento, originali nimirum iuſtitia; reliquos alijs armis auxiliorum diuerſorum.

Simile.

Iuſtitia originalis vnus duntaxat habitus, & habitus plures dici poteſt.

Iuſtitia originalis armatura totius hominis completa: quod Hiſpani dicimus arnes trançado.

Auxilia ſufficientia omnibus à Deo præſtari.

Illa quippe originalis iuſtitia putatur à nonnullis habitus vnus, partes hominis omnes ſuperiores, inferioreſque defendens: multi ab alijs doctoribus habitus: ita vt plena congregatio virtutum partes omnes protegentium, iuſtitia ſit originalis. Nos, qui dictum vtrunque cenſemus verum, dicendum putamus, originalem iuſtitiam completam eſſe totius hominis armaturam diuerſis conſtantem partibus: (id quod ſimilitudine videmus in armatura corporis illa, quam Hiſpani dicimus *arnes trançado*) cuius

Digitized by Google

ſupremæ partes fides, ſpes, charitas ſupremas muniebant animi partes, intellectum, memoriam, voluntatem, ita vt à lumbis & ſurſum, id eſt, in parte hominis ſuprema, fortiſſimus eluceret thorax; partes reliquas à lumbis ad pedes virtutes aliæ roborarent, prauam quamlibet appetentiam cohibentes. Ita confortabatur ſuperior pars, ne à Dei placitis deflecteret: pars inferior, ne ſuperiorem impugnaret. Meritò iuſtitiam illam *arnes trançado* nominamus; cùm in eo connexæ ſint virtutes omnes firmiſſimis compoſitionis inſtitis. Muniuit igitur ſupremus dux iuſtitia illa Adamum, & vxorem: reliquos homines armaturis alijs ad vincendos hoſtes ſufficientibus, iuxta Pauli præconium; *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Si cum tentatione prouentum faciet, ſatis quidem liquet, vtilem eſſe rebellionem hanc inferiorum partium, quæ debitum ordinem tranſgreſſæ, impugnant ſpiritum; vt hic immobilis perſiſtens, turpeſque vincens tentationes, gloria fulgeat altiore. Quid dicemus iam de Chriſticolis noſtris, quos prouidentiſſimus dux ferreo armat thorace, non quocunque, ſed duplici, ſupernaturali nimirum iuſtitia, fide, & ſpe, & charitate, validoque auxilio ſociata? *Loricam iuſtitiæ* vocat Apoſtolus gratiam gratum facientem, ac iuſtificantem homines illos, quos diuinus Dominus iuſtos faciens, corroborat. Tanto gratia hæc in multis Chriſtianis eſt robore, vt dicat Paulus illam originalis iuſtitiæ priuationem, non eſſe tanto hominibus malo, quanto eſt illis bono gratia hæc, qua per Chriſtum roborantur. *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantia gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.* Cùm enim humana voluntas ad opus quodcunque ſit libera; poteſt quidem adeo ardenter amare Deum, vt reijciat contrarios quoſuis appetitus, impulſus, ac ſtimulos multò faciliùs, quàm voluntas alia lentioribus tentamentis impetita. Cohibent ergo Chriſtiani multi multos huiuſmodi appetentiarum ſtimulos ardentiſſimo ducti amore in Deum, quæ eius gratia eſt illuminans mentem, ad cognoſcendum, inter alia Dei dona, vnum hoc omnium potiſſimum, quòd pro hominibus aſſumpſerit carnem, in qua pro eis pateretur: qua cognitione ardentiſſimo amore accenditur voluntas. Illud certa videmus fide; Pater noſter Adam, & mater Eua magno illo muniti indumento iuſtitiæ, prima ſerpentis congreſſione, prima tentatione corruerunt: hodie poſt congreſſus cum Diabolo plurimos, plures cum mundo, & carne, incitamenta libidinis plurima, perſtant homines multi, multæ fœminæ diuino fixæ amore, tanquam firmiſſimi ſcopuli, continuis pelagi vndis concuſſi. Quòd ſi militum Chriſti tam eſt glorioſa vis, atque victoria, vt ſuperent millies hoſtem illum, quem ne ſemel quidem Eua ſuperauit, nec Adamus; quanto glorioſior agnoſci debet hæc Chriſtianorum vis collata viribus reliquorum hominum, qui Chriſti victoriam præceſſerunt? Sed

1. Cor. 10. 13.

Eph. 6. 14

Rom. 5. 17

Tentationes ſunt vtiles, vt communiti diuino homines auxilio reſiſtant eis ſicque fulgeant victoria glorioſi.

Chriſti meritis data hominibus multis abũdantior quã primis gratia parentibus.

Digitized by Google

Chriſti redemptio communis hominibus præteritis, præſentibus & futuris.

id mirandum magis (in quo Chriſti triumphus glorioſior eſt) quòd vel ſolo nuntio, quòd in obſeſſam à Dæmonibus terram venturus eſſet in obſeſſorum hominum auxilium; reuocauerint ad militiam animum homines illi, quibus id notum fuit. Imo quotquot ex illis peruicerunt hoſtes, fueruntque æternam vitam conſecuti: Chriſti quidē gratia conſecuti ſunt, & eius meritis: etiam paruuli, & amentes, quibus adhibito cuiuſuis ſæculi, ſeu ſtatus ſacrificio, condonabatur originale peccatum, conſequente in cœlis beatitudine. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Ecce propter remiſſionem præcedentium peccatorum, illorumque iuſtificationem, & gloriam, ſuum Chriſtus ſanguinem profudit. Iuſti igitur omnes Chriſti aduentum pręcedentes, cum Chriſto in curru excepti ſunt hodie in cœleſtem ciuitatem, vtpote filij eius adoptiui per inhærentem animis iuſtitiam, ſecundum prædicta illa Apoſtoli verba; *Vt adoptionem filiorum reciperemus:* illumque Vatis Regis verſiculum: *Currus Dei decem millibus multiplex*; nempe futuris, antiquis, & pręſentibus.

S. Thom. 3 p q 68. art. 2 ad 1. Greg. lib. 4. mor c. 2 circa finem.

Redemptio hominum præcedentium Chriſtum à Chriſto ipſo facta fuit.

Rom. 3. 23.

Chriſtus ſtrenuiſſimus Dux noſter populum ſuum omni munimentorum genere communit.

Tamen vt victoria hæc, debituſque ei triumphus notior eſſet cunctis: talia in populo ſuo poſuit munimina triumphator, vt partæ à Chriſtianis ſuis victoriæ ſpiritales, nulla ſint comparatione frequentiores, illuſtrioreſque præcedentibus antiquorum victorijs. Imprimis pugnans per ſeipſum diuinus dux noſter, hoſtes ſuos, ac noſtros multis in ſe acceptis vulneribus, multum corporis ſui fundens cruorem, eneruauit. Sepſit populum ſuum fidei muris: antemurali baptiſmatis foſſa. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Et quoniam, quum foſſæ deeſt aqua, ſufficit tunc foſſa ipſa vacua muris proxima; ſufficit ſimiliter diſpoſito cuique, quum aqua deeſt, fides cum baptiſmatis voto, quod aquæ foſſa eſt, etiam quum deeſt aqua. Ideo dixit Dominus; *Qui verò non crediderit, condemnabitur*, non autem dixit, damnari eum, qui baptiſmi aqua non abluitur.

Marci. 16. 16.

Simile. Baptiſmus cum fide neceſſarius, vel in re, vel in voto.

Murorum turres tormentis muniuit æneis, ſulphureo humilitatis puluere, igne charitatis, quæ fidei complementum eſt, ſicut murorum complementum tormenta. Speculatores in circuitu conſtituit Epiſcopos, qui ipſi ſunt duces, quorum generalis Dux Pontifex ſummus: horum coadiutores, ad vociferandum, quum hoſtis irruit, prædicatores nunquam deficientes: crucis vexillum; excubias, & vexilli cuſtodes, qui iugiter in choris vigilant canonici, ac religioſi. Impleuit multis tam defenſionis, quàm offenſionis populum armis; alijs nempe, quæ agunt opere operato qualia ſunt ſacramenta, alijs, quæ opere agunt operantis, ieiunijs, cilicijs, orationibus, quibus domita caro ſubditur menti.

Annona item, quam obſidio impedire non poteſt; quoniam non eſt ex alijs portanda locis, nec per vrbis portas inferenda; ſed ex

Digitized by Google

pora, illic cum animabus glorificanda. Quòd item duplicata dederit hominibus, dum aſcendit in cælum, dona cælica, tam his, quos ſecum tulit, quàm eis, quos poſtea quouis tempore laturus eſt illuc, longo ante aſcenſionem tempore Dauidis verbis notum fecit, fecit & poſt aſcenſionem verbis notum Pauli. Dixerat Regius ille Vates venturo in terras Dei filio, indeque in cælum redituro: *Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus*, quæ eadem verba dixit poſtea ſerie iſta Paulus: *Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Itaque quod hinc ab hominibus abſtulit, ſola quidem fuit eorum captiuitas: quod dedit, magnus fuit bonorum cumulus: *Dedit dona hominibus.* quænam dona? Salutem imprimis ſempiternam: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Deinde, *In nomine meo dæmonia eijcient.* Amplius adhuc: *Serpentes tollent.* Ad hęc: *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Tandem, *Super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Ecce duplicia dedit hominibus dona: ęterna nempe, ac temporalia. Nec vlla poteſt occurrere neceſſitas, quę aliquo ex his dono ſuppleri nequeat. Fiat hic, & nunc experimentum in eo, quod in concione occurrit nobis. Quidnam eſt, quo, ad loquendum, egent prędicatores? Egent lingua diſerta. Ecce *linguis loquentur nouis.* Quę item res auditoribus ſcitur neceſſaria? Afflans Dei concurſus, quo decerpant ex concionibus fructum. Ecce *prædicauerunt vbique, Domino cooperante*, gratia nimirum mentes illuminante, corda intrinſecùs mouente. Et (quod extremi ſolatij eſt) matrem quoque ſuam nobis reliquit adiutricem: quę diuinum hunc auxilij concurſum & loquenti impetrabit, & audientibus, dum cernui aduocamus eam, dicentes, *Aue Maria.*

Pſal. 67. 19.
Eph. 4. 8
Marc. 16. 16.
Aue Maria

Celeberrima glorioſę aſcenſionis alacritas duplici coruſcat celſitudine: altera, qua Triumphator Dei filius exit hodie à terris glorioſus: qua cęlos deinde excipitur, altera, omnem exſuperante narrationem. Tunc ergo perfectè diſpoſita videbitur concio, quum duplicem hanc hodierni trophęi partem proprijs triumphorum conditionibus metientes, in hodierno hoc completas deprehenderimus vniuerſas. Sunt conditiones triumphi bipartitę: alię triumphatoris proprię, quę merita eius ſunt, atque adeo proprię bellatoris, ac belli: alię pertinentes ad pręmium, cuius gratia, quum in patriam reuertitur victor, magno in eam excipitur honore. Vtrinque autem conditiones ſunt trinę: tres nimirum ex parte triumphatoris: totidem ex parte apparatus, quo in ciuitatem introducitur. Qui vtraſque numerat, ac deſcribit Blondus, fuiſſe cunctas affirmat apud Romanos ad amuſſim ſeruatas, nos aſſeueramus, perfectiùs obſeruari in triumphis, quibus ſpiritalium hoſtium victores cæleſtem in patriam admittuntur.

Triumphi conditiones bipartitæ: tres ex parte triumphatoris: totidé ex parte populi, à quo excipitur.
Triumphus ſoli conceditur victori, qui alia, ante initum conflictum, præfulſerit dignitate.
Blondus Foroliuięſis l. 10. de Roma triumph.

Igitur ex parte triumphatoris, perſonę ante omnia attenditur dignitas, vt nempe fuerit dictator, vel ſaltem conſul, ſiue prętor. Conditio deinde bellatorum, quos vicit, vt ſint nimirum penitus extranei. Eſt enim lege cõſtitutum, ne cuipiam ob ciuilem victoriam, qua proprię nimirum nationis naturales vicit inimicos, bellicus triumphus cõcedatur. Tertia denique triumphatoris conditio eſt victoriæ conſummatio:

Triumphus nulli conceditur propter ciuile bellum.

Digitized by Google

ſummatio: quæ tam funditus eſſe debet exacta, vt quam victor vrbem armis ſibi ſubiecit, pacatam prorſus relinquat ſucceſſoribus. Hæc merita ſunt: præmij iam conditiones videamus. Ex his illa requiritur prima, vt procedentes ad excipiendum triumphatorem primarij omnes ciuitatis, aurato introducant eum curru, albis vecto equis, aut, ſi victoria illuſtrior eſt, magnis elephantis: quibus ob Africum trophęum tractus fuit Pompeij currus; ceruis quatuor carrus Aureliani. Deinde, vt triumphatoris filij (quæ eſt ſecunda conditio) eadem cum parente carruca introducantur: ſicut Æmilius Paulus filium ſuum magnifico ſecum introduxit trophæo. Tertia, vt omnes triumphatoris commilites currum ſequentes laureati, ſimul cum eo excipiantur. Plinius pręterea ſcribit, coronari triumphatorem: numeratque genera coronarum ſeptem, iuxta totidem diuerſarum ſpecies victoriarũ.

Porro inter duas has triumphi partes, duo potiſſimum attendenda ſunt nomina, gloria videlicet, & honor, eo quòd gloria ad primam triumphi partem, ad ſecundam honor pertinere videatur. Scio promiſcuè vſurpari gloriæ, & honoris nomina, ita vt nunc honoré, nunc dicamus gloriam illud, quod victoribus impenditur præmium; hoc eſt, currus, corona, populi conclamatio, pompa, cantica, apparatus: proprio tamen vocabuli rigore gloria eſt proprius perſonę fulgor ortus vel ex propria eius eminentia, vel ex geſtis laudabiliter rebus, quibus agnoſcitur eminens, & mirabilis: honor autem eſt, qui huiuſmodi perſonę impenditur à ſcientibus talem eius eminentiam. Etenim iuxta propriam, quam ex auctore Tullio definitionem legimus, à Sanctis Ambroſio, Auguſtino, & Thoma comprobatam, *Gloria eſt clara cum laude notitia*: id eſt, gloria tua eſt ſublimis ille aliorum conceptus, quo te illuſtrem agnoſcunt, & laudabilem. Græco enim vocabulo gloria dicitur claritas, & claritas gloria. *At honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium alicuius excellentiæ*, vt Ariſtoteles definit. Vnde fit, vt pręcipua glorię pars ipſum ſit perſonę meritum, claritas ſcilicet eius, qua illuſtris eſt pulchritudine, ingenio, poteſtate, præclaris actis, probitate: laus verò oris alieni, quo gloria hominum penitus completur, in ipſis perſonæ meritis fundatur. Et quoniam oris laus, & acclamatio non exiguè augetur honore illo, quo exhibetur perſonæ teſtimonium opinionis, qua laudant omnes eam perſonam, tãquam dignam laude, reuerentia: ideo ad gloriæ huius complementum vel pertinet honor, vel ſaltem auget ipſam gloriam. Contingit autem, & frequenter quidem, duas has gloriæ partes non concurrere, ita vt ſæpę videamus aliquos, qui multa ob merita in ſe glorioſi ſint, nulla aliorũ laude, honore nullo eſſe glorioſos: alios extrinſeca frui gloria, qua, velut digni, commendantur, cùm in ſe ipſis nullo, aut modico fulgeant fundamento. Id autem vel ob cæcam hominum malitiam, vel ob eorundem contingit ignorantiam. Latet ſæpe hominum oculos certa hominis probitas, certum ingenij acumen, certus egregiorum cumulus factorum, quibus minimè lucet in eorum conſpectu, eo quòd ab eis ignorentur; atque adeo nec laudant, nec honorant illum: alium autem honorant, & laudant, eo quòd falsò putent, illis eum florere vir-

Triumpho ſolus victor ille ſuſcipitur, qui pacatam relinquit ſucceſſoribus vrbem, quã armis expugnauit.

Triumphatores aurato excipiuntur curru comitantibus primarijs populi viris.

Elephantes vehebant triumphatorum currus.

Pompeius triumpho in Romam exceptus, aurato curru elephantibus tracto.

Aurelianus triumphator introductus in vrbem aurato curru quatuor ducto ceruis.

Paulus Æmilius triũpho ſuſceptus filium ſuum in curru ſecum introduxit.

Corona triũphatoribus debita.

Gloriæ & honoris diſcrimen.

Gloria eſt clara cum laude notitia.

Pli.l.22.c. 3.4 5 6.

Cicer.l.2. officior. Ambr. in c.1.ep ad Roman. Aug.l 5. de ciu. c. 12.&l.83. qq q 31. S.Tho.1. 2.q.2.ar.3. & 2.2.q. 132.art.1. Ariſt.lib.1 Ethic.c 3. l.1.rhetq. c.5.

tutibus, quibus nequaquam floret, nec coruſcat. Quin etiam eum, quem multis vident conſpicuum ornamentis, nullatenus glorificant honore, vel laude ob craſſam tam virtutis, quàm vitij æſtimationem. Quoniam id, quod laude dignum eſt, ac honore dignum, neſciunt ipſi dignum honore, nec laude. Vnde conſequenter fit, vt ob eandem deceptionem laudent, & honorent hominem alium propter id, quòd nullam meretur laudem, nullum penitus honorem. Hæc eſt craſſa ignorantia. Tunc autem malitia obſcurat gloriam, quum homines malè erga te affecti, aut operiunt ea, quæ in te glorioſa ſunt, aut ſuadent populis, minimè quidem eſſe laudabilia. Hac etenim via priuant te gloriæ complemento, omittentes conſtituere te in eo honoris, dignitatiſve gradu, in quo, ſi ab eis eſſes locatus, tuis coruſcares ornamentis. Per contrarium habentur glorioſi non pauci, qui, cùm vero ſint gloriæ fundamento deſtituti; in eo ab amicis locantur gradu, in quo adiecta pompa coruſcant, cùm fulgor hic adiectus ſit totus ab his, qui malitioſe corrupti ſunt, vel amicitia, vel muneribus, vel precibus, vel amicorum, aut (quod crebrius eſt) amicarum interuentu. Certè ipſe candidiſſimus adamas in aurea collocatus bractea multis in gyro circundatus pyropis, latiùs diffundit ſplendorem, quàm quum nulla ſepitur fulgentiũ coronula gemmarum. Similiter ergo propria hominis gloria multò quidem lucidiùs præfulgebit, quũ exhibito honore coronatur, quàm, quum infimo in loco derelinquitur. Sed enim, quamuis res ita ſe habeat, vt magnam glorioſo cuique acceſſionem faciat exhibitus honor, laudúque conclamatio: eſt nihilominus ſemper præcipua gloriæ pars proprius ipſe perſonæ fulgor, ita vt ſolus hic verè ſit gloria, quamuis languida: ſolus ſine vero fundamento adiectus honor, minimè gloria ſit, aut certè exiguo apparẽs gloria tempore. Quæ veritatem hanc oſtendunt cauſæ ſunt multæ, quibus intentos eſſe auditores oportet, vt perſuaſio hæc veſtris ſedeat cordibus, eam, quam in cœleſtibus gloriam exoptatis, ex nunc eſſe à vobis comparandam, quamuis verè ſit à Deo in cœlis impendenda, eo quòd adijciendus à Deo gloriæ fulgor fulgorem illum petat fundamentum, quem veſtris vos operibus induitis.

Simile.

Gloria magis conſiſtit in proprio perſonæ fulgore, quàm in exhibitis ei laudibus, honore, exaltatione, reuerentia.

1.Cor 4.7 Et (vt ab Scripturis exordiar) adſunt Pauli verba: *Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Quidnam eſt, quod pompoſo boatu glorieris ob ſplendorem illum, qui non eſt proprius perſonæ tuæ ſplendor, ſed adiectus ab eo, qui ſponte ſua te laudat, & honorat? Quid (inquam) gloriaris, quaſi ſplendorem iſtum non acceperis ab alio, ſed tuæ perſonæ ſit proprius? Deinde eſt vrgens cauſa ipſummet robur veritatis, quod eam tandem producit in auras; vt qualis quiſque eſt, talis agnoſcatur, quantumuis aliquandiu aut diſſimulatus ſit, aut ſimulatus. Talis eſt gloria hypocritarum, quorum ea, qua glorioſi ſunt, fictio, breui tempore tegitur, detegitur protinus. Eleganter Balˀ

Iob 8.11. dad: *Nũquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua? Cùm adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: ſic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit. Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides*

Gloria inanis eſt, qua quis de eis rebus glorietur, quæ nõ ſunt eius propriæ, ſed extrinſecùs adiectæ.

Hypocritarum gloria inanis.

Simile.

Digitized by Google

commorabitur. Ecce, ſicut virgultum de arida conſurgens terra, quãuis, propter immiſſam radici eius aquam, ad modicum tempus virere ſoleat, & florere, mox tamen areſcit, propter deficientem intrinſecùs humorem: atq; ita quiſquis fictis ornamentis appoſita fulget intrinſecùs gloria, reſplendet, proprio carens fulgore, modico quidem nitet tempore, protinus marceſcit; quippe vanas gloriæ radices in duro petrarum miſit aceruo. Huc pertinet eorum gloria, qui aliena ſe exhibent ſpecie; qualis fuit gloria Cyprij Themiſonis, qui cultu fuit Deorum honoratus, quòd ſe Herculem Deum ſimularet; ſpretus deinde, quum fuit in mendacio deprehenſus. Pertinet etiam huc gloria fœminæ illius, quæ muricis faciem, & ceruſſę tanquam ſibi propriam accommodat. Nam detegitur ſtatim, quæ propria eſt; cadente gloria cum eodem murice, & ceruſſa. Talis eſt etiam gloria eorum, qui egregia opera, cum ſint aliena, dicunt ſua: caduntque tandem à gloria in ignominiam, quum verus cognóſcitur auctor. In quod ludibrium cecidit ille, qui aliena carmina gloriabundus edidit in lucem, dicẽs ſua: cui, quum mendacium agnouit auctor, exprobrauit, dicens:

Gloria inanis eſt illa, qua quis ſimulans ſe eſſe alium, ob alienam ſpeciem honoratur.

Herodot. Cornelius Celſus.

Gloria capta ex operibus, quæ quis ſimulat propria, cùm aliena ſint, inanis eſt gloria.

Hos ego verſiculos feci: tulit alter honorem.

Talis necnon eorum gloria, qui minis, vi, aut metu extorquent eam; qua extorſione gloriabatur Atreus Rex; blaterans apud Tragicum;

Gloria metu, precibus, aut minis extorta, nulla gloria eſt.

Tragic. in Thyeſte actu 2.

——Maximum hoc regni bonum,
Quod facta Domini cogitur populus ſui
Quàm ferre, tam laudare.

Eſt vtique talis gloria hæc, cùm, deficiente laudis fundamento, reſonet nihilominus laus, à ſolo exiens ore, non à corde. Quare fidus ille Regis Atrei famulus, qui in coactis laudibus eum gloriari vidit, eduxit illum ab errore hoc, prudenter dicens:

——Qui fauoris gloriam veri petit,
Animo magis, quàm ore laudari volet.

Solum autem illum laudamus animo, quem animo agnoſcimus laudabilem. Manet ergo liquidò exploratum, præcipuam gloriæ partem in proprio perſonæ fulgore conſiſtere; partem gloriæ minorem in adiecta laude, ac reuerẽtia, ita vt ſolus propriæ perſonæ fulgor, deficiente exaltatione, verè gloria ſit; ſolus adiectus deforis ſplendor, ſola exaltatio, ſola reuerentia, non ſit verè gloria, ſi propria perſonæ dignitas, claritaſque deficiat. Scitè Demetrius Phalereus, cùm ducentas ſupra ſexaginta, quas ſtatuas erexerant ei Athenienſes, vna die diſiectas intueretur, ſatis habuit dicere; *At non euerterũt virtutes, quarum gratia erexerant ſtatuas.* Id eſt, parum mihi gloriæ detrahitur, dum ſolus ille, qui mihi impenſus erat, adimitur honor; cum retineam adhuc id, in quo gloria vera eſt, probitatem, & virtutem.

Laërtius.

Demetrius Phalereus gloriam dixit probitatem.

Hinc fit, vt quis eximia fulgeat gloria in aliquorum oculis; cùm in oculis alijs minimè glorioſus ſit, nec æſtimatus. Quiſquis honore grandi, grandique exaltatur pompa atque boatu, glorioſus quidem eſt in oculis vulgi, etiã ſi careat dignitate illa, cui exaltatatio debetur, & honos: apud ſapientes autem non item. Imo in horum oculis ſolus

Gloria quæ in aliquorũ oculis eſt gloria, non eſt talis apud alios.

ille eſt glorioſus, qui proprio fulget ornamento, proprijs actis egregijs; quamuis abſque vlla ſit exaltatione relictus. Sunt præclariſſima verba Iob in hoc propoſitum. *Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lampas*
Iob 12. 4. *contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum.* Apud opinionem diuitum, ait; planè ſignificans, lampadem hanc apud alios eſſe refulgentem. Sed manifeſtandum tempore præſtituto, ita vt tandem ſit apud omnes fulgens & glorioſa. Quod ſi homo ille, qui proprijs fulgens eſt meritis, nitet, ac coruſcat in ſapientium oculis, quamuis nullo coram inſipientibus reſplendeat fulgore: quantò magis fulgebit coram Deo, qui non ex apparentibus iudicat ſignis, ſed profunda cordis vſque ad intimas callet perſpicax medullas. Sunt igitur multi apud Deum glorioſi, qui in hominum oculis nulla nitent gloria: ſunt & inglorij apud eum glorioſi multi; qui
Eccl. 35. 15 Gloſſa ibi. glorioſi habentur apud homines. *Dominus iudex eſt: & non eſt apud illum gloria perſonæ.* Ordinaria gloſſa exponit verba hæc, quaſi dicant, non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Quę etſi vera doctrina eſt, congruaque ipſi ſcriptoris menti; deſiderat tamen propriam nominis gloriæ explicationē. Dicimus ergo, vocari perſonæ gloriam eam, quę extrinſecùs coruſcat. Nam hoc vocabulum, perſona, proprio ſignificatu pronūtiatum, eam ſignificat perſonam, quæ in ſcena, aut tragœdia aliam repræſentat. Sic dicimus perſonam Regis repræſentari ab eo, qui minimè Rex eſt. Latius perſona dicitur qualitas quælibet, qua alius ab alio differt. Origo vtriuſque ſignificati eſt primaria vocabuli huius impoſitio, qua confictam ſignificat faciem, quam Hiſpano ſermone dicimus *Maſcara.* Dicere itaque, *Non eſt apud Deū gloria perſonæ*; eſt expreſsè dicere, gloria illa, quæ in ſolo fulget vultu, quæque egregiam innuit perſonam, nequaquam eſt gloria in oculis Domini, qui cordis intima intuetur, videtque illū purè glorioſum, qui intrinſecùs glorioſus eſt; non glorioſum illū, qui exteriori ſcala nitet gloria.

Gloria qua homo ab intus eſt candidus, eſt gloria apud Deū quamuis non ſit talis apud homines: eſt que aliquādo apud homines gloria, quæ in oculis Dei nulla gloria eſt, quippe extrinſecus duntaxat apparens.

Gloria perſonæ quænam ſit.

Liquet iam manifeſtè inſtitutum, quod propoſui: non eſſe differendum gloriæ negotium ad futuram vitam, quaſi gloria tota in cælo præſtanda ſit nobis. Illam etenim gloriam, qua in oculis Angelorum, & hominum candidiſſimus eſt homo, in cælis quidem poſſidendam ſperamus, eo quòd in præſenti incolatu multa lateāt hominum ornamenta, multæ deformitates, quæ futuro in ſæculo patebunt: at in Dei oculis quàm in ſęculo hoc glorioſus eſt quiſque, tam erit glorioſus in cæleſtibus: cùm nullum in cælis videat Deus animæ fulgorem, quem in hoc ſæculo non viderit. Et quoniam illa, qua in omnium creaturarum oculis præfulget, modica gloria eſt, collata gloriæ, qua eſt apud Dominum glorioſus: portat vtique ſecum ex ſæculo hoc præcipuam gloriæ partem, propriam nimirum dignitatem, qua eſt apud Dominum glorioſus etiam nunc præſenti in habitaculo.

Merita propria in adultis requiruntur ad gloriam.

Gloria vera eſt qua quis cernitur fulgens Dei oculis.

Pſal. 83. 12. Eſt nihilominus veriſſima Dauidica illa ſententia. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus,* ſummoque in cælis glorificabit homines honore. Præbet etenim ipſe omne id, quo glorioſus eſt homo, indolem, ſapientiam, pulchritudinem, iuſtificantem ſuper omnia gratiam, qua candida eſt anima, atque adeo glorioſa. Præbet inſuper ipſe his,

Gloria hominum à Deo præſtatur eis tota.

Digitized by Google

qui in gratia iſta conſtituti ſunt, vires, & adminicula, quibus ſpiritales vincunt hoſtes, florentque alijs operibus multis, quibus multum ſibi gloriæ conciliant. Sed vltra hæc præbet Dominus ipſe apertam demum manifeſtationem gloriæ, qua nitent in cœlis quicunque in terris illam compararunt. Imo glorioſum hunc manifeſtationis honorem impendit non paucis in hoc ſęculo, his præſertim, quorum cognita probitas non modicè præſtat ad doctrinę acceptionem, & exempli. Quod expreſſit Dei filius verbis illis: *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Non dixit, vt glorificent vos, cùm verè glorificentur ex proprijs homines operibus: ſed dixit; *vt glorificent Patrem veſtrum:* quoniam profectò opera egregia noſtra magis propria ſunt Dei, quàm nobis propria, eo quod ille nobis tribuat gratiam, vires, facultatem. Tamen eſt Deo cura glorificare nos propter opera noſtra, noſtramque dignitatem, manifeſtando hanc publico omnium conſpectui, cùm verè noſtra ſint opera, ſitque dignitas noſtra, licet propria magis Dei, quàm noſtra dignitas, & opera. Eſt veruntamen multò illuſtrior oſtentatio gloriæ noſtræ, quam Deus facit in cœleſtibus ſupra iſtam, quam facit in hoc ſæculo. Plana eſt Apoſtoli Doctrina. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Manifeſtatio hæc laudi coniuncta propriè gloria eſt; ſiquidem iuxta prædictam definitionem: *Gloria eſt clara cum laude notitia.* Quod apertius confirmatur illo eiuſdem Apoſtoli textu; *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis;* cum illuc vſque in nobis lateat. Eſſeque hunc verborum ſenſum conſtat ex contextu: *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.* Præbet tandem Dominus glorioſam capitis coronam, cæteraque honoris ornamenta triumphatoribus debita, tantò illuſtriora, & altiora, quantò victoria hæc, qua deuincit homo ſpiritales aduerſarios, qua & exercet opera in Dei obſequium egregia, illuſtrior eſt ac mirabilior præ victorijs quibuſuis brachiorum vi contra homines obtentis. Attenta igitur plena hac gloriæ noſtrę manifeſtatione, plenaque laude, ac honore completo, noſtram in cœlum gloriam communi locutione referimus: imo & cœleſtis gloriæ nomine bonum noſtrum comprehendimus totum; cùm tamen propriò rigore loquendo eſſentiale bonum, & potiſſimum, in quo noſtra conſiſtit beatitudo, non ſit gloria hæc, qua fulgemus ipſi, ſed ſolus Deus à nobis clarè viſus, ipſaque viſio, atque fruitio, qua Dei electi eum vident, & poſſident iucundiſſima æternùm fruitione. Vocatur tamen beatitudo gloria, vel ex eo quòd videre Deum eſt videre pleniſſimam gloriam; vel ex eo quòd noſtra beatitudo, qua Deum apertè perſpicimus, dependet à gloria noſtra, qua ipſi in eius oculis fulgemus: quatenus ideo beat nos conſpectu ſuo, quod videat nos beatitudine dignos ſplendore

Matt. 5.

Gloria noſtra, qua fulgore noſtro, noſtraque ſumus glorioſi dignitate, proprior eſt Dei gloria, quã noſtra.

1. Cor. 4.

Gloria communi vſu dicitur beatitudo, cùm propriè loquendo beatitudo non ſit gloria.

Beatitudo curnam dicatur communiter gloria.

Digitized by Google

ſanctitatis, qua glorioſæ ſunt animæ, vt aptè explicuit D. Thomas, & notauit commentator eius. quæ doctrina mirè commendat inſtitutum noſtrum; præcipuam nempe noſtræ gloriæ partem eſſe probitatem, qua fauente Deo iuſti ſumus: tametſi quod ad eſſentialem beatitudinem ſpectat, beatitudo ſit videre Deum.

S.Tho. 1. 2. q. 2 art. 3. Caiet. ibid.

E diſſertis iam vtriuſque partis triumphi conditionibus, ſunt iuxta vtraſque iudicandæ, quæ in noſtrum hodie concurrunt triumphatorem. Prima ex illis tribus, quæ ex parte victoris exiguntur, vt vel dictator fuerit, vel conſul, tam perfectè in noſtro reperitur, vt & conſul ſit ſimul, & dictator. Vtrunque dixit Iſaias: Conſulem 9. capite; *Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius:* 33. capite Dictatorem: *Dominus legifer noſter.* Bellum eius minimè ciuile fuit (quæ ſecunda eſt triumphatoris conditio) quoniam *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem; ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus.* Reliquit (quæ eſt conditio tertia) pacatum Dei regnum, deuictis aduſque hoſtibus noſtris. Quam victoriam expreſſit Triumphator ipſe, dicens; *Pacem relinquo vobis.*

Iſai. 9. 6. — Iſai. 33. 22 — Eph. 6. 12 — Ioa. 14. 27

Chriſti triumphus vniuerſis triumphorũ requiſitis conſummatus.

Chriſtus conſul.

Chriſtus legifer.

Chriſti prælia, & victoriæ glorioſiſſimæ.

Cùm ergo victoris merita triumphalium ſint menſura præmiorum, facilè quidem apparet, tres illas, quæ ex parte populi ſolennitates requiruntur, ſummo in cœleſti curia completas apparatu. Curru itaque exceptus eſt Triumphator noſter, non deaurato, ſed aureo, ſplendoribus Solem excedente; cui omnis illa curia, atque ſenatus præcedebat. Filij eius (quæ ſecunda eſt conditio) in eodem introducti ſunt curru. Quotnam filij? *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Quinam ſunt, qui ſic recipiunt eum, vt ſint filij? Prouidentiam audite Triumphatoris. Cùm in eum finem fuiſſet cum hoſtibus congreſſus, vt multos ſecum filios aureo in cœlos introduceret curru; nihil in præſenti aſcenſione curauit priùs, quàm notum facere debitum hoc, quo tenentur cœli, filios eius ſummo honore admittere. *Qui crediderit* (ait) *& baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Saluus, quia filius, filius quia baptiſmate renatus. Ipſemet Dominus expreſſit; *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Intrant igitur omnes, qui ſic renati ſunt, veraque fide credunt, proprio ſuo, ſi capaces ſunt actu fidei, & pœnitentiæ: fide matris Eccleſiæ, ſi incapaces: intrant illuc ouantes, videntque clarè Deum æterna beatitudine: nec excluditur quiſquam, qui ſic genitus, migrat ex hac vita abſque proprio poſt baptiſmum peccato: imo nec qui, cùm peccarit poſt baptiſmum, migrat inſtauratus pœnitentia. In hunc certè finem venit in mundum Dei filius, vt teſtatur Apoſtolus, dicens: *Vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quoniam adoptio Dei non eſt, ſicut humana, qua adoptati ab hominibus vocantur filij, cùm filij non ſint, nec recipiant quidquam in ſe ipſis, ſed ſolam fortunarum donationem titulo filiorum. Eos enim, quos Deus adoptat in filios, re quidem ipſa, non

Ioa. 1. 12. — Marc. 16. 16. — Ioan. 3. 5. — Gala. 4. 4.

Chriſti apparatus, quo in cœlũ exceptus fuit.

Chriſtus cœlum triumphali ingreſſus curru.

Chriſti comitatus in glorioſo ingreſſu eius in cœlum.

Iuſti omnes admiſſi poſt Chriſtum in cœleſtia.

Baptiſmo iuſtificantur homines etiã infantes, & amentes, fiuntque Dei filij, fruunturque beati aſpectu eius.

Iuſti omnes filij ſunt Dei adoptiui.

Digitized by Google

ſolo facit nomine filios: facit nempe intima iuſtitia, qua in ſe ipſi iuſti ſunt, ex Chriſti meritis infuſa, auctaque cùm augetur proprijs cuiuſque, & Chriſti ipſius meritis. Cùm igitur in terras miſſus ſit vnicus Dei filius, vt multos faceret filios adoptionis: congruum vtique fuit, vt quum facta iam adoptione hac, in cælum redijt triumphator, ferret poſt ſe huiuſmodi filios, ex quibus ſecum introduxit in curru eos, qui nati erant iam, atque defuncti: poſt ſe filios illos, qui defuncti ſunt poſtea. Intonuit hoc ſuauiſſima Rex vates harmonia, dicens: *Currus Dei decem millibus multiplex; millia lætantium in eis. Aſcendiſti in altum; cepiſti captiuitatem.* Ecce de aſcenſione loquens, deque victoria, qua triumphator aſcendit Dominus noſter, dicit exceptum Dei curru tam Dominum ipſum, quàm innumeros alios ſuauiſſima exultatione lætantes, vtpote qui cum ipſo accepti ſunt, eo quòd ab eo ſint in filios accepti. Aurea item corona capiti eius fuit manu Patris appoſita, duplici, præter proprium Regis gloriæ, titulo: & Doctoris videlicet mundi, & mundi victoris, præter alios titulos glorioſos. *Corona aurea ſuper mitram eius expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris,* Quonam ſigno ſanctitatis? Sanè foramina illa facta in capite eius manibus hoſtium, qui ſpinea corona redimierunt illud, in id facta ſunt, vt in auream verſa ſpinea corona hæreat æternùm capiti: his affixa foraminibus. Et quidem corona ſuper mitram: quoniam & Doctor eſt, & hoſtium victor. Quanam gloria honoris? Nonne planè perſpicitis, duas in gloria hac diſtingui partes: primam propriæ ſanctitatis ſignum, alteram honoris gloriam, conſultò dictam gloriam honoris, vt luculenter innuatur, gloriam homini impenſam, honoris quidem eſſe gloriam, hancque ſuperaddi gloriæ illi, quæ eſt propria hominis probitas, dignitas propria, inhærens animæ? Deſinant iam decipi, ſiqui ſunt, qui nullam è terris gloriam in cœlos portandam putant: ſciantque gloriam illic impendendam additionem eſſe gloriæ illius, quam deferunt hinc meritis proprijs comparatam: cum ipſe Rex gloriæ, cuius eſt propria vbilibet gloria, gloriam adhuc acquiſierit meritis. Vnde, niſi illuſtribus victorijs gloriam comparent in terra, nihil profectò habent, cui cœleſti in patria gloriæ fiat acceſſio. Loquimur de adultis, in quibus rationis completus eſt vſus: his quippe ſolis prædicamus, & ad hos loquimur, quotieſcunque de operibus loquimur, ſicut & quiuis alij prædicatores: non ad incapaces. Hi enim cùm ſola ob Chriſti merita, gratiæ, & charitatis habeant habitum: habent, ob ſola hæc, gloriam item cœleſtem, ſummamque Dei viſione beatitudinem. Claritas enim hominum, gloria, atque nobilitas ab vna è duabus manat origine: vel à claro ſcilicet, quo ſunt ſanguine geniti, vel à propriarum claritate virtutum, reliquorumque corporis, & animæ bonorum. Vnde quicunque vtraque via, & propter parentes videlicet ſuos, & propter ſeipſos conſpicui ſunt, duplici quidem fulgent gloria. Amentes igitur, & paruuli aqua abluti baptiſmatis clari vtique ſunt paterna via, Chriſti nimirum claritate, cuius filij ſunt, atque adeo hi filij, & hæredes: regni hæredes paterni,

Adoptiui filij aliter adoptiui qui filij ſunt Dei aliter qui hominum filij.

Pſal. 67. 18

Chriſti aurea gloriæ corona.

Corona gloriæ fixa capiti Chriſti.

Eccl. 45. 14.

Meritum aliquod proprium neceſſarium eſt adultis ad ſalutem

Digitized by Google

filij naturalis cohæredes: cæteris, qui capaces ſunt, cur ſine proprio merito, Chriſti meritis addito, beatitudo, & gloria tribuatur? Sanè vel hi adulti, qui meritis alioqui nullis, nulloque poſt baptiſmum lapſu decedentes, æterna gloria coronantur; illud ſaltem habent proprium gloriæ meritum, quòd vera ſuſceperint baptiſmum fide, vero amore erga Deum, cum intimo de peccatis dolore, eorumque deteſtatione. Veruntamen quo pluribus abundauerint propria ob opera meritis; plus gloriæ in ſe participabunt. Imo & Dei viſione, in qua eſſentialis conſiſtit beatitudo, fruuntur vberiùs adulti, quàm paruuli, ob egregia merita addita baptiſmo; & vberiùs quoque inter adultos illi, qui illuſtrioribus glorioſi ſunt meritis.

Occurrit tamen valida oppoſitio nitens labefactare narratam Triumphatoris victoriam; cùm regnum eius nondum plenè pacatum, ſed homines multi paſſim hoſtibus ſuccumbere videantur. Quanam ratione dicitur duxiſſe Chriſtus captiuitatem captiuam, cùm multi homines captiui ſint hodie, omnes nimirum, qui infecti ſunt crimine, iuxta ipſius Domini doctrinam; *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati?* Quonam effectu dicitur reparaſſe filios Adæ, ſi non reſtituit eis originalem iuſtitiam, quæ parentes primos communiebat præueniens carnis obſidionem, ne ſuis eos impeteret ſtimulis, in Diabolica autem obſidione fortiſſimos conſeruans? Sunt obſeſſi hodie homines vniuerſi propria à carne, & à mundo tam vehementibus impetiti incurſibus, vt clamitet Paulus; *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati; quæ eſt in membris meis.* Sunt & ab hoſte Diabolo obſeſſi gyro adeo perenni, vt commoneat nos paſtor Petrus, dicens; *Aduerſarius veſter Diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret.* Qua ergo victoria dicitur pacatum reliquiſſe Chriſtus regnum Patris ſui: ſi nec hoſtium diſiecit obſidionem, nec liberauit ab eis captiuos? Quòd ſi multi hodie filij ſunt Dei, nullorum captiui delictorum: erant item ante triumphum hunc multi Dei filij, vera adoptione, vera gratia, ac iuſtitia animis intrinſecùs fixa. Erant in ſtatu quouis certa ad delendum originale peccatum ſacrificia, ita vt & paruuli, & amentes deleto iuſtificarentur peccato, ſicque filij Dei facti, cœleſte introierint regnum, vbi Deum perpetua intuentur fruitione. Erat & tunc remedium adultis vera de actualibus culpis pœnitentia, qua in Dei gratiam reſtituti, cœleſti fruuntur beatitudine. Quodnam igitur eſt ſæculi noſtri, præteritorumque diſcrimen ſeculorum? Præter requiſita illa; quæ ex parte vrbis triumphatorem excipientis numerauimus, in hodierno trophæo non videmus; currum, coronam, comitatum. Qualem ergo dicemus triumphum iſtum?

Ioa. 8. 34.

Rom. 7. 23.

1. Petr. 5. 8

Greg. lib. 4. moral. cap. 2. S. Thom. 3. p q. 66. art. 1. Aug. lib. 5. contra Iulia. c. 9. & lib. 2. de nuptijs & conc. c. 22 Theolog. 4 diſt. 1. & 2. Suarez. 3. p tom 3. diſput. 4. ſection. 1.

Diço requiſita hæc longè in triumpho Chriſti illuſtriùs, ac vberiùs, quàm in vllo alio coruſcare. Exemit nos à tyrannico ſeruitutis iugo, faciens ex ſeruis filios glorioſa libertate. *Ipſa creatura* (ait Apoſtolus) *liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Nec obſtat multorum perditio noſtris adhuc temporibus;

Redemptio hominum à Chriſto glorioſiſſimè exacta.

Rom. 8. 21.

Chriſti virtute reparatum humanum genus. ribus: quoniam factę à Chriſto redemptionis effectus perſpicuus eſt in his, qui à peccato ſunt liberi, cùm innumeri ſint comparatione eorum, qui ante factam ab eo redemptionem liberabantur. quamuis multi adhuc captiui perſiſtant, eo quod redemptio hæc pro omnibus fuerit ſufficiens, efficax pro eis, qui effectu liberantur. quantum ad iugem quoque obſidionem, eximia hoſtes vicit gloria, facitque nos eorum iugiter victores. Non quidem ita vt amoueatur obſidio: ſed ita vt ſic obſeſſi homines, vincant obſeſſores hos; in quo eſt gloria illuſtrior, tam hominum ipſorum, quàm diuini Ducis, cuius virtute, conſequuntur victoriam. Quæ enim poteſt abſque prælio victoria obtineri? Quæ abſque victoria gloria comparari? Reliquit nos obſeſſos Chriſtus, præſtans nobis validam in pugna virtutem, vicitque hoſtes pro paruulis ſolus, vt glorioſi ſint ſulgentiſſima victoria Patris ſui. Ideo deploranti obſeſſionem hanc Paulo, & vt amoueretur, peroranti reſpondit Chriſtus ipſe; *ſufficit tibi gratia mea*; *nam virtus in infirmitate perficitur*. Vnde liquet, integerrimam eſſe reparationem hanc hominum, cùm & pro paruulis pugnauerit ipſe, & pugnans pro adultis munierit eos ad certamen. Nec minuta populi ſui nobilitatio, eo quòd originalem iuſtitiam minimè reſtituerit; cùm impenſum ab eo gratiæ auxilium ſoleat ſæpe multis eſſe præſtantius, quàm originalis illa Adami, & coniugis iuſtitia. quis dicat minùs prouidum ducem, qui milites ſuos ferreis totius corporis indumentis non communit, ſed varijs armorum generibus: alios nempe indumentis his ferreis, quæ *arneſes* dicimus Hiſpani, alios ferreis thoracibus, pelliceis alios, ſquamatis plurimos loricis? Sanè ſi completum illud corporis tegimen omnium eſſet armorum præſtantiſſimum: milites omnes vterentur illo, cùm tamen eo vtantur vix ex millibus decem. Quoniam licet indumentum hoc excedat in eo, quòd corporis partes munit omnes: excellitur tamen ab armaturis alijs agilitate, qua expeditus tanto ferro bellator, corpus totum facilè defendit ſolo ferreo thorace, quo pars ſuprema tegitur corporis. Quod apertè ſciens validiſſimus Dauid, Saulis reiecit arma, baculo vſus duntaxat, & funda: *Prævaluitque Dauid aduerſus Philiſthæum in funda, & lapide*. Dominus igitur Deus varijs contra Tartarea agmina munit homines armis ſpiritalibus: Euam, & Adamum completo à pedibus ad caput tegumento, originali nimirum iuſtitia; reliquos alijs armis auxiliorum diuerſorum.

2. Corin. 12 9.

Simile.

Iuſtitia originalis vnus duntaxat habitus, & habitus plures dici poteſt.

Iuſtitia originalis armatura totius hominis completa: quod Hiſpani dicimus arnes trançado.

1. Reg. 17. 50.

Auxilia ſufficientia omnibus à Deo præſtari.

Illa quippe originalis iuſtitia putatur à nonnullis habitus vnus, partes hominis omnes ſuperiores, inferioreſque defendens: multi ab alijs doctoribus habitus: ita vt plena congregatio virtutum partes omnes protegentium, iuſtitia ſit originalis. Nos, qui dictum vtrunque cenſemus verum, dicendum putamus, originalem iuſtitiam completam eſſe totius hominis armaturam diuerſis conſtantem partibus: (id quod ſimilitudine videmus in armatura corporis illa, quam Hiſpani dicimus *arnes trançado*) cuius

Cccc

Digitized by Google

ſupremæ partes fides, ſpes, charitas ſupremas muniebant animi partes, intellectum, memoriam, voluntatem, ita vt à lumbis & ſurſum, id eſt, in parte hominis ſuprema, fortiſſimus eluceret thorax; partes reliquas à lumbis ad pedes virtutes aliæ roborarent, prauam quamlibet appetentiam cohibentes. Ita confortabatur ſuperior pars, ne à Dei placitis deflecteret: pars inferior, ne ſuperiorem impugnaret. Meritò iuſtitiam illam *arnes trançado* nominamus; cùm in eo connexæ ſint virtutes omnes firmiſſimis compoſitionis inſtitis. Muniuit igitur ſupremus dux iuſtitia illa Adamum, & vxorem: reliquos homines armaturis alijs ad vincendos hoſtes ſuf-
1. Cor. 10. 13. ficientibus, iuxta Pauli præconium; *Fidelis autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* Si cum tentatione prouentum faciet, ſatis quidem liquet, vtilem eſſe rebellionem hanc inferiorum partium, quæ debitum ordinem tranſgreſſæ, impugnant ſpiritum; vt hic immobilis perſiſtens, turpeſque vincens tentationes, gloria fulgeat altiore. Quid dicemus iam de Chriſticolis noſtris, quos prouidentiſſimus dux ferreo armat thorace, non quocunque, ſed duplici, ſupernaturali nimirum iuſtitia, fide, & ſpe, & cha-
Eph. 6. 14 ritate, validoque auxilio ſociata? *Loricam iuſtitiæ* vocat Apoſtolus gratiam gratum facientem, ac iuſtificantem homines illos, quos diuinus Dominus iuſtos faciens, corroborat. Tanto gratia hæc in multis Chriſtianis eſt robore, vt dicat Paulus illam originalis iuſtitiæ priuationem, non eſſe tanto hominibus malo, quanto eſt illis bono
Rom. 5. 17 gratia hæc, qua per Chriſtum roborantur. *Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantia gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.* Cùm enim humana voluntas ad opus quodcunque ſit libera; poteſt quidem adeo ardenter amare Deum, vt reijciat contrarios quoſuis appetitus, impulſus, ac ſtimulos multò faciliùs, quàm voluntas alia lentioribus tentamentis impetita. Cohibent ergo Chriſtiani multi multos huiuſmodi appetentiarum ſtimulos ardentiſſimo ducti amore in Deum, quæ eius gratia eſt illuminans mentem, ad cognoſcendum, inter alia Dei dona, vnum hoc omnium potiſſimum, quòd pro hominibus aſſumpſerit carnem, in qua pro eis pateretur: qua cognitione ardentiſſimo amore accenditur voluntas. Illud certa videmus fide; Pater noſter Adam, & mater Eua magno illo muniti indumento iuſtitiæ, prima ſerpentis congreſſione, prima tentatione corruerunt: hodie poſt congreſſus cum Diabolo plurimos, plures cum mundo, & carne, incitamenta libidinis plurima, perſtant homines multi, multæ fœminæ diuino fixæ amore, tanquam firmiſſimi ſcopuli, continuis pelagi vndis concuſſi. Quòd ſi militum Chriſti tam eſt glorioſa vis, atque victoria, vt ſuperent millies hoſtem illum, quem ne ſemel quidem Eua ſuperauit, nec Adamus; quanto glorioſior agnoſci debet hæc Chriſtianorum vis collata viribus reliquorum hominum, qui Chriſti victoriam præceſſerunt? Sed

Tentationes ſunt vtiles, vt communiti diuino homines auxilio reſiſtant eis ſicque fulgeant victoria glorioſi.

Chriſti meritis data hominibus multis abũdantior quã primis gratia parentibus.

Digitized by Google

Chriſti redemptio communis hominibus præteritis, præſentibus & futuris.

id mirandum magis (in quo Chriſti triumphus glorioſior eſt) quòd vel ſolo nuntio, quòd in obſeſſam à Dæmonibus terram venturus eſſet in obſeſſorum hominum auxilium; reuocauerint ad militiam animum homines illi, quibus id notum fuit. Imo quotquot ex illis peruicerunt hoſtes, fueruntque æternam vitam conſecuti: Chriſti quidē gratia conſecuti ſunt, & eius meritis: etiam paruuli, & amentes, quibus adhibito cuiuſuis ſæculi, ſeu ſtatus ſacrificio, condonabatur originale peccatum, conſequente in cœlis beatitudine. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus propitiationem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum.* Ecce propter remiſſionem præcedentium peccatorum, illorumque iuſtificationem, & gloriam, ſuum Chriſtus ſanguinem profudit. Iuſti igitur omnes Chriſti aduentum præcedentes, cum Chriſto in curru excepti ſunt hodie in cœleſtem ciuitatem, vtpote filij eius adoptiui per inhærentem animis iuſtitiam, ſecundum prædicta illa Apoſtoli verba; *Vt adoptionem filiorum reciperemus:* illumque Vatis Regis verſiculum: *Currus Dei decem millibus multiplex*; nempe futuris, antiquis, & præſentibus.

S. Thom. 3 p q 68. art. 2 ad 1. Greg. lib. 4. mor c. 2 circa finem.

Redemptio hominum præcedentium Chriſtum à Chriſto ipſo facta fuit.

Rom. 3. 23.

Chriſtus ſtrenuiſſimus Dux noſter populum ſuum omni munimentorum genere communit.

Tamen vt victoria hæc, debituſque ei triumphus notior eſſet cunctis: talia in populo ſuo poſuit munimina triumphator, vt partæ à Chriſtianis ſuis victoriæ ſpiritales, nulla ſint comparatione frequentiores, illuſtrioreſque præcedentibus antiquorum victorijs. Imprimis pugnans per ſeipſum diuinus dux noſter, hoſtes ſuos, ac noſtros multis in ſe acceptis vulneribus, multum corporis ſui fundens cruorem, eneruauit. Sepſit populum ſuum fidei muris: antemurali baptiſmatis foſſa. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.* Et quoniam, quum foſſæ deeſt aqua, ſufficit tunc foſſa ipſa vacua muris proxima; ſufficit ſimiliter diſpoſito cuique, quum aqua deeſt, fides cum baptiſmatis voto, quod aquæ foſſa eſt, etiam quum deeſt aqua. Ideo dixit Dominus; *Qui verò non crediderit, condemnabitur*; non autem dixit, damnari eum, qui baptiſmi aqua non abluitur.

Marci. 16. 16.

Simile. Baptiſmus cum fide neceſſarius, vel in re, vel in voto.

Murorum turres tormentis muniuit æneis, ſulphureo humilitatis puluere, igne charitatis, quæ fidei complementum eſt, ſicut murorum complementum tormenta. Speculatores in circuitu conſtituit Epiſcopos, qui ipſi ſunt duces, quorum generalis Dux Pontifex ſummus: horum coadiutores, ad vociferandum, quum hoſtis irruit, prædicatores nunquam deficientes: crucis vexillum; excubias, & vexilli cuſtodes, qui iugiter in choris vigilant canonici, ac religioſi. Impleuit multis tam defenſionis, quàm offenſionis populum armis; alijs nempe, quæ agunt opere operato qualia ſunt ſacramenta, alijs, quæ opere agunt operantis, ieiunijs, cilicijs, orationibus, quibus domita caro ſubditur menti.

Annona item, quam obſidio impedire non poteſt; quoniam non eſt ex alijs portanda locis, nec per vrbis portas inferenda; ſed ex

Digitized by Google

ſummis emiſſa cœlis, vt notum fecit, dicens Dominus ipſe: *Hic*
Ioã.6.59. *eſt panis, qui de cœlo deſcendit*, caro, & ſanguis eiuſdem ducis
noſtri. Imbuit ſuos omnes militari contra hoſtes diſciplina, ſacro
nimirum Euangelio. Prouidit, vt ab vrbibus, quæ ditioni eius
ſubditę ſunt, exeant crebrò duces, qui terram percurrant vniuer-
ſam, ad eijciendos hoſtes eam infeſtantes: quod vbique ſemper
exercetur, exeuntibus nomine eius prædicatoribus ad luſtrandos
populos ab infernis obſeſſos aduerſarijs. Armis quemque militum
communiuit duplicibus, duplicis nempe gratiæ thorace, auxilij
in mente, & voluntate: imo thorace triplicis ſquamæ, gratię iu-
ſtificantis, gratię illuminantis, gratiæ excitantis corda, & eorum
motionem coadiuuantis. quòd ſi incuria hominum rapiant eorum
animas callidiſſimi aduerſarij; reliquit nobis ad inſtaurationem, ac
vindictam idonea prorſus arma, ſacramentum pœnitentiæ, & reli-
qua, quibus aduſque componuntur peccatores.

Euchariſtia annona, cũ è cœlis ſit miſſa, non poteſt ab obſeſſoribus populi hoſtibus impediri.

Gratia hominibus per Chriſtũ impenſa, thorax duplex eſt: Hiſpane peto fuerte.

His muniuit ſuum populum Princeps. Sed quoniam pen-
det à victoria triumphus, (rogo vos, vt conuertatis oculos ve-
ſtros, ad perſpiciendam præſentem hominum viuendi rationem,
quantum excellat hæc eorum vitam, qui ante compoſitam à
1.Pet.4.2. Chriſto terram obierunt. *Vt iam non deſiderijs hominum, ſed vo-
luntate Dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis. Sufficit
enim præteritum tempus ad voluntatem gentium conſummandam in
ijs, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſa-
tionibus, & illicitis idolorum cultibus. In quo admirantur non con-
currentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes.*
Præſertim, cùm manifeſtè videant, huiuſmodi vitam ab vno
ortam homine, qui natus eſt humilis & pauper: mortuus pau-
per & humilis, omnium Principum contradictionibus repul-
ſus.

Chriſtianorum vita gentibus admirabilis.

Iam quantum ad aliam triumphi partem, quę ſpectat ad vr-
bem, in quam excipitur triumphator, ſufficit ſcire pręcipuum hoc
triumphi requiſitum, quod ſcilicet Triumphatoris filios cum ipſo
excipiat Triumphatore. Imo ſufficit ſcire prædictam hanc, quam
rebus à ſe geſtis gloriam defert è terris, vt planè nouerimus talem
gloriam honoris, ac coronę, qualis eſt propria eius ob clariſſimas
gloria virtutes. Diximus iam auctore Diuo Thoma, hominis bea-
titudinem ab intima pendere gloria eius, eo quòd tantis beatitudi-
nis gradibus Deus euehat quemque, quantis eum videt gradibus vir-
tutum glorioſum.

Chriſtus quanta in cœlos receptus ſit gloria

Nihilominus, quamuis perſpecta propria Chriſti ex geſtis re-
bus gloria, facilè deducitur illa, qua cœlicus eum populus excipit;
tamen quoniam victoriæ meritum indiſtincta quadam ſumma non-
dum nominatis ſigillatim hoſtibus, nec prælijs, propoſuimus; libet
iam Chriſti prælia, victoriamque conferre non quidem triumphi
conditionibus, ſed approbatis ipſis triumphatoribus; vt ex varijs eo-
rum certaminibus, collata cum meritis pompa, qua in vrbes ſuas
excepti ſunt, liqueat, tali Chriſtum gloria in cœlos receptum,

Triumphus Chriſti vniuerſis triumphis collatus, valde excedit vniuerſos.

Digitized by Google

qualis eſt eius gloria meritorum. Præcellentiſſimum ex omnibus, quos legerim, introducam triumphatorem; qui tum quoad alia omnia concurrentia, tum in eo digniſſimus eſt, quòd non humana commendetur hiſtoria, ſed ea, quam in quarto decimo Geneſis capite ſerie hac deſcribit ſanctus Spiritus. Auidus Elamitarum Rex Chodorlahomor ſuam latiùs amplificare ditionem, regna quinque expugnare conſtituit. Quo fine finitimos conuocauit Reges adiutores, prædæ etiam participes futuros: cuius cupiditate adiuncti ſunt ei Reges tres cum agminibus ſuis. Quatuor hi opulentiſſimo impetentes exercitu, quinque illa expugnauerunt regna, quorum Regibus miſerè contritis, copioſiſſima tam rerum, quàm captorum hominum præda multorum, ad propria gloriantes redierunt. Motus miſerando illo tam hominum iugo captiuorum, quàm ſpoliatorum Principium excidio, pius Abrahamus, qui habitabat in valle Mambre non à Sodomis longè; congregatis quàm cito, quoſcunque inuenit vernaculis ſuis trecentis octodecim, victores Reges mira fuit celeritate perſecutus. Mirabile dictu. Ita die illa fauente Deo fœliciter egit, vt quatuor illis Regibus deuictis, ac cæſis, captiuos omnes, tam fœminas, quàm viros, liberos reduxerit; raptam quoque ab hoſtibus prędam omnem.

Abrahæ triumpho præclariſſimo præclarior Chriſti triumphus confertur.

Quo lætiſſimo nuntio hilaris Sodomorum Rex, qui ab hoſtibus illis expoliatus morabatur in luctu, obuiam proceſſit Abrahamo, qua maxima potuit excipiens eum pompa, & gratitudine. Nec ſolus hic, ſed etiam Rex Salem, qui redeuntem Abrahamum his, quæ referam, verbis ſalutauit. *Benedictus Abraham Deo excelſo: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Fecitque ei ſolenne conuiuium: & dedit decimas ex omnibus.* Trophæum hoc omni ex parte eſſe omnium, quæ legerim, glorioſiſſimum, propter ipſam imprimis aſſero dignitatem triumphatoris. Fuit enim pluſquam Rex Abrahamus; vt qui patris titulo inſignitus, primariuſque vir Dominici populi, ex quo Reges multi proceſſerunt. Eſt enim potior patris, quàm Imperatoris titulus adeo, vt maximus Romanorum Imperator Cæſar Tiberius patris Patriæ recuſauerit titulum, quem ſe nondum meritum fatebatur; vt ſcribit Tranquillus Suetonius. Propter dignitatem deinde eorum, quos vicit Abrahamus, Regum quatuor: numerum etiam commilitonum adeo imparem innumeræ hoſtium multitudini. Præterea (in quo potiſſimè glorioſus fuit triumphus) propter Reges quinque liberatos; & hos eo tempore, quo aduerſarij victores præda ouantes inſultabant; cùm maior gloria ſit victores vincere, quàm vincere eos, qui victores non ſunt. Video in Luſitaniæ Regiæ ſtemmatibus illuſtriſſima ſcuta quinque totidem egregia deuictorum Mauritaniæ Regum inſignia, quod & narrat Aldrouandus; at Reges illi non vno congreſſu à Luſitano Rege ſuperati ſunt, ſicut quatuor iſti ab Abrahamo. Ex alia quoque parte, qua ſcilicet rediens Abraham exceptus eſt victor, illud ſcire ſufficiat, relatos duos Reges, ad excipiendum illum, proceſſiſſe: vt reliqua huc ſpectantia talia fuiſſe ſciamus, qualia eſſe decebat ea, quæ adhibita ſunt trophæo illi, quo, ad excipiendum triumphatorem, exierunt Reges duo: quod nullibi

Gen. 14. 19.

Pater Patriæ nomen valde egregium.

Victoria illuſtrior, quàm victor vincit eos, qui victores inſultant.

Stemmata Regum Luſitania.

Sueton. in Tiber. c. 9

Aldr. l. 2. Ornithol. c. 2 pagin. 101. col. 1.

Digitized by Google

aliàs ſcriptum legi. Omnibus igitur Abrahamici huius triumphi cõditionibus perſpectis, glorioſiſſimè ſplendet hodiernus triumphus Saluatoris: exceſſu tamen infinito. Perſonæ dignitas ſuprema, Regis & patris Patriæ: *Vocabitur nomen eius Pater futuri ſeculi, Princeps pacis.* Vicit Reges quatuor, quinque Regum victores, ac ſuper Reges terræ potentiſſimos, vtpote non corporibus ſolam, ſed animabus etiam aduerſarios. Quinam ſunt iſti Reges quinque? Quinam Reges quatuor, à quibus quinque illi victi opprimebantur?

Iſai. 9. 6.

Sciendum eſt, homini cuique Reges aliquot naturæ auctore conſtitutos, à quibus rectè gubernetur: ideoque intra hominem ipſum habitantes. Sunt autem quinque Reges iſti, qui eum fideliter gubernant, ad bonumque dirigunt, & ducunt. Primus hominis Rex eſt intellectus, quo quiſque ordinatur & dirigitur, vt teſtatur Philoſophus, dicens: *Parere quodammodo irrationalem hanc partem, admonitio mentis indicat.* Sed cùm obiectum intellectus ſit veritas, vt quæ ad extra eſt, cùm ſit obiectum, quo intellectus ipſe mouetur, & ducitur: ideo veritas ipſa eſt ſimiliter Rex, quippe quæ in hoc regimine prima. Hanc Zorobabel omnium Regum fortiſſimam pronunciauit, ſapientibus cunctis ſubſcribentibus, fuitque propterea promiſſi à Dario Rege compos præmij. Eſt tertius Rex iudicium hominis, titulo Regis ab Ariſtotele appellatum, dum de Rege intellectu ſapienter ait: *Sed neque cum ſpeculatur, aliquid huiuſmodi iam præcipit.* Itaque non ſemper vtitur intellectus regis munere: ſiquidem, quandiu abſque reſolutione ſpeculatur, nihil fieri iubet. Iudicium autem reſolutio eſt rerum agendarum: quibus & executionem præſcribit & modum: factaſque iudicat, damnans, aut abſoluens: quod vtrunque regium eſt munus. Deinde eſt Rex quartus appetitus hominis ſuperior, qui voluntas nominatur. Hoc nullus Rex notior: cùm agenda omnia imperio eius ſubijciantur. Probatio huius plana eſt apud B. Tho. 1. 2. q. 17. art. 1. ſed eſt res ex ſe ipſa adeo nota: vt graphicè dixerit Poëta:

Intellectus Rex hominis.

Ariſtot. l. Ethicor c. vlt.

Veritas Regina.

3 Eſdr. 14. 35.

Iudicium hominis eſt Rex.

Ariſt. li. 3 de anima text. 46.

intellectus in quo à iudicio differt

Voluntas Regina hominis.

S. Tho. 1 2. q. 17. ar. 1.

Sic volo, ſic iubeo: ſit pro ratione voluntas.

Vltimus Rex eſt interna ſyndereſis, alio nomine conſcientia. Huic vtrunque Regis competit munus: & præcipere faciendum: & factum iam iuſtè iudicare. Primum dixit B. Damaſcenus: *Syndereſis eſt lex intellectus:* ſecundum Baſilius: *Syndereſis eſt naturale iudicatorium.* Differt autem Rex hic ab intellectu atque iudicio in vniuerſali, ac ſingulari regimine. Nam intellectus, & iudicium circa agenda vniuerſa, actaque verſantur, ſiue ab alijs hominibus, ſiue ab homine ipſo, cuius eſt intellectus, efficiantur: ſynderesis autem strictus Rex eſt earum duntaxat potentiarum, operum eorum, quæ intra ipſum ſunt hominem, & ab eo fiunt, & procedunt. Iſti ſunt quinque hominis Reges.

Synderesis regina hominis.

Damaſc l. 2. de fide c. 12. Baſil. cõment. in prouer in princip.

Synderesis in quo differat à iudicio.

Quatuor autem Reges his aduerſi, ſunt diabolus, mundus, caro, & mors: ex quibus primi tres noſcuntur animæ inimici, dæmon, mũdus, & caro: quibuſcum mors ſignatur Rex quartus. Ex his primi tres, caro, mundus, diabolus iugi contra nos intendunt bello: quarto autem, qui eſt æterna mors, tradunt tres iſti omnem, quam ipſi capiunt

Inimici animarum ſunt quatuor.

Digitized by Google

humanorum prædam ſpoliorum: vt hominibus ipſis, qui præda eorum fuerint, præſit æterna mors, prematque eos proprio mortis ęternæ tormento. Igitur hoſtem primum, qui dæmon eſt, Regem vocat Apoſtolus: *Eſt nobis colluctatio aduerſus Principes, & Poteſtates, contra ſpiritalia nequitiæ.* Carnem ſimiliter Reginam dicit, non naturalem, ſed tyrannam, dum eam legiſlatricem ſcribit ad Romanos. *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Quę ſi vera regula eſt: mundum quoque eſſe Regem, ſimul relinquitur probatum. Si enim eſt Rex ille, qui leges condit, obſeruarique facit: ſanè potior, quàm mundus, Rex apparet nullus: cùm leges ferat hic, omnino Dei legibus aduerſas: habeatque ſibi homines pleroſque ad nutum obedientes. Cæterùm alia quoque ratione tres iſti Reges dæmonia ſunt tria. Eſt enim proprius vitio cuique Rex, ſiue præfectus ex dæmonibus vnus, qui diro homines bello inquietat, & affligit. Sic poſt Hieronymum docuit Caſſianus. *Hoc noſſe debemus: non omnes dæmones vniuerſas hominibus inferre paſſiones, ſed vnicuique vitio certos ſpiritus incumbere, & alios quidem immunditijs, alios blaſphemia, alios ſuperbia mulceri.* Itaque primus ex animarum hoſtibus, qui diabolus eſt, ſpecialiter pręeſt falſitati, præſtigijs, illuſionibus, fraudibus, dolis, impoſturis. Quoniam, vt Dei filius notum facit, *Non eſt veritas in eo, quum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quoniam mendax eſt, & pater eius.* Ac conſequenter valida pugnat vi, vt ſibi ſubijciat intellectum. Dæmonium ſecundum ſtat à mundi latere, vt ei homines ſubijciat. Huiuſmodi dæmones vocat Apoſtolus: *Mundi Rectores tenebrarum harum*; qui aduerſus rectum præliantur iudicium, dicente Paulo: *Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi?* id eſt, ſtultam manifeſtauit. Tertium dæmonium præbet adiutorium carni aduerſus ſpiritum. Eſſe autem dæmonium hoc Regem, planè dicit Apoſtolus Corinthijs: *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* quem Satanæ Angelum dæmonium fuiſſe, & nomen ipſum, & Sancti Patres explicant, Irenæus præſertim, Hieronymus, & Gregor. quidquid nonnulli interpretentur. Libera magis ab interpretationibus ſunt verba libri Tobiæ: vbi luxuriæ Princeps vocatur Aſmodæus, Hebraicè, Eſmedad, id eſt, metiens ignem. Qui cùm in inferiori appetitu ſit, pugnat aduerſus ſuperiorem, qui eſt, voluntas, dicente eodem Paulo: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Mortem quoque Regem eſſe aduerſarium, non ſolo oſtenditur regio eius diademate, quo pingitur vbique coronata: ſed ſacro etiam textu illis Baldad verbis: *Rex interitus.* Qui titulus æternæ potiſſimùm propfius eſt morti: cùm ęternum ſit dominium eius.

Dæmones appellantur Reges. *Caro hominis propria regina eius eſt tyrāna.* *Mundus Rex hominum tyrannus.* *Dæmones diuerſi diuerſis præſunt hominum vitijs.* *Vitio cuique deſignatũ aliquod dæmonium præficitur.* *Diabolus pugnat cōtra hominis intellectum & veritatē.* *Mors Rex hominum.*

Eph. 6. 12. Rom. 7. 23. Caſſian. in collat. 7. c. 17. Ioan. 8 44 Eph. 6 12. 1. Cor. 1. 20. 2. Cor. 12. 7. Iren. l. 5. c. 31. Hier. ep. 21. de cuſtod. virg. ad Euſtoc. Greg. l. 8. mor. c. 20 Tob. 3. 8. Iob 14. 14

Captiuitas hominum ante redēptionem.

A tribus igitur prioribus Regibus, diabolo, mundo, & propria carne erant miſerè obſeſſi filij Adę omnes ſupradicta illa obſidione quantum ad pręſentis vitę militiam: in futurum autem ſeculum ęternę erant morti, tanquam infernę Reginę ſubiecti peſtifero peccato. Regi primo diabolo infeſtatori veritatis parebat exęcatus plerorumque hominũ intellectus, ſubdens ſe illi, eumque adorans in idolis,

Digitized by Google

quibus plenus erat mundus, excepta vna aliquando Iudęa, nec hac
Iſa 59.14. ſemper, pauciſque aliarum hominibus nationum. Vnde conſequenter corruit & veritas in prælio. Textus Iſaiæ; *Corruit in platea veritas.* Secundus Rex, qui vocatur mundus, illum hominis Regem pro-
Iſa.59.14. fligauerat, quem rectum iudicium eſſe dixi: *Conuerſum eſt retrorſum iudicium,* ait idem Iſaias ſequentibus deceptis hominibus mundi vanitates tanquam certas regiminis regulas, peruertentibuſque in iudicando iuſtitiam. Quid dicam de regia carnis dominatione? Dicat S.
Bern. ſer. 39. in Cãtica. Bernardus; *Luxuria verò currus, quod quadriga nihilominus voluitur vitiorum, trahitur equis æquè duobus; proſperitate vitæ, & rerum abundantia.* Triumphali curru, tanquam victor Rex, ferebatur caro, ait S. Bernardus. Victor (inquam) ſuperioris voluntatis, quæ, cùm Regina ſit, appetitui carnis ſponte ſubdebatur, eumque ſequi non erubeſcebat.
1. Pet. 4.3. *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium con-*
Beda in c. 10 Lucæ. *ſummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs, vinolentijs, comeſſationibus.* Conſtat ex gloſſa Bedæ, ac reſolutione Sancti Thomæ. Alio-
S. Tho. 1. 2. q 85 ar. 3 qui, dicat mihi, ſi quis nouit, quot ante Chriſti victoriam fuiſſe legerit Virgines fœminas, aut viros. Mors denique abſque inquietudine
Rom. 6 23 regnabat: quoniam, ſi *Gratia Dei vita æterna eſt*, priuatio gratiæ mors eſt æterna. Hæc autem interno vexat conſcientiam mœrore, quo, niſi homo reſipiſcat, æterno tandem affligit ergaſtulo; vbi (vt
Iſa. 66. 24. Iſaias ait) *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Hæc erat quatuor illorum Regum victoria, qua hoſce quinque ſubiugabant.

Idololatria in mundũ vniuerſum ante Domini aduentũ introducta. *Mundus, & eius vanitas regnabat ante Chriſti aduentum.* *Iudicium hominum peruerſum ante Chriſti aduentum.* *Luxuria curru triũphali victrix vehitur equis, proſperitate, & abundantia.* *Caro regnabat ſubijciẽs ſibi ſpiritum ante aduẽtũ Chriſti.* *Mors regnabat ante Chriſti aduentum.*

Triumphus ergo Chriſti glorioſus eſt adeo, vt non ſolùm quatuor illos Reges prorſus deuicerit; non ſolùm hoſce quinque ab illorum tyrannide liberauerit; ſed etiam tyrannos illos quatuor nobiliſſimo iſtorum quinque ſubiecerit dominio. *Expolians Principatus, & Poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos.* Quam victoriam, tanquam hodierni trophæi fundamentum in ipſo Chriſtus aſcenſionis inſtanti diſtinctis ediſſeruit verbis; quæ Euangelij præſentis eſt lectio. Dæmones nimirum illuc vſque victores hominibus de-
Marc. 16. 17. dit ſuperabiles. *Signa autem* (ait) *eos, qui crediderint, hæc ſequentur: in nomine meo dæmonia eijcient.* Eos, (ait) qui crediderint liberato ab illuſionibus intellectu, ac veritate reſtituta. Effectus hic eluceſcit vbique. In omnibus ferè mundi locis eiecta ſunt à ſimulacris dæmonia, eijciunturque indies, donec cuncta omnino detrudantur. Ecce regnat iam intellectus, & veritas. *Viſitauit nos oriens ex alto: illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent.* Mundum ſimiliter & vicit, & facilè vincendum dedit nobis. Expreſſa eſt Chriſti ipſius
Ioan. 16. 33. doctrina: *Confidite: ego vici mundum.* Quonam ſæculo contemptores mundi reperti ſunt multi, contemptores pompæ, honorum, gloriæ, vanitatum, antequam potentiſſimus Triumphator hic peruinceret mundum, omnemque mundi calcaret apparatum? Quis poſt eius victoriam veros mundi, & gloriæ eius contemptores numerabit? Quis mundum omnino relinquentes? Hoc eſt, quod hodie in-
Marc. 16. 18. dicit Chriſtus ſignum ſecundum: *Linguis loquentur nouis*, non mundi

Chriſtus peruicit diabolum, mundũ, carnẽ, & mortem. *Idololatria virtute Chriſti à mundo eiecta.* *Veritas per Chriſtum mundo reſtituta.* *Intellectus hominum à Chriſto reductus ad lumen.* *Mundum vicit Chriſtus.*

Digitized by Google

Cōtemptus mundi à Chriſto in homines multos deriuatur.

mundi linguis, ſed ſpiritus; linguis, quibus in ipſo ſancti Spiritus die locuti ſunt diſcipuli omnes, mundo vehementer admirante. Linguis, quibus multi hodie tam viri, quàm fœminæ diuinitùs loquuntur, mundanis hominibus minimè intelligentibus; quoniam *Spiritum veritatis mundus non poteſt accipere.* Carnem quoque dedit Ioan. 14. 17.

Spiritales homines multi linguis ſpiritus loquentes.

non minus glorioſè ſubiugandam: *Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Quæ quidem carnis ſanitas non ſolùm de excludente dolores; ſed de ſuperante etiam appetitum intelligitur. Victoriam hanc per Chriſtum vigere, teſtatur Apoſtolus, qui relatis illis Marc. 16. 18.

Carnē propriam vincunt multi gratia Chriſti.

captiuitatis, *Video aliam legem in membris meis captiuantem me in lege peccati*, continenter addit; *Infœlix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum.* Hæc gratia Rom. 7. 24. eſt, quæ impetitæ ab appetitu carnali adiutrix venit voluntati. O ſtupenda victoria! Vtique quando infidelis quis fateri recuſaret, virginitatem eſſe moralem virtutem; hoc ſaltem negare non poſſet, victoriam ipſam, qua tot virorum, fœminarumque millia carnalem cohibent appetitum, perpetua virginitate viuentes, manifeſtiſſimum eſſe Chriſti miraculum; cùm ante eius victoriam vix duo in orbe inuenti ſint perpetuæ virginitatis cultores, niſi in iuuenta abſumerentur. Vos ipſos, qui me auditis, teſtes adhibeo; quoties carnem comprimitis, quanam compeſcitis virtute, niſi memoria doctrinæ triumphatoris? Poſſetne virtus alia tantum impetum carnis cohibere? Quartum Regem tyrannum, quem mortem eſſe di-

Mors æterna à Chriſto victa & perempta.

xi, non ſolum vicit, ſed peremit; *Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt, mors, victoria tua? Vbi eſt, mors ſtimulus tuus?* Quæ victoria 1. Cor. 15. 54. propria conſcientiæ noſtræ aduerſus mortem victoria eſt; dicente alibi eodem Paulo. *Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis.* Quid plura? Etiam homines illi, qui ante trium- Heb. 9. 14 phum hunc obſidentes animam deuicerant hoſtes, mortemque æternam incolumes euaſerant: triumphum hunc ſoluti corporibus expectabant, in ſinu Abrahæ detenti, quoadusque reſerante cælum triumphatore, ſunt poſt eum ingreſſi.

Aſcenſione Chriſtus glorioſiſſimo fuit exceptus l.o. toto.

Hæc ſunt, quæ Triumphator tulit ſecum. Nunc ſuſpiciendus eſt fauſtiſſimus ille, quo in cæleſtem patriam exceptus eſt, honor, maieſtas, apparatus. In quo triumphus hic eſt adeo conformis relato illi Abrahæ trophęo: vt & illud potiſſimum, quòd Reges duo ad excipiendum victorem Abrahamū proceſſerunt, hodie longè pręclariùs compleatur. Et (quod eſt mirabilius) qui duo exeunt hodie, duæ perſonæ ſunt, quarum vtraque eſt Rex, nec tamen Reges duo, ſed vnus Rex, dominium vnum. Exit Rex Deus Pater, exit & ſanctus Spiritus, ſimiliter Rex; nec tamen duo Reges, ſed vnus Rex, ſicut Deus vnus. Video vos expectantes reliqua ad apparatum pertinentia, ornamenta, cantica, choreas, nobilium multitudinem, currus, adinuentiones, ignes, ſpectacula, cæteraque id genus tam fœlici debita triumphatoris ingreſſui: at ideo viget laudatiſſimus in Eccleſia mos vacandi hodie, poſt concionem, ac miſſam, mentali per horam vnam orationi; vt quod promere nequit prædicator, mens iucundè quieta

Digitized by Google

contempletur. Quid opus eſt pluribus, poſtquam dictum eſt, duas has perſonas ad excipiendum triumphatorem exiſſe, vt veſtra vos oratione contemplemini, cætera hoc in triumpho talia fuiſſe, qualia decebat eſſe in feſtiuitate, in qua Regiæ perſonæ duæ ad excipiendum victorem proceſſerunt. Fateor, breuis eſt prædicationis hora, breuis & orationis, ad tam ſublimem, tam ſuauem, tam placidum, tam glorioſum Regem, ac triumphum contemplandum : eſt tamen hora hæc contemplationis initium aliquod diuini illius aſpectus, qui æternùm manifeſtandus eſt glorioſa in cælis beatitudine.

Digitized by Google

IN SOLENNITATE PENTECOSTES.

SERMO I.

Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Ioan. 14. 26.

Spiritus ſãcti doctrina imbuit intellectum & voluntatẽ.

Doctrina humana non imbuit ambas hominis aures intellectum, & affectũ.

PROFVNDISSIMA ſancti Spiritus doctrina, qua Dei filius mirificè illuſtrandas pollicetur ſuorum mentes diſcipulorum, tanta diſciplinis alijs præſtat eminentia, vt ſola hæc omnia plenè doceat, & aperiat; nulla alia facultas doceat omnia. *Ille* (inquit) *vos docebit omnia*; quævis alia doctrina non omnia, ſed pauca; & ea quidem implicata. Etenim, ſi quod humanum eſt tam ex parte diſcipuli, quàm ex parte magiſtri duntaxat attenditur; multò plura ſunt docenda, quàm docta: manent plura aperienda, quàm quæ aperta ſunt homini. Cuius origo eſt; quoniam docendi inſtrumentum eſt vnicum; duo ad ediſcendum inſtrumenta: atque adeo amplior captus diſcipuli, quàm quod humanus valeat replere magiſter. Docentis inſtrumentum lingua eſt; auris inſtrumentum addiſcentis: amplior ergo diſcipuli captus: nam lingua quidem vna eſt, aures ſunt duæ: vnam igitur poteſt replere aurem magiſtri inſtitutio lingua vna; aurem aliam replere non poteſt: imo ſæpe ſæpius, quod vna capitur auricula, alia protinus eijcitur. Nec in exterioribus tantum auriculis, carneaque tantum lingua inæqualitas hęc communis eſt omnibus; ſed in internis etiam, imo in his maximè. Sunt internæ aures cuiuis homini duæ, intellectus, & voluntas; nam & hæc vocem audit, & doctrinam; non ſolùm intellectiua facultas. Audit quidem intellectus quidquid intrinſecùs percipit homo; ſed reſtat auditio voluntatis; quæ audit quandoque id, quod intellectu perceptum eſt, quandoque renuit audire. Conſiſtit autem voluntatis auditio non in rei auditæ perceptione, ſicut ſolius intellectus auditio: ſed in ſpontanea conformitate, qua perceptæ voci acquieſcit voluntas, paretque illi, ac conformatur. Sic compertum eſt certo ab hominum

Audire non ſolum eſt intellectiuæ potentiæ, ſed etiam voluntatis.

Audire aliquando eſt parere, ac obedire.

Digitized by Google

creatione experimento, propria Dei locutione. Morem geſſit A-
dam vxori ſuæ, comedens vetitum à Deo fructum, qui dixit ad eum:
Gen.3.17. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo.* Domine,
quodnam crimen eſt, audire vocem, ſi apertæ ſunt aures? ſi & menta-
lis auris eſt aperta? Minimè quidem conſiſtit culpa illa in auditione
aurium, neque mentis, quæ expreſſam à coniuge percepit vocem: ſed
in conſenſu voluntatis, quæ auditam admiſit vocem, vt perperam ſe-
queretur eam. Sunt ecce duæ internæ aures intellectus, & voluntas:
docentis inſtrumētum lingua vna eſt: non igitur replet doctrina eius
ambas diſcentis aures, ſed ſolum intellectum, nec hunc integrè. Hæc
ſolius eſt ſancti Spiritus eminentia. Docet hic intellectū, docet & vo-
luntatem, ſuauiſſimo eam, prorſuſque libero mouens incitamento. *Linguæ cur diſpertitæ in aduentu ſancti Spiritus.*
Audiſtis nunc in miſſa mirabile præconium, quo in Apoſtolicis ſcri-
bitur actibus, linguas hodie diſcipulis appāruiſſe diſpertitas, eaſque in
eorum capitibus ſediſſe: quid hoc? Vtique ſanctus Spiritus ignearum
illis infuſus ſpecie linguarum, vtranque eorum imbuit aurem, illumi-
nans mentem, mouens voluntatem. Hac de cauſa diſpertitæ ſunt lin-
guæ: vt quia diſcipulorum duę ſunt aures, ſit quaſi duplex docens lin-
gua: vna nimirum æquiualens duabus. *Apparuerunt illis diſpertitæ lin-*
Act.2.3. *guæ, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Si ad vnam duntaxat loquamur au-
rem, ad intellectiuam nempe facultatem: non vtique omnia, imo ne-
que maiora docuerimus: cùm deſtitutus relinquatur affectus, quo in-
timè adhærere debemus Deo, ſtatim ac mentali cum inſtructione ag-
noſcimus. Ea quidem doctrina proponenda eſt, quæ & inſtruat men-
tem, & voluntatē dulciter emolliat. Sed qua (rogo) lingua diuinò hoc
vtemur documēto? Inuocandus eſt diuinus ipſe ſpiritus, qui linguam
diſpertiat prædicantis, vt ad vtramque loquatur auriculam. Inuocan-
da necnon diuina illa Apoſtolorum Regina, quæ, cùm præſidens illis
in ſancti expectatione eſſet Spiritus, accepit eum priùs, & pleniùs,
quàm Apoſtoli, plenitudine tanta, vt pia eius interceſſio præſtantiſſi-
4.Reg 2 ma ſit apud eundem Spiritum, vt nobis etiam infundatur. *Aue Maria*
12. Magna inter doctos poſſet, quamuis nondum ſit mota, moueri
Eccl 48.1. concertatio, vter illuſtrior exiterit Magiſter, Elias, an diſcipulus eius *Eliæ, & E-*
3 Reg.18. Eliſeus? Fuit primus ille in populo Dei præclariſſimus, iuſto appella- *liſei collatio*
38. 4 Reg.1. tus nomine *Currus Iſrael, & auriga eius.* Fuit & ignea ductus flamma,
10 igniſque verbum eius. *Surrexit propheta Elias quaſi ignis: & verbum* *Eliæ ma-*
3 Reg 18. *eius quaſi facula ardebat.* Tenuit cæli claues, quibus tum reſerabat, tū *gnalia.*
41. claudebat illud: tum deſcendere ignem, tum faciebat aquam, ſecundū
3 Reg.17 2. varias opportunitates, varia commoda aut incōmoda. Alebatur cor-
3.Reg 19. uorū miniſterio: Angeli etiam cum pane aquam afferentis. Ruſticus,
6.15. ex Dei præcepto vngebat Reges. Reuocauit mortuos ad vitam. Aſ-
3.Reg.17. ſumptus eſt à terra igneo curru, igneis vecto equis, vt alia omittā mi-
19. 4.Reg.2. rabilia. Fuit quoque magnus vir Eliſeus: qui, ſi ex miraculis iudican-
11. dus eſſet, multò, quàm Elias, operatus eſt plura. Concionis exce-
4.Reg.4. dunt ſpatium: quapropter ſufficiet illud dicere, non ſolùm à ſuper-
32. ſtite Eliſeo reductos ad vitam, qui penitus defuncti erant: ſed ex-
4 Reg.13. 21. tincti etiam hominis cadauer, ſtatim ac in Eliſei ſepulchro fuit

Digitized by Google

Eliſeus accepit duplicem Eliæ ſpiritum.

conditum, tangens eius oſſa ſurrexiſſe. Nihil ad præſens inſtitutum refert, vtrinque pernarraſſe omnia: in eo enim ſolo præſentis conſiſtit ratio collationis, quòd Eliſeus Eliæ ſpiritum acceperit duplicem; Elias duplicem transfuderit, tanquam Dei inſtrumentum, ſiue deprecatoria interuentione, ſiue alio quouis miniſterio. Textus verba ſunt hęc. Rapiendus iam iam igneo in cœlum curru *Elias dixit ad Eliſeum; Poſtula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliſeus; obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* Quod & factum eſt, videntibus filijs prophetarum, qui erant in Iericho, clamaueruntque pariter dicentes; *Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum: & venientes adorauerunt eum proni in terram.* Non eſt facile intellectu, qua ratione Eliæ ſpiritus in Eliſeo factus ſit duplex. Primus narrationis intellectus conformis eſt relatis illis prophetarum verbis; *Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum*: conformis etiam dicto Eccleſiaſtici: *Elias quidem in turbine tectus eſt: & in Eliſeo completus eſt ſpiritus eius.* At ſeptuaginta interpretum verſio fauet magis intellectioni textus ſecundæ, cùm legant hi; *Fiat in me dupliciter ſpiritus tuus.* Fortè duplicatus in Eliſeo Eliæ ſpiritus per hoc, quòd & mortuus, ſicut viuens, fecerit miracula; &, vt Eccleſiaſticus notauit, *Mortuum prophetauit corpus eius.* Difficilis itaque reſolutio propoſiti, vter ſcilicet fuerit præſtantior. Eſt enim pro Elia magiſtri auctoritas, qui diſcipulum ſuum, ſuum reliquerit ſubſtitutum; illa item maieſtas, qua dixit ad eum; *Poſtula quod vis, vt faciam tibi*: ſed eſt pro Eliſeo duplicata dignitas ſpiritus duplex, ſi verè ita fuit, vt in Eliſeo duplicatus extiterit: dignitas etiam, qua mortuus, ſicut viuens, mortuos ad vitam reuocabat.

(Eccli. 48. 13. — 4. Reg. 2. 9. — 4. Reg. 2. 15. — Eccli. 48. 13. — Septuaginta in 4. Reg. 2. 9. — Eccli. 48. 15.)

Spiritus Sancti, & filij Dei collatio ſymbolũ habet collationem inter Eliſeum & Eliam. Chriſti magnalia. Chriſtus collatus ſancto ſpiritui.

Videor mihi in relata hac hiſtoria videre appoſitum ſatis hodiernæ ſymbolum feſtiuitatis, Chronici hodierni, perpenſis his, quę inter Dei filium, & Spiritum Sanctum ſunt, relationibus: quatenus Elia Dominus Chriſtus, Sanctus Spiritus repręſentatur Eliſeo, Chriſtus Magiſter eſt ſic ab æmulis etiam appellatus, & à ſeipſo verbis illis; *Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Eſt mundi fax præclarior Elia, voxque eius lucerna, imo lux ipſa; ſicut Dominus ipſe facta magno probatione miraculo dixit verbis illis; *Ego ſum lux mundi.* Ignem de cœlo vrendis hominibus non attulit, vt Elias: imo obiurgauit poſtulantes, vt in vltionem afferret de cœlo ignem, dicens illis; *Neſcitis, cuius ſpiritus ſitis: Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Ignem quidem de cœlo adduxit: ſed diuinum; quo Dei amore inflammaret animos, de quo dixit, *ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt accendatur?* Quòd ſi ad ſegetes pluuiam attulit Elias; panem manibus ſuis ſæpiùs multiplicauit Chriſtus. Plures etiam hic, quàm Elias ſuſcitauit defunctos. Miniſtrauerunt ei cœleſtes Angeli cibum in deſerto: & ipſe dedit ſe hominibus cibum. Tandem aſſumptus eſt non igneo curru, ſed lucida nube; non in aëreum, ſed ſupremum in cœlum. Cùm ergo aſcenſurus eſſet illuc, reliquit hominibus ſpiritum ſuum multò altiorem duplici illo, quem Elias reliquit Eliſeo.

(Matth. 23. 10. — Ioa. 8. 12. — Luc. 9. 55.)

Digitized by Google

Collatis igitur duabus his perſonis, Filio, & Sancto Spiritu, ſicut Elia, & Eliſeo, occurrit ex parte Chriſti, quòd communicat ipſe Ioa.16 14 Sancto Spiritui totum eſſe, quo Sanctus Spiritus eſt: ſicut notum fecit verbis illis: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet*, Filius enim perſona eſt origine prior Sancto Spiritu: perſona videlicet ſecunda, cùm Spiritus Sanctus perſona ſit tertia. Præterea, quòd Dei filius Ioa.15.26 loco ſui ſanctum dederit Spiritum, conſtat ex verbis illis: *Quum venerit Paraclitus, quem ego mittam.* Mittere enim inter homines innuit mittentis poteſtatem, miſſi ſubiectionem. Fecit ergo Dei filius erga Sanctum Spiritum, quod erga Eliſeum fecit Elias. Imo dedit hominibus Spiritum Sanctum, quemadmodum dederat Elias Eliſeo; ac conſequenter Filij Dei videtur auctoritas maior auctoritate Sancti Spiritus miſſi ab eodem Filio.

At vero ex parte Spiritus Sancti ſunt quoque apparentia fundamenta, vt maior filio exiſtimetur. Sufficit ratio ſpiritus duplicis, vt maior eſſe videatur; ſicut propter duplicem ſpiritum videri poterat Eliſeus Elia maior. Dico in Sancto Spiritu duplicis eſſe ſpiritus rationem; non quòd ſpiritus ipſe duplex ſit, imo eſt vndecunque ſimpliciſſimus; ſed quòd cùm nomen ſpiritus duo habeat ſignificata, vtrunque ſancto congruat Spiritui. Duabus enim ſignificationibus vſurpari nomen ſpiritus, rectè animaduertit Richardus: tum nimirum pro re omnino pura, id eſt, aliena prorſus à corpore, aliaue materia, quales ſunt Angeli, de quibus propterea dixit Pſaltes; *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus*; quales necnon rationales animæ, vt cecinit puriſſima Domina eorundem Angelorum, & hominum dicens; *exaltauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*; tum pro eo, quod ſpiratum eſt, vt halitus ſit noſter, quo reſpiramus, vt apud Tullium inuenitur. Qua ratione actualis hominum inclinatio, ſeu affectus, quo in concupitum finem attrahuntur, ſpiritus eſt, ſicque frequenter appellatur. Dicimus enim paſſim, aſpirare homines ad ea, quæ diligunt, & quæritant. Atque ita dicitur in libro Iudicum: *Requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant.* Vterque horum ſpiritus Iud.4 24. ſignificatuum in ſanctum propriè conuenit Spiritum: primus, quoniam eſt Deus; ſecundus, quoniam eſt perſona ſpirata. Etenim ſig- Ioa.4.24 nificatione ſpiritus prima, *Spiritus eſt Deus*, omnes nimirum Trinitatis perſonæ: quoniam à corpore, à craſſitudine, à materia remotiſſimæ, puriſſimæ vndecunque: at Spiritus Sanctus & eſt ob hanc eandem ſignificationem ſpiritus, vt pote qui Deus eſt verus; & ob ſignificationem item ſecundam, quia ſcilicet eſt à Patre ſpiratus & à Filio. Eſt enim ardentiſſimus amor ille, quo Pater Deus diligit filium, eaſque res, quas in ſe, & in filio videns repræſentatas, vult habere eſſe creatione: & ſimiliter ardens amor ipſius filij erga Patrem ſuum, à quo procedit: ergaque eaſdem res volitas à Patre, & à ſe volitas: nec alius amor Patris & filij: ſed vnus amor filij & Patris, ex æquo procedens ab vtroque. Tametſi amore hoc, cùm ſit penitus vnus, diligat filium Pater, Patrem Filius naturaliter: liberè creaturas ex ſuo tantum beneplacito, vt cum D. Thoma docent Theologi. Et quoniam amor

Margin notes: Richard. in 1. diſt. 10. — Pſal 103. 4 — Luc.1. 47 — Cicero lib. 2. de natura Deorum. — Aug. lib 5. de Trin. c. 14. tom 3. fin. — S. Tho. 1. p. 37. art. 4

Spiritus Sanctus cõfertur Filio. — *Spiritus Sanctus duobus titulis appellatur ſpiritus.* — *Spiritus quidnã ſit.* — *Spiritus duplici ſignificatione vſurpatur.* — *Spiritus dicitur quidquid à materia eſt alienum.* — *Spiritus eſt Deus.*

Digitized by Google

affectus ipſe eſt, nec eſt aliud amor, quã affectus, propẽſio, inclinatio, ſeu ſpiritus. Ideo vnus hic Patris & Filij amor legitima voce nuncupatur ſpiritus: vt cum Patribus alijs commendauit Maximus Gregorius. Conuenit igitur perſonæ Trinitatis tertiæ appellari ſingulariter ſpiritum: quoniam & communi tribus perſonis titulo ſpiritus eſt, & titulo ſibi ſingulari. Dicitur etiam ſingulariter ſanctus: quoniam in bono affectu, bonaque aſpiratione conſiſtit bonitas: eſt bonus ille, qui voluntatis eſt bonæ: ideo Dei ſpiritus, qui diuinæ eſt voluntatis affectus, ſancti nomen ſibi iure optimo vendicat. Congruè igitur licet intelligere Spiritum Sanctum duplici Eliſei ſpiritu deſignatum, ſeu certè Eliſeo ipſo: atque adeo, ita conferendum Dei filio Sanctum Spiritum, ſicut Eliſeum Eliæ: ac conſequenter ratione hac videtur maior ſpiritus ipſe. Accedit ſupremi ratio magiſtri, quam Filius ipſe ſancto attribuit Spiritui, dicens hodierna in lectione: *Ille vos docebit omnia.* Quis autem neget, maiorem videri perſonam illam, quæ maior eſt in magiſterio?

& 9 37. art 2 ad 3. Suar. 1. p. tom 1. tract. 3 li. 11 c 3 nu. 12 Greg. hom 30. in Euangelia.

Ecce ex vna parte videtur maior Dei Filius: maior Sanctus Spiritus ex alia: vtrum nos maiorem confitebimur? Abſit, vt alterutrum maiorem. Neuter maior eſt: æquales ſunt perſonæ duæ: neque non æquales eſſe poſſunt, cùm vtraque infinita, ſit vtraque Deus ipſe. Imo eo ipſo, quòd æquales ſunt prorſus, conſultò proponuntur ita, vt quum propter aliquem effectum videtur altera ſuperior, aut maior, videatur etiam maior altera propter effectum alium: ſicque æquales ambæ cognoſcantur. Materia eſt ad ſanctiſſimę ſpectans Trinitatis diem: prope quidem eſt: octaua nempe hodierni myſterij: ad eam remittimus tractatum hunc, vt ea tantum, quæ ſunt pręſentis Euangelij nunc enucleemus. Duo igitur noſtri thematis verba, cùm ſimul dicta ſint, talia vtique ſunt, vt alterum videatur Filio excellentiam attribuere: alterum ſancto excellentiam Spiritui. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Verbo ex his primo dicitur miſſus Sanctus Spiritus: quo videtur mittente Patre minor, & minor Filio, quatenus in filij nomine dicitur miſſus. Præſertim, cùm & à Filio ipſo mitti dicatur. Nam ſicut verbis his dicit Chriſtus ipſe, *quem mittet Pater in nomine meo*, ita paulo infra dicit; *Quem ego mittam vobis à Patre.* Hoc quoad primum thematis verbum. Secundum autem oppoſitam videtur deceptionem inferre: illud ſcilicet, quo attribuit Filius Sancto Spiritui magiſterium, dicens: *Ille vos docebit omnia*: cùm Filius ipſe ſemper docuiſſet. Neutra iam ex parte perſonam alteram inæqualem alteri explicemus.

Ioan. 14. 26

Ioa. 15 26

Mitti perſonas diuinas, quidnam ſit?

Perſonam ergo alteram ab alia mitti, non ita dicitur in diuinis, ſicut inter humanas perſonas. Mitti enim perſonam alteram ab altera, quum de diuinis loquimur, eſt perſonam miſſam procedere à mittente: non autem mitti quaſi à ſuperiore inferiorem: non imperio, non vi, imo nec conſilio, neque precibus. Arbor etenim dicitur mittere flores, eo quòd ab arbore procedant floſculi. Id quod dixit per Eccleſiaſticum Deus verbis illis: *In electis meis mitte radices.* Sic docuit Magnus Doctor Greg. ſic & Beda: ſic Auguſtin. & Hilarius.

Simile.

Eccl. 24. 14 Greg. hom. 26. in Euang. Beda lib. 2 homiliar. hom. 2: Aug lib. 3 contra Maximũ. c. 14. Hil. 9. de Trin.

Digitized by Google

Cyril lib. 12. Theſ. c 5 Augu. lib.4 de Trinit ca. 20 Hilar. lib. 8.de Trinitate. Aug.lib 4 de Trinit. cap. 20. S. Tho.1. p.qu.43. art 1.& ad 1.& 2.Suarez. 1. p. tom. 1. Tractat.3. lib 12. c.1 Gala.4. 4.

Sed ſingulariter de miſſione Filij, qua à Patre mittitur, dixit Cyrillus: *Miſſum ſe Filius à Patre dicit, non mutatione locorum, ſed ſicut calorem ab igne, vel ſplendorem à lumine.* Auguſtinus etiam de eadem Filij miſſione; *Filius mittitur, non quia minor; ſed quia emanatio quædam claritatis Dei ſincera.* De miſſione item Sancti Spiritus dixit Hilarius: *Spiritum Sanctum mitti à Filio, nihil eſſe aliud, quàm ab illo accipere*: ideſt, ab eo ſpiratione procedere. Fateor, in ſcripturæ locis, in quibus aut Filius à Patre, aut Sanctus Spiritus à Patre, vel Filio mitti dicitur, deſignari prædictam proceſſionem vnius ab altera perſona diuinam & æternam, addita connotatione alicuius temporalis effectus, qui in tempore fit à perſona illa, quæ dicitur mitti. Ad illum quippe effectum mitti perhibetur. Sic docuerunt magni illi Doctores Auguſtinus, & Thomas, conſequentibus nonnullis Theologorum. Dicitur enim ad Galatas 4. *Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum.* Et de Spiritu Sancto ait thema noſtrum. *Quem mittet Pater in nomine meo.* Quoniam ſicut nuntius apparet, quum mittitur, in eo, ad quem mittitur, loco: ſic dictus eſt mitti Dei Filius, quum apparuit in terra factus homo; & Sanctus Spiritus, quum hodierna die ignearum apparuit in ſpecie linguarum. Non ergo eſt inferior Filio Sanctus Spiritus, eo quòd à Filio ipſo mittatur: ſicut nec Filius, quòd mittatur à Patre, eſt minor illo.

Magiſterii quo intellectu attribuat Chriſtus Sancto Spiritui, poſt quam Chriſtus ipſe docuit Apoſtolos.

Spiritus ſancti magiſterium confertur magiſterio Chriſti.

Chriſtus doctor hominibus promiſſus.

Iſai 30. 20.

Iam oſtendere pergo, iuxta ſecundum thematis verbum, nec Filium minorem eſſe Sancto Spiritu, ex eo quòd, poſtquàm edocuit ille diſcipulos, planè à Sancto Spiritu docendos, ipſe dixerit Filius. Dixit; & effectu ipſo compertum eſt; cum in executione verbi huius, quod noſtro in Euangelio dixit Chriſtus, legamus hodierna in Epiſtola, diſcipulos omnes Sancti Spiritus aduentu diſertiſſimos in mundum prodijſſe, omniumque nationum linguis elocutos, admirantibus ipſis omnium hominibus nationum. Nunquid magiſterium Chriſti diminutum? Abſit. Sapientia ipſa eſt: prædixeratque de illo Iſaias; *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum*: Chriſtum ſcilicet: quoniam Sanctus Spiritus non cernitur oculis corporeis. Et quamuis nonnulli ex interpretibus intelligant vel Doctorem Eſdrã, vel Chriſtum: plerique ad litteram intelligunt Chriſtum: huncque etiam ego quoniam modus ille dicendi, *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum*, ſupremum innuit doctorem, cuius nunquam antea viderant ſimilem. Quid ergo dicemus de magiſterio hoc, cùm Chriſtus ipſe ſummum Sancto Spiritui attribuat magiſterium? Graue dubium eſt, cane tantum docuerit Spiritus Sanctus, quæ Chriſtus docuerat ipſe; an noua alia, quæ remiſerat Chriſtus Sancto ipſi Spiritui edocumenta? Videtur vtique, verbis his dicere Seruator noſter, non alia docturum Sanctum Spiritum: ſed ea ipſa, quę Dominus docuerat ipſe. Verba enim eius iſta ſunt: *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis quæcunque dixero vobis.* Quæ verba attendens Auguſtinus, attendentes & Beda, atque Rupertus, intellexerunt, docuiſſe ea ipſa Sanctum Spiritum, quæ docuerat Chri-

Aug. in c. 14 Ioan. Beda. ibi. Ruper. ib Theodo. Mopſueſtienſis ib. Maldonatus. ibid.

Spiritus Sanctus docuerit ne plura, quã quæ docuerat Chriſtus Dominus.

Chriſtus

Chriſtus. Alij putant, docuiſſe plura, inter quos Mopſueſtienſis Theodoretus & recentiores acceptiſſimi. Intelligunt hi, ſolutam orationem illam, *Ille vos docebit omnia* : peinde ſequi orationem aliam; *ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis*, ita vt præter ea, quæ noua docuit Sanctus Spiritus, ſuggeſſerit diſcipulis ea, quæ docuerat Chriſtus.

Ego verò non vno tantum intellexerim ſenſu, ſed ſenſibus tribus intelligendum dixerim, cur facta à Sancto Spiritu inſtructio videatur vberior, altior ve inſtructione, qua Chriſtus imbuerat ſuos.

Spiritus Sanctus qua ratione docuerit homines eā ipſam doctrinam, quā docuit Chriſtus Dominus,

Primus intellectus eſt, noua à Sancto Spiritu tradita nobis documenta, quæ Chriſtus non dederat: ſecundus, documenta eadem, quæ tradidit Chriſtus, luculentiori modo à Sancto Spiritu explicata: tertius, Spiritum Sanctum non ſolas illuſtraſſe hominum mentes, ſed intimos etiam cordium affectus excitaſſe. Dico igitur, ſupremum magiſterium tribus his modis Spiritui Sancto reſeruatum: & nihilominus modis omnibus his à Chriſto exactiſſimè completum. Ratio eſt: quoniam Chriſtus eſt ſapientia genita: Spiritus Sanctus vocatur in ſcripturis *Spiritus ſapientiæ, & intellectus*; pertinet ergo ad vtranque perſonam conſummatum magiſterium, non quidem per partes, ſed ad quamlibet perfectum. Quapropter, vt ab vtraque perſona inſtruerentur diſcipuli, ſic inſtruxit eos Dei Filius, vt maneret in eis locus, vt à Sancto Spiritu vlterius docerentur, cùm ipſe exactè docuiſſet eos. Facit huc mirabiliter diſertiſſima hæc linguarum diſſectio, qua Sanctus Spiritus in diſpertitarum venit ſpecie linguarum. Calami, vt perfectè efformet litteras, acuimus crenam: deinde eam diſſecamus. Quid linguæ ſimilius diſpertitę? Id vtique eſt in verbi expreſſione lingua, quod calamus in litterarum formatione. Acutam ergo oportet atque diffiſſam eſſe linguam, ad pronuntianda disertè Dei verba. Sed quis linguas ſic aptabit humanas? Qui ſcribendi artem diſcunt pueri in ſchola, tradunt magiſtro aptandos calamos; nec enim ipſi temperare ſciunt: quantò minùs nos, qui ad diuina miniſteria magis paruuli ſumus, magiſtro egemus Deo, qui noſtras ad loquendum aptet linguas? Sed eſt curioſè perpendendum, curioſos puerorum magiſtros duobus in munere hoc ſcalpellis vti: altero ad exacuendam, altero ad diſſecandam calami crenam. Non ſecus agit ſupremus Magiſter Deus noſter in noſtrarum aptatione linguarum. Filius enim Dei gladius eſt acutiſſimus, qui linguas noſtras probè exacuat; ſed eſt & gladius Sanctus Spiritus, qui à Chriſto exacutas findit linguas, vt in loquendo perfectæ ſint penitus: ideoque ſedit ſuper eos in diſpertitarum ſpecie linguarum. Vtrunque dixit ad eoſdem diſcipulos Dei Filius. *Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam*, vt Lucas ſcribit: & (vt ſcribit Marcus) *Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Sanctus.*

Simile. (margin, beside "linguarum diſſectio")

Iſai. 11. 2. (margin, beside "completum")

Luc 21. 15. Marci, 13. 11. (margin)

Simile. (margin)

Rimabimini fortè doctrinam hanc comparatione mulieris grauidæ, ac deinde enixæ: ſi conſideretis, quodnam ſit diſcrimen inter fœminam hanc priùs prægnantem, & eam ipſam poſtea partu enixam. Eſt diſcrimen vnum hoc: dum eſſet prægnans, erat qui-

Digitized by Google

dem mater filij vtero impreſſi: poſt partum eſt mater expreſſi ſuo ab vtero filij. Non ſecus ſententiæ quæque graues grauidę appellari ſolent, & verè ſunt grauidæ: quoniam dictum vnum multa in ſe dicta comprehendit; vt paſſim videmus, vnam ſapientis ſententiam multis interpretationibus à doctoribus expendi, qui ex vna illa plures ſententias educunt, quaſi illius fœtus in lucem edant. Quotnam ſunt canonico in iure, quotnam dicta in ciuili, quot in iuris peritorum, quæ innumera ſunt, voluminibus, dicta, quot propoſitiones, quot ſententiæ? Sunt vtique excedentes numerum omnem: & tamen pars horum maior incluſa vno in Dei dicto; *Non furtum facies.*
Exod. 20. 14. Ex vna hac Dei prolatione innumera educuntur documenta; atque ita lex hæc grauida quidem eſt eis multis, quę à legiſlatoribus humanis, queque à iuris conſultis, alijſque peritis eliciuntur inſtitutis. Quæ ſumma eſt ſupremi legiſlatoris maieſtas: vt ex vno ſcilicet dicto eius innumera dicta eliciantur. Euangelicam ergo doctrinam paucis quidem abſoluit diuinus nouæ legis lator; ſed valde grauidis ſententijs, magnaque parabolis ex parte, vt faſſus eſt ipſe, dicens ad diſcipulos; *Loquor vobis in parabolis.* Hoc autem minimè arguit doctri-
Matt. 13. 3. nam hanc eſſe diminutam, minúſve integram, ac plenam, cùm ipſe
Ioa. 19. 30 dixerit in cruce; *Conſummatum eſt*: omne ſcilicet illud, quod ad munera eius, pertinebat: pertinebat autem ad munera eius eſſe hominum doctorem, vt tetigimus nunc, & conſtat plurimis ſcripturis. Cùm ergo dicta hęc Doctoris noſtri à grauiſſimis eſſent viris enucleanda, vt digeſta, ac plana proponerentur Eccleſiæ: aſſumpſit ſibi Sanctus Spiritus diuinum hoc munus; non quidem vt ipſe proprio ea digereret ſermone, cùm nec corporea conſtet lingua: ſed vt ſacrorum mentibus ſcriptorum aſſiſteret, dictans eis doctrinam, quam alios docturi eſſent, vt ex vno Chriſti dicto educerent plura. In quo ſumma eſt Magiſtri Chriſti authoritas, qui infallibilem habeat interpretem Spiritum Sanctum: ſumma & eiuſdem ſpiritus, qui nil proprio docens ore, dirigat intrinſecus hominum mentes, & extrinſecus linguas, ſummi videlicet Pontificis, & congregatorum in Concilijs Patrum, vt dicta illa, quæ educunt ex Chriſti ſententijs, tam certa ſint, ac ipſius ſententiæ Magiſtri. Eſt textus prædicationem hanc expreſſe commendans apud Apoſtolorum Principem, di-
1. Petri. 1. 21. centem: *Omnis prophetia ſcripturæ propria interpretatione non fit: Sed Spiritu Sancto inſpiranti locuti ſunt Sancti Dei homines.* Vnum relictis alijs adduco experimentum, concilium primum, quod poſt ſancti aduentum Spiritus celebrarunt Apoſtoli. Erat tunc per difficilis ſuper circumciſionem, quaſdamque alias Moſaicę legis cęremonias controuerſia, pro qua inito ab Apoſtolis concilio, definiuit caput Eccleſiæ Petrus, nequaquam eſſe vltra, admittendu m circumciſionis vſum, neque rituum illorum. Sed quibuſnam id reſoluit ver-
Actor. 15. 28. bis? *Viſum eſt enim Spiritui Sancto, & nobis.* Sed nunquid ſtatutum hoc fuerat à Chriſto ſilentio compreſſum? Imo expreſſerat illud: ſed non per ſingulas diſtinctum cæremonias, ac leges, ſicut in concilio digeſtum eſt: ſed ſuperiore quadam, grauidaque dictione, qua

Summi Pontificis definitiones infallibiles.

Conciliorum vniuerſalium legitimè congregatorum infallibilis authoritas.

Spiritus Sanctus aſſiſtit linguis Patrum in Concilijs congregatorum.

Digitized by Google

vno hæc omnia verbo comprehenderat, dicens: *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur.* Idem in concilijs reliquis, quæ legitimè poſtea celebrantur: idem necnon in ſummorum definitionibus Pontificum: nam & his aſſiſtit Sanctus Spiritus. Nunc iam dicite vos: vter docuit omnia, Chriſtuſne, an Sanctus Spiritus? Certè videtis ipſi. Docuit vtique omnia Spiritus Sanctus, & Chriſtus item omnia. Eſt ergo inter doctrinam Chriſti, & documenta omnia, quæ à Sancto Spiritu ſunt tradita illud ipſum diſcrimen, quod inter fœminam prægnantem, & ſeipſam enixam: ſiquidem grauidæ Chriſti ſententiæ iam enixæ ſunt dictis innumeris, quæ ex ſententijs illis elicita ſunt Sancti Spiritus aduentu. Luc. 16. 16.

Spiritus Sanctus inſtruit mentem, & voluntatem afficit: mulcet delectat monetque ad executionem propoſitæ doctrinæ.

Accedamus ad tertium propoſiti verbi intellectum: fuerit ne ideo ſancto reſeruatum Spiritui magiſterium earundem rerum, quas docuerat Chriſtus, quòd inſtruxerit hic mentes, ſanctus verò Spiritus intriuerit cordibus, ea ipſa, quæ Chriſtus edocuerat. Pro cuius expenſione nouerint auditores id, quod pleriſq; notum puto, ad actus, quoſcunque circa creaturas operatur (vt excludā tantum duos illos, quos operatur in ſeipſo, generationem filij & ſancti ſpirationē Spiritus) concurrere omnes tres perſonas, nec facere quicquam, cùm vnus ſint Deus, ſine Filio Patrem, nec duas has perſonas quippiā ſine tertia. Nihilominus, attenta ratione proceſſionis perſonarum, attribuuntur actiones aliæ vni ex his perſonis, actus alij perſonæ ali ab ea diſtinctæ. Itaque quoniam Filius generatur Dei intellectu, attribuuntur ei actiones ad intellectionem pertinentes: Sancto autem Spiritui quæ voluntatis ſunt, quoniam procedit hic voluntatis actu à Patre ſimul & à Filio. Ex quo fit, vt adueniens in mundum Dei Filius imbuerit ſapientia mentes hominum, tametſi inſtructionem hanc ſimul cum Patre, & ſancto effecerit Spiritu. Similiter hodierno Sancti Spiritus aduentu penetrauit inſtructio corda hominum: non quòd penetratio hæc ſolo ſit ab ſpiritu diuino, cùm operentur hanc Pater etiam, & Filius; ſed quòd, cùm ſit aduentus ſpiritus, operatur Deus in eius aduentu ea, quæ Spiritui ſancto attribuuntur. Remiſit igitur Dominus Chriſtus ad aduentum hunc plenam inſtitutionem: quoniam adueniente Sancto Spiritu, erant emollienda hominum corda, vt affectu intimo perciperent ea, quę labijs docuerat ipſe. Legimus cæcutijſſe homines multos, qui Chriſti audiebant documenta, adeo, Matth. 15. 13.
vt dixerit ad diſcipulos ipſe; *Sinite illos cæci ſunt*: & conuerſus ad diſcipulos ipſos, dixit illis; *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis.* Nec decuit, vt à principio mentes aperiret omnibus, ſed gradatim in magiſterio procederet; quod effectu præſtitit; quandoquidem poſt Lucæ 24. 45.
reſurrectionem ſuam *Tunc aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas*: ſtatimque promiſit ſancti aduentum Spiritus ad excitandum in cordibus ardentem circa ea, quæ audierant affectum.

Simile.

Igitur Spiritus Sanctus ita ſuauiter inſtruit Angelicas mentes, & humanas, vt doctrina ipſa afficiat voluntates, ad amandum, exequendumque ea, quæ facienda docet; fugiendum, quæ docet effugienda. Multa ſunt medicamentorum genera arida prorſ

Digitized by Google

ſus, multa aſpera: & tamen mollibus commiſcentur vnguentis, vt quod ad exſiccationem exigitur aridum, lenitudine penetret, & ſanet. Eſt proprium Sancti Spiritus vngere, ac lenire: vt quæ mente percipitur doctrina, ima imbuat præcordia. Sunt quidem homines multa docti ſcientia: & tamen intellectu ad callendum ea, quæ inſtructione concipiunt, penitus vacui. Sancti Spiritus eſt intellectum præſtare cum ſcientia, ad percipiendum diuino lumine, ardentique cordis affectu ea, quæ mente concipiuntur. Ideo, Spiritus Sanctus dicitur *Spiritus ſapientiæ & intellectus.* Cùm intellectus ſapientia ſit prior: quoniam profectò niſi ſancti adſit donum Spiritus, manent, poſt auditam homines doctrinam, hebetes adeo, adeo ad doctrinæ vſum torpidi, ac ſi nihil prorſus percepiſſent. *Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſsimis? Et ſi correcta ſint ſemitæ eorum, qui ſunt in terris, & quæ tibi placent, didicerint homines?* Propterea dixit Sanctus Auguſtinus: *Nos dicimus, humanam voluntatem ſic diuinitus adiuuari ad faciendam iuſtitiam: vt præter quod creatus eſt homo cum libero arbitrio voluntatis, præterque doctrinam, qua ei præcipitur, quemadmodum viuere debeat, accipiat Spiritum Sanctum, quo fiat in animo eius delectatio, dilectioque ſummi illius, atque incommutabilis boni, quod Deus eſt, etiam nunc, dum per fidem ambulatur. Doctrina quippe illa, qua mandatum accipimus continenter, recteque viuendi, littera occidens eſt, niſi adſit viuificans ſpiritus.* Turpiter quidem torpent, qui litteris onuſti, diuino hoc ſpiritu deſtituti ſunt: & inter hos torpor nullus eſt turpior, quàm eorum hominum, qui, cùm mirificos diuini huius ſpiritus effectus agnoſcant, non implorant illum inenarrabilibus gemitibus. *Spiritus Sanctus* (ait Cyrillus) *quaſi oleū animas noſtras ingreſſus nutrit, & conſeruat; auget illuminationem nobis conceſſam, quaſi oleum in lucerna poſitum.* Quidnam eſt ſpiritus? Dixi, ſpiritum eſſe propenſionem in aliquid ardentem, ſeu ardentem affectum erga rem, quæ vehementer optatur, & appetitur. Atque ita ſpiritus ille, quo erga ſanctum aliquid affectus es tu, appetēs illud nixu atque conatu: ſanctus profectò ſpiritus eſt, infuſus à diuino Dei Spiritu. In quo eſt illud valde mirabile, quòd ea, quæ ſuggerit menti ſanctus hic Spiritus, ita quidem oſtendit conuenientia, vt etiam ſi difficilia ſint nimis, incumbas eis, non quidem ægrè, atque violenter: ſed adeo prompto, hilarique animo, ac ſi eſſent dulcia: atque iucunda. *Vtrumque munus* (ait S. Bernardus) *ſimul affert: & agnitionis lucem, & deuotionis pinguedinem. Eſt quippe ſpiritus ſapientiæ, & intellectus; qui inſtar apis ceram portantis & mel, habet omnino, & vnde accendat lumen ſcientiæ, & vnde infundat ſaporem gratiæ.* Pulchrè quidem dictum. Eam, quam candidiſſima luce ingerit menti veritatem, infuſa facit ſuauitate ſapidiſſimam. Eſt gaudium fructus Sancti Spiritus, eſt & patientia fructus eius: quos ſimul numerat Apoſtolus, dicens: *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia.* Non eſt ſanè mirabile pacificum gaudium, vbi nulla patientiæ vrget occaſio: ibi profectò admirandum eſt, vbi inter

Iſai. 11. 2.

Sapi. 9. 17.

Augu. lib. de ſpiritu, & littera cap. 3.

Cyril. lib. 3 in Ioan. cap. 1.

Bernard. ſermon. 8. in Cantic.

Gal 5. 22.

Simile.

Spiritus Sanctus ita inſtruit mētes, vt ſimul cum doctrina infundat cordibus ſuauitatem in exequendo ea, quæ docet, quantumuis difficilia.

Digitized by Google

Gaudij ſpiritalis, & mundani ſolatij diſcrimen.

Delectationes ſpiritales ſuauiſicant angores: mundanæ opprimuntur ab angoribus.

afflictiones multas patientia eſt cum gaudio coniuncta. Quis dum graues patitur ærumnas, gaudeat ærumnis ipſis? Supra omnem quidem naturam eſt huiuſmodi gaudium; ſed verè ſanctas lætificat animas, infundente Deo id, quod ſupernaturale eſt, & admirabile. *Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt: & fugiet dolor, & gemitus.* Iſa 35.10. Scio, verbis his futuram cæleſti in patria commendari lætitiam: at nihilominus incipit in ſæculo hoc afflatas ſancto Spiritu animas afficere. Quo ſuppoſito, verba (rogo) hæc, verba & illa perpendite, quibus de mundana hilaritate loquens Eccleſiaſtes, expertus dicit; *Riſum reputaui errorem: & gaudio dixi; Quid fruſtra deciperis?* Eccleſ. 2.2 Infuſa ſancto à Spiritu hilaritas eminere ſuper hominis caput perhibetur: *Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum*: mundi lætitia non ſuper caput, ſed à genis dicitur incipere. *Riſum reputaui errorem*: riſus autem in ſolis eſt genis: vnde à facie & ſurſum nulla hilaritas eſt, ac conſequenter eſt in capite mœror, cùm vel mœrorem, vel lætitiam in capite vigere neceſſe ſit. Ex quo ſequitur primò, lætitiam riſus non eſſe perpetuam: ſiquidem riſus ipſe vna quædam eſt genarum motio, quæ nequit diu conſiſtere. Ideo dicit Sapiens *Riſum reputaui errorem*, id eſt, erraticam motionem, vt Olympiodorus explanauit, legẽs: Olymp. *Riſum dixi circumferri, & inconſtantem eſſe.* ib. At infuſa à Deo lætitia perpetua eſt, imo *Lætitia ſempiterna.* Deinde ſequitur vtrorumque diſcrimen gaudiorum. Nam quæ profana ſunt, cùm non deſcendant ab hominis capite, ſuffocantur anguſtijs, & mœroribus. Ærumnis quippe innumeris repleri, commune eſt omnibus, tam iniquis, quàm pijs: ſed diſcrimine hoc, quòd in ſpiritalibus hominibus, cùm præſideat in capite lętitia, influit quidem ipſa vſque ad plantam pedis, omnes ſuauificans, quaſcunque obuias reperit, ærumnas; eo quòd, dum in capite eſt, prædominetur, ac præualeat: in mundanis hominibus, cùm non ſit in capite lætitia, ſed angor, prædominatur hic, currens per hominis medullas; vnde ſi quid lætificum reperit, totum quidem exacerbat, & inficit. Hac enim de cauſa addit textus, *Gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis?* Quoniam profectò tam nota eſt angoris in medijs gaudijs prædominatio, vt nequeat homo decipi: quippe nullis mundi oblectamentis triſtes fallit afflictiones. Facit Chaldaica verſio, quæ ſic habet; Chald. ib. *Quid emolumenti eſt homini ex tali gaudio*, quod non leuat eum à circunſtantibus doloribus. Non decipit huiuſmodi gaudium, ne humanos quidem prudentes; ſicut nec decipit Siculum Moſchus Siculus in Edyll. illum Moſchum, qui ſcite dixit: *Etiam gaudij ſatietas eſt.* Quàm diuerſum ſpiritus gaudium? *Lætitia ſempiterna ſuper caput eorum!* Quid inde? *Gaudium, & exultationem obtinebunt.* Cùm à capite prædominetur lætitia, obtinetur gaudium toto in homine. Gaudium, quod nec decipitur, nec decipit: ſed obtinetur, præualens angoribus. Præualet quidem gaudium, vt inter perſecutiones vigeat pax, inter dolores exultatio, gloria inter opprobria, inter anguſtias dilatatio. Experti ſunt mirabilem hunc ſancti fructum Spiritus Apoſtoli, qui afflati ardore eius exultauerunt flagellati. *Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* Actor. 5.

Digitized by Google

Meritò igitur addidit Iſaias: *Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus.* Libens perſequerer fructum hunc, niſi maneret me

Alia, quæ quarta eſt propoſiti magiſterij interpretatio, quę omitti non poteſt, eo quòd ſit prorſus genuina. Filium videlicet Dei, cùm ſit mentalis conceptus eius, hominum mentes docuiſſe; linguas, vt docti docerent alios, aptaſſe ſanctum Spiritum, qui à Filio procedit. Ideo aduenienti in diſcipulos Spiritu ſancto. *Apparuerunt eis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis; ſeditque ſupra ſingulos eorum, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto: & cœperunt loqui varijs linguis.* Duo illa, quę apprimè in prædicatore deſiderantur, vt & diſertus ſit, & feruens ſpiritu, infudit die hac diſcipulis ſuis ſanctus Spiritus. Calamum, ad efformandas litteras, diffindimus crena: & diſpertijt linguas ſanctus Spiritus ad verba Dei diſertè pronuntianda. Sed diſpertitæ illæ linguæ apparuerunt tanquam ignis, vt coniungant prædicatores cum expeditione feruorem, ardentes zelo conuertendarum animarum. Et quemadmodum calami fiſſura moderata eſt, quum ille eſt benè temperatus: ita dum lingua à ſancto gubernatur Spiritu, eſt mediocriter aperta, ne aut neceſſaria omittat verba, aut proferat noxia. Vtrolibet enim extremo malè temperatus eſt calamus, parum ſcilicet reddens atramenti, ſi parum fiſſus eſt: ſtillans atramentum nimium, quo miſcet litteris lituras, quum diffiſſus eſt nimis. Certè morales virtutes in mediocritate conſiſtere, omnes tam Philoſophi, quàm Theologi concedunt, eſſeque vitioſum vtrunque extremum. Sed potiſſimè in prudentia fulget vbique mediocritas. Nam quamuis ſit intellectualis virtus: eſt etiam ad mores ſpectans, magnumque voluntatis ornamentum. Sic enim docuerunt Philoſophorum primas Ariſtoteles, & Theologicarum primas ſcholarum S. Thomas. Diſerta quidem opus eſt lingua: ſed mota zeli feruore. Feruida lingua opus eſt: ſed adſtante prudentia. Ait enim prudenter S. Bernardus: *Facillimè Zelo tuo ſpiritus illudet erroris: ſi ſcientiam negligas.*

Act. 2. 3.

Ariſt. l. 6. Ethic. c 3. & 5. S. Tho. 1. 2 q. 57. & in 2. 2. q. 47. art. 4. Bern. ſer. 29. in Cãt.

Spiritus ſanctus ignitarum venit in ſpecie linguarum vt præſtaret Apoſtolis docendi donum.

Linguarum diſpertitarum ſpecie cur apparuerit Spiritus ſanctus.

Simile.

Prædicatoribus neceſſarius feruor cum diſcretione cõiunctus.

Prudentia neceſſaria his, qui feruore loquũtur ſpiritus.

Prudentia virtus intellectualis, & moralis.

Zelus ſine diſcretione reprobatur.

Eſt doctrina hæc pro concionis culmine expendenda, an prudens hæc, ordinataque locutio ita ſit cum procedente à viſceribus feruore coniuncta, vt nunquam abſque illo conſiſtat: dum loquentis ori aſſiſtit ſanctus Spiritus: poſſitve eſſe extremum alterum in homine, cui diuinus hic aſſiſtit Spiritus, vt vel ſpiritus feruore plenus, parcus ſit lingua: vel profuſus plus nimio.

Prædicatio fructuoſa procedat ne ſemper à prædicatore intrinſecus commota.

Et quidem, ſi de generali loquimur regula, eſt abſque dubio generalis, omnem prædicatorem, cui ſanctus Spiritus adſpirat, quemque ex prædicatione ſequitur fructus, non ſola eſſe lingua expeditum, ſed etiam intrinſecùs ardentem diuinæ zelo charitatis. Imo in huiuſmodi miniſtro feruorem hunc certiorem eſſe, quàm expeditionem linguæ diſertiſſimam. Nam expeditio hæc non tam conſiſtit elegante in ſermone, dulcique eloquentia, quàm in prudente diſcretione. Textus primarij prædicatoris ore expreſſus Pauli; *Sermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis; ſed in oſtenſione ſpiritus, & veritatis.* Generalem dico regulam hanc: & quo-

2. Cor. 2 3

Digitized by Google

niam vix tam generalis ſtatuitur regula, quæ claudat vndelibet exceptionibus ianuam; non auſim ego claudere illam, ita vt aſſeuerem, nunquam aſſumere Deum inſtrumentum ad ſpiritalem in audientibus fructum, prædicatorem illum vacuum ſancto intrinſecùs Spiritu. Eſt enim diuinæ integrum diſpoſitioni, vberrimos aliquos, ſi ei placet, fructus colligere ore prædicatoris, qui nullo ſibi ipſi ardeat ſpiritus feruore; ſicut poteſt, ad aperiendum cæcorum oculos, inſtrumentum adhibere lutum. At illud libenter affirmabo; ſicut huiuſmodi oculorum medela, luto videlicet adhibita, rara eſt; ita fere eſſe in animis rarum fructum media prædicatione hominis charitate deſtituti; cuius verba, ore pronuntiata, minimè ſunt ignita flammis ſpiritus internum prædicatoris animum vrgentis. Eſt itaque hæc generalis regula: ferè nunquam vacuam eſſe fructu prædicationem hominis intùs non vacui: nunquam ferè multum colligi fructus ex prædicatione illius, qui ſola in lingua habet ſpiritum, ſibimet intrinſecùs non habet. Hæc eſt communis ſcripturarum; hæc Sanctorum Patrum locutio, & commendatio. Eſt præclariſſimus Ezechielis textus. *Fili hominis, omnes ſermones meos, quos ego loquor ad te, aſſume in corde tuo, & auribus tuis audi: & vade ingredere ad tranſmigrationem ad filios populi tui, & loqueris ad eos. Et aſſumpſit me ſpiritus: & audiui poſt me vocem commotionis magnæ.* Impensè notanda ſunt tria. Primùm, *Sermones meos aſſume in corde tuo, & auribus tuis audi.* Corde priùs quàm auribus aſſumi verba præcepit Deus; cùm percipiantur auribus priùs verba, quàm corde: ad ſignificandum, quantum oporteat, prædicatoris cor ante omnia eſſe diſpoſitum, vt audientium cordibus imprimat verba. Secundum eſt, *& aſſumpſit me ſpiritus*: nempe ad fructuoſam prædicationem, ſancto repleri prædicatorem Spiritu; ſed prædicta hac ſerie, vt Dei verba corde priùs aſſumat, quàm auditu. Tertium: *Et audiui poſt me vocem commotionis magnæ*: quoniam tunc mouentur magna audientium animi mutatione, quum audiunt verba ex ore prædicatoris, cuius cor eſt ſancto motum Spiritu. Solam ex ſententijs Patrum referam iſtam Cypriani. *Multitudini credentium Spiritus ſanctus ſuperfuſus eſt; intus ardentibus, extra loquentibus: & complectebantur ſe dilectio, & verbum.* Bis apparuit Deus ignea hominibus ſpecie: primum initio tradendæ legis veteris: vltimo in conſummatione legis nouæ. Prima illa apparitione oſtenſus eſt Moſi ardente in rubo, flammis neutiquam combuſto: apparitione vltima ignitis apparuit in linguis. In quo ſicut diuerſæ fuerunt apparitionis artes: ita fuerunt oppoſiti effectus. Nam antiqua illa Dei oſtenſio Moyſi impediuit linguam: oſtenſio extrema linguas Apoſtolorum exacuit, ac diſtinxit. Dixit enim tunc ad Dominum Moſes: *Ex quo locutus es ad ſeruum tuũ, impeditioris, & tardioris linguæ ſum.* Diſcipulis verò *Apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorũ: & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto: & cœperunt loqui varijs linguis.* Vndenã differẽtia tãta? Quonã fine tã contrarios apparẽs in igne fecit Deus effectus? Nõne eo fine apparuit Moyſi

Simile.

Ioan. 9.6

Ezec. 3.10

Cypr. de Spiritu ſancto.

Moyſes, cur, quando vidit ardente Deum in rubo, factus ſit linguæ impeditioris

prædicatio diuini ſermonis præſtantior ad conuertendos animos, quàm flagella, plagæ, atque tunſiones.

Exod. 4. 10.

Act. 2. 4.

Digitized by Google

vt mitteret eum locuturum ad Regem? Nonne, vt ad Regem loquens, conuerteret eum, vt dimitteret Dei ipſius populum, quem miſeranda oppreſſione vexabat? O diuinum ſancti Spiritus ignem! Attendite, & plaudite, Chriſtiani. Miſit Deus Moſem ad Pharaonem, vt flecteret eum, ac perduceret ad concedendam populo ſuo libertatem: ſed non concurrit cum Moyſi legatione, mouens Regis cor intimo ſancti Spiritus igne, tametſi ſufficiente illuminauerit illud adiutorio. Mittens etenim Moyſi, dixit ad eum, *Ego indurabo cor Pharaonis: & non dimittet populum.* Quid eſt, *Ego indurabo cor Pharaonis?* Certè ideo dicitur indurare Deus obſtinatorum corda, quòd non illuminet intenſa luce vi eorum mentes, nec inflammet volũtates igne hoc ſancti Spiritus, qui & lucidiſſimus eſt, & vrentiſſimus: quanquam ſufficiente luce illuminat omnes: nemini ſufficiente deficit auxilio. Hac quippe efficacis auxilij ſuſpenſione indurari homines, intelligunt plerique doctorum: inter quos Irenæus, Chryſoſtomus, Cyrillus, Auguſtinus. Cùm igitur non eſſet infuſurus Deus Pharaonis cordi efficacem hanc ſancti Spiritus lucem, & flammam: non expediuit, imo hebetauit prædicantis Moyſi linguam: deditque pro lingua virgam in manu eius, qua mirabilia fecit multa, vt flecteret Regem horribilibus plagis, non lenibus ſermonibus. *Virgam* quoque hanc (dixit ad Moyſem Dominus) *ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.* Nũc in extrema hac ſui in igne apparitione præbet Deus prædicatoribus non duram, ad inferendas plagas, virgam, ſed linguæ expeditionem, cum Spiritus ſancti infuſione coniunctam: vt planè innoteſcat mundo, diuini verbi prædicationem multò eſſe rigida virga preſtantiorem ad emollienda audientiũ corda: cùm ſancti Spiritus infuſio longè frequentior ſit, vbi auditur prædicatio, quàm vbi tunſionibus multis pungit Deus homines, vt ad viam redeant ſalutis. Vt timeant etiam & formident peccatores audientes crebro verba Dei, & ad eum planè non conuerſi: cùm reddituri ſint de audito ſermone rationem, tanquam de præſtita à Deo impulſione validiore flagellis, & plagis.

Exod 4. 21. Soto l. 1. de natura, & gratia. Valen. to. 2. diſp. 6. q. 10. pũc. 2. Iren l. 4. c. 48. Chryſho. 3. & 5. in Ad Rom. Cyril. Hieroſol. cathe 6. Aug. epiſt. 105. Exod. 4. 17.

Prædicationem qui audiunt: timeãt quòd reddituri ſunt auditi rationem ſermonis, tã quam impulſus à Deo miſſi, multò præſtantioris verberibus, & plagis.

Tandem quantum ad extrema duo, vel linguæ in loquendo parcæ inſtar calami minima ſectione diſſiſſi: vel profuſę nimis, inſtar pẽnæ nimis diſſectæ, fatemur eſſe homines plurimos ſancto affectos Spiritu, ſibi ſolis fruentes eo, abſque ſpeciali loquendi dono, quo alios ad Deum conuertant. Sed ſimul dicimus, nunquam huiuſmodi iuſtis deficere ignita aliqua verba, quæ proficua ſint alijs, quamuis nullo pronuntiata ornamento, eloquentia nulla. Sanè, quem ſanctus afficit Spiritus, non ſinit eſſe, velut ſtatuam illam, quam proprio ſigillantem labia digito conflauit Ægyptius Harpocrates, ad deſignandum (vt ſcribunt Auſonius, & Varro) figuram hominis vacuam penitus Spiritu. Sexagenaria Eliſabeth, mutus Zacharias, annoſus valde Simeon, exclamauerunt, inclyta promentes verba, quum ſanctus hic Spiritus in corda eorum introiuit: & monachi aperiunt Dei laudibus ora.

Spiritus ſãctus, vbicũque eſt, præſtat aliquo modo donũ loquendi aliquid in vtilitatem proximorũ.

Auſon. ep. ad Paulin. Varro l. 4. de lingua Latina c. 10. Luc 1. 42. 67. Luc. 2. 28.

Extremum aliud remotiſſimum eſt à linguis ſancto aptatas Spiritu; vt ſint videlicet ita nimis apertæ, nimis fiſſæ, vt lituras miſceant

Silentium nimium nõ eſt à Spiritu ſancto.

litteris:

litteris: aut certè faciant pro litteris lituras. Profuſio hæc, cùm denigret lituris hominum famam, honorem, gloriam, æſtimationem, reuerentiam; minimè eſt à Dei ſpiritu, ſed ab ſpiritu Diaboli. Prouerbium eſt: *qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens eſt.* Prudens, quia à Sancto doctus Spiritu. Quid mirum, ſi nos, Dei cultores, huiuſmodi linguas à maligno ſpiritu fiſſas affirmemus; cùm vel ethnici Ægyptij Dæmonem ipſum appellauerint linguam? Quoties enim, ſcriptore Plutarcho, Sigalioni ſuo offerebant ſacra; conclamabant omnes: *Lingua Dæmon.* Nec, ſi Sanctus Spiritus prædicatorum ſuorum inflammat linguas: omittit Diabolus, linguas ſuorum infernis ignire flammis. Imo ſicut huiuſmodi lingua Dæmon ipſe eſt: ita eſt ignis ipſe. Talem appellat B. Iacobus, dicens: *Et lingua, ignis eſt vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna.* Ideo, ſicut pennæ nimis fiſſæ reſcinditur crena, ne lituris maculet membranam, ita huiuſmodi linguis ſecare cuſpides iuſtum eſſet, ac debitum. Chartam inficit calamus nigris atramenti ſordibus: lingua peſſima homines, inurens eis ignito maculas ſigillo. Duo mala ſunt, quibus lingua praua nocet multis: crena nimis diſſecta, & gehennæ ignis, quo exardeſcit. Neutri malo obuiari poſſe, niſi abſciſſa lingua, docet ſapiens. *Cùm defecerit lingua, extinguetur ignis, & ſuſurrone ſubtracto, iurgia conquieſcent.* Ecce ait Deus, non extingui exitialem hunc ignem, niſi deficiat lingua: atque adeo abſcindi eam, penitus oportet, vt tam peſtifer ignis extinguatur. Nec aliter, ait, finem imponi iurgijs, atque diſſidijs, quàm eiecto à terra homine ipſo, qui viperea lingua tam indelebilibus commaculat homines lituris. Video, linguas multas multorum abſcindere hominum famam: linguam vllam abſcindi non vidi: nec cremari vllam, cùm multæ ſint comburens ignis. Non ergo excedimus, dum dicimus, ſaltem huiuſmodi linguarum cuſpides ita præſcindendas eſſe, ſicut præſcinditur calami crena: ne tot lituris denigrent fœminas, ac viros, quot maculat chartam aperta nimis penna.

Detractio vitium peſſimum: pro quo monet Diabolus detrahentium linguas.

Lingua Dæmon.

Prou. 17. 27.

Plutar. de Iſide, & Oſiride.

Iacobi 3. 6.

Prou. 16. 10.

Reſolutio eſt, cùm intellectus, & conſilium dona ſint Sancti Spiritus, eos homines, qui hoc aguntur ſpiritu ſermone eſſe prudentes, accenſos necnon flagrante charitate ad alliciendos aliorum animos ad Dei obſequium, eodem ſpiritu intimè concurrente. Docuit quidem Dominus Ieſus quæcunque ad Dei cognitionem, quæcunque ad ſciendam cœli viam neceſſaria ſunt homini; docuit & Sanctus Spiritus eam ipſam doctrinam: ſed huius aduentu, quoniam Filij Dei aduentui ſuperuenit, infunditur hominum cordibus intimum cum agnitione lenimentum, ſuauitas intima, intimus ad virtutem affectus. Oremus Patrem Deum, oremus & Filium, vt mittant noſtra in corda diuinum hunc Spiritum. Quoniam cùm miſſio hæc temporalem aliquem connotet reſpectum, ita vt tunc dicatur mitti, quū ſupernaturale aliquod bonum in nobis operatur: conducit quidem valde in rem noſtram, vt noſtra iugiter mittatur in corda. Mitte in nos eum, æterne Pater: mitte & eum tu, Chriſte, Rex noſter: & tu,

Spiritus alme, veni nunc, & ſemper : ne diſcedas, quæſumus, à creaturis his tuis. Verum te Deum confitemur, cum Patre vnum, & cum Filio : præſta tu nobis digna Deo dona, quibus animas noſtras locupletes. Septem quidem ſunt dona, quibus exornas animas, in quibus diuinitus inhabitas: ſed poſt dona hæc, quæ in ſæculo hoc decorant eos, quos tua facis habitacula, ſeruas in ſæculo futuro dona reliqua, quæ innumera ſunt, impendenda eis, qui præſenti in vita debitè vtuntur donis tuis. Innumera ſunt, quæ in cœlo nobis ſeruas dona; ſed illud primum ac potentiſſimum, vt te perſpicuè videamus, videamus & Patrem, atque Filium. Planè ſi te perſpicuè viderimus, Filium quoque & Patrem ſimul intuebitur. Nec enim poteſt ex tribus his videri perſona vna, quin vno tres cernantur adſpectu : cùm perſonæ tres Deus ſint vnum. Imo in viſione hac, qua perſonæ tres vna in eſſentia conſpiciuntur, ſumma æternum conſiſtit beatitudo : ad quam nos perducat Deus.

Digitized by Google

IN EADEM SOLENNITATE PENTECOSTES.

SERMO II.

Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Ioa 14.26

Simile. TRanſmigrante orizontem ſole, ſpecioſiſſimus in occidente micare ſolet rutilantium adſpectus nubium, quę ipſius ſolis radijs deauratæ, varijſque coloribus ſuffuſæ, non ſolam illam, quam cœli partem elegantiſſimis decorant ſplendoribus, ſed intuentium etiam corda intimis gaudijs exhilarant. Redit Sol diluculo apparentque ſimiles aduentu eius versùs orientalem partem ſplendores; ſed diſcrimine illo, quòd in occaſu ſubnigri ſolent auro, minio, purpuriſſo, alijſque (vt ita dicam) pigmentis intermiſceri colores: nullus niſi lætus in oriente. Tranſmigrauit decem ab hinc diebus diuinus Sol noſter, Dei Filius, noſtro ab emiſpherio ad præcelſam maieſtatis ſuæ ſedem, & gloriam: quiſnam narrare valeat, quàm elegantes in occaſu reſplenduerint tunc in nubibus aſpectus? Quàm læti ſplendores coruſcarint? Nihil potuit cœlum pulchritudinis, nihil magnificentiæ, nihil elegantiæ, nihil gaudij oſtentare, quòd ſumma pompa non produxerit. Tamen, cùm inter gaudia illa non nihil mœroris non defuerit, quem diſcipulorum cordibus ingeſſit tam ſuauis magiſtri, tamque feruentis amatoris abſentia; dicere quidem licet, ſubnigras aliquas inter ſplendidiſſimos illos fulgores apparuiſſe lineas, mœrentium nempe cordium triſtitiam. Hodie reuertitur diuinus ipſe Sol, ſanctus videlicet Spiritus; qui cùm diſtincta ſit ab eo, qui diſceſſit, Dei Filio perſona, eſt nihilominus ipſemet Sol, quippe Deus ipſe, non Deus alius, eo quòd Pater, & Filius & Spiritus Sanctus, cùm ſint diſtinctæ tres perſonæ, ſint Deus vnus ſimpliciſſimus. Redit igitur ad nos hodierna die pręclariſſimus Sol, Spiritus Sanctus: qualibus (rogo) exhilarabit nos aduen-

Digitized by Google

tu ſuo ſplendoribus, radijs, & aſpectibus? Nullæ iam deauratis nubibus immiſcentur ſubnigræ; cùm præcedens illa Solis abſentia eiuſdem ſolis reditu inſtauretur. Venit in ſpecie ignis, ne vlla fulgori immiſceatur offuſcatio. Propoſita diſcedentis ſolis, Christi ſcilicet, verba perpendamus. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus*, Paraclitus eſt, ſcilicet conſolator; nullę ergo in aduentu eius nigrę miſcentur candidis nubes. Addit Christus ipſe: *Quem mittet Pater in nomine meo*: ideſt, mittet pro me, ſeu mei loco, ſicut rediens ſol, apparet in Oriente ad redintegrandam eam, quæ ob diſceſſum eius caligabat, abſentiam. Addit item, *ille vos docebit omnia*; quoniam profectò proprius Solis effectus eſt illuminare oculos, vt videant; & oſtendere res, vt videantur. Ideo ignis hic, cuius in ſpecie apparuit Sanctus Spiritus, linguæ habuit figuram, & eam quidem diſpertitæ linguæ, vt eum ad erudiendos homines venire, noſceretur. Dixit denique Dei Filius, *ille vos docebit omnia quæcunque dixero vobis*; quoniam, ſicut rediens in Emiſpherium Sol, lumine ſuo manifeſtat ea ipſa, quæ præcedente die detegebat; ſic apparens hodie Sanctus Spiritus oſtendit ea ipſa, quæ docente Christo manifeſtabantur auditoribus. Refert nihilominus Dei Filius ad diem hanc completum magiſterium, cùm ipſe omnia docuiſſet, eo quòd adueniente Sancto Spiritu, nulla adeſt iam ſubnigra triſtitiæ, nulla perturbationis nubes, quæ mentes obnubilare queat, ſicut ante illius aſcenſionem obnubilabat. Eſt iucundus adeo hodiernus Dei aduentus, vt vel ipſa Christi parens, in qua inſtans adhuc Filij abſentia non videbatur aduentu Sancti Spiritus ſupplenda, propterea quòd Christi ſit mater, pleniſſima ſit conſolatione repleta, eo quòd ipſa ſit ſupremo ſpiritalis gradu; tum præterea, quòd ſit genitrix eius, qui eſt ipſe Deus cum Sancto Spiritu, quamuis perſona (vt diximus) diſtincta. Plena igitur eſt conſolatione, & plena ſpiritu, vt non ſoli ſibi, ſed nobis etiam conſolationis poſſit, & ſuſcipiendi eſſe medium Spiritus, tanquam ſcilicet acceptiſſima eidem Spiritui interuentrix. *Aue Maria.* *Aue Maria*

Expendenda noſtri thematis verba occurrunt quatuor: inſtitutum vnum eius, qui ea pronuntiauit, Domini noſtri Ieſu Christi. Verbo primo conſolatorem dicit Sanctum Spiritum; à Patre miſſum verbo ſecundo, & quidem in eiuſdem Christi nomine miſſum: tertio verbo ait, ad id venire diuinum ſpiritum, vt integra erudiat homines ſcientia, quoad in ſæculo hoc eos imbui oportet, & licet; eſtque vnum hoc Saluatoris propoſitum his thematis verbis. Itaque mens eius eſt, facere omnes certiores, completum neceſſariæ doctrinę magiſterium Spiritui ſancto reſeruatum. Qua mente nominat eum conſolatorem, vt notum ſit cunctis, doctrinam eius ita eſſe ſuauem, vt, dum quæ dura ſunt aperit, ſimul ingerat ſolamen; ideſt, dum viam cœli aſperam eſſe manifeſtat, dulciſſimam cordibus incutiat in via iſta ſuauitatem. Concludit dicens verbo quarto, docebit vos omnia, quæcunque dixero vobis, vt vniuerſis innoteſcat, ipſummet Christum docuiſſe homines ea ipſa, quæ à Sancto Spiritu docenda pollicetur.

Digitized by Google

Spiritus ſā-ctus quo intellectu dicatur miſſus.

Mitti quomodo conueniat diuinis perſonis.

Ex verbis his quatuor, ab illo nos quàm primum expedire oportet, quo Spiritus ſanctus in nomine Filij à Patre miſſus perhibetur. Id quod ſæpius legimus; tum videlicet miſſum à Patre in nomine Filij; tum Filium ipſum mittere eundem Spiritum à Patre, vt dixit Filius ipſe illis Ioannis verbis: *Quum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis.* Poſſent etenim ignari homines putare ſanctum Spiritum Filio, aut Patre minorem, quòd ab eis ſit miſſus; ſicut & Filium minorem Patre, à quo miſſus eſt, à quo & ſe miſſum confitetur ipſe, dicens; *Miſit me Pater: & qui miſit me, ipſe teſtimonium perhibuit de me.* Sed ſciendum eſt, huiuſmodi miſſionem diuerſæ rationis eſſe ab ijs, quibus inferiores perſonæ mittuntur ab alijs. Non enim ſuperioris auctoritate, dominio, imperio, aut præeminentia, imo ne conſilio quidem, aut monitis perſona vlla mittit aliam ex diuinis; ſed dicitur eam mittere ratione proceſſionis, ita vt perſonam hanc ab illa mitti, ſit ab ea procedere, ſicut arbor gemmas mittit & ſurculos, eo quòd hi ab arbore procedant. Planis explicuerunt verbis Sancti Patres, Hilarius, Cyprianus, Auguſtinus, Gregorius, Beda, & Theologi doctores: tametſi, quia, quum mittuntur legati, componunt ea negotia, ad quorum expeditionem mittuntur: perſonæ item diuinæ dicuntur tunc mitti, quum agunt negotia noſtra; nimirum, *Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus:* miſit quoque Spiritum ſanctum, vt intrinſeco nos inſtruat ſolatio, ſuoſque inſtrueret Apoſtolos, vt alios quoſuis homines edocerent ipſi. Sic expoſuerunt diuinarum miſſionem perſonarum B. Auguſtinus, & cum alijs Theologis B. Thomas.

Ioa. 15. 26

Ioa. 5. 37.

Hilar. l. 8. & 9 de Trin. Cyp l 12. Theſ c. 5. Aug. l. 4. de doctr. c. 20. & l. 3 cõtra Maxim. c. 14. Galat 4. 4 Aug. l. 4. de Trinit. c. 20. S. Tho. 1. p q 43 ar. 1. & ad 1. & 2.

Spiritui ſāctо qua ratione attribuatur magiſteriū, cùm Chriſtus omnia docuerit.

Trinitatis perſonæ ſigillatim ſe diſcurſu tēporū oſtenderunt mūdo, inſtruxeruntque homines.

Hæc quo ad miſſionem venio. Venio ad id, quod eſt his in verbis propoſitum Chriſti; nempe ad magiſterium, quod Spiritui ſancto reſeruauit, cùm Dominus ipſe neceſſaria omnia docuiſſet. In quo illud ſupponendum eſt, nec expreſſionem documenti, neque aliam quamuis actionem ex his, quæ circa creatas res verſatur, à ſola fieri perſona aliqua diuina, ſed à tribus ſimul abſque vllo penitus diſcrimine, cùm omnia ſint vnius Dei opera, ſitque vnus Deus perſonæ tres, tres perſonæ Deus vnus. Tamen attenta perſonarum proceſſione attribuuntur actiones diuerſæ diſtinctis perſonis. Quod in propoſito videri poteſt, in ratione videlicet docendi, quæ cùm ad Deum in tribus perſonis ſpectet, ita ſcitè diſponitur, vt vnaquæque ex his ſummè oſtentetur ſapiens. Cùm enim quæuis harum ſummè ſit ſapiens, ſummè potens, ſuam diſcurſu temporum & poteſtatem manifeſtat, & ſcientiam. Pater, quia eſt originis principium, oſtentatur ſummè ſapiens & potens generali rerum creatione. Filius, quia verbum eſt, Dei ex ore procedens, manifeſtauit ſapientiam ſuam docens viſibili diſcipulos ore, ſicut faciens viſibilibus manibus miracula ſuam oſtendit poteſtatem. Perſona tertia, quia ſpirata eſt à Patre, & Filio vna vtriuſque perſonæ voluntate, inſtruit interius animos, afficiens illos ad diligendas, exequendaſque eas res, eaſque actiones, quæ & conuenientes docet, & amabiles. In quo etiam potentiam oſtendit infini-

Suar. 1 p. to. 1. tract. 3. l. 12. c. 1.

Digitized by Google

tam; cum minor infinita liberos animos nequeat afficere, præſertim ſeruata libertate, ſicut manet integra his, qui ſic à ſancto Spiritu afficiuntur. Oportuit igitur temporum diſcurſu manifeſtari vnamquanque harum perſonarum: Patrem initio creati mundi; Filium, quum venit ad ſpiritalem eiuſdem mundi inſtaurationem, Spiritum ſanctum hodierna die, cùm in ignearum apparuit ſpecie linguarum, præſtans donum Apoſtolis loquendi varijs variarum linguis nationum; vt eas cæleſti imbuerent doctrina; præſtans item auditoribus ipſis donum intelligendi audita à ſuis prædicatoribus, ita vt interno afficiantur Spiritu ad ea, quæ auribus percipiunt.

Dauid reliquit Salomoni magna materiam copia ædificando templo Domini.

Et, vt ſigillatim de duabus his diſſeram perſonis, quæ ad ſpiritalem Eccleſiæ compoſitionem ſunt miſſæ: libet ante oculos proponere materialem Ieroſolymitani templi fabricam, quæ Salomonis nominatur, cùm non minora impenderit in eam Pater eius Dauid; vt intelligamus, non ideo fuiſſe magiſterium Chriſti diminutum, quòd attribuatur perſonæ tertiæ; nempe quòd Chriſtus ipſe attribuerit ſancto illud Spiritui, dicens: *Ille vos docebit omnia.* Optabat intimo Dauid affectu, ædificare domum Domino, ſacrum videlicet cultui eius templum, pro cuius ſtructura, materiam magna congeſſit copia: ſed fuit impeditus complere votum hoc ſuum. Dixit enim Dominus ad eum: *Non poteris ædificare templum nomini meo, tanto effuſo ſanguine coram me.* Ideo commiſit filio eius Salomoni ædificandum mortuo templum parente. Quod apertè ſciens Rex Dauid, dixit ad filium ſuum: audi, fili mi: & ſi templum Dei ædificare non valui, eo quòd abſque requie incubuerim bellis, multumque ſanguinis effuderim: prælijs tamen ipſis ingenti acquiſiui copia materiam, qua tu, fili mi, voto huic meo ſatisfacias. *Ecce ego in paupertate mea præparaui impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò, & ferri non eſt pondus: vincitur enim numerus magnitudine. Ligna, & lapides præparaui ad vniuerſa impendia. Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæmentarios,* & (quod potiſſimum eſt) quietem & pacem meis partam certaminibus, vt fruaris ea ad templi huius conſtructionem. Obijt Dauid: regnauit Salomon, qui adminiculis his conſtruxit templum ea, quam ſcitis, maieſtate: vtrinam opus hoc attribuetis, Dauidi, an Salomoni? Dicetis, Salomoni vbique attribuitur, inſcribiturque templum Salomonis, non Dauidis. Benè, hinc meum ego infero propoſitum. Attribuitur templum ei, qui vltimam impoſuit operi manum, eo quòd manus vltima ſit: cùm vterque in ſtructuram concurrerit, materiam præbens Pater, Filius formam. Idem de ſpiritali Orthodoxæ Eccleſiæ dixerim ſtructura, deque inſtructione eius, quæ ad fabricam hanc apprimè pertinet. Chriſtus eſt Rex Dauid, ſæpe in ſacris litteris Dauidis nomine appellatus: Spiritum ſanctum Salomoni in hoc dicamus ſimilem: non quòd filius ſit, ſicut Salomon eſt Dauidis filius: nam ſanctus Spiritus nullatenus filius eſt: ſed dicimus in propoſito hoc Salomoni comparandum in eo, quòd Salomon proceſſit à Dauide, & ſanctus Spiritus à Chriſto: tametſi Rex ille generatione proceſſerit à Parente, ſpiratio-

Templo Salomonis materiam præparanti Pater eius.

1 paral. 22. 8.

Templo Salomonis cõſtruendo quantum auri, & argẽti impenderit pater eius Rex Dauid.

1. Paral 22 14

Ochociẽtos millones de eſcudos de oro otros tantos ducados en plata.

Eccleſia catholica quomodo à Dei filio, quomodo à ſancto Spiritu erudita.

ne à Chriſto ſanctus Spiritus, ſicut & à Patre ſpiratione procedit, neutra à perſona generatione. Nec enim eſt neceſſe æquari quoad omnia ſimilitudines. Chriſtus igitur pluribus, quàm Dauid fuit ſemper bellis impetitus, tum ab impijs hominibus, tum infernis ab hoſtibus, quos ille venit expugnare: qui multum etiam effudit cruoris, non alieni, ſed proprij. Inſtitutum eius fuit domum conſtruere ſapientiæ, Orthodoxam videlicet Eccleſiam, quæ illius eſt illuminata documẽtis. Etenim *Sapientia*, quæ Chriſtus eſt ipſe, *ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem*, quæ eiuſdem ſunt Eccleſiæ ſacramenta: ſed facta ab hoſtibus contradictione vehementi ſancto reliquit Spiritui quod reliquum erat hac in parte, digerenda videlicet ea ipſa, quæ conciſis verbis tradiderat ipſe documenta. Et verè digeſſit ſanctus Spiritus, infundens ea prædicatorum mentibus, & cordibus, eorumque adaptans linguas, vt diſerta, ac feruente prędicatione adducerent ad fidem homines, ex quibus fide ſtabilitis Eccleſiæ cõſtruitur fabrica, quę ipſorum eſt fidelium congregatio ſub capite Chriſto, ſubque Vicario eius, ſummo in terra Pontifice. Septem ergo columnas ædificio huic excidit Chriſtus: & Spiritus ſanctus, quia ſeptiformis eſt, ſeptem pręſtat hominibus dona, quæ ab Iſaia numerantur, *Spiritus Sapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris Domini.* Et verò ſicut parata iam ad templum materia, reliquit Dauid pacatum victorijs ſuis Iſraëliticum regnum: ita Dominus Chriſtus exciſis Eccleſiæ colũnis, impenſoque in cæmentum proprio cruore, atque doctrina mirabiliter tradita, dixit diſcipulis ſuis: *Pacem relinquo vobis*, deuictis humani generis hoſtibus.

Prou. 9. 1.

Iſai. 11. 2.

Spiritus ſãcti doctrina ideo propria eſt conſolatoris, quòd cum viam noſtram auſteram eſſe oportere doceat, indat eum doctrina ipſa amœniſſimã cordibus ſuauitatẽ.

Conſiſtit ergo Spiritus ſancti magiſterium in præclara mentium illuminatione, ſuauiſſimaque motione cordiũ, ita vt documentis ſuis corda conſoletur. Hæc dixit Dei filius tribus illis verbis, *Paraclitus, docebit, ſuggeret.* Docuerat multos Chriſtus ipſe: tamen quoniam filius verbum eſt Dei humanę vnitum naturę, atque adeo corporali ore loquebatur: non omnibus verba ſuggeſſit intrinſecùs, dum ita loqueretur: remittens ſuggeſtionem hanc, & conſolationem ad ſancti aduentum Spiritus: qui, cùm proprietate ſua non ſolùm ſicut duæ aliæ perſonæ ſit Spiritus, ſed ſingulariter ob ſpirationem, qua procedit: ſuggerit quidẽ animis interius quæ credenda ſunt, quęque facienda: cùm tamen ſuggeſtio hæc communis ſit (vt dixi) Patri ſimul, ac Filio: ſicut aliæ quæque actiones ad extra cõmunes ſunt perſonis his tribus, qui vnus ſunt Deus, creator vnus. Sancti itaque conſolatoris Spiritus inſtructio talis eſt, vt ſimul imbuat lumine mentes, & alliciat ſuauiter corda dulci afficiens nos conſolatione inter anguſtias, quibus circundant nos ipſa documenta: *Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris*: quoniam affirmat cæli viam mortificationem eſſe continuam: ſed proponit ſimul ſanctus Spiritus viæ finem eis verbis, quæ ſubiungit Paulus ipſe, dicens: *Poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ.* Explicemus planè doctrinam hanc, quæ eſt propoſitum thema. Audis tu, amice, à prædicatoribus: legiſque in ſcripturis, viam cæli arduam, multis beatitudinem comparari laboribus ærumnis multis

Heb 12. 11

Beatitudinis ardua, & tribuloſa via.

afflictionibus plurimis, cohibitione appetentiarum, carnis maceratione, ita vt inordinatos affectus retundas omnes, pungas & carnem tuam ieiunio, cilicio, virga, funibus, prout exigit aut inſtans præceptum, aut compeſcendi importuni affectus neceſſitas, aut debitæ pro culpis punitionis; tum præterea ad ipſam beatitudinem, quæ præclaris Dei gratia comparatur operibus, cùm fiant renitente carnis appetitu, ſæpe etiam ſuperiore voluntate ad ſuperbos inclinata gradus; quam oportet humilitate torquere, etiam ſi multis laceſſatur iniurijs, opprobrijs, contumelijs, improperijs, in quibus à vindicta abſtinendum eſt, nec ad vltionem procedendum: audis ipſummet Dei filium

Mortificatio carnis via cœli, præcedente Dei gratia.

Abnegatio propriæ voluntatis & carnis via cœli eſt. Dei gratia præcedente.

Merita propria habita ex Dei gratia exiguntur ab integræ mentis hominibus ad beatitudinem, & gloriam.

Matt 7.13 commonentem: *Intrate per anguſtam portam; quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt, qui intrant per eam.* Oportet ergo comprimere oculos, ne circunſpiciant obiecta omnia, ſed ea tantum, quę minimè ſint prauorum occaſiones appetituum; aures, ne noxia audiant; guſtum, ne ſapidis ſe abſque limite tradat edulijs; tactum, ne delectabilibus illicitè incumbat:
Rom.8.13 audis Apoſtolum prædicantem: *Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*; audis tremenda verba Eccleſiaſtes: *Si annis multis vixerit homo, & in his*
Eccleſ.11.8. *omnibus lætatus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum, qui, cùm venerint, vanitatis arguentur præterita: Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & ſcito, quòd pro omnibus his adducet te Dominus in iudicium*: audis, propter
Nu. 11.33. nimiam edendi carnes auiditatem: *Furor Domini concitatus in popu-*
Iob, 31.1. *lum percuſſit eum plaga magna nimis*: audis Iob clamantem, *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine: quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem omnipotens de excelſis? Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſti-*
Eccli. 18.30. *tiam?* Audis Eccleſiaſticum docentem; *Poſt concupiſcentias tuas non eas: & à voluntate tua auertere: ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius,*
Chryſ ho. in id Matthæi 20 ſed quibus paratū eſt. *faciet te in gaudium inimicis tuis*: audis Chryſoſtomum verba Domini explicantem: *Non eſt meum dare vobis, ſed quibus labore, atque ſudore præparatum eſt*: audis Ambroſium de Deo iudice dicentem: *Neminem damnat, antequam peccet: & nullum coronat, antequàm vincat*: au-
Ambr. in epiſt. ad Rom. 9. in id Iacob dilexi. dis *Vocem de cælo dicentem*: *Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum*: audis denique ab ipſo Filij Dei ore tormenti huius, luctuſque executionem, quam cunctis notam facit, dicens: *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & byſſo,*
Apoc.18 7 *& epulabatur quotidie ſplendidè: & erat quidam mendicus nomine La-*
Luc.16 19 *zarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat: Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ: mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno: eleuans autem oculos ſuos, cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius, & ipſe clamans dixit: Pater Abraham, miſerere mei, & mitte*

Digitized by Google

Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma; & dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris: hæc omnia, & ſimilia multa audis vbique crebro, & crebro legis: veniunt etiam in mentem ipſa noctu diuque, pulſantque ſæpe animum, & clamant: quale ergo eſt cor tuum, qualis tuus affectus inter huiuſmodi cogitationes, & voces? Nimis (dices) coarctor: vehementiſſimæ circumcingunt me anguſtię: vtrinque angunt me afflictiones, cùm videant, minimè quidem aduſque me poſſe aſperitatem ſubterfugere. Si in ſæculo hoc meis affectibus indulgeo, laxoque habenas appetentijs meis; manent me in ſæculo futuro illa, quæ epulonem diuitem cruciant tormenta. Si æternas iſtas damnatorum pœnas præcauere conſtituo, inſtat amara vita, ſemper mortificanda, ſemper cohibenda, ne tendat, qua libet, ſed qua in cælum aſcendunt, qui ſe abnegant ipſos, & ſæcularia deſideria. Hæc eſt tua perplexitas, hæc intricatio, hæc agonia.

Audi (rogo) iam, qualiter doceat ſanctus Spiritus auſteritatem hanc, qua itur ad gloriam. Ita quippe eam docet amplectendam, vt doctrina ipſa integrum tibi ingerat ſolatium. Docet quidem aſperam prorſus cæli viam: ſed oſtendit ſimul viæ terminum tanta plenũ beatitudine, vt dum tendis per viam inter vepres, delectent, non angant ſpinæ ipſæ te magnalia termini intuentem. Hæc itaque eſt propoſita cauſa, ob quam appellat Dei Filius conſolatorem ſanctum Spiritum, dum & Doctorem vocat eum. Quoniam profectò cum viæ aſperitate oſtendit ſimul exitum eius æternam gloriam, ſummum bonũ. Itaque qui prędicta Scripturarum, Sanctorumque Patrum verba audis, & legis, audis & tuæ voces conſcientiæ: audi nunc iam ſancti vocem Spiritus. Audi quàm primùm, quomodo ſe inſtructione hac doctum fatetur primarius gentium prædicator, conſolationem hanc in documentis expertum. *Gloriamur* (ait) *in tribulationibus*. Vnde nam, Paule, in tribulationibus gloria? Vnde in afflictionibus gloriaris? *Scientes, quòd tribulatio patientiam operatur*. Operatur; ſed vndenam eſt in patientia gloria? Eſt probatio ſaltem in patientia. *Patientia autem probationem*. Quid probatio? *Probatio verò ſpem*. Quamnam? Nunquid ſpem beatitudinis certam? *Spes autem non confundit*. Quid eſt, *non confundit*? Nunquam ſe confuſum, nunquam nempe deceptum deprehendet, qui patientia probatus, certam ſperat in itineris fine beatitudinem. Vnũ reſtat, quod dicas nobis, Paule: vndenam tam certa gloriæ ſpes probationi ineſt patientiæ? *Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*. Ecce, auditores; ecce propoſiti noſtri fundamẽtum. Intret corda veſtra (ô vtinam intret) ſanctus Spiritus: firmabit illa mirabili ſpe magnæ in conſpectu Dei retributionis, ſi vera firmati charitate, multa patiẽtia, multis fueritis tribulationibus probati. O (inquam) vtinam intret Spiritus ſanctus corda veſtra: cum enim tam exuberantem patientiæ retributionem proponat, exigit ea multò fortiùs, quàm deprimat cognita, neceſſitas patiendi vel in ſæculo hoc, vel in futuro. Referam ſancti ver-

Tribulationũ fructus. Patientiæ retributio.

Rom. 5. 3.

Præmium à Deo datur meritis vberius.

Digitized by Google

Greg. l. 31 moral. c. 8 ba Gregorij. *Minus tentat probatio, quàm remuneratio conſolatur; vt retributionis merito leue fuiſſe, quod tolerauit agnoſcat, qui ex perſecutionis pondere graue ſe aliquid tolerare indicabat* Quoniam paratum in viæ termino præmium immenſa excedit labores amplitudine. Arctat te anguſta cæli via, dum per eam graderis: ſed dilatat cor aſpectus Dei, quem in viæ termino firma conſpicis fide, adeo vt perſpectus in erectæ ſcalæ ſummitate, incutiat animum ad arduam illam aſcenſionem. Ideo perpeſſuro multa Iacob oſtendit ſe Deus expectans eum in ſcalarum ſummitate: cùm nullus difficilior ſit trames, quàm Geneſ. 28 11. accliuis ſcalæ perpendiculo erectæ. *Tulit de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo: dormiuit in eodem loco: Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* Ecce expectat Deus in ſummitate ſcalæ aſcendentes magna per eam difficultate, vt in ſcalæ termino faciat beatos. Sed quid eſt, quòd non ſolum aſcendant, ſed etiam deſcendant Angeli? Vtique aſperæ viæ inſinuatur conſolatio morali hac interpretatione, quæ alias ſcalæ huius à Doctoribus excogitatas tanquam pediſequa humiliter ſuſpicit. Omnia aſpera ſunt. Exitus Iacob paterna à domo: arrepta ob timorem fratris ſui fuga: paupertas eius, qui ſine famulo proficiſcatur, & viatico: durum pro lecto pauimentum: durior pro puluinari lapis: accliuis penitus ſcala, quę etiam quondam genus erat tormenti, vt ſcri- Euſtac. in c. Gen. 28. Suidas. bunt Euſtachius, & Suidas, vnde & Gemoniæ ſcalæ. Deſcendentes, aſcendenteſque Angelos homines intelligo cum Beato Zenone, Ter- Zenon Veron. ſer. 8. tulliano, & alijs Patribus. Itaque quum fixis in Deum oculis ſpiritales homines aſperam per viam gradiuntur in cælum, crebrò quidem appropinquant ianuis ipſis cæleſtibus fide fulgentiſſima, qua Deum in- Tert. l. 3. contra Marci. in fine. tuentur, ſi non perſpicua claritate, qua conſpicitur ab ijs, qui peracta via requieſcunt in termino, præcelſo tamen quodam lucis fulgore, quo indubij agnoſcunt, quantum magnitudo præmij excedat viæ auſteritatem. Sed deſcendunt inde in terram redeuntes. Quoniam vbi ſpiritali hoc conſiderationis aſcenſu viam, & finem metiuntur, & cōferunt; reuertuntur alacres in multarum locum ærumnarum, duriores paſſuri calamitates, vitæ aſperiori incubituri. Deſcendentes enim per Iacobinam illam Angeli ſcalam, ad duram deueniebant petram, illam ſcilicet, in quam reclinauit ille caput, ſecus ſcalæ pedem, ſeu radicem.

Scalæ Gemoniæ genus tormenti.

Sic ſpiritales homines, quos Sanctus nimirum afflat Spiritus, oculis in Deum fixis, dulciter tolerant ęrumnas, tolerant probra, igno- Heb. 12. 1. miniam, & verbera. *Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate enim eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem: ut ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes: & obliti eſtis conſolationis, quæ vo-* Prou. 3. 11 *bis tanquam filijs loquitur, dicens: Fili mi, noli negligere diſciplinam Do-*

Patientiæ incitamentum magnū Chriſtus pro nobis patiens. Chriſtus ante oculos propoſitus ardentem nobis incutit ad patientiam animum.

Digitized by Google

mini,neque fatigeris,dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, caſtigat:flagellat autem omnem filium, quem recipit. In Chriſtum ergo oculi conijciendi ſunt: ille frequenter recogitandus ſpiritali hoc ſcalarum aſcenſu,atque deſcenſu. Vt non fatigemini deficientes animis; ſed multa potius conſolatione exulteтis,ſcientes huiuſmodi afflictiones,quibus à Deo caſtigamini,paternam eſſe correctionem; qui ſicut verberat, vt Pater, tanquam pater etiam ſummopere honorat, ſummopere delectat,beatque filios ſumma beatitudine. Appoſitè B.Bernardus: *Vult ergo videri;vult benignus dux deuoti militis vultum, & oculos in ſua ſuſtolli vulnera, vt illius ex hoc animum erigat, & exemplo ſui reddat, ad tolerandum fortiorem. Enim verò non ſentiet ſua, dum illius vulnera intuebitur. Neque hoc facit ſtupor,ſed amor. Submittitur enim ſenſus,non amittitur: nec deeſt dolor, ſed ſuperatur, ſed contemnitur.* Bern. ſer. 61. in Cāt.

Sic dulcificat dolores,ſic aſperitatem ſanctus Spiritus, proponens ante oculos aſperitatem ſimul viæ, & fœliciſſimum itineris terminũ. Conijcis oculos in expectantem ſuos in ſummitate ſcalę Deum; conijcis & in Chriſtum, qui via hac tetendit, dum conuerſaretur cum hominibus,viam certam nobis & oſtendens,& aperiens. Quòd ſi pręſens te conſtringit ærumna; corde mox dilataris recordatus eorum, qui ſemita hac, non ſolùm Chriſtus, ſed ſancti homines ouantes in cælum aſcenderunt. Quid, quòd tenera fœmina viam hanc, & hunc agnoſcens terminum, hilaris valde inter vehementiſſimas tribulationes perrexit,& alijs id ipſum prædicauit? Saram Virginem dico, quæ horribilibus obruta afflictionibus, in hæc, cum Deo loquens, verba diſertiſſima prorupit? *Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius,ſi in probatione fuerit,coronabitur, ſi autem in tribulatione fuerit,liberabitur:& ſi in correptione fuerit: ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris.* Perpendite conſiderationem puellæ, quæ ſancto plena erat Spiritu. Deus minimè quidem noſtris delectatur malis, quatenus mala noſtra ſunt, noſtraque perditio: quoniam illius voluntatis, quæ bonitas ipſa eſt, non eſt malum cuiuſpiam delectationis obiectum; interuenit ergo bonũ aliquod magnum,propter quod prouidētiſſimus Dominus afflictiones noſtras aut permittat, aut mittat. Si criminibus grauatus ſit homo; magno ſunt ærumnæ ad purgationem adminiculo,vt miſereatur Deus hominis, quem ob ſcelera corripit, & punit. Si aliter, quàm ad correptionem affligant eum calamitates; aderit citò earum finis magno cum earum fructu, imo fructibus multis. Deus profitetur ipſe ore Iſaiæ, dicens: *Ad punctũ in modico dereliquit ne: & in miſerationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te,& in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit Redemptor tuus Dominus.* Quòd ſi ad probandum hominem tribulationes conglomerentur: eſt tunc finis earum certa in cæleſtibus approbato homini corona. Qui ergo ſpiritalis eſt homo, conſequenterque res ſpiritu conſiderans; quomodo poteſt in medijs

Tob 3, 21.

Deus vult hominum afflictiones, non quod gaudeat illis: ſed quod maiora ex eis educat bona.

Iſai. 54. 7.

Digitized by Google

ipſis aſperitatibus, & lacrymis nō hilareſcere, non delectari, non gaudere? Dixit verba iſta Virgo Sara; ſed quęnam Tobias, ſocer eius, dum innumeris, eiſque grauiſſimis paupertatis, cæcitatis, opprobriorum, perſecutionum calamitatibus premeretur? Quidnam dixit exprobratoribus illis, qui vana cum ſpe tribulationibus gaudere ſanctiſque operibus inſudare blaterabant? Audite, quid plenus ſancto Spiritu ſenex dixerit illis. *Nolite ita loqui; quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Ecce, quo ſenex ille ſpiritu inter calamitates exultabat, aſpiciens in vitæ termino æternam cum Deo requiem, vitam vniuerſæ afflictionis expertem, cunctis plenam bonis beatitudinem.

Tob. 2. 17

Eſt veruntamen obiectum aliud, ad quod aſpicientes, qui pleni ſunt ſpiritu, libentiùs adhuc tolerant ærumnas, incumbunt libentiùs propriarum abnegationi appetentiarum. Deus quidem eſt obiectum hoc, ſumma dilectus charitate. Hucuſque enim de perſpiciendo locutus ſum Deo, quatenus ille pleniſſimū eſt vniuerſi boni noſtri obiectum, & finis, noſtra beatitudo, requies noſtra: nunc iam propono perſpiciendum eum prout eſt per ſe ipſum diligibilis. Eſt inter ſpem, & charitatem diſcrimen hoc, quod velim attendatis. Reſpicit ſancta Deum ſpes, ſeu tu ſpe hac reſpicis Deum, quatenus ille eſt bonū omne, quo tu frui potes, tanquam vltimo fine, ac ſumma beatitudine: Charitas reſpicit eundem, quatenus ſummè bonum à cunctis ſummè diligibilem, volens Deo ipſi bona omnia, ſummeque congaudens, quòd ſuppetat ei bonum omne, ſeu potiùs Deus ipſe omne ſit bonū. Hinc eſt ſpe perfectior charitas. Cùm enim Deus natura ſua ſummè bonus ſit, ſummaque dignus dilectione: actus quidem ille, quo tu vis Deo bonū omne, longe excellſior eſt voluntate illa, qua cum tibi vis, eo quòd tibi velis bonū omne. Sancti igitur Spiritus doctrinam præcelſam adeo prædicamus, vt inſtruat ille mentem tuam, aſperum vitæ genus docens eſſe conueniens, moueatque cor tuum, vt per illud lætus gradiaris, non ex eo ſolùm, quòd in portu tibi habeas Deum; ſed ex eo etiam, imo ex hoc maximè, quòd ſummo eum amore proſequaris, atque amore hoc cunctis propter eum gaudeas ærumnis, cunctis propter eum aſperitatis incumbas exercitijs. Dicunt planè hoc propoſita iſta Apoſtoli verba: *Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Ecce omne patiendi negotium ad Charitatem refert Paulus, quòd potiſſimum hæc patiendi ſit incitamentum: ſiue intelligatur Dei erga nos amor, ſiue amor noſter erga Deum. Vtroque enim modo excitat charitas; poteſtque vtrouis textus hic accipi intellectu. Primum enim amorem intellexerunt Patres illi Chryſoſtomus, Theophylactus, Hieronymus, Ambroſius; quos approbans Iuſtinianus noſter egregio fulcit fundamento, quòd ſcilicet noſtræ ſpei excitatio potius ſit à conceptu, quo credimus, ardentem eſſe Patris noſtri Dei erga puſillos nos beneuolentiam, quàm ab amore quo nos amamus eum, aut certè putamus, nos amare. Tamen amorem

Charitas incutit hominibus animum ad perferendas propter Deū calamitates, tam irruentes, quàm ſponte in mortificationem aſſumptas.

S. Tho. 2. 2. q. 17. ar. 6. 7. 8.

Spiritus ſanctus docet mortificationem, & patientiam ſuggeritque hominibus eam, non ſolum propter beatitudinis præmiū, ſed etiam propter Deū ipſum ſummè dilectū: imo propter hunc potiſſimè.

Rom 5. 3.

Patiendi incitamentum potiſſimum eſt charitas.

Chryſ. in eum locū. Theoph. ib. Hier. ib. Ambr. ib.

Digitized by Google

hunc, quo nos amamus Deum, intellexerunt S. Auguſtinus, Anſelmus, Primaſius, Oecumenius. Imo vtrunque amorem verbis his commendari, dixerunt Origenes, Theodoretus, Sedulius, S. Thomas. Planè vterque amor præſtantiſſimum ad ſuſtinendas propter Deum calamitates incitamentum eſt. Amor, quo nos diligit ille, excitat nos ſcientes omnino expedire nobis eas afflictiones & ærumnas, quibus vexat nos ille, qui nos diligit, quaſque iubet ipſe nos aſſumere, noſtri ad cohibitionem appetitus. Id, quod luculenter dixit prædicta illa Sara verbis illis; *Non enim delectaris in tribulationibus noſtris*, cùm ardente nos diligas amore. Amorem item noſtrum erga Deum, quis neget, ardentiſſima vrgere nos inſtantia, vt multa propter eum patiamur? Proprium amoris eſt, vt quæcunque occurrentia, propter dilectum conſtanter ſuſtineat; imo & vt optet pati propter dilectum. Atque ita, cùm Sanctus Spiritus amor ipſe ſit, vrget vtique cor in quod diffunditur, vt gaudeat patientiæ occaſionibus multis. Ideo tandem refert Apoſtolus in Spiritum Sanctum patientiam hanc, dicens; *Quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.* Norunt, qui hoc replentur Spiritu, quàm ſit dulce, multa propter dilectũ Deum perpeti: qui vacui ſunt ſpiritu, non norunt. Dixit luculenter, ac veriſſimè Photius; *Gloriamur in tribulationibus, quia Deum amamus. Pro eo enim gaudemus, aliquid pati, quem vehementer diligimus.* Quòd ſi ſolus hic, quo tu diligis, amor facit, te multa propter dilectum hilariter pati; quanto magis, ſi dum diligis, vides, à dilecto ipſo nimia te amari dilectione? Quanto magis, ſi videas, dilectum ipſum grauiora amore tui ſponte perpeſſum? Vides hunc erga te Dei amorem: imo vides eum, vt propter te afflictiones multas pateretur, humanam dulciter aſſumpſiſſe naturam contemnendam, ſpuendam, flagellandam, opprobrijs multis, multis ærumnis afficiendam: quomodo frigeſcet amor in eum tuus, ne ſimilia cupias propter amatorem hunc quotidie pati? Quomodo poteris ſumma in medijs doloribus conſolatione carere? *Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta. Recogitate eum, qui talem à peccatoribus aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem, vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes.* Quis doloribus obrutus deficiet animo; ſi dilectum hunc ſuum tam ardentem conſideret amatorem, tótque amore accenſum aduerſitates hilariter paſſum? Sunt acutæ ſpinę aduerſitates: ſed quis reijcit roſam, quòd inter multas ſpinas ſit, & à ſpinis ipſis oriatur? Quantum (rogo) excedit vtilitas roſæ pungentem ſpinarum aſperitatem? Vnum quidem eſt ſpinarum malum: aſperitas ſola, quæ tangentes roſam pungit manus: roſæ ipſius bona innumera ſunt, & ea quidem eminentia. Quid ſuauius? Quid delectabilius? Quid ſalubrius? Quot pro ægrotis roſarum fiunt pharmaca, & potiunculæ? Imo quæ medicamina omiſſis roſis conficiuntur? Qui beneualentibus hominibus ſuauiores cibi, quàm qui roſa ſunt miſti? Omnes ferè mulcet hominis ſenſus; delectat & cor, tuetur ſanitatem. Denique

Augu. lib. de ſpiritu & litte. ca. 32. Anſel. in cap. 5. ad Roma. Primaſius ibidem. Oecume. ibidem. Orig. ibi. Theo ibi. Sedul. ibi. S. Thom. in eundē locum.

Amor incitat amatorem, vt delectetur in patiendis multis pro dilecto doloribus.

Photius in hunc locum Pauli Roman 5.

Digitized by Google

intrinſecus eſt, & extrinſecus vtilis: vtrobique ſalubris, vtrobique etiam delectabilis. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias,* inquit diuinus Sponſus. Quæ eſt amica hæc inter pungentes amabilis ſpinas? Litterali ſenſu ſponſa Dei anima; quæ tantum pręſtat animabus alijs, quæ ſponſæ non ſunt, quantum tribulis lilium. Sed quænam ſenſu ſpiritali? Ego certè gloriam intelligo, quæ inter præacutas eſt tribulationum vepres, ab eiſque oritur, dum radix eſt diuina gratia, quæ animos excitat, & coadiuuat, ad ſufferendas propter Deum ærumnas, quæque facit gratum patientem. Sed eminet ſuper tribulationes gloria, ſicut lilium ſuper ſentes. *Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Intelligo item beatitudinem, quæ in perſpicua Dei intuitione conſiſtit. Eximium profectò bonum eſt ipſa beati hominis gloria, qua ſcilicet ipſe fulget meritis ſuis gratiæ Dei innixis, in eaque diuinitus fundatis, ita vt præclarus cognoſcatur, ſuſpiciatur, ametur, honoretur cunctis à cœlicolis, ipſo imprimis à Deo: ſed longè maius bonum perſpicua ipſa Dei intuitio, in qua eſſentialis eſt ſummaque beatitudo. Et fortè hanc intelligit Paulus nomine gloriæ in loco iſto, cum beatitudo ſoleat gloria nuncupari, eo quòd ij, qui vident Deũ gloriæ ipſius adſpectu ſint beati. Idem etenim eſt videre Deum, ac eius videre gloriam; cùm Deus ipſe gloria ſit ſumma. Sic oranti Moyſi, *Oſtende mihi gloriam tuam, reſpondit; ego oſtendam omne bonum tibi. Videbis poſteriora mea faciem autem meam videre non poteris.* Quibus verbis, cùm reſponderit Deus iuxta Moſis petitionem, conſtat, idem eſſe videre Deum, ac eius gloriam intueri. Gloria igitur ſolet pro beatitudine vſurpari, intelligendo viſionem gloriæ Dei, quæ Dei ipſius eſt viſio. Quæ ergo tribulatio, ſi propter Deum ſit, poteſt eſſe moleſta homini, qui à tribulis videt huiuſmodi gloriã exoriri, ſi eorum radix ſit gratia? Sanè ſicut expoſitus vniuerſæ vrbis oculis homo, ſiue in litterarum examine, quo ad gradum probatur doctoratus, ſiue in cathedra habens orationem, ſiue ludens in cauea. aut in palæſtra, ſiue in Troiano currens ludo, ſeu certè cum Rege ſemel loquens, nullum ſentit dolorem, nullum culicis aculeum; ita quiſquis Deum intuetur, tantopere eſt in eum abſorptus, vt, ſi intenſiſſimis vreretur flammis, nullatenus ſentiret eas, eo quòd delectatio infinita ſit, atque adeo ſuperans quæcunque alia; cùm nil ſit, præter Deum, infinitum. Eſt itaque intuitio hæc lilium inter ſpinas, quod omnino eminens, inferiores habet eas. Eſt & Sancti Spiritus eminentia tanta, vt quemadmodum clarus eius aſpectus non permittit, aliquem afflictionem aliquam ſentire; ita quodammodo in ſæculo hoc conſtitutum in medijs hominem doloribus, medijs afflictionibus extremis, ſuauiſſima conſoletur lætitia, proponens ante oculos Deum, ſi non perſpicuè viſum, perſpicuè tamen aſpiciendum ab his, qui eius gratia tot propter eum mala patiuntur. Aut certè eſt lilium Dominus Chriſtus, qui cùm ſponſus ſit, aſſimilat

Cant. 2. 2.

2. Cori. 4. 17.

S. Tho. 1. 2 q. 2 art. 3. Caieta. ibid.

Exod. 33. 18.

Gloriæ, & beatitudinis diſcrimen.

Beatitudo aliquando nominatur gloria.

Simile.

Digitized by Google

ſibi ſponſam animam multa propter eum patientem. *Ego* (ait) *flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Sicut ego, qui campi ſum flos & conuallis lilium, compungentibus coronatus fui vepribus; mea ergo dilecta ſimilis erit mihi, atque adeo meis oculis gratior, ſi amore ſit mei terebrantibus ſpinis ad gloriam coronata. Qui etiam litteralis videtur intellectus. Sed intelligo etiam hanc, quæ inter ſpinas eſt, amicam ſponſi amicitiam ipſam, ſeu ipſam erga eum dilectionem. Itaque amor inter angores eſt, ſicut inter ſpinas eſt roſa. Vnde ſicut hæc ſummo inter ſpinas pollet virore, integra pulchritudine, amœnitate, atque fragrantia; ita vera charitas florentior eſt inter anguſtias; ſuauior, ac iucundior tribulationibus circumdata. S*ic amica mea inter filias.* Sic charitas, quæ amica mea eſt, inter eas tribulationes, quæ ipſius charitatis ſunt filiæ, eo quòd patientia ab ipſa oriatur charitate. Cant. 2.1.

Patientia in ærumnis Dei amore ſuſceptis facit homines ſimiles Chriſto.

Hac accenſi diſcipuli Chriſti, ſancto in eos Spiritu adueniente, in vniuerſum mundum multa mala paſſuri prodierunt. Illuc vſque *erant omnes pariter in eodem loco.* Erant omnes quieti, erant tranquilla fruiti pace. *Sed factus eſt repente de cœlo ſonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis; & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes.* Ad quid vehemens hic ſpiritus ſonus? Vtique, vt exeant à quiete diſcipuli, orbemque percurrant innumerabilibus torquendi compunctionibus. Probauit effectus: nam exierunt omnes in vniuerſa terrarum loca, Chriſti Euangelium prædicare ſoli, nudi, famelici, ſubſannati, conſputi, verberati, à nullo immunes tribulationis genere, & anguſtiæ. Proprius Sancti Spiritus effectus, vt hi, qui plenè afflati ſunt illo, exeant protinus ad quærendam gloriam Dei, multaſque propter eum calamitates ſufferendas. Nam & illi, qui eodem Spiritu contemplatiua recluſi ſunt vita, mouentur iugiter ab illo, vt, dum gloriam eius pſalmis intonant, & hymnis, propriam ſimul macerent carnem, propriam confringant voluntatem, ne à patientiæ ſint alieni virtute. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis; ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Ignis, & linguæ ſectio. Notandus flammæ, & ſectę linguæ concurſus. Ignis feruor eſt, tamen ſimul eſt ardens tribulationibus probatio; *Tanquam aurum in fornace probauit illos:* linguæ ſectio in cuſpides duas, vna eſt oppoſitorum duorum prædicatio. Concione vna proponuntur voluptas, & auſteritas, vt ſciant auditores, delectationibus illicitis horrenda alio in ſæculo ſuccedere tormenta; paſſionibus propter Deum aut aſſumptis, aut admiſſis æternam ſuccedere beatitudinem. Hanc eſſe propriam hominum Sancto Spiritu impulſorum prædicationem, à ſeque ipſo exercitatam Dominus Chriſtus profitetur. Legens enim Nazarethica in ſynagoga librum Iſaię, expendit verba illa; *Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde: prædicare captiuis remiſſionem, & cæcis viſum: dimittere confractos in remiſſionẽ,*

Spiritus ſanctus accendit Apoſtolos ad tolerandas grauiſſimas ærumnas, dum orbem prædicando peragrarent.

Actor. 2.2. Actor. 2.3. Sapi. 3.6. Luc. 4.18. Iſai. 61.1.

prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie completa eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. Iuxta normam calamitatum, mortificationis, & laborum propter Deum ſuſceptorum impendendas hominibus prædicauit diuitias, voluptatem, requiem, amplitudinem.

Illud non decet præterire: vnum ex potiſſimis Sancti Spiritus donis eſſe libertatem proprij ſpiritus qua conſtitutus in medijs tribulationum turbinibus, inter vndas infamiæ, ignominiæ, dedecoris, in paupertate, inedia, nuditate, ægritudine, vlceribus, doloribus, in manicis ferreis, & compedibus eſt conſtans homo, his omnibus ſuperior, animo generoſo, atque ſublimi. Hoc qui vacuus eſt ſpiritu, captiuus eſt, quantumuis ſolutus, ac diſſolutus: quantumuis per latiſſimam graſſetur viam deliciarum. Eſt compeditus, quũ per virentia currit prata: paralyticus, quum ſaltat; quum imperat, 2. Corin. 3.17. omnibus ſubiectus. Textus: *Vbi autem Spiritus Domini ibi libertas.* Scio, eam, de qua Apoſtolus agit, libertatem litterali intellectu libertatem eſſe filiorum, qua differunt ab his, qui peccati ſunt ſerui: tamen nobiliſſima hæc filiorum Dei libertas ſuperior eſt adeo, vt nullis impugnationibus cedat, nullis oppoſitionibus, nullis contradictionibus, aut pugnis, ſiue calamitatum concurrentium, ſiue propriæ carnis, propriæve voluntatis.

Spiritus Sanctus præbet his in quibus eſt, libertatẽ Spiritus.

Libertas hominis donum Sancti ſpiritus.

Heu miſeros terreſtres! eos dico, *Qui terrena ſapiunt*, atque Phil 3.19. adeo ſunt ſancto vacui Spiritu! Sordida ſunt mancipia homines iſti. At qui mancipia ſunt earum rerum, quibus auidi inhiant; ſiquidem nimio veriti metu, ne dilectæ ſibi effugiant è manibus deliciæ, tenentur ab illis ipſi potiùs, quàm illæ teneantur ab eis. Terreſtribus inhærent hi delectamentis, vtpote penitus terreſtres, atque adeo nobili à ſpiritu alieni. Quiſnam vidit vnquam terreſtri Sanctum Spiritum ſpecie apparuiſſe; cùm in aliorum ſpecie Elementorum apparuerit? Trinam legimus Sancti Spiritus miſſionem pro totidem noſtræ medijs ſalutis. Miſſione prima in Iordanis illuxit aquis pro baptiſmate; pro pœnitentiæ Sacramento in ſpecie aeris miſſione ſecunda, qua ab ore Chriſti exhalatus eſt: tertia pro Euangelij prædicatione in ſpecie ignis figura linguæ bipertitæ. Prima ex miſſionibus Marci. 1. 10. his, miſſus eſt tanquam à Patre ad Filij auctoritatem. Nimirum tempore, quo baptizabatur Dominus Chriſtus. *Vidit cœlos apertos, & Spiritum, tanquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo: & vox facta eſt de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.* Secunda miſſus eſt tanquam à Filio (quamuis vtraque ab vtroque ſit miſſus) quatenus apparens poſt reſurrectionem ſuis Chriſtus Apoſtolis, *Inſufflauit, & dixit eis; Accipite Spiritum Sanctum; quo-* Ioan. 20. 22. *rum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* quo halitu Sanctum Spiritum à Chriſto ipſo procedere oſtendit. Tertia miſſus eſt in die Pen- Ioa. 14. 26 tecoſtes tanquam à Patre ſimul, & à Filio, qui prædixerat eis, *Pa-* Ioa. 15. 26 *raclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo:* & infra:

Carnales homines ſancto vacui ſpiritu.

Spiritus Sancti trina miſsio ad manifeſtationem trium perſonarum: & ad tria humanæ ſalutis media.

Spiritus Sanctus nunquam habitat in homine terreſtribus affectibus addicto.

infra: *Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritū veritatis, qui à Patre procedit.* Quoniam, cùm S. Spiritus à Patre pariter & Filio (vt docuerunt Auguſt. & Thomas) tanquā ab vno proceſſionis principio continua ſpiratione procedat, non niſi ab vtraq; ſimul perſona mitti poteſt. Ecce elementa tria, aqua, aer, ignis Spiritu Dei altè nobilitata: cur ergo ſola terra diuino hoc priuatur dono? Venit quidem in terram Sanctus Spiritus; imo miſſus ter, ter venit in terram; at nunquam in terrę venit ſpecie. Heu terreſtres homines! Terra profectò maledicta eſt voce illa Domini: *Maledicta terra in opere tuo.* Qua ergo decentia appareat diuinus Spiritus in ſpecie rei illius, quæ eſt ab ipſo maledicta? Sed quid terreſtris homo? Vtique non propter terram homo, ſed terra propter hominem maledicta fuit. Neque enim in ſe ipſa maledixit terram Deus; ſed in opere hominis, dicens; *Maledicta terra in opere tuo.* Exprimenſque maledictionis cauſam peccatum, adiecit; *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Idcirco plorat Ieremias, dicens; *Vſquequo lugebit terra? & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea?* Satis quidem apertè loquitur Deus dicens; *Non permanebit Spiritus meus in homine: quia caro eſt.* Ergo vt Dei Spiritus habitet in homine, deſinat homo caro eſſe, & terra: alioqui, ſi carnem vult ſequi, nouerit ſe à Sancto Spiritu alienum. Quę (rogo) eſt terręmotus origo? Certe vehemens incluſi intra terram ſpiritus violentia; qui vbi accenditur, atque adeo rareſcit, non capitur illis terrę cauernis: ideoque violentiſſimo impetu terram, vt exeat ipſe, concutit. Recolite, quæ duo ſint terræmotus origo: ſpiritus, & calor, quo diſtenditur. Multo igitur magis Spiritus Sanctus; cùm ſit & ſpiritus, & ignis. *Factus eſt repente de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis: & apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis.* Spiritus vehemens, & ignis ſpiritus ipſe; quomodo ſe intra terram continebit? Intra terreſtrem hominem dico, qui iuxta terrenos viuit affectus. *Spiritus Sanctus diſciplinæ auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* quomodo ſunt ſine intellectu, cùm cogitationes eſſe dicantur? Pulchrè quidem. Carnalis homo carnalium rerum cogitationi ita adhęret, & inſiſtit, ac ſi omnino vacaret intellectu. Ab his ſe hominibus aufert Sanctus Spiritus: Væ illis.

Aug lib. 5 de Trinit. c. 14. tom. 3. in fine. S. Thom. 1. p. q. 36. art. 4. — Gen. 3. 17. — Gen. 3. 19. — Ier. 12. 4. — Gen. 6. 3. — Simile. — Actor. 2. 2 — Sapi. 1. 6. — Exod. 3. 5.

Apparuit Moyſi Dominus in flamma ignis de medio rubi: iuſſitque eum excalceare pedes ſuos, dicens; *Solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Cùm ergo & hodie ſimiliter appareat ignea diſcipulis ſpecie: palam profectò viſus eſt dicere, ſoluenda item eſſe calceamenta his, qui recipere eum cupiunt. Huiuſmodi autem ſolutio calceamenti abdicatio eſt rerum terrenarum, omniumque terram redolentium: quę graue ſunt impedimentum Spiritui. Sic enim hanc calceamentorum Moſis ſolutionem interpretati ſunt Patres, Nazianzenus, Gregorius, Nicetas, Theodoretus, Bernardus, Epiphanius: cuius, omiſſis alijs, referam verba. *Præcipit ſoluere calceamentum pedum paſtorum: velut Moyſes primùm dicit, à quo traditionem accepiſtis etiam vos, & eos, qui ad ſanctam ſcien-*

Spiritus Sanctus habitat in animo terrenis affectibus soluto. — Gregor. Nazianz. oratio. 2. de paſch. circa finē. Nicetas Exod. 3. Theo. ibi. Berna. ſer. ſignum magnum Epipha. in calce Anchorati.

Digitized by Google

tiam introducuntur, primùm, ſecurè manu ducitis, curantes, vt ſingula eorum calceamenta ſoluantur. Alius vero adulterium ſoluit, alius ſcortationem, alius furtum, alius auaritiam: & hoc non ſolum: ſed etiam ſermonibus abominandis, ac turpibus verbis renuntiantes, vnuſquiſque diſcipulus tradit ſeipſum: vt per vos bonos paſtores beata ſpe ſub manu boni paſtoris paſcatur. Conſidera (quæſo) amice, conſidera. Rubis plena eſt ſæculi huius terra; & nudis tu pedibus incedere admoneris, ſi ad Deum acceſſurus es; commoneris ergo, pedes à ſpinis non defendere. Sed quid hæres? Quid turbaris? Quid mœres? Deus in rubo eſt: non ergo tibi eſſe poteſt malum per rubos ambulare? Ignis in rubo eſt: quid rubum times? Certè conſumet ignis omnem rubi aſperitatẽ: manebit tibi ſuauiſſimus rubus. Conſumet tribulos ac tribulationes: afflictiones, & conflictus: conſumet metũ & mœrorẽ: erit tibi rubus iuncus ad inceſſum, lilium ad fragrantiã, roſa ad medicinam; & ad ſuauiſſimum ſaporem erit morum. Nam & eſt genus mori rubi: quod aſperum licet, igne tamen cõmorantis in eo ſpiritus matureſcens ſuauiſſimum fit, ac ſalutiferum morum. Omnis in ſpiritu ſuauitas eſt; nulla in carnalibus ſuauitas: etiam ſi laxè viuant carnales, multis ſpiritales afflictionibus obruti. *O quàm bonus, & ſuauis eſt, Domine, ſpiritus tuus in omnibus! Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones, & alloqueris; vt relicta malitia credant in te, Domine.* Omnibus, ait, eſt ſuauis, & bonus Spiritus Domini non ſolum iuſtis, ſed etiam lapſis. Illis quia in eorum cordibus habitat: his, quia eos affligit, & corripit, multiſque vexat tribulationibus, vt ſe ad Deum recipiant, verè ad eum conuerſi. Eſt itaque & his ſuauis Spiritus conſiderantibus ærumnas omnes, quibus mœrent, omneſque aſperitates, quibus ipſi vltrò ſe conſtringunt, in ſuorum eſſe ſatisfactionem peccatorum, atque in vberius meritum gratia Dei præcedente. *O quàm bonum & ſuauis.* Duo ſumma ſunt bona: ſuauis, quia tribulos ſuauificat; bonus, quia via hac acceditur ad Deum. Sic acceſſit Moſes, eodem Deo commonente. *Ne appropies* (inquit) *huc: Solue calceamentum de pedibus tuis*, vt per rubos aſperos, ad eum, in quo Deus eſt, accedas rubum.

Morum rubum.

Sapi. 12.1.

Exod. 3.4

Intellige, auditor, duo bona hæc: duoque in oppoſitum mala his, qui carnem ſectantur, auertuntur à ſpiritu. Si ſpiritalis es, graderis per tribulos: at non es tribulus tu ipſe, nec corde tribulis compungeris: es tribulus ipſe, ſi es carnalis: atque ita extrinſecùs compunctus, & intrinſecùs; & (quod peius eſt) à Deo remotus in tua manes terra. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius: erit enim quaſi miricæ in deſerto: & non videbit, cùm venerit bonum; ſed habitabit in ſiccitatę in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili.* Perpendite dictum, *Non videbit, quum venerit bonum.* quid infœlicius? Non ſolis homo hic repletur malis: ſed etiam bonum, ſi quod ei aduenit, non videt: tantum abeſt, vt fruatur illo. Ab omni eſt ſicut mirica bono alienus. Mirica ſterilis eſt plantula, omneſque apud nationes maledicta. *Tamarix ſeu mirica* (ait Plinius) *infœlix arbor appellatur.*

Spiritales minus viuunt vita inter aſperitatem iucundiſſima.

Carnales amara viuunt vita inter voluptates, & tripudia.

Ier. 17.4.

Digitized by Google

Cuius cauſam reddens infra, dicit: *Quoniam nihil ferat, nec ſeratur vnquam*: & alibi; *infœlices arbores exiſtimantur, damnataque religione, quæ neque ſeruntur vnquam, neque fructum ferunt.* Vnde ſubdit Ieremias ipſe: *Solium gloriæ altitudinis à principio locus ſanctificationis noſtræ: expectatio Iſrael Domine: omnes, qui te derelinquunt confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur.* Diſcrimen vtrorunque hominum animaduertite. Qui per aſperam gradiuntur viam, recipiuntur à Deo in altitudinis, & gloriæ ſolio, quod à principio paratum eſt ſanctis: ſic enim acceperunt verba hæc Dionyſius, Lyra, Hugo, & S. Thomas. Qui autem terreſtribus ducuntur affectibus, in ipſa ſcribuntur terra. Ideſt, peribunt ipſi, & eorum memoria: vt exponunt Vatablus, & Hugo. Fuit Minutij Fœlicis ſententia, quam Lactantius refert, eſſe terræ filios, qui ignotis ſunt parentibus nati: cùm nullius, niſi terræ, noſcantur filij. Acriùs Chaldæa paraphraſis: *qui tranſgrediuntur verbum tuum, futurum eſt, vt cadant in gehennam.* Abſit à vobis tam peſtilens via. *Solium gloriæ altitudinis à principio locus ſanctificationis noſtræ.* Habet, ecce, Dominus Deus paratum nobis à principio excelſum gloriæ ſolium: ſed parauit illud ijs, qui ſunt ſancti. *Locus* (ait) *ſanctificationis noſtræ*: atque ita certa ad ſolium iſtud via eſt vitæ ſanctitas. Quis, cùm talem ſibi à Deo paratum ſciat thronum, in terra ſcribi eligat? Quis confundi: cùm poſſit glorificari? Eligunt hoc quicunque à Deo (heu miſeros) recedunt. Agite, auditores mei, agite, & ſatagite, vt operibus bonis, vitæ puritate, magnis meritis, ad thronũ iſtum aſcendatis. Diuina gratia opus eſt: nec ſine hac merita ſunt merita: cùm ad celſitudinem tantam nullæ aſcendant naturales hominum alæ, nullæ vires: ſed ideo vobis hodie proponitur ſpiritus, ille nimirum, qui ſanctus eſt, & Deus ipſe, ſpontaneus gratiæ huius largitor. Viam docuit Dei Filius, docuit, oſtendit & aperuit. Amor verus eſt Spiritus Sanctus, amor, quo Deus nos, creaturas ſuas, non ſolum ſeipſum, verè diligit: amemus nos eum; vt verus vero amor reſpondeat amori. Epiloga.

Plini. lib. 13. cap. 21. lib 24. ca. 9. lib. 16. cap. 26. Ier. 17. 12.

Dionyſ. ibi. Lyra ibi. Hugo eodem lo coS. Tho. ibidem. Vatablus ibi. Hugo ibidem. Lactãtius lib. 1. inſt. cap. 11. Chaldæus in Ier. 17.

Digitized by Google

IN EODEM FESTO PENTECOSTES.

SERMO III.

Pro ſecunda Solennitatis die.

Ioa. 3. 16.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.

MIRABIMINI (vt arbitror) quòd in feſtiuo Sancti Spiritus die canat mater Eccleſia ardentiſſimum illum Dei amorem, quo dedit Filium vnicum ſuum, vt filios Adę ſuos faceret filios, æternaque exaltaret beatitudine. Sancti Spiritus ſolennitas ea quidem eſt, qua illum recolimus diem, in quo venit ille ſuper Apoſtolos in diſpertitarum ſpecie linguarum, ignis etiam figuram referentium. Venit ſuper homines ſpecie hac, vt pręſtaret eis diſertas ſimul ad prædicandum linguas, & feruentes. Venit, vt inſtrueret eos omni ad ſalutem conducente agnitione veritatis, non intellectu ſolum, ſed affectu etiam voluntatis. Venit, vt mœrentes conſolatione repleret, magnanimitate puſillanimes, afflictos dilatatione, & amplitudine cordis. *Factus eſt repente* [Actor. 2. 2] *de cœlo ſonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes. Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu Sancto & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* Conſolandi etiam effectum eius prędixerat Dei Filius, iam iam in cœlum aſcenſurus verbis illis; *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis.* Nomen enim Paraclitus conſolatoris eſt nomen. qua ergo myſteriorum connexione, quum ad hos effectus venit Sanctus Spiritus, proponitur in miſſa ſummus ille Dei amor, quo dedit Deus Filium ſuum hominibus? Imploremus eiuſdem Spiritus auxilium, vt propoſitum hoc expendere ſciamus. Sed quo interceſſore implorabimus illud? Pia mater Ieſu in concionibus omnibus mediatrix ſolet inuocari: qua-

Digitized by Google

nam hodie anſula inuocabitur? Appoſita valde occaſio eſt. Nam
quum ſuper Apoſtolos venit ſanctus Spiritus, *Omnes erant perſeue-*
rantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria mater Ieſu. Act. 1.14.
Tunc venit docere ſanctus Spiritus, vt impleret illud Chriſti pro-
Magiſteriũ plenum cur attribuerit Chriſtus ſpiritui ſancto: cùm ipſe omnia docuiſſet. miſſum, quo dixerat eis: *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mit-* Ioan. 14.
tet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, 26.
quæcunque dixero vobis. Si ea omnia docuerat Chriſtus: quare dixit,
doctrinam hanc ad Spiritum ſanctum pertinere? Longa indiget di-
ctum expenſione; quæ ad heſternam concionem pertinuit: vnam ni-
hilominus ſimilitudinem adijciam in huius magiſterij explicatio-
nem: præſertim, quòd deſumpta ſit ex ipſo aduenientis hodie Spiri-
tus myſterio. Inebriauit ille ſpiritali Apoſtolos ebrietate dulcedine
Simile. tanta, tantoque feruore, vt dicerent multi; *Muſto repleti ſunt iſti.* Sci- Act. 2.13.
mus autem, aſſeruatum in dolijs muſtum, per quinquaginta circiter
dies in vinaria cuſtodiri cella, donec tãdem purum inuenitur vinum,
defæcatum, liquidum, ſuaue. Tunc in alia transfunditur vaſa, per va-
ria portandum loca, in refectionem, ſanitatemque hominum multo-
rum. Repleuit Dei Filius Apoſtolos Sapientia, quum ſtatim ac ſurre-
xit à mortuis. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.* Repleuit Luc. 24 45
& Spiritu, quum *Inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum.*
Repleuit eos tanquam vaſa muſto; cùm & ſanctum Spiritum muſtum
eſſe dixerimus; & ſcientiam vocauerit muſtum Eliu, dicens: *Oſtendam* Iob 32. 17
ſcientiam meam: plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus
vteri mei. En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo. Conſtat au-
tem diuinis ex litteris homines appellari vaſa. 1. Regum. Actorum 9. 1.Reg.21.
ad Rom. ad Timot. & 1. Petri 3. cap. Repleuit ergo Chriſtus Apo- 5
ſtolos ſcientia, & ſancto Spiritu tanquam vaſa vino; ſed tunc vinum Act. 9.15.
illud, cùm eſſet nouum, muſtum quidem erat. Ideo vaſa illa muſto il- Rom. 9.21
lo plena in vinaria reliquit cella, nempe in cœnaculo illo, in quo *Om-* 2.Tim.20
nes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. Completi ſunt hodie 21.
dies quinquaginta ab eo, in quo vaſa hęc repleta ſunt muſto; quod ar- 1. Pet.3.7.
dente ferbuit oratione: ideoque ſedit ſuper eos ſanctus Spiritus in ſi-
gnum, quo ſedatum iam vinum, prorſuſque purum eſſe commenda-
uit. *Erant vnanimiter perſeuerantes in oratione cum mulieribus, &*
Maria mater Ieſu; quæ hunc accepit Spiritum prima, quanquam
ſemper erat ſancto plena Spiritu. Si hunc prima recepit; prima ergo
guſtauit vinum iſtud: atque adeo nobis delibauit illud; nempe (vt Hiſ-
pani dicimus) *Probo eſta Senora el vino la primera, haziendo nos la ſal-*
ua. Delibauit vtique, vt tuti inebriemur ea Spiritus huius abundan-
tia, quam impetrare ſolet nobis, quum humili inuocatur ſalutatione,
Aue Maria facta Angelicis verbis: *Aue Maria.*

Petita iam ad thematis noſtri explicationem ſancto à Spiritu
gratia, videndum eſt, quonam incitamento in ſolenni ſancti Spiritus
die proponat nobis mater Eccleſia ſummam Dei Patris in dando no-
bis filio ſuo dilectionem. Videbatur quidem proprius, & ſatius, ſi de
diuino ipſo Spiritu, deque eius donis, ac fructibus ageret, quàm ſi de

Digitized by Google

oſtentato Dei erga homines amore, eximiaque beneuolentia, in dato nobis filio ſuo commendata. At re maturiùs appenſa, nullo aptiori potuit modo Spiritus ſancti indicari conditio, quàm prædicato amore illo, quo ſuum Deus filium propter humanam tradidit ſalutem.

Spiritus ſãctus eſt amor Dei erga ſe ipſum: & erga illas creaturas, quas diligit.

Eſt enim attentè perpendendum, tertiam diuinæ Trinitatis perſonam, quæ Spiritus ſanctus appellatur, amorem ipſum eſſe Dei, quo Filium diligit Deus Pater, & Patrem ipſum amat Deus Filius. Concipit ſe ipſum Deus mente ſua adeo integro conceptu ſui, vt ſit æqualis concipienti conceptus: atque ita conceptus hic eſt filius concipientis; concipiens Pater eſt conceptus huius. Eſt (inquam) conceptus Verbum Dei, vt qui mente eius expreſſus: eſtque conſubſtantialis concipienti, eo quòd Deus ſine intellectu eſſe non poſſit, imo non poſſit non eſſe intellectus ipſe ſuus: atque adeo nec poſſit non produci, ſeu gigni ab eo conceptus, qui ideo filius eſt eius, quòd genitori ſimilis, conſubſtantialis, & æqualis: vnde & Deus ipſe eſt, nec diuerſus à Deo Patre Deus; quanquam Pater, & Filius perſonæ ſunt duæ. Filium hunc amat Pater, quantum amabilem agnoſcit: cumque agnoſcat eum omni genere infinitum, ſapientia, potentia, bonitate, cæteriſque ipſius Dei Patris perfectionibus, amat quidem eum amore etiam infinito. Qua ratione Filius ipſe eodem amore amat Patrem; cuius imago eſt, cuius ſplendor, & ſubſtantia. Amor ergo hic, cùm tantus ſit, quantus eſt Pater, quantus eſt & Filius, atque adeo amor infinitus: eſt quidem Deus ipſe, qui eſt Pater, & Filius; quamuis diſtincta ab vtroque perſona; quæ ideo tertia eſt; vt quæ à Patre procedit & à Filio. Appellatur autem perſona hæc Spiritus ſanctus, vt in

Sap. 17. Scripturis ſæpe legimus, præcipuè. 1. Sapientiæ cap. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis*: quibus verbis; cùm & replere omnia, & omnia dicatur continere; manifeſtè quidem dicitur Deus, quoniam Deus eſt verus. Expreſſis item Chriſti Domini verbis, qui dicens, Deum tres eſſe perſonas, tertiam nominat Spiritum ſanctum. Quem quidem amorem eſſe Dei Patris erga Filium, Filij erga eundem Patrem ſuum explicuit luculenter Auguſtinus, omneſque cum eo Patres, & Theologi. Eſtque appoſitum valdè Spiritus nomen, ad deſignandam vehementem dilectionem, eo quod ſpiritus affectus ſit viuus: atque adeo viuum ſignificat amorem. Eſt item vltra perpendendum, amorem, quo Deus diligit creaturas, non eſſe amorem alium ab eo, quo amat ſemetipſum; nempè quo amat Filium Pater, Patrem Filius. Tum, quoniam creaturæ omnes in ipſo ſunt Deo, modo quodam eminente; tum, quoniam diuini amoris actus nequeunt eſſe diuerſi, neque plures; ſed ſicut Deus cognoſcens ſe ipſum, omnia ſimul agnoſcit eodem conceptu: ita amans ſe ipſum, omnes, quas amat, creaturas eodem diligit amore. Tametſi magnum ſit ex parte ipſorum diſcrimen terminorum: quatenus amat Deus ſe ipſum neceſſario, non liberè: liberè creaturas, non neceſſario: cùm liberè poſſet eas non diligere. Tradidit doctrinam hanc Angelicus Thomas, & S. Doctor Bonauentura: quam Suarez noſter latiùs explicuit.

Spiritus ſãctus continet omnia, & omnia replet.

Amor Dei erga ſe ipſũ, & erga creaturas illas, quas diligit, eſt Spiritus ſanctus.

Aug. l. 6. de Trin. c. 5. tom. 3.

Dei amor, cùm vnus tantum ſit, verſatur erga Deũ neceſſario: liberè erga creaturas, quas ſponte diligit.

S. Tho. 1. p. q. 37. ar. 2. ad 3. Bonau. 1. ſent. diſt. 32. art. 1. q. 1. Suar. 1. p. to. 1. tr 3. l. 11 c. 3. n. 12.

Digitized by Google

Spiritus ſāctus mirè oſtenſus eſt à Deo Patre in eo, quòd dederit Filium ſuum propter homines paſſurum.

Spiritui ſācto, eo, quòd amor Dei ſit, attribuitur humana Chriſti generatio.

Vnde factum eſt, vt, cùm amor hic, quo Deus amat creaturas, ſit idem ipſe, quo diligit ſeipſum, ac conſequenter ex ſe ipſo infinitus amor: excogitauerit motus amore hoc pientiſſimus Deus mirabilem artem, qua eum diuinitus oſtentaret. Nulla autem potuit tam perſpicua eſſe dilectionis oſtenſio, quàm ſi vnigenitum Filium ſuum humanæ vniri carni, & crucem ſubire, vt fecit, faceret. Ideo humana hæc Filij generatio ſancto attribuitur Spiritui, eo modo, quo intellexit eam paranymphus Angelus: quo & intellexerunt eiuſdem Chriſti Apoſtoli, & Orthodoxa intelligit Eccleſia. Quærenti enim Virgini, quomodo poſſet ipſa concipere, & parere, quæ virum nullum cognouiſſet, nec eſſet vnquam cognitura, reſpondit Gabriel ipſe dicens: *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*: quibus verbis humanam Dei generationem ſancto attribuit Spiritui. Apoſtoli necnon eamdem attribuerunt ei articulo illo: *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.* Quis ergo non perſpicuè videat, per humanam Chriſti generationem, præſertim paſſioni ſubiectam, auctorem eius ſanctum Spiritum mira pulchritudine innoteſcere? Nam amor ille, qui tantus eſt amor, vt fecerit, Deum dare Filium ſuum propter homines paſſibilem: facilè quidem cognoſcitur amor, quo non ſolùm ſe ipſum, ſed homines etiam diligit Deus vehementer. Congruo igitur celebratur Spiritus ſanctus inter homines feſtò, quum ille explicatur amoris actus, qui intenſior erga eos eſt: quo ſcilicet Deus paſſurum propter eos tradidit Filium ſuum vnigenitum. Actum amoris iſtum narrat hodiernum Euangelium verbis Chriſti ipſius aſſerentis: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*: congruit igitur mirificè feſtiuitati huic hoc Euangelium. Luc. 1. 35.

Chriſtus oſtendit ſuum erga homines amorē, mittendo in eos ſanctum Spiritum, quum ex eorum manibus ſumma euaſit affectus iniuria.

Spiritus ſāctus, miſſus in homines ab affecto multis iniurijs Dei Filio, nimium eius amorē oſtendit.

Procedit vltra perſpicua hæc diuini Spiritus oſtenſio. Nam cùm Spiritus hic ab vtroque procedat, Patre videlicet, & Filio: non ſolum dedit Filium Pater, ad ſancti Spiritus, amoris nimirum, oſtenſionem: ſed Filius etiam ipſe nobis iam datus, noſtraque paſſus pro ſalute, dedit eundem nobis Spiritum, vt amorem hunc profundiore Angelorum, hominumque admiratione manifeſtaret ipſe. Si enim dando ad potiendum pro hominibus Filium, vehementiſſimam oſtendit Pater dilectionem: non minus ardentem oſtendit Filius ipſe, dando hominibus ipſis ſanctum Spiritum, poſtquam propter eos fuit, & eorum manibus offenſus. Itaque diſceſſurus ab hominum oculis, ſanctum à ſe Spiritum mittendum fuit pollicitus eis, & miſit quidem die Pentecoſtes, quam hilares hodie celebramus. Hæc ſunt, quæ diſceſſus tempore dixit verba Dei Filius. *Expedit vobis, vt ego vadam: ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Ioan. 16. 7. Nunc conſiderandum eſt mirabile officium hoc Chriſti. Exijt è truculentis hominum manibus extrema innocens affectus iniuria, innumeris laceſſitus ictibus, ſpinis, opprobrijs, contumelijs: nec ideo, cùm poſſet, miſit in eos deuaſtantem ignem, qui eos aut voraret, aut æterna puniret vſtione: ſed ſummi potiùs ignem amoris, qui

ſanctus eſt Spiritus: quique propterea venit in diſpertitarum ſpecie
Act. 2.3. linguarum, *Tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum.* Quid expe-
ctaretis, vos à potentiſſimo duce, quem ſummo à vobis dedecore af-
fectum, multis item vulneribus cruentatum, ſolutum iam à vobis vi-
deretis, ſuique prorſus compotem pleniſſima ad perdendos offenſo-
res ſuos poteſtate? Quidnam à duce hoc expectaretis? Quid aliud ſu-
per vos, quàm ignitas immitteret lanceas? Quid, niſi ignito ſulphure
glandes? Has quidem in offenſores ſuos mittere ſolent, qui erepti ab
eis, vires redintegrarunt, eorundem hoſtium robore validiores. Vel
orbatus iam oculis deſtruxit Samſon offenſores ſuos, quum vires re-
cuperauit brachiorum. *Quem cùm apprehendiſſent Philiſthyim, ſtatim* *Chriſtus pro*
euerterunt oculos eius, & adduxerunt Gazam vinctum catenis: & clau- *vltione of-*
ſum in carcere molere fecerũt. Sed elapſis aliquot in eo munere diebus, *fenſionum*
redintegrauit ille vires ſuas, quibus omnino confortatus, hanc de illu- *ſuarum, mi-*
ſoribus, offenſoribuſque vindictam ſumpſit. Cùm Philiſthinorũ mul- *ſit in offen-*
Iud. 16.25 titudo in templo Dei ſui ad ſacrificia cõgregaretur, & epulas. *Lætan-* *ſores ipſum*
teſque per conuiuia, ſumptis iam epulis, præceperunt, vt vocaretur Sam- *amorem*
ſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere, ludebat ante eos; fece- *ſuum, ſan-*
runtque eum ſtare inter duas columnas. Et apprehendens ambas colum- *ctum vide-*
nas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, alteram læua *licet ſpiritũ.*
tenens, ait; Moriatur anima mea cum Philiſthijm: concuſſiſque fortiter *Samſonis*
columnis, cecidit domus ſuper omnes Principes, & cæteram multitudi- *cum Chriſto*
nem, quæ ibi erat. Hæc fecit Samſon vltus in illos, qui & percuſſerant *victore cõ-*
Iud. 16.28 eum, & illuſerant, vt expreſſit ipſe, dicens; *Vt vlciſcar me de hoſtibus* *paratio.*
meis: & pro amiſſione duorum luminum vnam vltionem recipiam.
Quantò acrius fuit triumphatori Chriſto vindictæ incitamentum:
qui non oculis ſolùm, ſed vita etiam manibus fuit hoſtium priuatus:
quique longè, quàm Samſon, grauiora & opprobria tulit, & tormen-
ta? O Chriſti bonitatem! Samſon priuatus oculis, non caruit oculis,
ad perſpiciendam acceptam iniuriam, ſumendamque de hoſtibus vl-
tionem: Chriſtus aperiens reſurrectione oculos ſuos, non vidit iniu-
riam, non ignominiam, non ludibrium, quibus fuerat grauiter offen-
ſus, vt in perfidos irrueret hoſtes: ſed ignem potiùs miſit charitatis.
Fuit quidem tunc, ſicut ſemper eſt, inter duas Chriſtus columnas,
Patrem videlicet, & Spiritum ſanctum, vt qui perſona ſecunda eſt in-
ter tres perſonas Trinitatis: at quidnam inter duas has effecit? Com-
mouit quidem fortiter vtranque: commouit Patrem, & ſanctum Spi-
ritum commouit. Qua (rogo) eos commotione commouet? Non
commouit, vt domus rueret vlla: ſed potiùs, vt domus Dei, militans
Eccleſia erigeretur. Commouit Patrem, vt amorem ſuum, qui ſan-
ctus eſt Spiritus, mitteret ſuper homines: commouit ſanctum ip-
ſum Spiritum, qui amor ipſe eſt, vt ſuper eoſdem homines veniret.
Commouit, & miſit, non imperio, tanquam maior, cùm ei æqualis
ſit: ſed ſpirando illum, cum reſpectu ad hodiernum aduentum
hoc vltionis genere vſus eſt Samſon noſter, Dei Filius benigniſ-
ſimus.

Eſt Chriſtus Deus, eſt homo, eſt leo, eſt agnus: atque ita Deus,
agnus,

Digitized by Google

agnus, & homo, leoque iniuria affectus fuit, ſed fuit tanquam homo affectus iniuria, & tanquam agnus: vicit tanquam Deus, & tanquam leo: at ignouit vt Deus, & vt agnus. Fuit (inquam) ſic vt homo affectus iniurijs, vt offenſores ipſi dixerunt ad eum verbis illis: *De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu, homo cùm ſis, facis te ipſum Deum.* Id quod dum pronuntiaret iudex ſententiam mortis eius, expreſſit, dicens; *Ecce homo.* Fuit tanquam agnus dira occiſus nece, vt prædixerat quondam verbis his Iſaias; *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obtumeſcet.* Sed vicit tanquam Deus, cuius omnis eſt victoria ſolius. Vicit & tanquam leo, vt in Apocalypſi vidit Ioannes; *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem. Et ego flebam multum: quoniam nemo dignus inuentus eſt aperire librum, nec videre eum. Et vnus de ſenioribus dixit mihi: ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* Qui quidem leo Chriſtus eſt, vt totus liber exprimit, omniſque intelligit Eccleſia. Pro naſcituro enim ex tribu Iuda Chriſto dixerat ad eundem Iudam moribundus Pater eius Iacob: *Catulus leonis Iuda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti, vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium.*

Ioan. 10. 33.

Ioan 19.6

Iſai. 58.7.

Chriſtus vicit hoſtes tanquam leo: ignouit illis tanquã agnus.

Apoc. 5.1.

Gen. 49.9

Quum igitur viderunt homines miſſum ab affecto iniurijs homine, à iuſtiſſimo Deo, à victore leone ardentiſſimum ignem, linguas diſpertitas, tanquam ignis ſupra Chriſti diſcipulos ſedentes; quidnam expectare potuerunt, niſi exercitum illum diſcipulorum hominis illius, qui verus eſt Deus, & victor leo, per vniuerſas terras exeuntem, ad comburendos exire impios omnes, qui tanto Domino turpiſſimam peccatis ſuis intulerunt necem; comburendos necnon eorum agros, hortos, boues, torques, annulos, comburendas domos, vineas, oues, ſubſtantiam, ſupellectilem? Scit Dominus Deus ob minorem hanc culpam ignitas in peccatores mittere linguas, diſpertitas quidem, quæ torrido eos vrant veneno. Pro eo quippe quòd deſerto faſtiditus itinere murmurauiſſet aduerſus Moyſem, & Dominum ipſum Iſraëliticus populus, *Miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes*, qui morſibus comburebant homines. Serpentinas autem linguas triſulcas aliquas, aliquas, quales ſunt lacertarum, diſpertitas eſſe, tradit Plinius. Quid ergo atrociores Dei offenſores, qui non murmuratione ſola, ſed innumeris etiam conuitijs, atrociſſima nece irritauerãt eum, expectare poſſent, cùm igneas ab eo linguas diſpertitas mitti, a ſuiſque militibus per vniuerſam viderunt terram ferri? Quid a ſauciato ab eis leone, qui reſumptis viribus, in eos ignem expirauit? ſed ô Deus clementiſſime! ô agnine leo! Deuaſtatorem putaret ignem quiſquis te offenſum agnoſcit Deum: ſummè clementem Deum non agnoſcit. Agnoſcit leonem, non agnoſcit agnum. Mittis quidem tanquam Deus offenſus ignitas draconum linguas, ad oſtendendam cum omnipotentia iuſtitiam rigentiori ob minorem præſente hac

Lingua ignea diſpertitæ, in quibus venit ſanctus Spiritus, conferuntur diſpertitis ſerpentiũ linguis igneis, quibus punierat Deus Iſraeliticũ populum.

Num. 21. 6

Plin. l. 11. c. 37.

iniuriam, vtens ſupplicio: vt nouerint creaturæ omnes, quàm ſit graue, tuæ opponi maieſtati: ſummum autem ſcelus obliuiſcens, igneas amoris mittis linguas, & eas quidem diſpertitas, in manifeſtum teſtimonium, quòd gaudeas magis oſtendere clementiam quàm rigorem. Igniuit quondam ſerpentium linguas Deus in vltionem; nunc linguarum ignis Deus ipſe eſt, ſanctus videlicet Spiritus: amoris eſt ergo flamma hæc, multò intenſior ille vltionis igne. Quum vltionis eſt diuinus ignis, fumum per nares afflat: ignit linguas quum imprimit amorem. *Punitio à Deo praparari dicitur exeunte fumo per nares eius* 2.Reg 22 9. *Aſcendit fumus de naribus eius*: textus ſecundo ex Regum libro: magni ſignum furoris, quem ſic deſcripſit Poëta: Virgil.

Stare loco neſcit: micat auribus, & tremit artus:
Collectumque premens voluit ſub naribus ignem.

Hinc dicitur ſtillare Dominus, quando emiſſum per nares fumum executione complet ſupplicij, vt Oleaſter contemplatur. Oleaſter in Deut.c. 19 20. Puniti grauiter Iſraëlis filij, dixerunt, vt ſcribitur in 2. Paralipomenon libro. *Magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos.* 2. Par.34. 21. Certè ex aſcendente fumo fiunt ſtillæ: quoniam aſcendens è terra exhalatio conuertitur in pluuiam: aſcendens è calefactis in ſublimatorio floribus vapor, in guttas reſoluitur aquæ. Non ſecùs Dei furor per nares eius inſtar fumi exiens, quum ad executionem venit ſupplicij, congruè ſtillare dicitur. *Pœna præſentis ſæculi ſtillæ ſunt, in quas reſoluitur diuini fumus furoris.* Sed cur non dicitur imber, neque pluuia, cùm punitio ſit mortis? Vtique, quoniam reſolutus in executionem Domini furor in ſæculo hoc & in futuro, tam diuerſo vtitur ſupplicio, vt pœnæ omnes præſentis vitæ ſtillæ ſint paruæ, imbribus ſuppliciorum inferni comparatæ. Ad vltionem itaque per Dei nares exit ab igne fumus; ignis amoris, qui Deus eſt ipſe, linguas ignit ſuorum. Sic egit Deus cum hominibus, vbi tantis iniurijs laceſſitus miſit ſuper eos ignem illum, qui Deus ipſe eſt, ſanctus ſcilicet Spiritus.

Quid dicam de exeuntibus à quaſſato leone ſcintillis, ac flammis? Pierius Valer l.1. hierogl verbo, ſuror indomitus. §. Quod vero catulos Nam quaſſato leone exire ignem, naturales teſtãtur Scriptores. Sunt ſolida valde, duraque oſſa eius, non ſicut aliorum animantium arundinea, ſeu caua: vnde & inſtar ſilicis. *Leonis oſſibus colliſis ignis excutitur ex eu.* Quo fit, vt, quum ictibus colliduntur oſſa, viuus ex eis ignis, velut è ſilice excutiatur. Quid ergo expectare poſſent homines videtes ignem à quaſſato exire leone, quem ſuis criminibus, tanquam validis ictibus quaſſauerant: imo & quaſſarant tunſionibus multis ei corporaliter inflictis. *Leo dicitur Christus cõgruo fundamento.* Quid (inquam) expectare tunc poſſent, quum ignem à quaſſato exire leone, ſimulque viderent, glorioſam ei à cæleſtibus muſicis concini victoriã? Quis non putaret, ignem hunc illum eſſe ignem, quem ſuper impios venire dixerat Pſalmographus horrendo illo verſiculo: Pſal.57 9. *Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum: ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.* Sed ò leo, agne manſuetiſſime! *Chriſtus leo agnus, victor mãſuetiſſimus.* Leo quidem es tu: ſed es leo agnus, agnus leo. Sic teſtatur qui te leonem vidit Ioannes. Agnum te ſimul vidit & leonem: ſimul te leonem dicit, & agnum. Apoc.5.5. *Et vnus de ſenioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in*

medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram: & venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum, & cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno. Multa hic impenſiſſimè notanda. Leo deſcribitur agnus. qui leo primùm dicitur, continenter agnus demonſtratur. Librum ſolus dicitur aperire poſſe victor leo: & tamen aperire librum narratur agnus. *Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum:* Et continuò: *Et vidi agnum ſtantem, & venit, & accepit de dextera ſedentis in throno librum, & cùm aperuiſſet librũ,* &c. Mirandũ magis, quod Dei Filiũ eſſe leonem auribus ſe audiuiſſe dicat Ioãnes: quẽ, quum aſpexit, vidit oculis agnum. Leo quidem auditur Ieſus noſter: quoniam victoriæ eius audiuntur glorioſiſſimæ: ſed cognoſcitur agnus, quum vndecunque circunſpicitur oculis. Plus vltra. Quum leonis victoria commendatur, nullum perhibetur fieri tripudium, nulla ei gloria concini: quum oſtenditur agnus, & quidem occiſus, glorioſiſſimum ei canitur trophæum. *Et cùm aperuiſſet librum, quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum: & cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & ſeniorum, & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna: Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* Si Chriſtus, tanquam leo, victor eſt; traditus neci, tanquam agnus; cur animalia, cur ſeniores, cur citharædi muſici; cur Angeli, dicunt, *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt,* non dicunt hi, aut illi, Dignus eſt leo, qui glorioſè victor eſt: cùm victori potiùs leoni, quàm occiſo agno, gloriam cani debere videatur? Agnoſcunt ſanè cælicolæ omnes, tam ſeniores homines, quàm Angeli, gloriari Dei Filium opere redemptionis noſtrę, quæ illuſtriſſima eſt victoria eius, qua infernos hoſtes, Iudæoſque offenſores fudit, & confudit. Vnde verò tanta ex bono noſtro gloriatio: niſi ex ardente in nos amore, qui ſanctus eſt Spiritus, quo ipſum amat Patrem ſuum? Ergo à quaſſato exit ignis leone: ſed à leone, qui quaſſatus eſt agnus. Iuſſerat Moſayca Deus lege, ne paſchalis agni os in occiſione frangeretur vllum. *Nec os illius confringetis.* Repræſentabatur occiſus Chriſtus agno illo litterali ſenſu, id eſt, fuit occiſus agnus ille propter deſignandum Chriſtum, atque eius paſſionem, redemptoſque ab eo homines inſtitutus, vt certa docet fides: atque adeo cùm ſcriberet Ioannes, occiſi Chriſti crura nunquam fuiſſe confracta, ſicut duorum, qui ad latera eius pendebant, latronum confracta iuxta Iudaicam fuerunt conſuetudinem, addidit differentiæ cauſam, dicens: *Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur: os non comminuetis ex eo.* Non franguntur agni oſſa, quæ ſunt oſſa leonis. Quaſſata ſunt illa quidem tunſionibus multis:

Apoc. 5. 7.

Chriſti oſſa nunquam fracta.

Exod. 12. 46.

Ioan. 19. 36.

Digitized by Google

at non comminuta. Quoniam prædura ſunt adeo, vt quaſſata valde, tanquam ſilices emittant ignem. Ignis leonis eſt;ſed agni leonis. Perdit infernos hoſtes ignis excuſſus à leone:ſed exiens ab agno, charitate homines inflammat. Eſt Dei amor ignis hic, quo ipſe diligit hominum filios: quo & inflammat eos, vt redament Deum amatorem. Hic eſt ſanctus Spiritus: quo *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Eſt procedens à Filio, ſicut à Patre amoris ſpiritus, de quo dicit Apoſtolus: *Quoniam autem eſtis Filij; miſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba Pater.* Gal. 4. 5.

Cùm igitur Spiritus ſanctus amor ille ſit: quo Deus ſe, & nos amat, quem & in nos, vt Deum ipſum diligamus, infundit: ſcrutandum eſt nunc, ſitne in nobis hic diuini Spiritus effectus, vt Deum ſuper omnia diligamus, poſtquam apertè vidimus, quanto nos ille amore proſequatur. Libet ergo facere nunc interrogationem illam, qua vſus fuit Apoſtolus in Epheſo. Statim ſiquidem, ac magnus ille Paulus ſancto fuit Spiritu repletus: per omnes exiuit vrbes, ac prouincias, prædicans Chriſti, ſanctique Spiritus virtutem. Cumque grandem illam Epheſiorum ingrederetur vrbem, quæſiuit ab eis: *Si*
Act. 19. 2. *Spiritum ſanctum accepiſtis?* Interrogatione hac nos vti non dedecet: ſed dedecet quidem ſuſpicari, eſſe inter vos aliquem, qui illud ipſum
Ibid. det mihi reſponſum, quod illi Paulo præbuerunt. *Neque, ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus,* dixerunt Epheſij illi. Aliter ſentiendum eſt de vobis, Chriſtianorum filijs, atque ab ineunte ætate Chriſtiano eruditis documento. Tunc incipiebat promulgari Chriſti, ſanctique Spiritus notitia: nunc iamdiu vbique ſparſa eſt, ac prædicata. Quod primum incipientes loqui à parentibus veſtris, quod in ſchola primũ veſtris à magiſtris didiciſtis, fuit ſignatio illa frontis, oris, pectoris, humerorum, qua crebrò vtimur, dicentes: Per ſignum crucis: in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Nihilominus non dedecet vereri, ne ſint fortè inter vos, qui conditionem ſpiritus propriam non omnino callucrint. Expendam ego, prout ipſe dederit Spiritus ſanctus. Eſt ergo ſpiritus reſpiratio illa, qua viuus reſpirat homo: eſtque proinde ardens erga dilectam rem affectus, ſeu ipſe in eam amor. Dicimur enim illis inhiare rebus, quas vehementi appetimus nixu: dicimur & ad eas anhelare, atque adſpirare. Itaque ſpiritus inclinatio ardens eſt, qua in aliquam rem, ſeu aliquam ferimur actionem intimo appetitu, atque conatu. Vnde praua ad ſuperbiam inclinatio vocatur ſpiritus ſuperbiæ: ſpiritus iræ affectus iracundus: nimius pecuniæ amor ſpiritus auaritiæ: luxuriæ ſpiritus inordinata carnis concupiſcentia; affectus ad infima ſpiritus humilitatis: luxuriæ horror caſtitatis ſpiritus. Aliter vocatur ſpiritus Angeli: quòd videlicet à materia ſint puri, ſitque verè ſpiritus quidquid eſt à corpore alienum. Docuit non ſola Philoſophia, ſed etiam Dei Filius, dicens: *Spiritus carnem, & oſſa non habet.* Ideo Deus puriſſimus ſuper omnia ſpiritus
Luc. 24. 37
Ioan. 4. 24 eſt: quod dixit idem Filius eius: *Spiritus eſt Deus* immenſa

Spiritus malignus quãdoque accipitur pro affectu, ſeu propenſione praua: aliquando pro dæmone ſuggerente hominibus quod prauũ eſt: ſicut & eſt prauè proprie iſtus dæmon ipſe.

Dæmonia vocantur maligni ſpiritus.

Digitized by Google

ſupra Angelos puritate. Sed nihilominus damnati Angeli, quanquam ſubſtantia ſua ſunt Spiritus; dicuntur nihilominus ſpiritus ſuperbiæ, auaritiæ, libidinis, vindictæ; eo quòd & ipſi in aliquot vitiorum horum inclinati ſunt, & hominibus ſuggerant vitia ipſa. Cõſtat ſcripturæ verbis, quibus vocantur maligni Spiritus, qui & Dæmonia nuncupantur. Matthæus enim ait, *Conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis: poteſtatem ſpirituum immundorum vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem:* quod ſcribens Marcus, inquit; *Fecit, vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare: & dedit eis poteſtatem curandi infirmitates & eijciendi Dæmonia.* Habent igitur Spiritus perditi varios criminum ſpiritus, vnuſquiſque ſuum: at Spiritus Sanctus, tertia diuinæ Triados perſona, cùm vnus ſit ſimpliciſſimus Spiritus, omnes nobis ſuggerit ſpiritus bonos, ſanctos nimirum virtutum affectus cunctarum; quoniam ipſe eſt infinitus ſpiritus. De peruerſo à virtutibus Saule dicitur. *Spiritus autem Domini receſſit à Saul; & exagitabat eum ſpiritus nequam.* Similiter vocatur ſpiritus mendacij, qui ad mentiendum inclinat deceptores. Hunc permiſit Dominus inuadere Samariæ Prophetas, ad decipiendum Regem Achab, propterea quòd ille renueret audire veritatem ab ore Micheæ, vero Dei prophetæ, auditamque rabidus reſpueret. *Egreſſus eſt autem ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait; egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: decipies, & preualebis.* Apud actus Apoſtolicos legitur. *Factum eſt autem, euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæſtum magnum præſtabat Dominis ſuis diuinando.* De ſpiritu iræ dicitur in Prouerbijs; *Spiritum verò, ad iraſcendum, facilem quis poterit ſuſtinere?* De ſpiritu torporis, ac deſidiæ dixit Iſaias; *Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis.* Legimus item apud Oſeam: *Spiritum enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo.* Et apud Zachariam: *Spiritum immundum auferam de terra.* Sunt etiam ſpiritus vindictæ, qui in diſcerpendis, cremandiſque hominibus magna exercentur ſollicitudine. Hos deſtinauit Deus in tortores hominum eorum, qui extremo ſunt ſupplicio digni. Textus Eccleſiaſtici; *Sunt ſpiritus, qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua.* Ecce diuerſorum vitiorũ diuerſi ſunt ſpiritus; at Spiritus S. cùm vnus ſit, & is puriſſimus, omnem docet homines virtutem, & ad omnem eos virtutem inclinat; omnem eis ſuggerit ſanctitatem. *Diuiſiones verò gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum. Alteri fides in eodẽ ſpiritu: alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu: alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autẽ omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens ſingulis, prout vult.* Et quamuis ſanctorum miniſterio Angelorum, qui ſancti ſunt ſpiritus, ſuggerat Spiritus Sanctus ſanctos hominibus affectus multò intenſiores affectibus prauis,

Spiritus sãctus vniuerſos affectus bonos infundit hominibus, quos vberius afficit

Spiritus malignus exagitans Saulem.

Spiritus mendacij decepit prophetas Samariæ.

Spiritum pythonem, ideſt, diuinationis habebat puella quædã.

Mat 10. 1. — Mar. 3. 14. — 1. Reg. 16. 14. — 3. Reg. 22. 21. — Actor. 16. 16. — Prouer. 18. 14. — Iſai. 29. 10 — Oſeæ. 4. 12. — Zach. 13. 2. — Eccli. 39. 33. — 1. Cor. 12. 4.

Digitized by Google

quos ſuggerunt Spiritus maligni: ipſe nihilominus Spiritus Sanctus infundit eos per ſeipſum, nec eſt abſque illo ſpiritus bonus. In tantum, vt nec humilitatis ſpiritum, qui ad res infimas anhelat, dedignetur infundere per ſeipſum: imo glorianter infundere dignatur, vt magnificis his verbis dixit Iſaias: *Excelſus, & ſublimis habitans aeternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito, & humili ſpiritu.* Talis quidem eſt diuinus ſpiritus. Nunc iterum ſciſcitor: *Si Spiritum ſanctum acccepiſtis?*

Iſai 57.15

Figuris quibuſdam ſolet vti Deus ad deſignandos effectus aliquos imminentes vrbibus, ac regnis.

Audio quoſdam ex vobis reſpondentes; nondum plenè intelligimus eum. Nouit profectò illum Ioannes Baptiſta: quoniam vidit eum, dum in Iordane baptizaret Chriſtum. Ipſe falſus eſt, dicens: *Vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum.* Nouerunt Apoſtoli, quippe qui eum acceperunt in ignearum ſpecie linguarum. Nos nec linguas vidimus, nec columbam: vndenam cognoſcemus Spiritum Sanctum? Poteſt quidem aliunde cognoſci. Non enim ideo in ſpecie linguarum, nec ideo in columbæ ſpecie venit Sanctus Spiritus, quòd ipſe ſit vel lingua, vel columba: ſed quòd apparuerit in ſpecie rei illius, quæ idonea fuit, ad deſignãdum effectum illum, quem intendit, & perfecit. Eſt Dei mos, vti nonnunquam viſibilibus formis, ad ſignificandos effectus illos, qui talibus figuris ſunt conſoni. Sed hoc ad generales vrbium caſus, vel regnorum: non ad ſingulares quarumuis euentus perſonarum. Sic iuſſit, Ezechielem per mediam tranſire vrbem amictum penula, gerentemque manu baculum, cæteraque viatoris inſignia, quaſi in regionem aliam tranſmigraret: ſed id quidem in ſignum, quòd Iſraeliticus populus in captiuitatem eſſet transferendus. Ideo tranſiuit clamans. *Ego portentum veſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis. In tranſmigrationem, & in captiuitatem ibunt.* Michæas proceſſit mediam nudus per vrbem, vociferans planctu quaſi Draconum, ac ſtruthionum, ad ſignificandam imminentem ſpoliationem ciuitatis. *Vadam ſpoliatus, & nudus faciam planctum velut Draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.* Quoniam profectò vehementiùs imprimitur metus, ac terror cordibus hominum videntium magnum populi prophetam nudum penitus vrbem percurrere horribilibus illis vlulatibus, quàm ſi ſolam audirent vocem comminantem. Hac de cauſa apparuit hodie in linguarum ſpecie Sanctus Spiritus; quia venit præbere Apoſtolis linguarum donum, ad prædicandam vniuerſo in orbe veritatem. At internæ infuſiones, quibus ad varia præſtanda dona, variaſque virtutes ingerendas varijs ſe hominibus interſerit: nullo quidem egent huiuſmodi externo ſymbolo, ſeu extrinſeca ſpecie, vel figura.

Ioa. 1. 32.

Ezech. 12 11.

Michæ. 1. 8.

Spiritus ſanctus an in anima hominis inhabitet, ex affectibus, effectibuſque non obſcurè cognoſcitur non infallibiliter; ſed magno ex indicijs argumento.

Aliter ergo cognoſcendus eſt à quocunque illum poſſidente. Sanctus Spiritus affectus eſt ſanctus, quo bona ad opera anhelat homo quo & bona exequitur, quæ appetit: deſcendat ergo quiſque in ſemetipſum, ſcrutetur affectus cordis ſui, videat opera ſua, qualia ſint hæc, & quales illi: tunc habebit, quamuis non infallibilem certitudinem, vrgentiſſima tamen indicia habitantis in ſe, aut à ſe remoti

Digitized by Google

Sancti Spiritus. Omne inter ſpiritales, carnaleſque homines diſcrimen hoc vnum eſt: hi cogitant mundum, atque ea, quę ad ipſum mundum ſpectant; loquuntur de mundo, deque mundanis rebus & vſibus, ſequuunturque ſuis operibus mundum: illi habent ſemper ante oculos Deum, & ea omnia, quæ illi ſunt placita; de quibus loquuntur vbique ſemper atque in eis verſantur exequendis. *Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus: ſed Spiritum Dei, qui ex Deo eſt: vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur nõ in doctrinis humanæ ſapientiæ, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.* Notanda ſingula Apoſtoli verba. Spiritus Dei mundi eſt Spiritui aduerſarius. Hoc Dei Spiritu ſcimus, & agnoſcimus eiuſdem ſpiritus dona: quoniam ſpiritus ipſe indicat nobis in nobis eſſe dona ſua, ac conſequenter ſpiritum ipſum. Tandem dicit diſcrimen inter ſpiritales, & mundanos. Appoſitè Beatus Bernardus: *Dando ſpiritum, per quem etiam ipſum reuelat: dando reuelat, & reuelando dat. Porrò reuelatio, quæ per Spiritum Sanctum fit, non ſolum reuelat ad agnitionem: ſed etiam accendit ad amorem.* Verba autem illa, quibus inter mundanos, & ſpiritales ponit Paulus diſcrimen, dicens, *ſpiritualibus ſpiritualia comparantes*, ſic elucidauit Sanctus Doctor Ambroſius. *Spiritualibus, ideſt, hominibus, qui mundanam prudentiam refutant, ſpiritualia comparare: hoc eſt, ſpiritualem efficaciam tradere, quæ myſterio fidei continetur, ad illuminandos ſenſus beneuolorum hominum.* Quæ eſt & Beati Hieronymi expoſitio. Vnde rectè ait Theodoretus: *Animalem hominem appellat Apoſtolus, qui eſt contentus proprijs cogitationibus: & ſpiritus doctrinam non admittit: ſed nec poteſt intelligere.* Sed quoniam ex effectibus cognoſcuntur affectus, nullum quidem ad cognoſcendos ſpiritales homines congruentius ſignum, quàm cuiuſque facta, cuiuſque dicta, cuiuſque exquiſita, ac quæritata. Eſt vnicum hoc, quod ſpiritalis hominis approbat ſignum Dei Filius. *Vnaquæque enim arbor de fructu ſuo cognoſcitur. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo de malo theſauro profert malum.* Sancti Spiritus fructus noti ſunt: videat quiſque, exeantne ab eo fructus iſti: tunc magno intelliget indicio, in ſe quidem eſſe radicem fructuum, Sanctum Spiritum. *Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas.* Hos ſi feratis fructus perſcrutamini: tunc vehementi cognoſcetis indicio, ſitne in vobis radix, quæ ſanctus eſt Spiritus, cuius ſunt proprij fructus iſti.

1.Cori. 2. 12. | Bern. ſer. 8 in cantica. | Ambro. in ca. 2 epi. 1. ad Cori. | Hier. ibi. | Theodor. ibidem. | Luc 6. 44 | Gala 5 22

Nunc iam, poſtquam expendi, quæ ſint Sancti Spiritus indicia, integrum profectò eſt prædicatori ius interrogandi auditores omnes: *Si accepiſtis Spiritum Sanctum*? Non enim reſtat vobis tergiuerſationis via, diſpertitas in ſignum exigendo linguas. Nihilominus, vt omnis euaſionis trames præcludatur; diſpertitas oſtendam vobis linguas: inde reſolutionem elicietis. Percurrite cuneos populorum omnes: virorum conuentus, fœminarum conuenticula; permiſtam vtrorumq; conuerſationem: videbitis, qualiter ſint linguæ diſpertitæ,

Linguæ igneæ multiplici modo diſpertitæ in malum.

Sunt diſpertitæ linguę in familiaribus nobilium hominum, litteratorum, ducum, militum conuentibus: qui vna linguæ cuſpide magnificant ſe ipſos, & ſua: nobilitatem, ingenium, ſapientiam, virilem animum, res geſtas: cuſpide altera deprimunt alios, & aliena vituperant omnia. Quonam ſpiritu? Superbiæ, elationis, arrogantiæ: quo ſe, & honorem ſuum tantò magis augeri putant, quantò magis alij minuuntur. Prauus ſpiritus: non ſanctus, ſedet malignus ſpiritus, Dæmonium, in medio hominum tali conuerſatione colloquentium. Nonne vipereæ linguæ diſpertitæ ſunt? Nonne vipereę linguæ iſtæ? *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub labijs eorum.* Si venenum eſt, ignis eſt: vt igneæ ſint, quæ modo iſto diſpertitæ ſunt linguæ.

Pſal. 139. 4

Iere. 9. 8.

Eſt diſpertita lingua hominis, qui vt ait Ieremias: *in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur; & occulte ponit ei inſidias.*

Eſt diſpertita lingua matris-familias, quæ cuſpide vna tangit Deum: alia tangit Diabolum. Sæpe enim in die dicit ad ancillam, dicit & ad famulam, Dęmon, Dæmonium, filia Diaboli: quid feciſti, Dæmonium? Diabolus eſt in manibus tuis. Maledicta tu à Deo. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi non decoriauero te feruente reſina, & pice. Propitius ſit mihi Deus, non euades impunita. Quonam ſpiritu diſpertita eſt huiuſmodi lingua? Planum eſt: maledictionis eam tangit ſpiritus: non ſanctus.

Sunt diſpertitæ linguæ mercatorum: qui emendi tempore vna vtuntur cuſpide, dicentes: res hæc ne decem quidem valet: venditionis tempore cuſpide alia, aſſeuerantes: valet profectò pluſquam viginti. Quiſnam ſpiritus linguas horum diſpertit? Conſtat, non eſſe Sanctum Spiritum, qui eas ſic diuidit. Eſt ergo auaritiæ auidiſſimus ſpiritus. Sed nunquid deeſt ignis linguis iſtis? Nonne ignis auaritia? *Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena.*

Michæ. 6. 10.

Sunt diſpertitæ linguæ aliquorum proxenetarum, qui venditori dicunt: vende, amice, ſtatim mulam hanc: ne maneat, caue, domi tuæ. Prauæ indolis eſt, tu neſcis artem hanc cognoſcendi mularum vitia. Niſi domo cito eieceris eam, ipſa excutiet te, ac miſerando illidet caſu. Primo quouis exhibito pretio, etiam quatuor nummorum, vende illam, ſi fortè adeo cæcus ſit emptor, vt eam mercari velit. Cuſpide alia dicit ad hominem, qui emendam mulam quærit: inueni bona fortunæ tuæ ſorte dignam Rege mulam. Eme mora nulla, antequam emptor alius anteuertat. Si dominus eius ducentos in pretium poſtulauerit aureos: ſolue illi trecentos: ne attendas pecuniæ ſummam, dummodo tam excellente quadrupede non priueris. Qui has diuidit linguas, fallaciæ quidem ſpiritus eſt.

Sunt diſpertitæ linguæ fœminarum à prandio ad noctem vſque in cuneo ſedentium: quarum colloquia duas primas horas in mutuis inſumunt laudibus, extollentes nimirum nouam cuiuſcunque adinuentionem, & artem, qua propria induſtria, proprijs manibus nouum aliquod inuentum geſtat in veſtibus, in velaminibus, in floribus:

Digitized by Google

bus; in fucis etiam, & deauratione capillorum; quatuor horas vltimas in ſcindendo (vt Hiſpani dicunt) veſtimento fœminis abſentibus: id eſt, dulci in murmuratione, qua abſentes fœminas ſigillant. Irrident earum veſtimenta, quòd inconcinna ſint, ineptéque appoſita corporibus: quòd ſine modo extendant ceruſam ſuper genas: quòd cùm humiles ſint genere, magna turgeant pompa, & grauitate: & (quod peius eſt) detrahunt honeſtatis opinioni. Solent mulieres humilioris ſtatus merenda demulcere amicas illas, ac vicinas, quę eas viſitatum aduentant: illuſtriſſimę fœminæ conſuetudinem hanc, tanquam inferioris claſſis, abdicarunt, cùm earum conuerſatio multò longior ſit abſque facultate ſurgendi à cuneo vſque ad noctem. Quonam ſpiritu? Vtique cibis dulciorem ſentiunt murmurationem: mordent alienas carnes, rodunt oſſa. quidni merendam dixerimus illud, quo ſedentes mordent, & rodunt, dulcique oblectantur ſuauitate?

Aleatoriū, ſeu domus ludi, quam Hiſpani dicunt Coyma', domus eſt ſeptem peccatorum capitaliū.

Ludo dedicata domus infernus eſt torridus.

Sunt diſpertitę linguę luſorum, ſeu ludentium, qui in aleatorio (*coyma* Hiſpani dicunt) chartarum incumbunt ludo, partim ludentes, partim ſpectantes. Hi vna linguę cuſpide inhonorant Deum blaſphemantes: cuſpide alia inuocant Dæmones adiutores ſibi. quiſnam ſpiritus eſt, qui horum diſcindit linguas? Hic iam quum ad aleatorum menſas peruenio non vnum tantum noſco prauum ſpiritum. Venit protinus in mentem domus illa, quam Seruator noſter deſcribit, dicens; *Quum immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquoſa, quærens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et quum venerit: inuenit eam ſcopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Cùm ſæpe mecum cogitarem quænam ſit domus hæc; tandem plenè iudicaui, eam eſſe communem ludi domum, quam Hiſpani dicunt, *Caſa deiuego, tablaie, coyma, caſa de coymero, o tablagero.* Hominem hunc poſſidebat priùs ſpiritus ludi: ludebat diu, noctuque ardentiſſima lucri auiditate: reliquit tandem ludum continua iactura faſtiditus, poſtquam omnem perdidit ſubſtantiam. Sed tranſiuit protinus ex luſore in conductorem hominum ludentium, habens iugiter apertam domum omnibus ludere volentibus: atque ideo ſcopa ſemper verſam & ornatam, eo quòd omni diei, noctiſque tempore intrent externi eam ad ludendum. Hanc cùm tam curiosè ornatam videat malignus ille ſpiritus, qui ab homine iſto ludum relinquente declinauerat: magna in eam auiditate reuertitur, ſciens vtiliorem ſibi domum, quum ducis luſorum eſt, quàm quum luſoris eſſet domus. Cumque videat habitatores eius non ſolos eſſe inquilinum cum vxore, & filijs ſuis, ſed omnes etiam cuiuſuis conditionis homines, qui domum hanc diutiùs, quàm proprias inhabitant ędes; aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe iuxta ludentium multitudinem, & ingreſſi habitant ibi. permiſti ludentibus, atque ſpectantibus in circuitu menſarum. Sanè luſoria domus, domus eſt ſeptem capitalium peccatorum. Quid ergo iam neceſſe eſt, inquirere,

Luc. 11 24

quiſnam ſit ſpiritus, qui hominum iuſtorum diſpertit linguas; cùm, qui eas findunt, ſeptem ſint ſpiritus nequiſſimi?

Sunt diſpertitæ linguę virorum, ac mulierum, qui vno in conuenticulo conuerſantur, & garrulant. Viri vnam linguæ exacuunt cuſpidem, vt ſubtilia nimis, ac perpolita proferant verba, grataſque ſententias, quibus appareant fœminis diſerti, ſapientes, ingenioſi, elegantes: cuſpidem aliam turpibus hebetant dictis, inhoneſtis, obſcœnis, incompoſitis. Fœminæ vna linguæ cuſpide retundunt libera virorũ verba, reijcientes eorum libertatem; cuſpide altera talia proferunt dicta, vt planè indicent, oblectari ſe illis virorum verbis, quibus ſe amari, & appeti cognoſcunt. Quiſnam eſt hic ſpiritus, qui vtrorunque linguas ſic diſpertit? Vnum ſi ſpiritum dixero, à maiori ad minus deſcendere videbor: poſtquam eſſe dixi ſeptem ſpiritus, qui in domo habitant luſoria. At ne ad minus deſcendere videar, non dicam vnum duntaxat ſpiritum ibi præſidere: ſed dicam, nihil prorſus eſſe ſpiritus: quoniam profectò totum eſt caro. Nec ideo minus ignitæ linguæ: imo ignitæ magis. Inflammant enim turpi amoris igne huiuſmodi virorum verba adſtantes fœminas; ſicut & adſtantes viros huiuſmodi verba fœminarum. Iobus dixit; *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans; & omnia eradicans genimina.* Sed quid dicemus de linguis hominum illorum, qui ad ethnicas regiones traijciunt, quarum incolæ orthodoxa in fide ſunt teneri, valdeque indigentes inſtructione antiquorum Chriſtianorum? Hoc dixerim pro hominibus his, qui ex Europa tranſeunt ad Indos: qui, cùm Indorum terris, & opibus, quin & labore, & opera fruantur, debēt profectò animaduertere, in id præſtitiſſe Sanctum Spiritum diſpertitas diſcipulis linguas, vt vniuerſum percurrentes orbem, gentes ad Chriſti fidem, ad veritatemque formarent. Pertinet proinde munus hoc ad Eccleſiaſticos miniſtros: tamen, cùm & reliqui Americę incolæ viuant Indorum opera, ac labore; nemo quidem excuſatur ab ſpiritali eorum cultu ea ratione, qua cuiuſque ſuffert ſtatus, ſuggeritque neceſſitas. Referam Sancti Gregorij verba. *Ad extremum verò per Apoſtolos dum plebis ſuæ mores excoluit, quaſi per operarios in vinea cultura laborauit. Quamuis in quolibet modulo, vel menſura quiſquis cum fide recta bonæ prædicator actionis extitit, huius vineæ operarius fuit.* Proprius quidem eſt caſus, in quo aptatæ à Sancto Spiritu linguæ exerceantur. Sed quas ego his in terris audio linguas? Sanè linguæ argenteæ ſunt plures. Pauciſſimis enim, qui dilatandi Dei gloriam, animarumque zelo ardent lucrandarum à generali exceptis auaritia, omnes ferè linguis loquuntur aut argentatis, aut argenteis. Commune reſponſum eſt hominum, qui ex Europa peruenerunt, dum interrogantur, ſciantne iam Indorum linguam, ſe quidem ſcire iam *los apamuyes* Quod eſt dicere; ſcire ſciam vocabula illa, quibus ab Indis petunt res omnes ad iter agentium viaticum ſpectantes. Dicunt (inquam) ſe iſta ſcire vocabula, quaſi dicant, ſe Indica ex lingua id omne ſcire, quod ad eos pertinet: nec aliud quicquam ſibi iam addiſcendum ſupereſſe. Hæ ſunt, quæ in terris Indorum ſonāt

Colloquia fœminarũ cum viris linguis ſũt igneis diſpertitis.

Iob. 31. 12.

Gregor. homi. 19. in Euang.

Digitized by Google

linguæ. Ignis in eis eſt, cùm auaritiam eſſe dixerim ignem: ſed ſunt eò magis Sancto à Spiritu remotæ, quo regnat magis auaritiæ ſpiritus. Quid dicent Indi, videntes, nihil ferè aliud veteres Chriſtianos loqui, quam quòd ad proprias ſpectat commoditates magno cum eorundem Indorum incommodo, ac labore? Quo animo accipient Dei fidem, & legem hæc videntes? Mitto hæc; quippe longiora, quàm fert concionis tempus.

Præſertim, cùm omittendum non ſit, quod hac in parte eſt in magnam diuini Spiritus gloriam. Eſt quidem eius gloria magna, quòd audita Euangelij prædicatione, populi multi rationem viuendi penitus mutent, ita vt qui heri nihil, niſi quod Caro appetit, quærebant, ſeruiant hodie ſpiritui magna ſui mutatione, ſui, & aliorum admiratione. Noui Peruanas has terras quadraginta ſex ab hinc annis, quum ex Hiſpania veni; video item hodie tanta à ſe diuerſas mutatione, vt alias ferè videre mihi videar: gratias ſancto Spiritui. Maior pars (vt omittam Indos) hominum noſtrorum ne dicam, omnis ferè multitudo tam fœminarum, quàm virorum profanis intendebat quondam, & vanis quidem exercitijs; pauci ſpiritalibus. Nimiū circa corporalem cultum ſtudium, circà veſtes, fucum, elegantiam, mutuaque circa hæc, crebraque colloquia. Prima puerorum multorum, puellarumque inſtitutio multarum, de qua ante omnia curabant tunc parentes, erat pſallendi ars, atque ſaltandi: pleni citharœdis populi; magiſtrorum, videlicet ſaltatoriæ artis; ducebantque homines honoris ſui minutionem, ſi in tripudialibus (quæ frequentes erant) conuentionibus iuxta artem ſaltare neſcirent; tantoque magis, quantò prouectioris erant ętatis; præſertim fœminæ, quæ niſi ſaltarent, iudicandas ſe vetulas timebant. Ceciderunt iam vanitates hæ maiori ex parte: agiturque iam de rebus ad Deum, propriamque ſalutem ſpectantibus. Sunt magno viri, ac fœminæ numero, tam ex his, qui ſunt his in vrbibus nati, quàm ex veteribus regni huius habitatoribus ex Europa huc tranſlatis, qui verè ſunt ſpiritales, à mundi longè vanitate remoti, ducenteſque dedecus id, quod olim honor habebatur. Itaque in Deo exultat horum ſpiritus, non pes in choreis, ac tripudijs. Spreta corporalis cultus cura; omniſque ad honeſtatem, deuotionemque tranſlata. Gloria Sancto Spiritui. *Hæc dicit Dominus Deus: in die, qua mundauero vos ex omnibus inquinamentis veſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtaurauero ruinoſa, & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris, dicent: Terra illa inculta, facta eſt vt hortus voluptatis: & ciuitates deſertæ, & deſtitutæ atque ſuffoſſæ, munitæ ſederunt. Et ſcient gentes, quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauique inculta.* Gratias Sancto Spiritui. Vnum illud inter alia, quæ omitto, multa notum eſt omnibus: plures in Peruano regno tam viros, quàm fœminas ingredi religionem, quàm in quatuor ſimul regionibus alijs eiuſdem numeri hominum fidelium. Diuina quidem prouidentia: vt vbi tot ſunt Indorum milliaria, Chriſtiana egentium doctrina: inclinentur tot homi-

Ezech. 36. 33.

Digitized by Google

nes veterum fidelium filij, à pueritia plerique, ad vitæ huius inſtitutum, quo ethnicorum ſunt cultores. Omnia nobis bona præbet Sanctus Spiritus: primùm ipſis ſpiritalibus viris, quos magiſtros facit aliorum: diſcipulis deinde, qui audito proficiunt verbo. Profert quidem ille bona omnia: quod legimus ſæpe cum in ſcripturis alijs, tum in illis Saluatoris verbis, quæ attentius perpendatis, rogo. Poſt numerata varia rerum genera, quæ amicus nullus negat amicis, nullus filijs pater, concludit, dicens: *Quantò magis Pater veſter de cœlo dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?* Quibus verbis apertè docet, omnia bona eſſe Sanctum Spiritum: ſiquidem non dixit, Dabit vobis Pater bona illa omnia, quæ ſuis nominibus expreſſerat: ſed dixit: *Dabit Spiritum bonum*: ſignificans ſpiritum bonum omnia eſſe bona.

Luc.11.13.

Concludamus propoſitum, & cum eo concionem verbis Ioelis. qui hodiernum Sancti Spiritus aduentum eiuſdem Spiritus afflatu vaticinans, dixit: *Lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ.* Nomen iſtud, *Doctor*, in Hebræo ſcribitur, *Morech*, quod ſignificat Doctorem, vt interpretantur Rabbi Ioſeph, Rabbi Salomon, Chaldæus paraphraſtes, & noſter Vulgatus: & Rabbini omnes interpretati ſunt pluuiam, & eſcam. Itaque idem fuit dicere: *Dabit vobis doctorem iuſtitiæ, ac dicere:* Dabit vobis pluuiam, & eſcã. Mirum profectò eſt. Vndenam habet Doctor, vt pluuia ſit, & cibus audientium? Myſterium attendite. Recipiens à cœlo pluuiam terra, victũ germinat hominibus. Sancti Spiritus doctrina intellectu capitur humano, ſicut imber capitur terra: ſed impinguata eodem ſpiritu voluntas, habet alimentum ipſam Spiritus pinguedinem. quoniam profectò tanta mentẽ imbuit eminentia; vt ſimul afficiat voluntatem, ſeruata integritate libertatis. Ideo S. Auguſt. loquens cum S. Spiritu. dixit: *quiſquis cognoſcit te, diligit te.* Quis non amet te, ô Diuine Spiritus, ſi agnoſcens te, ſcit te quidem eſſe omnia nobis? Veni in corda noſtra: tunc vniuerſis ea bonis locupletabis: tunc te agnoſcemus, & amabimus. Veni, Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radiũ. Veni, Pater pauperum, & cætera. Da virtutis meritum: da ſalutis exitum gratia: da perenne gaudium æternæ beatitudinis.

Ioel.2.23. Rabbi Ioſeph.ibid. Rabbi Salomon. ibidem. Caldæus ibi. Vulg ibidem. Rabbini.

Spiritus sãctus illuminans mentem, & inflammans voluntatẽ eſt pluuia hominibus, & eſca.

Doctor ſpiritalis diſcipulis eſt pluuia, & alimentum.

Auguſt.in meditationibus.

Digitized by Google

IN SOLENNITATE SACRO-SANCTI CORPORIS CHRISTI.

SERMO I.

Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit, non ſicut manducauerunt patres veſtri manna. Ioan. 6.59

Euchariſtia ſignum, quo credimus in hoc ſacramento, ipſo quidem fides eſt, qua id firmiter credimus, & publico cultu confitemur.

DIGNATVS eſt Dominus Deus, in terra cum hominibus velamine opertus aſſiſtere, vt homines ipſi diuitias ſuas pandant vniuerſas, in glorioſum teſtimonium, quo is, qui ſub ſpeciebus panis delitescit, & vini, verum eſſe Deum confitemur. Eſt extrema, qua vſus eſt in terris Deus erga homines largitas, ita me aſſiſtere nobiſcum, vt non ſolum ſit ſolatium nobis & præſidium, ſed ipſe etiam, quo veſcimur pane, vt propoſitis verbis notum facit ipſe, dicens: *Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit.* Quod ſi eximium hoc, quod hominibus præſtat, beneficium aliquo in terra augeri potuit modo: grandem ego exiſtimo additionem, quod æſtimet Deus homines tanti, tantique eorum fidem, ac conſtantiam, vt ſuum nobis credat honorem, ſeque ipſum in noſtris cum eo ponat manibus fidens, noſtra nos omnia, tam ſpiritalia, quam viſibilia inſumpturos in manifeſtum eius cultum, quo mentalis aſtruitur fides, qua panem hunc non quidem eum, quo nos corporaliter viuimus, panem: ſed ipſam eſſe Chriſti Domini carnem, nullam panis ſubſtantiam, ſed ſpeciem duntaxat, ſub qua tegitur caro, confitemur: ſicut ſubſtantiam vini in calice nullam: ſed vini accidentia, ſub quibus verus eiuſdem Chriſti ſanguis continetur. Amici, ait, fideles mihi, ad meum quidem ſpectat honorem, nullum meæ ſub ſpeciebus iſtis aſſiſtentiæ generale præbere teſtimonium, præter teſtationem ipſam meam, ſeu meum verbum, quo carnem meam, & meum ſanguinem, meque conſequenter totum ſub ſpeciebus his vere eſſe dico: veſtræ committo fidei, veſtro erga me amori publicum vbiq; teſtimonium, quod verbis tum, tum perhibebitis operibus, ſicut obligo vos fiducia ipſa, qua fideles mihi fore confido. Hoc ego, Auditores, hodiernæ

Digitized by Google

propono concionis inſtitutum. Eſt myſterium fidei: prædico ergo præclariſſimum eſſe præſentis Chriſti ſub Sacramento argumentum aſſiſtentiæ ipſammet fidem noſtram, qua cum ſic adeſſe confitemur. Fides adiuuat fidem; eſtque argumentum, quo credamus, quod credimus, dum videmus nos credere, quod credi non poſſet, niſi ſola ipſa ſufficeret fides.

Videor ſponte arctare materiam, quam manibus meis Deus præbet ampliſſimam, nam etiam ſi ſolum id, quod ad ſolam myſterij huius pertinet fidem, intendam prædicare: eſt amplior adhuc fidei huius materia, quam id, quod nos fide, ac cultu noſtro eidem fidei miniſtramus, multis ex parte ſua confirmauit Deus omni tempore certam myſterij huius veritatem; cur ergo ſolus eligam veritatis huius teſtimonium ipſammet, qua nos credimus fidem? Fateor, multa omni tempore eſt operatus Deus mirabilia in huius teſtimonium veritatis; ſi non populis omnibus communia, multis tamen manifeſta, ex quibus exit alios in populos notitia: at generale cunctis argumentum præſentique Euangelio conſentaneum forte nullum magis quam fides ipſa, qua ipſum firmiter myſterium confitemur, & credimus. Ergo, diceris potiſſimum myſterij huius teſtimonium à nobis ipſis, non à Deo nobis perhibetur! Mala profecto conſequentia. Imo noſtra fides, cum vere ſit noſtra, eſt Dei ipſius teſtimonium, quod nobis ipſis præbet Deus ipſe. Cum enim videamus nos credere, quod fidem omnem excedit humanam; magno intelligimus indicio, diuinam quidem eſſe fidem, à Deo ipſo mentibus noſtris diuinitus infuſam. Hoc ſemel dictũ ſit pro concione hac tota ita fidem noſtram magnum à nobis dici exiſtentis ſub ſpeciebus his Chriſti ſignum, ac indicium vt cauſam fidei ipſius potiſſimam ſanctum Spiritum eſſe ſupponamus, factamque ab

Eph. 2. 8. eo mentibus noſtris fidei infuſionem. *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem: & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt.* Hoc maneat ſemel conſtitutum: ne ſæpius repetendum ſit, ac recolendum. Sane, niſi mentes noſtras ſupernaturali luce irradiat ſanctus Spiritus, nemo quidẽ credere, vt oportet, integra poteſt fide firma, conſtantiſſima; ſicut nec fidem hanc, aliave myſteria prædicare, niſi ſanctus ipſe Spiritus doctor nobis intrinſecus aſſiſtat. Oportet igitur hunc ante omnia præſidem noſtrum inuocare: vtque nobis præſes eſſe dignetur: patronam quoque inuocabimus eam, quæ eiuſdem ſancti Spiritus ſponſa; quam Gabrielis verbis ſalutabimus, dicentes, *Aue Maria.* *Aue Maria*

Inter alia diuinitatis Chriſti, eiuſque veritatis teſtimonia illud ego ſemper animaduerti præclariſſimũ, quod Dominus hic ea magnis in rebus fuerit ſæpe vſus conſuetudine, qua vſus fuerat Deus antequam humanam aſſumeret naturam. Fuit autem ſæpius vſui Deo, proponere hominibus veritatem fide prius credendam, quam oculis ſpectandam. Morem hunc ſeruauit eius Filius: ita vt cum miracula exigebantur ab eo, ægre ferret petitionem; vt cum rogatus pro pueri à

Chriſtus, vt ſe verum indicaret Deum, habuit ſe in præbendis ad credendum ſignis eodem modo, quo ſe ſe ante incarnationẽ habuerat.

Mat. 9. 18 dæmonio vexati ſanitate dixit ad patrem eius. *O generatio incredula! Quandiu apud vos ero? Quandiu vos patiar?* Conciliat magnam Deo gloriam fides ſoli verbo eius ante oſtenſum ab eo ſignũ exhibita. Vi-

Digitized by Google

Fidei ſigna præbet Deus & præbuit Chriſtus, tū in rebus ipſis,quas credi vult,tum in rebus alijs, quibus liqueat, eū, qui loquitur,eſſe Deū quo ex ſignis cognito,nullum præter verbū eius exigitur in rebus ipſis ſignum ad credendum.

detur rationi diſſonum, quod abſq; vllo ad credendum ſigno debeamus credere,& credamus. Ita quidem eſt:irrationalis fides,quæ nulli innititur credendi fundamento.Eſt tamen impenſe conſiderādum,fidei obiecta duo eſſe diſtincta;primum perſonam,cui fides adhibetur, alterum rem,quæ ideo creditur,quod perſona credatur digna fide.Ex duobus his alterutrum exigit ſigna,quę aut oſtendant,perſonam,quę loquitur,eam eſſe perſonam,quæ iam alias probata eſt aut rem quam affirmat, ita eſſe vt affirmat. Eſſet enim irrationalis fides credere homini,quē neſcio qualis ſit,fidene dignus, an leuis in loquendo niſi dicti ſui oſtendat indicia. At poſtquam hominem noui omni dignum fide,nec vnquam eum tenui mendacij; magna quidem irrogaretur ei iniuria, ſi cum affirmat aliquid, ſignum ab eo peteres ad credendum. Diuina ergo fides ſignis profecto eget ad credendum,eum,qui loquitur,Deum eſſe, at poſtquam Deum eſſe cognoſcis, turpiſſimam ei irrogares iniuriam,ſi rei illius,quam affirmat,vllum ad credendum exigeres ſignum.Nam & tu,cum puluis ſis leuis,inueheris acerbiſſime in hominem,qui poſtulat ſignū,vt credat quæ dixiſti. Præbebis quidem ſignū ei,quo te agnoſcat,ſi loqueris noctu,nec videt ille faciem tuam non autē vt credat verbo tuo, poſtquam agnouit eſſe quidem te, qui eam rem affirmat,aut negat. Dico igitur nunc vſum hunc exhibendi, negandi ad veram fidem ſigna, ab initio Deo fuiſſe obſeruatum: conſequenterq; ab humanato tandem Deo; vt Deus verus eſſe credatur, qui humana tegitur natura. Ad præſens igitur Euangeliū accedamus: ad priſtinū deinde morem,vt morem vnum eſſe plenius exploremus.

Aug. l. 1. ad Simp. q 2. Valencia to. 3 diſp. 1 q. 1. punct. 1 §. 7.

S. Tho. 2. 2. q 1. a. 9. Aug. li. de vera relig. c. 24. 1. Pet. 3.

Hic eſt panis qui de cælo deſcendit; non ſicut manducauerunt patres veſtri manna. Videor meo contrarius inſtituto, quod nullum ſcilicet myſterij huius generale vbique Chriſtus præbeat ſignum: cum in ipſomet myſterij huius Euangelio ſignum exhibeat pręclariſſimum cęleſtem deſerti eſcam,manna nomine,qua peregrinantes in deſerto Iſraëlitas quadraginta cibauit annis.Cum enim manna illud de cęlis iugiter miſiſſet: validiſſimum profecto potuit dicere ſignum diuini huius alimenti, quod eſt panis, qui de cælo deſcendit. At vero quamuis manna illud alimenti huius fuerit ſignū,quatenus veteris figurę ſigna myſteriorum extitere noſtrorū: non ſunt tamen ſigna ipſo perſpecta ſacramēto,nec comparia ei,ſed diſparia potius, quantum diſtat finitū ab immenſo.Itaque ex duabus,quibus vtitur Chriſtus ſimilitudinibus noſtro in Euangelio,inuiſibilis eſt prima,diſpar ſecunda,atque ad oſtendēdam diſparitatem inducta. Eſt vere ſimilitudo illa, quam adducit verbis iſtis; *Sicut ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipſe viuet propter me*: tamen ſimilitudo hæc,cum ſit inuiſibilis,nullum præſtat viſibile argumentum. Manna vero datum cæleſtibus diſpar dicit huic pani:exhibetque diſparitatis cauſam vitam,& mortē manducantium: mortem eorum,qui manna victitarunt in deſerto:vitam à diuino hoc pane præſtitam ijs,qui rite diſpoſiti manducant. *Non ſicut manducauerunt patres* (ait) *veſtri manna, & mortui ſunt;qui manducat hunc panem , viuet in æternum.* Eſt perplexa circa diſparitatem iſtam difficultas in definiendo, de quanam morte, de qua loquitur vita; temporaline, an ſpiritali: ſi de temporali, morimur

Manna qui in deſerto manducauerunt,qua morte dicātur à Chriſto mortui.

nos, qui hunc comedimus panem, ſicut Patres illi, qui victitauerunt manna, defuncti ſunt tandem; ſi de ſpiritali viuunt æternũm in cæleſtibus multi ex illis, qui manna in deſerto fuerunt aliti. Nulla ergo apparet vtrorumque diſparitas.

Aug. trac. 26. in Ioã.

B. Auguſtini expoſitio ſpiritalem intelligit vitam: à qua dicit excluſos non omnes illos, qui manna in deſerto ſunt aliti: Sed patres eorum Iudæorum, quibuſcum Chriſtus loquebatur, quum dixit, *Patres veſtri manducauerunt manna, & mortui ſunt.*

Caiet. in Ioan. 6.59

Facilior Caietani interpretatio, loquitur de vtraque Dominus vita, de interitu vtroque ſpiritali, & corporali, ſeruata vtriuſque alimenti proportione. Id eſt antiquus ille cibus, cum ad corporalem datus ſit vitam, nõ ęternam pręſtitit eam, quam corporalem vitam pręſtitit: panis hic noſter æternam præſtat vitam illam, cuius ipſe eſt alimentũ, nempe ſpiritualem, qua æternum viuunt, qui pane hoc vtuntur, vt oportet. Nihilominus videtur aptior adhuc verborum horum intellectus, diſparitatem inter ipſos verſari cibos, quantũ ad id, quod ad propriam eorum attinet virtutem. Nemini pręſtitit æternam manna vitam propria cibi ipſius fortitudine. Quod ſi æternum viuunt aliqui, aut multi ex his, qui eo victitarunt; non à cibo illo vita prodijt æterna. Qui vero eſca hac in terris aliti, æternum viuunt in cęleſtibus ab ipſo quidem pane vitam habent æternam, animæ primum, deinde corporis poſt generalem carnis reſurrectionem. Hoc enim eſt, quod ipſis Euãgelij huius verbis dicit Dominus ipſe;

Ioan.6.55.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Quibus verbis manifeſte dicit corporum etiam vitam virtute cibi huius æternam fore his, à quibus requiſita diſpoſitione recipitur, etiãſi multi ex recipientibus ęterno hoc, ob diſpoſitionis defectum, fructu priuentur culpa ſua. Manet ergo exploratũ, nullo eſcam hanc vniuerſali ſigno oſtendi eſſe cæleſtem, & Deũ ipsũ.

Euchariſtiæ veritatem mirè commendat fides ipſa, qua diuinũ hoc ſacramentum ſatemur, & colimus.

Nunc ex Euangelio ipſo perſpiciemus exhibita à Deo ſigna, quibus credamus cibi huius datorem eſſe diuinum, vt eo integre cognito, credamus diuinum eſſe cibum, quem ille diuinum eſſe dicit: ſignũ autem quod diuinus ſit panis, eſſe fidem ipſam, qua diuinum credimus, colimus, adoramus, confitemur. Sciendum eſt, propoſita hęc noſtri verba Euangelij eo dixiſſe Dominum tempore, quo millia hominum quinque in deſerto panibus refecit. Turbæ etenim illæ, qui tam copioſa, tam ſuaui, tam lauta fuerunt manibus Chriſti alimonia ſatiatæ: eum Regem eligere decreuerunt: qua quidem occaſione dixit ad eos ille verba hæc, quæ omnes auſcultemus.

Spiritualis cibus corporali præferendus.

Ioan.6.25.

Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidiſtis ſigna: ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Solum quidem vos attenditis ventrem; non diuinũ cordis alimentum. Dignius vtique erat ſignum hoc, vt me ſuſpiceretis, crederetis in me, ac me amaretis: quam vt veſtram quæratis commoditatem eligentes me in id, vt vos reficiam ſemper.

Ioan.6 27.

Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc Pater ſignauit Deus. Hinc ſumpſit exordium loquendo de diuino hoc Euchariſtiæ cibo. Latum inter vtramque eſcam, animi nempe, & corporis oſtendit diſcrimen; ponderans immenſam

Regem inde iudicat idoneum plebi, ſi habeat panem ad omnium refectionem.

Chriſtus Rex natura ſua, non electione hominum.

Chriſti diuinitas luculenter cõmendata.

Chriſtus figura Dei Patris ab eo ſigillata.

menſã illius excellentiã, eminentiamque Regis, qui diuinã hanc poſſit elargiri, non corporalem tantũ, quæ corrumpitur, & perit. Sciebat, ad Regis electionem ſolum attendi à populo, poſſitne electus cibaria præſtare ſuis, ita vt nemo ſi prudens eſt, (ait Iſaias) ſceptrum admittat regni, hac deſtitutus abundantia; ſed dicat plane populo, non ſum idoneus, vt ſim Rex; quoniam in domo mea non eſt panis. Altiorem ſe quidẽ oſtendit Regem Chriſtus, quam qui ideo eligendus ſit, quod corporalem præbeat panem. Non egeo (ait) electione veſtra, qua me ſignetis Regem: ſolus me Deus pater ſignare poteſt, & ſignauit, tanquam potentem alimenta dare, & ſpiritalia, & temporanea. Sum equidem natura Rex omnipotens, ſigno inſignitus naturali, naturali mea generatione, qua Pater Deus ſignauit me, generans me ſuo ex vtero, ita vt generatione ipſa ſignatus ſim Rex non ſuperaddita electione. Hunc Pater (ait) ſignauit Deus. Conſulto quidem dicit, Deus Pater ſignauit, vt ſciamus à Patre Deo ſe ſignari ipſa, qua ab eo generatione procedit. Eſtque perpendendũ verbum, quod Græco in textu dicitur Sigillauit: quod luculenter innuit propriam generationem eius, qui figura eſt: naturalis nempe filij Dei, qui eſt figura ſubſtantię eius expreſſa à Patre Deo, vtpote quæ expreſſum eius eſt verbum. Proprium quidem figuræ ſigillo formatæ: vt ſciamus Deum quaſi ſigillo in ſua expreſſiſſe ſubſtantia figuram hanc, quæ filius eſt eius. Signum igitur ad perhibendam fidem rebus à Dei filio commendatis in ipſo filio eſt; præter ea multa, quæ ſuæ oſtendit ipſe ſigna omnipotentię, ac Deitatis, ideoque nullum vltra requiritur ſignum in rebus ipſis, quas commendat; atque adeo neque in cibo hoc, quem ſuam eſſe carnem aſſeuerat. Quod ſi viſibile diuinitatis ſignum in cibo hoc quęrere pergamus; videtur quidem ſignum dare Chriſtus fidem ipſam noſtrã, quæ magnum ſignum eſt, ad credẽdum quod credimus: Verba (rogo) eius penſitate. *Operamini cibum, qui non perit, quem Filius hominis dabit vobis.* Nos ipſos, ait, cibum hunc operaturos, cum ſimul dicat ab eo nobis dari cibum ipſum. Si dat ille cibum, quomodo nos operabimur illum? Si eum nos operamur: Cur dicitur, cibum hunc ille nobis dare? Dignum profecto profundiſſima conſideratione documentum Saluatoris, tum circa cibum hunc, tum circa quemcumque animæ cibũ, bonas nimirum cogitationes & actiones. Earum auctor Deus vtique eſt: ipſe operatur ſanctas in nobis cogitationes, ſancta item opera: & tamen, quoniam noſtra ex parte cooperatio requiritur noſtra, dicimur operari non ſolum media, quibus cooperamur, ſed etiam, id cuius ſolus Deus eſt auctor, effectum nempe cooperationis noſtrę, ęternam in cæleſtibus ſalutem. Textus ad Philippenſes: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle, & perficere.* Operatio igitur, quæ in dato nobis cibo ex noſtra requiritur parte, vſus eius eſt, nempe ſumptio, qua illum manducamus. Non quod ante ſumptionem non ſit cibus perfectus, perfectus potus, ſacramentum perfectiſſimum, imo hęc inter alias eſt diuinę excellentia Euchariſtię: quod ſacramenta reliqua in vſu & applicatione conſiſtunt, ita vt nec baptiſmalis fontis aqua, etiam oleo permiſta,

Iſai. 3. 7.

Opera Dei nos operari dicimur eo quod & cooperemur.

Phil. 2. 12.

Euchariſtia eſt perfectũ ante manducationem ſacramentum.

Digitized by Google

nec ipſum conſecratum oleum ſacramenta ſint baptiſmi, confirmationis, vnctioniſve extremæ: ſed ablutio ipſa ſit baptiſmi ſacramentũ, vnctio facta chriſmate ab Epiſcopo ſacramentum confirmationis: olei vnctio à Preſbytero applicata infirmis, ſit extremæ vnctionis ſacramẽtum: ſicut & ſacramentum pœnitentiæ in doloroſa criminum confeſſione, & ſatisfactione pœnitentis, dataque à Sacerdote abſolutione conſiſtit: ſola vero Euchariſtia perfectum ſit, ante manducationem ſacramentum, etiam dum in pixide aſſeruatur conſecrata hoſtia, vt probauit Angelicus Thomas, & definiuit Tridentinum concilium. Eſt quippe ſacramentum ſignum rei ſacræ ex communi Theologorum definitione, Magiſtri ſententiarum, S. Bonauenturæ, Scoti & eiuſdem D. Thomæ, vnde fit vt cum ſacræ res alijs in ſacramentis ſint effectus, quos tribuunt ſuſcipientibus, nondum ſint ſacramẽta, quandiu non applicantur; cum abſque applicatione effectuum ſigna eſſe non poſſint; in Euchariſtia vero cum ſacra ſit res non ſolum effectus, quibus fruuntur ſuſcipientes, ſed etiam Chriſti corpus & ſanguis, quę ſpeciebus panis & vini cum conſecratione deſignantur: minimè quidem expectatur communicatio, ſeu ſumptio, vt perfectum ſacramẽtum ſit, & abſolutum. Imo nec eſt ſacramenti pars ſumptio, ſeu manducatio, ſed requiſitum quoddam, vt diuinum hoc alimentum effectũ habeat ſuum, qui eſt ſpiritalis grataque Deo vitæ nutritio, ac conſeruatio. Non igitur ideo dicit Chriſtus, vt operemur cibum hunc, quod ante ſumptionem perfectus non ſit, ſed quod eius eſus, qui noſtra eſt operatio, omnino exigatur ad effectum ab eo verbis his promiſſum, æternæ conſeruationem vitæ in beatitudine: ſitque omnino proficua cooperatio hæc ad corroborandam in animo hominum fidem diuini huius ſacramenti, & ad illius cultum adaugendum. Ratio huius eſt, quoniam accedimus ad eius eſum non eo modo, quo ad commune prandium, aut ientaculum; ſed profundiſſima cernui reuerentia, præuiaque diſpoſitione longa, contemplationis, confeſſionis, pœnitentię fletus, præter pomposum templorum ornatum, munditiam, luminaria cultum, cantica: quę omnia magnum nobis ſunt ſignum, cibum & potum hunc non potum, non cibum naturalem, ſed cæli eſſe panem & vinum; Chriſti nempe ſanguinem, & carnem; Deum ipſum. Certè (allego experimentum) vel infantes ipſi fidelium filioli in templa à parentibus adducti, cum videant adſtantes ibi omnes viros ac fœminas, ipſoſque in primis parentes ſuos genu humiliter flexu hoſtiam adorantes & calicem, iunctiſque manibus tum pecora tundentes, proſternuntur ſimiliter infantes ipſi, iunctiſque adorant manibus, macerantque pectuſcula, atque interrogati, quidnam ſit illud, quod adorant, dicunt, *Deus*. Ex tunc quidem radicatur fides, proceditque ſemper, ita vt nos, qui ſic educati, ſic inſtructi ſumus multo facilius ſacramento huic præſtemus fidem, quam qui adultus iam venit ad Eccleſiam. O auditores fideles! ſi veritatem hanc penſitaretis? Quis cum videat, ſuæ circa ſacramentum hoc fidei oſtentationem grande quidem eſſe obſequium Chriſto, multumque honoris diuinæ conciliare Majeſtati, in publica eius veneratione tepeſcat? Nõ operamur eo nos modo diuinum hunc cibum, vt cum veneratione noſtra faciamus

Sacramenta excepta Euchariſtia in vſu & applicatione conſiſtit.

Suar. 3. p. to. 3. diſp. 2. ſect. 1. diſt. 3.
S. Tho 3. p q. 74. a. 1. ad 3. q 78. a. 1 ad 2.
Cõc. Tri. ſeſſ 13. c 3.
Magiſt. 4. diſt. 1.
Bonau. ib.
Scotus ib.
S. Tho. 3. p q. 60. a. 1.
Suar. 3 p. to. 3. diſp. 41. ſect 4. diſt. 3.

Digitized by Google

Deum: tamen operamur eum ita, vt cum verus ſit Deus, eſſe Deum verũ oſtendamus. Liceat hic meminiſſe verę illius ſententię, qua poëtarum acutiſſimus Domitianum Imperatorem mouit, vt pecuniam ei largiretur. Effigies (ait) ſeu Deorum ſimulachra non ideo cognoſcuntur Dij, quod in marmore ſint, auro ve ſimulata, cum ſolas illic figuras cernamus hominũ, nihil à reliquis diuerſas. At, quum genuflexos coram ſimulachro cernimus homines petẽtes ab eo dona ſua: tunc quidem effigiem agnoſcimus Deum, eamq; proinde veneramur. Non igitur facit ſtatuarius Deos: ſed homo ille, qui ante eos procidens precatur. Nemo igitur, O Imperator, propriùs te Deum facit, quam mea ego obſecratione.

Qui fingit ſacros auro, vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit. Martial. l. 8. epig. 24

Grande ergo obſequium præſtamus Deo, dum ante diuinum hoc ſacramentum publica illius confeſſione proſternimur.

Rogo vos, auditores, intenti vt auſcultetis, quam prębuit Chriſtus reſponſionem turbis interrogantibus: *Quid faciemus, vt operemur opera Dei?* Si Dei ſunt opera, quomodo nos operabimur ea, vt dicas tu nobis; *Operamini cibum, quem Filius hominis dabit vobis.* Si dat cibum iſtum Dei Filius, eſtque perfectum ab eo opus; quomodo operabimur nos illud? Chriſti reſponſio fuit: *Hoc eſt opus Dei; vt credatis in eum, quem miſit ille.* Opus quidem credendi opus veſtrum eſt, actuſque fidei veſter eſt actus: ſed eſt nihilominus Dei opus, qui fidei infundit habitum, quique ad actum cum homine concurrit. Eximia ergo hominum dignitas, vt Dei opus operemur ipſi, dum firmiter credentes eum in ſacramento veneramur. Ioan. 6 28 Ioan. 6 29

Audientes hunc Chriſti ſermonẽ, poſtulauerunt ab eo ſignũ ad credendũ in eũ, ſicut dedit Moyſes patribus eorũ, miſſum ſcilicet è cælis manna, quo quadraginta annis in deſerto ſunt aliti. Sed quodnã ſignũ præbuit hominibus rogatus Chriſtus? Nullũ profectò prębere voluit, cũ dare poſſet quotquot vellent. Eſt extremũ miraculorũ miraculũ exiſtere Chriſtũ ipſũ innumeris ſimul in locis, in quibus cõſecratę ſunt hoſtiæ, cũ innumeræ cõſecratæ ſint ſẽper. Sicut ergo accipiens coram turbis illis quinq; panes in manibus diſtribuit viſibiliter inter quinq; hominũ millia: potuit profectò facere, vt viſibiliter cõſpiceretur corpus ſuũ in quinque millibus ſimul hoſtijs, imo & in quingentis millibus, in quibus ſimul quotidie exiſtit. Noluit tale aliquod ſignũ exhibere: ſed ſimplici reſpõdit verbo. Ego ſũ cæleſtis panis, cui manna illud nequaquã fuit cõpar. Longo veritatẽ hanc repetiuit colloquio, dicẽs, in ſui corporis eſu vitã eſſe hominũ æternã. Viderant turbæ Chriſtũ multa patrantẽ diuinitus miracula, ex quibus erat illud, quod fecit, ſatians eos omnes quinque panibus: ſufficiens inde ſuppetebat fundamentũ ad credendũ, eũ quidem eſſe, quẽ ſe dicebat, verũ Deũ; vt quid ergo in ipſo ſui corporis cibo ſignũ adderet viſibile, præter verbũ ſuũ, quo carnẽ hic ſuã eſſe affirmauit? *Cũ Chriſtus ipſe affirmet, atque dicat de pane, Hoc eſt corpus meũ; quis deinceps audeat dubitare?* ait B. Cyrill. Cyril. Ieroſol. catecheſi.

Deſcendo nunc ad oſtendendum genus hoc manifeſtandi ſe ipſum

Digitized by Google

omni ante incarnationem tempore fuiſſe Deo pluries vſitatum. At quia non capit omnia concio, vnam duntaxat referam hiſtoriam eritque ea ipſa, quam retulerunt turbæ iſtæ dicentes, fuiſſe à Moyſe datum in deſerto mãna ſuis patribus cæleſte. Voluit Dominus Deus, ex Ægyptiaca educere ſeruitute Iſraëliticam familiam duobus illis finibus, qui ſuæ ſunt proprij bonitatis, gloria ſcilicet ſua, & ſuarum bonũ creaturarum. Vtrumque finem notum fecit Moyſi, quem illius operis fecit executorem, dicens quamprimum ei: *Clamor ergo filiorum Iſrael venit ad me: Vidi afflictionem eorum, qua ab Ægyptijs opprimuntur: ſed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum, filios Iſraël de Ægypto.* Hunc propoſuit finem eductori populi ſui Moyſi: at finem à Moyſe ipſo Pharaoni Regi proponendũ, vt libertatem concederet populo Dei ipſius cultum eſſe dixit ſancto ſacrificio perficiendum. *Ingredierisque tu, & ſeniores Iſrael ad Regem Ægypti: & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro.* Ad hanc igitur Moſis electionem, qua eum populi eductorem conſtituit: apparuit ei in mõte Horeb, cum ille oues ageret Paſtor. Sed quanam forma notum ſe ei fecit? *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat, quod rubus arderet, & non combureretur.* Credidit Moſes illum eſſe Deum: ſed non credidit ſe ipſum ſibi, id eſt non agnouit ſe tanta dignum legatione. Tunc ad eum Deus. *Ego ero tecum: & hoc habebis ſignum, quod miſerim te. Quum eduxeris populũ meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum.* Obſeruate, auditores, ſignum hoc, quod dedit Dominus Moyſi: futurum nempe ſacrificium, quod Moyſes ipſe erat immolaturus poſt eductam à ſeruitute familiam. Replicuit tunc Moſes, ſibi quidem ſignum eſſe ſufficiens ad credendum, deſiderari tamen ſigna alia in Moyſe ipſo, vt ſe à Deo miſſum crederent homines, tam Iſraëlitæ, quam Ægyptij. Multa ad hoc Deus ordinauit ſigna, quæ oſtenderet Moſes, vt à Deo miſſus crederetur, vel ſola illa, quam manu tenebat virga, grandia ab eo dixit miracula patranda, quæ poſtmodum coram Rege, & vtroque patrauit populo, Iſraëlitico & Ægyptio. Quam primum dixit ei Dominus, vt in terram proijceret virgam. *Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius: extendit, & tenuit: verſaque eſt in virgam. Vt credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus.* Aliud autem ſola manu exercendum dedit ſignum, quo à Deo miſſus crederetur. *Et fecit ſigna coram populo, & credidit populus.* Eadem coram Rege, nec ſolum hęc, ſed in ſanguinem conuertit flumina; deinde in aquas ſanguinem. Adduxit locuſtarum, ranarum, muſcarum multitudinem: imbrium etiam, grandinis, fulminũ, tenebrarũ: mare item aperuit, facta in medio gurgite ſolida ad Iſraëlitarũ tranſitũ via. Nunc quæro à vobis, qui me auditis: cũ oſtenderet Deus tot Moyſi mirabilia, quæ ipſe alijs oſtẽtaret: cur noluit illa omnia Moyſi ipſi eſſe ſigna, quibus ſe à Deo miſſũ crederet; ſed dedit ei vnicũ hoc ſignũ, immolationem videlicet ipſam,

Exod. 3. 9. — Exod. 3. 18 — Exod. 3. 2. — Exod. 3. 12 — Exod. 4. 3. — Exod. 3. 30

Fidem roborauit Deus omni tempore, quandoque oſtenſis ſignis, nullis oſtenſis aliquando.

qua Moſes ipſe honoraturus erat Deum? Reliqua ſigna & data à Deo erant, & præſentia; ſacrificium illud erat futurum, & ab ipſo offerendum Moyſe, cui dabatur in ſignum. Quorum vtrumque efficaciam ſigni eneruare videbatur. Primum quoniam poſſet dicere Moyſes, non video ſignum hoc, vt auſim deferre ad Regem tam magni ponderis legationem. Si futurum eſt, quum videro credam. Secundum; quoniam poſſet ſimiliter dicere; Domine, ſi ſacrificium meum ſignum futurum eſt quod à te miſſus fuerim: tale quidem ſignum erit datum à me: cum è diuerſo oporteat, à te mihi ſignum oſtendi, ſi mihi ad credendum ſignum eſſe iubes. Poterat (fateor) conditioné vtramque ſimul inculcare Moyſes, ſi exiguæ eſſet fidei: ſed cum crederet iam eum à quo mittebatur, eſſe Deum, nullum petiuit vlterius ſignum ad credendum.

Sed enim ad Dei pertinuit honorem, vt & poſt præſtitam ſibi fidem promiſſum oſtenderet ſignum, & daret ille homo ipſe, cui ſignum ipſum propoſuit Deus ſignum ad credendũ. Credamus ſignis: eſt & honor eius, vt poſtquam credimus, præclara aliquando oſtendat ſigna. Eſt item Dei honor, vt nos ſerui eius, publicum maieſtatis ſuæ perhibeamus teſtimonium: ipſamque, qua in eum credimus fidem proferamus in ſignum, quo fidem ipſam adiuuemus. quapropter viſus eſt, dum ſic egit Deus dicere populis; ſigna hæc, quæ multa oſtendo manu Moyſis, expedientia ſunt ad Moyſis ipſius auctoritatem, vt cum à me credatis miſſum; at vt Moſes ipſe credat mihi, ſufficit ſimplex verbum meum, poſtquam me Deum eſſe oſtendi ei ſigno hoc, quo minime exuritur ardens hic rubus, in quo apparui ei. Signum, vt credat verbo meo, poſtquam verbum meum eſſe norit, vnum illud exhibeo, quod Moſes ipſe ſacrificaturus ſit mihi in monte iſto. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei!* Vtitur nunc his, nunc illis fidei incitamentis, iuxta *incomprehenſibilia iudicia eius.* Multa & grandia oſtendit in primitiua Eccleſia mirabilia ad Chriſti filij eius autoritatem roborandam tanto fidei ardore, vt innumerabiles viri, ac mulieres; teneræ Virgines, & ſenes vitam pro firma profuderint fide: nunc in Iaponenſi regione, cuius fides eſt primitiua ætas, firmiſſimam abſque vllo, aut raro, quod cunctis notum ſit, miraculo fidem introduxit, à millibus millium ſuſceptam: qui (quod mirandum magis) eiectis iam vniuerſa à regione cunctis tyranno à Rege Sacerdotibus, non modo perſtant intrepidi Chriſtiani; ſed ſubeunt etiam grauiſſima quotidie martyria viri, fœminæ, pueri, puellæ, glorioſiſſima Chriſti confeſſione. Miramur nos tam firmam abſque miraculis fidem, ſed agnoſcimus plane nullum illuſtrius veritatis fidei teſtimonium, quam ipſam in tradenda vita promptitudinem, quæ nec vnde euenire naturaliter poſſet, niſi ex ſupernaturali ſolidiſſimæ fidei (vt Auguſtinus notat) infuſione. Ipſa itaque noſtra fidei profeſſio præclariſſimum eſt ad ipſam fidem teſtimonium.

Merito ergo inſtitutum ſumimus concionis, verum ſe Deum oſtentaſſe Chriſtum in eo, quod proprium Dei proſequatur vſum,

S. Thom. in Iſai c. 7 num. 14.

Rom. 11. 33.

Iaponenſes rariſſimis excitati miraculis fidẽ Chriſti firmiter tuentur.

Fidem abſque perſpicuis ſignis firmã tenere, magnũ ſignum eſt, quo ipſa fides compungitur.

Aug lib. 22. de ciu. cap. 5.

fidem prius exigendo, quam præbeat ſigna credituris. Exigit prius fidem pollicitus daturum ſe poſtquam crediderimus perſpicuam manifeſtationem veritatis, quam credimus, ſui nimirum manifeſtationem in cœleſtibus æterna vita poſſidendam, dum ait: *Qui manducat hunc panem, viuit in æternum.* Petit etiam vt nos ipſi ſigna confirmandæ fidei præbeamus, dum dicit: *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.* Addo expedire ſic hominibus ipſis, qui magno, ſi in gratia ſunt, ditantur fidei merito, credentes abſque ſignis Deo. Reſeruat Deus perſpicuam oſtentationem ſui ad cœleſtem beatitudinem: ibi perſpiciunt eum beati: oportet ergo, vt in via prius ſimus, quam in termino, currentes ad eum comitati fide, qua charitatis formata conſortio termini præmium mereamur. Magnũ ſatis præſtat nobis bonum in eo, quod cum in via ſe manifeſtari non expediat, præbet ſe nobis ſocium itineris velatum; arctum tamen ſocium, adeo vt ipſe ſit viaticum noſtrum, currens nobiſcum noſtra intra viſcera ſuſceptum. Deperibat Iacob ardentiſſima dilectione Rachelam: pro qua accipienda in coniugem, parenti eius Laban ſeptem ſeruiuit annis. Quibus fideli peractis obſequio, cum in die nuptiarum grande pater eius feciſſet conuiuium, introduxit nocte illa aliam pro Rachel filiam maiorem natu, Liam nomine: quam putauit Rachelam deceptus nocturnis Sponſus tenebris. Sed mane facto agnoſcens Liam, ſuccenſuit ſocero, quod pro Rachel impoſtor dediſſet ei illam, quæ lippis erat oculis. Sed reſpondit Laban; *Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.* Dabo & Rachelam tibi, ſi ſeptem alijs annis ſeruieris mihi. Acquieuit ille, & ſeptem alijs ſeruijt annis. Video, duabus his ſororibus duas Dei filias deſignari, fidem & gloriam filias voco Dei; quoniam vnuſquiſque ex ſuis agnoſcitur filijs. Agnoſcitur autem Deus fide, & gloria ſua: ſed gloria conſpicuo in cœlis intuitu, fide ſubobſcuro in terris lumine. *Videamus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem.* Fides lippis eſt oculis; gloria viſui clariſſima: quoniam gloria Græce, Latine dicitur claritas. Sed eſt natu fides maior quod ad noſtram cognitionem; eo quod Deus fide prius, quam manifeſtatione cognoſcatur. Tu igitur, auditor pie, ſpecioſiſſimam diligis gloriam; Deum perſpicue cernere: & cum beatitudine, quæ in clara eius viſione conſiſtit viuere, & oblectari. Ait tamen tibi vtriuſque ſororis Pater Deus: non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Serui, ſerui, amice, ſerui mihi in conſortio primum fidei pro beatitudine obtinenda: tunc, poſtquam formatæ fidei ſocius ſeruieris mihi, dabo tibi & filiam hanc, quam cupis, gloriam meam conſpiciendam, ſociamque tibi arctiſſimam, vt cum ea viuas in æternum. Satis profecto benignus eſt Deus dans tibi perpetuam ſponſam ſpecioſiſſimam, ditiſſimamque gloriã, poſt præſtitum à te in conſortio formatæ gratia fidei debitum ei obſequium: ſed tamen plus vltra porrigere dignatur. Seipſum præbet itineris ſocium in hoc ſæculo quamuis velatum, vel fidei linteaminibus. Sic adeſt nobis facultas offerendi ſacrificium hoc æterno Patri,

Euchariſtia ſignum manifeſtans Chriſtum ibi exiſtentem, minime expediens eſt.

Fide ſocia oportet nos ad perſpicuam Dei viſionem properare.

Gene. 29. 26.

1. Cor. 13. 12.

Digitized by Google

ita vt oblatio ipſa, quæ ex fide noſtra eſt, nobis ipſis ad credendum ſit ſignum multo præclarius Moſayco illo ſacrificio, quod cum ipſe oblaturus eſſet Moyſes, fuit ei ſignum ad credendum. Oportet autem meminiſſe, qualenam fuerit Moſaycum illud ſacrificium: vt poſtquam grande nimis viderimus, egregius longe noſtram videamus. Et imprimis ſtatuendum eſt factum in monte Horeb, ſicut dixerat Dominus. Legimus Exodi. 33. cap. eductum ab Ægypto Iſraeliticum populum ductore Moyſe, ad illum Horeb montem perueniſſe: non autem legimus diſceſſiſſe illinc vſque ad oblatum ſacrificium, quod ſcribitur capite Leuitici 8. Vnde liquet, ſacrificium illud in Horeb oblatum fuiſſe: ac conſequenter, longum in præparatione, & ſacrificio tempus inſumptum. Præterea in eodem 33. Exodi cap. ſcriptum eſt, eo tempore, quo Deus ordinabat ſanctuarium, *depoſuerunt Filij Iſrael ornamentum ſuum à monte Horeb.* A quo non diſceſſerunt ante fabrefactum ſanctuarium, atque immolatum ſacrificium. Numeri item 10. cap. poſt oblatum ſacrificium: *Profecti ſunt ergo de monte Domini*: qui intelligitur ſuper mons Horeb. Et quamquam ibi dicitur fabrefactus in monte Sina apparatus ille omnis: eſt tamen ſciendum Horeb, & Sina eundem eſſe montem: vt explorauit Abulenſis. Fuit in deſerto illo monte fabrefactum ad ſacrificij oblationem portatile ex lignis templum ſumptuoſum adeo, vt nullus terræ Imperator tanto poſſit in media ciuitate ædificare domum apparatu. Typum diſpoſuit Deus ipſe infinitis plene emblematibus, alijſque rebus ornatum mirabilibus. Tria replet libri Exodi capita artificijs deſcriptio, materijſque partium templi omnium: longum aliud caput artificioſa odoramentorum confectio ab ipſo ordinata Deo: fuſius caput aliud cæremoniæ, quas conſecrandis Pontifici, & Sacerdotibus Deus ſimiliter præſcripſit; necnon eorũ veſtimenta. Totum Leuitici librum ſeptemdecim contentum capitibus ſacrificium ipſum innumeris oblatum ritibus, à Deo ipſo deſignatis. Videtur in nulla terræ vrbe, quantouis opulenta theſauro inueniri potuiſſe, quæ ſacrificio illi ſunt applicitæ diuitiæ. Deſerta illa ſolitudo aurum germinare videbatur, flumina adamantes: quaſi mare, arena margaritas: plantæ pro folijs ſmaragdos: pyropos pro ceraſis. Notanda magis offerentium promptitudo, ſexcentorum millium virorum, plurium fœminarum. *Egreſſa omnis multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi obtulerunt mente promptiſſima atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij. Quidquid ad cultum: & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures, annulos, & dextralia. Omne vas aurum in donaria Domini ſeparatum eſt*: Multaque alia, quæ concio non capit. Præterea in altaris dedicatione omnes, qui familiarum erant capita, obtulerunt ſinguli argentea vaſa duo, aurea non pauca, vt legimus apud ſeptimum numerorum caput. Erat autem ſanctuarium, & ſacrificium illud nube ſemper opertum, vt ſcribitur capite Exodi 40. *Cuncta nubes operuerat.* Videtis, quam ſolido dixerit Deus fundamento, ſacrificium quod à Moyſe ipſo poſt

Euchariſtia veritas mirifice eluceſcit cultu, reuerentia & apparatu quo fideles eam venerantur, quo & celebrãt Chriſti corpus feſto.

Sacrificium grande immolatũ Deo à filijs Iſrael in deſerto monte Horeb ſeu Sina

Sanctuarium à Moyſe fabricatũ Deo in monte Horeb, extructum fuiſſe.

Horeb mõs intelligitur quum dicitur mons Domini.

Horeb. & Sina vnus & idem mons.

Sacrificium à filijs Iſrael oblatum in deſerto eximiæ maieſtatis.

Sanctuarium quod Deo fuit cõſtructum in deſerto, mirabile nimis.

Exod. 33. 6.

Leuit 8. 6

Exo. 33 6. Num. 10. 33. Toſtat. in lib. 3. Reg 6. q. 9.

Exod 25. 26. 27.

Exod. 30.

Exod. 28.

Leuiticus

Exod. 35. 20.

Exod. 40 33.

eductionem populi offerendum erat, vnicum ſignum fuiſſe futurũ, quod à Deo eſſet miſſus Moyſes ipſe ad eam populi ereptionem. Opus ergo hominum fuit, quod fuit ſignum diuinæ veritatis: ſed fuit nihilominus Dei opus, & multo magis proprium Dei, quam hominum. Tanta enim pretioſiſſimarum rerum congeries nequaquã, niſi præcelſa Dei prouidentia in deſerto illo inueniri potuiſſet. Minus tanta hominum conformitas in diuitijs ſuis omnibus tanta offerendis promptitudine. Adhæc diſpoſuit Deus ipſe omnia ſigillatim innumeris cæremonijs, ac ritibus. Et (quod valde mirandum) infudit duobus ſapientiam artificibus ad hæc omnia ſupra humanam
Exo.31.2. artem conficienda. *Ecce* (ait) *vocaui ex nomine Beſeled filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabre fieri poteſt ex auro & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum. Dedique ei ſocium Oliab filium Achiſamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi poſui ſapientiam, vt faciant cuncta, quæ præcepi tibi.* Sane quum vidit Moyſes illud, quod ipſe offerebat ſacrificium tam eſſe magnificum, & regium; non potuit non agnoſcere, ſignum eſſe omnino manifeſtum, quod ipſe fuiſſet à Deo miſſus ad illam populi eductionem pro offerendo grandi illo ſacrificio.

Euchariſtiæ fides adhibito à fidelibus cultu diuinitus augetur.

O Sacro-ſanctum ſacrificium noſtrum, vnicum Chriſtianæ Eccleſiæ ſacrificium! O ſupreme Domine! Quis te ſub nube hac præſentem eſſe non agnoſcat? ſub hoc dico panis velamento, ſub vini ſpecie conſecrati. Quis (inquam) non agnoſcat, cùm videat cultũ, pompam, apparatum, ſuper omnia reuerentiam, qua te Chriſtianus populus amplior longe Iſraelitico veneratur tuam in ſacramẽto hoc maieſtatem, offerens te Deo Patri ſuo, offerens ſeipſum ſuaque tibi omnia in tanti cultum Sacramenti Corporis tui, tui ſanguinis! Multo altior nobis, quam Iſraelitis illis venerationis cauſa, offerendique noſtra tibi omnia, in debitum templo, in quo tu aſſiſtis, ornamentum, debitamque feſtiuitatem. Illi offerebant agnum, vitulũ, bouem: nos carnem tuam, tuum ſanguinem, teipſum, pro nobis te offerentem. Illa omnis ſanctuarij machina in honorem erat ſcriptæ in tabulis legis tuę: hic, quo præſens feſtum celebramus ornatus, cultus quidem eſt diuinæ ipſius maieſtatis tuæ, his ſub accidentibus opertæ. Vno ſacrificium illud immolabatur in loco: hoc in cunctis Chriſtiani populi templis. Illuſtriſſimam artificibus cunctis ſapientiam infundis, ad excogitanda varia ornamentorum genera, quibus cultus hic tuus magnifice reſplendeat. Nec potuit tanta vniuerſo in orbe animorum in celebritate hac eſſe conſenſio, niſi tuo infuſa numine, quo myſterij huius firmiſſima nobis infunditur fides. Pręſertim cum tanta ſit in offerendo, alacritas, tanta offerentium promptitudo. Superat antiquam illam Iſraelitici populi: quanuis illam prædicemus eximiam. Eſt impenſe notandum, vndenam habuerint mulieres illę aureas, quas in ſanctuarij ornatum inaures obtulerunt; cum paulo ante fuſæ fuiſſent earum inaures in aurei vituli, quem in eodem conflauerunt monte confectionem? Impenſe (inquam) notan-

Digitized by Google

notandum eſt. Nam ad vitulum illum applicitæ ſunt, quæ pendebant ex auribus inaures: quas nequaquam detraxiſſent auribus ſuis, ſi haberent alias aſſeruatas, quas ad opus illud dare poſſent. Sane (ideo dixi notandum) habebant aſſeruatas alias, quas vt in diuini ornatum ſacrificij locarent, aures ſuas ſpoliare maluerunt, quam offerre illas conflando vitulo. Noto etenim ego ad idoli illius facturam non obtuliſſe fœminas ipſas inaurem ſponte vllam: ſed earum viros eas detraxiſſe ex auribus illarum. Verba textus ſunt iſta: *Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me: Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad Aaron.* At pro exornando diuino ſacrificio, eiuſque tabernaculo, *Obtulerunt mente promptiſſima, atque deuota fœminæ ipſæ non inaures ſolum, ſed viri cum mulieribus præbuerunt armillas: & inaures, annulos, & dextralia.* Exod. 35. 22

Proceſsiones feſti Corporis Christi magnæ ad fidem vtilitatis.

Eucharistiæ ſacramentũ ſolis à ſacerdotibus portandum.

Procedit vltra proceſſionibus his, quibus auguſtiſſimum hoc ſacramentum in hiſce feſtis circũducitur, glorioſa hæc fidei noſtræ profeſſio, ingerens fidei ipſi luculentum teſtimonium. Antiquum illud ſanctuarium continua per deſertum proceſſione fuit à monte Horeb, vſque ad promiſſam portatum terram per annos ferme quadraginta, crebris vbi ſtationibus offerebatur Deo ſacrificium. Nec erant vulgares homines illi, qui diſſolutum portabant per partes ſanctuarium, ſed ſanctificati Deo Leuitę, cęteri penitus prohibiti, adeo vt magnum eſſet ſacrilegium capitis pœna puniendum, ſi partem eius aliquam vel manu auderent tangere. *Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyſes, & Aaron, fuerunt viginti duo millia*: ex quibus deſtinati, erãt ad ſanctuarij tranſlationem quingenti octuaginta ſupra octo millia, in tres factiones diſtributi. Illud inter alia ad intimam me mouet reuerentiam: præbuerunt Principes carrucas ſex cum bobus duodecim ad machinæ illius, ſacrorumque portationem vaſorũ. Sodalitio Gerſonis, quod tentorium, & ſimilia ſanctuarij tapetia portarent, data ſunt plauſtra duo, quatuor factioni Merari, qui columnas, tabulas, vectes, baſes, & his annexa portitabant: atque ita nullum factioni Caath. Cur non & huic datum eſt plauſtrum, cum plauſtra eſſent ſex, poſſetque dari factioni huic vnum, vnum factioni Merari, cui data ſunt duo? O ſummam reuerentiam! Portabat agmen illud Caath quæ interiora erant ſanctuarij, arcam, menſam, candelabrum, altaria, vaſa ſacra, vectes, lumen & reliqua id genus conſecrata: ideoque humeris portanda proprijs, non plauſtro, & bobus, iuſſit Dominus. *Filijs autem Caath non dedit plauſtra, & boues, quia in ſanctuario ſeruiunt, & onera proprijs portant humeris.* Proceſſionis dux parua erat nubecula, quę quum ambulabat, pergebat proceſſio, ſiſtebant omnes dum ſiſteret nubes. *Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per turmas ſuas: ſi pendebat deſuper, manebant in eodem loco. Et ſi eueniſſet quod multo tempore maneret ſupra illud: erant filij Iſrael in excubijs Domini, & non proficiſcebantur quot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum.* O ſacro-ſan-

Num. 3. 38
Num. 3. 39
Num. 7. 7
Num. 3. 26
Num. 3. 33
Num. 7. 8
Num. 3. 31
Num. 7. 9.
Exod. 40. 33.

ctum Euchariſtiæ ſacramentum! O ſupreme Rex, qui pompoſa quotannis proceſſione per multas circunduceris dies? Ferris ſacerdotum humeris aurea, vt par eſt, thenſa, quum minus argentea: reliqui onerantur tabulis pictis, cortinis, velis, menſis, floribus ad exornãdas tranſitus vias, altaria pulchre componenda. Sed quiſnam dicat hanc vniuerſo in orbe proceſſionem? Parua vtiq; nubes: panis velum ſine pane. Hanc enim duntaxat cernimus nubem: hac proficiſcimur, hac ducimur diuturna cultus tui proceſſione. Impendimus libentiſſime omnes omnia in cultum hunc noſtra, tam in templorum ornamenta, quã in exornationem earum viarũ, per quas benignus circunduceris. Gaudeo ſummopere, dum video hunc proceſſionũ cultum non ſolum in feſtiuiſſimis Corporis Chriſti proceſſionibus, ſed in eis etiã, quibus ad ægrotos fertur viaticũ, ſumme noſtris tẽporibus lucidũ, adeo vt quotidiana quæque ex his proceſſio referat generales ipſas, quæ præſenti in feſto celebrantur. Nonne videtur vobis magnũ diuinæ ſacramenti huius fidei teſtimonium ipſamet fides noſtra, qua tanto illud apparatu, reuerentia, ornamentis colimus, profitemur, celebramus.

Euchariſtia quum ad ægrotos fertur in viaticum magna temporibus noſtris maieſtate portatur.

Simile.

Celebrat populus quiſque Regis ſui tranſeuntis aduentum quanto maiori poteſt pompa, canticis, ludis, feſtis, maieſtate: ſoletque aliquando ſic exceptus Rex, per cancellos intueri ludos, ita vt à nemine ex his, qui foris ſunt, ipſe cõſpiciatur. Tamen cũ hi, qui ludunt, ſciant Regem poſt illos eſſe cãcellos; dirigunt curſum ludi ſui ad feneſtram illam; cui etiam inclinatione ſaltem capitis venerationem oſtendunt. Sic quicumq; vident ludentes omnes in illam tendere feneſtram, ibique capita inclinare: Regiam quidem ibi intelligunt adeſſe maieſtatem. Præclariſſimus ille Octauianus Imperator videns in cunctis, quas intrabat, vrbibus feſtiuiſſimos ſibi ludos inſtitui, conſulto ingrediebatur noctu, vt à nimijs ciues eximeret expenſis. At nec profuit nocturnarum velum tenebrarum, ne celebrarent ciues, quem tanti æſtimabant Imperatorem. Narrat Suetonius, qui etiam addit, nihil profuiſſe velamenta, quominus intelligerent populi illum eſſe Imperatorem, quem notis eius famulis videbant circumſeptum. Sane quum tenelli pueri, quum hebetes, quum ruſtici, quum Indi, Æthiopes, & Ethnici alij vident nos ſacerdotes, vident Doctores, & Dynaſtas, populique primarios celebri ambulantes proceſſione feſtum omne ad cancellos hos dirigere, ad hoc ſpeciei panis velamentum, cui genu humiliamur flexo, cui offerimus thura, & thymiamata: magnum agnoſcunt ibi numen, quo ſemi-inſtructi ſunt, vt facilius intelligant myſterium, quum expreſſis certiores fiunt verbis verum Deum ibi latitare. Nec quod quaſi ſub noctem veniat Deus, ſit nimirum ſub velamento iſto quaſi tenebris opertus, minor cultus eſt, minor ei debitus reſpectus ab his, qui eum hic adeſſe credimus, eumq; tanquam digniſſimum dilectione Regem amamus. Verba Angelici doctoris noſtri B. Thomæ recolamus. *Accidentia* (ait) *ſine ſubiecto in eodem exiſtunt, vt fides locum habeat.* Planus eſt verborum intellectus: nempe vt exerceatur fides, credens id, quod ſupra naturam eſt penitus, exiſtere quantitatem panis, eiuſque albedinem, ſaporem, ac odorem ſine panis ſubſtantia, quę na-

Sueton. in Auguſto Octauian.

Auguſtus Cæſar noctu ingrediebatur vrbes ad impediendos ſumptus, quibus eum populi excipiebant.

S. Tho opuſc. 57. in ſerm.

Fidem magnopere honorat Deus.

Digitized by Google

turale eſt horum ſubiectum accidentium. Sed noto ego dicendi modum; *Vt fides locum habeat.* Num ſubſtantiæ panis occupat locum? non eſt Chriſti corpus? manent ergo accidentia deſtituta ſubiecto, vt

Simile.

Chriſtus locum habeat: cur dicit Doctor hic, *Vt fides locum habeat?* Habet profecto fides locum ſimul cum gloriæ Rege. Quum tranſiens per vrbem Rex aſſiſtit ludis in feneſtra, vultque Dominam domus fauore ampliſſimo honorare; collocat eam ſecum in feneſtra: ſed tamen arctatur ideo non comparere manifeſte, ſed per crates feſta circunſpicere. Eſt fides matrona domus noſtræ, militantis Eccleſiæ, vt Apoſtolus ait; *Nos autem non ſumus ſubſtractionis filij in perditionem: ſed fidei inacquiſitionē animæ.* Heb. 10. 39 Propria domus fidei, in qua abſque aperto intuitu cognoſcimus Deum, militans Eccleſia eſt; Honorat ergo matronam hanc Deus, cum domi eius ſit, dum eſt in terra viaticum noſtrum; ideoque ſecum collocat eam in feſtis his, quibus pro exigua noſtra poteſtate nos terrigenæ eum celebramus. In cælis, cum in regia ſit ſua, habet iugiter ſecum diſcoopertam Reginam, gloriam ſcilicet ſuam, cum qua aſpicitur perſpicue. Imo ipſum conſpici perſpicue Deum, eſt gloriam conſpici. Quoniam cum Deus ſit ſplendor ipſe, gloria autem ipſe ſplendor ſit; eo quidem ipſo quod videatur perſpicue Deus, gloria eius conſpicitur, in quo adſpectu eſt ſita beatitudo. Verumtamen cum mulierum tale ſit genium, vt nunquam ſilentio comprimant fauores, quibus à Principe honorantur, aut Rege: non diſſimulat fides fauorem hunc ſedendi cum Deo poſt cancellos: ſed per totum promulgat orbem confeſſione, prædicatione, ſcriptis, canticis. Nam licet non ſit, niſi metaphoricè fœmina, ſufficit hoc, vt nos etiam dicamus metaphorice quod dicimus.

Euchariſtiæ ſacramentū omnibus in feſto die celebrari canticorū, chorearum, cænarum; generibus, alijsque quibuſlibet honeſtis tripudijs & gaudijs, ſuprema eſt Dei prouidētia, in magnum diuinæ fidei ſplēdorem, & augmentū.

Liquet ex his, quam bene ſit ab Eccleſia conſultum, tantis feſtum hoc tripudijs celebrare: quamque nota Dei prouidentia, moueri fidelium animos omnium ad producendum hac in ſolennitate quidquid habet quiſque pulchrum, magnificum, pretioſum. Pondero illa Exodi verba, quibus poſt narratam Iſraëlitarum in offerendis ſuis promptitudinem, ſubditur: *Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coc-* Exod. 35. *cumque bis tinctum, byſſum. & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas,* 23. *& iacinthinas, argenti, æriſque metalla, obtulerunt Domino, lignaque Setim in varios vſus, ſed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byſſum, & pilos caprarum, ſponte propria cuncta tribuentes. Principes obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale, & rationale: aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris ſuauiſſimi componendum.* Video idipſum in hac vberius ſolennitate. Cui argentum eſt, is producit argētum, cui aurum, aurum; cui ſunt margaritæ, margaritas; gemmas, cui ſunt gemmæ: cui ambarū, ambarum; pelles, cui ſunt pelles odoramentis imbutæ. Qui ſcit pingere pingit; qui ſculpere, ſculpit; conflat, qui cōflare; qui plumare plumat; qui cantare, concinit: qui ſaltare, ſaltat in choreis: qui verſificare, profert lyras, gloſſas, epigrammata: pſallit, qui ſcit pſallere: qui perſonam agere hiſtriones, agunt ſacras comœdias: qui prædicare, prædicat quas

Digitized by Google

altiores aſſequitur ſententias. Milites diſplodũt ſcopletos: bombardarij bombardas: vexilliferi ventilant vexilla ſua: Eccleſiæ omnes proferunt cruces, imagines, confraternitates, cereos, imagines, vexilla, Æditui inuentiones in crucibus: Principes præbent cohortem munitionis ſuæ, vt Regiam Chriſti perſonam in ſacramento comitentur, comitantur & ipſi aperto capite æſtum ſolis minime timentes. Eo procedit vniuerſalitas, vt, quia carent omnibus pauperes, ne hi quidem omittant ſua proferre inuenta; illas nempe galeriuoraces teſtudines, quas Hiſpani appellant taraſcas, quibus acquirunt ipſi pro galeris redditis pecuniam. Parui eſt momenti quodcumque ex his, ſed ſummi momenti, quod omnia abſque exceptione producantur: eo quod generalis hæc animorum cõſenſio, ſignum ſit præclariſſimum verum ſub ſpeciebus his exiſtere Deum; cum res vniuerſæ ad cultum eius hilares cõcurrant. Quis approbabit, quod in ſuggeſto faciamus ludicræ teſtudinis mentionem, puerorumque illorum, qui forma dæmonum exultant, dęmoneſque ipſos repręſentant? At quis, ſi prudens eſt, non approbabit? Magni vtique intereſt animaduertere, nihil in feſto hoc non deſeruire, ne ipſos quidem dæmones vel vi in feſtum tractos. Seruiant Reges hic, ſeruiant & dæmones, quorum perſonas agunt pueri,
Phil. 2. 10. neſcientes quid agant; *Vt in nomine Ieſu* (vt teſtatur Apoſtolus) *omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Saltent infimi dęmones; velint, nolint ſaltare: ſaltent & magni Reges; velint, nolint coniuges eorum. Nam maximus è terreſtribus Regibus, omniumque prudentiſſimus, mutato ſaltauit habitu, non in ſublimi hac, qua Deus circunfertur proceſſione, ſed in antiqua illa, qua ſymbolum huius ferebatur, arca nimirum teſtamenti.
2. Reg. 6. 14. *Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum. Porro Dauid erat accinctus ephod lineo.* Gratiſſima Dei oculis ſaltatio, glorioſoque munerata pręmio: ſicut Micholis vxoris eius ingrata cenſura, triſtique punita ſupplicio.
2 Reg. 6 20. *Quam glorioſus* (ait) *fuit hodie Rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi nudetur vnus deſcurris.* Subdit continenter textus:
2. Reg. 6 25. *Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.* Notandum vocabulum, *Igitur*, reddit etenim cauſam dicti præcedentis: nihilque præcedit aliud pręter cenſuram hanc, qua ſaltantem vituperauit Regem. Itaque pro eo quod ſaltantem reprehendiſſet virum, priuata eſt partu filiorum. Notandum magis, quænam ſit inter culpam hanc, & hanc pœnam conuentio, vt propter cenſuræ huius culpam punita ſit mulier perpetua filiorum priuatione: cum ſupplicia quæque iuxta culparum genus taxentur à Deo. Hanc ego indagaui, ſi forte arrideat auditoribus, pœnæ & culpæ huius proportionem. Celebriores choreæ, lætaque tripudia, aut in nuptijs fiunt, aut in die, qua infantibus imponitur nomen; vt apud nos in die baptiſmi: in prima ex duabus his occaſionibus nempe in die nuptiarum, nullo Michol fuit fruita tripudio, nulla ſaltatione; eo quod grauia inter Saulem patrem ſuum & Dauidem coniugem iurgia tunc arderent: reſtabat vna illa occaſio, qua fœminæ illæ ſaltarent omnes, opportunitas, partus eius, & ortus filiorum. Ait igitur Deus,

Euchariſtiæ ſacramentũ tam generali omnium rerum obſequio ſitis in feſtis celebratur, vt vel dæmones ipſi inuiti ſaltẽt in chorea.

Euchariſtiæ feſtiuũ diem quantauis celebrent humilitate Reges, non excedent debitum obſequium.

Euchariſtiæ ſacramentũ à primarijs viris omni humilitatis genere celebrandum docuit ſtulta Micholis aduerſus Regem muțmuratio, quod ante arcam ſaltaret teſtamenti.

Digitized by Google

nec occaſione hac quis ſaltabit tibi; nemo te ſaltatione celebrabit: non parics. Michol, nec in partu quis ſaltabit tuo, quæ ſaltantem meo in feſto Regem ſugillaſti.

Conferamus nos quæ duo Dauidis facta neſciuit vxor illa conferre. Confugit profugus à Saule Dauid ad Achis Regem Geth, ſe diſſimulans Regem, communi ſimulans plebeium habitu. At cum cognitus ab hominibus illis, deferretur ad Achis, videns ſe ab eis agnoſci? *Extimuit valde à facie Achis Regis Geth: & immutauit os ſuum coram eis; & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliua eius in barbam: & ait Achis ad ſeruos ſuos; vidiſtis hominem inſanum: quare adduxiſtis eum ad me?* Cõferamus (inquam) duo Dauidis facta iſta. Si pro tuenda temporali vita, decuit Dauidem, fatuum ſe & inſanum ſimulare, totque inſenſati hominis actibus ſe præbere ludibrium conſpuendum: nonne decuit magis publica in via agere ſaltatorem propter Dei cultum & obſequium? Si factum hoc, quod pro ſaluanda fuerit vita, nemo notare poteſt leuitatis: quis, niſi leuis ſit, leuem notabit Regem ipſum, quod accinctus Ephod coram arca Domini ſaltauerit? Quis non laudabit Chriſtianum Regem, qui ſimile quippiam coram cœleſti exercuerit Rege circumducto in ſacramento, cuius arca illa erat figura? Laudabilis plane Regum humilitas, qui tale aliquid in huius exercent ſacramenti reuerentiam. Referam in noſtræ honorem Hiſpaniæ ſecundam eius legem, quæ ſecunda eſt, eo quod adorationẽ Dei commendet prima; poſt legem hanc, cultum ſecunda Euchariſtiæ. *Mandamos, y ordenamos, que quando nos, o el Principe heredero, o infantes nueſtros hijos, o otros qualeſquier Chriſtianos, vi eremos que viene por la calle el Sancto ſacramento del cuerpo de nueſtro ſenor, que todos ſeamos tenidos de lo acompanar faſta la Igleſia: y fincar los hinoſos para le hazer reuerentia, y que no nos podamos excuſar de lo aßi hazer, por lodo, ni por poluo, ni por otra cauſa alguna. E qualquier, que aßi no lo hiziere, pague ſeyſcientos maranedis.*

1.Reg.21. 13.

Euchariſtia Sacramentũ per vias ad ægrotos ductum debent ex celebri lege Hiſpani Reges, & omnes alij Hiſpani comitari.

Ley.2.tit. 2 libro. 1. recõpil. en vitui eſca. anno 1387.

Nec hinc anſa ſumenda eſt, vt putet quis, exteriori ſatisfieri cultu, niſi & interna adſit deuotio, ac reuerentia.

Euchariſtia Sacramento non ſatisfacit ſolus exterior cultus niſi interna iũctus reuerentia, ac deuotione.

Agit concio hæc de ſola ſacramenti huius fide, remittens reliqua ad conciones alias, dicitque ad huius fidem ſacramenti, multum valere feſtiuum apparatum, exhibitamque illi reuerentiam. Nedum, quod ſupponimus, abſque interna reuerentia, ac deuotione minime potuiſſe vniuerſalem adeo cultum, & apparatum coincidere. Nemo, qui, quoad poteſt ad communicandum diuino ſe diſponit auxilio, alienus eſt ab interno quodam fidei teſtimonio diuini numinis, quod recepit. Sanctuarium illud Iſraelitici populi nube, (vt dixi) operiebatur deforis. *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini repleuit illud.* Quiſquis diuinam hanc accepit eſcam, Chriſti eſt tabernaculum, quod nube tegitur fidei, ſed coruſcat intrinſecus diuina quadam gloria, à cibo prodeunte, quæ clarius quam oculis ſentitur corde: eſtque nobis ipſis interdum fidei teſtimonium. Tunc autem eſt aduſque præclarum, quum interna concurrit cum

Euchariſtia Sacramentum, qui ritè diſpoſiti accipiunt, internũ ſentiunt exiſtẽtis ibi Chriſti teſtimonium.

Exod.40. 32.

Digitized by Google

exteriore deuotione, munditia, reuerentia, pietate.

Concionis huius inſtitutum, quod eſt aſſidua Dei conſuetudo inſignis ad credendum ita exhibendis, vt & præbeat ea poſt præſtitam à nobis fidem, & ſigna ipſa à nobis ipſis dari velit, appoſita fulcietur hiſtoria, in qua vtrumque ſimul conſpicietur, vt hiſtoria ipſa ſit concionis epilogus.

4 Reg. 20. 1. Iſai. 38. 1.

Ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: & venit ad eum Iſaias filius Amos propheta, dixitque ei; Hæc dicit Dominus Deus; Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum. Fleuitque Iſaias fletu magno, & antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrij; factus eſt ſermo Domini ad eum, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid Patris tui: vidi lachrymas tuas, & ecce ſanaui te. Die tertio aſcendes templum Domini: & addam diebus tuis quindecim annos. Quodnam erit (dixit Ezechias) præſtandæ mihi ſignum ſanitatis? Erit (reſpondit Iſaias) quod tu elegeris ſignum. Prope eſt horologium: ſi vis, redibit retrorſum per decem ſol lineas: tranſgredietur vno eam inſtanti, ſi hoc mauis: Elegit ille ſolis retroceſſionem, tamquam manifeſtius, mirabiliuſque miraculum.

Miracula quando faciat Deus in ſignum veritatis, & quando nolit facere.

4 Reg. 20. 11.

Inuocauit itaque Iſaias Dominum: & reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz retrorſum decem gradibus. Duo hic notanda: ipſa primum ſolis retroceſſio ad primam noſtri inſtituti partem oſtendendam, quod nullum ſcilicet diuini huius ſacramenti in naturalibus rebus ſignum eſſe oporteat: ſecundum erit narratio illa, qua horologium illud Achaz horologium commendatur: quo alteram commendabimus partem: differri ſcilicet ea, quæ Deus oſtendit ſigna, ita vt oſtendat ea poſtquam habita verbo eius fide, exequuntur homines, quod iubet. A ſecundo hoc incipiamus. Quid neceſſe fuit dicere, horologium illud fuiſſe Achaz horologium: cum ad miraculi perſpicuitatem nihil referre videretur? At certe myſterio non caret; nullum Dei verbum otioſum eſt: inueniet multa vnuſquiſque myſteria, vnum ego hoc inueſtigaui.

Achaz Regi Iuda renuenti petere à Deo ſignũ quod Deus obtulit ei poſtulandũ, de iis Deus ſignũ ſponte ſua.

Fit hoc in textu mentio Regis Achaz hominis, cui Deus præbuit ſignum multos poſt annos oſtendendum: & quidem conſeruandæ ſignum vitæ; ſicut conſeruandæ præbuit Ezechię. Erat obſeſſus Rex Achaz, vrbeſque eius duobus obieſſæ à Regibus, Raſin Rege Syrię, & Phacee Samariæ Rege, quum promiſit ei Deus longiorem vitam, non ſoli ſibi, ſicut filio eius Ezechiæ. Sed vniuerſo regno ab imminente illa morte liberando, imo & victoria præferendo; data ei optione eligendi quodcumque vellet ſignum ad credendum, liberandam ab hoſtibus illis vitam ſuam, & ſuorum; Renuit Achaz exigere ſignum firmæ prætextu fidei dicens: *Non petam, & non tentabo Dominum.* Dicti huius expoſitores, cum ſciant Regem iſtum tam fuiſſe prauum; quam fuit ſanctus filius eius Ezechias, attribuunt malo illud animo; ſiue deuitandi ſcilicet affectum populi erga Deum, ſi manifeſtum cernerent miraculum; ſiue attribuendi ſibi ipſi victoriæ gloriam, quæ tribuenda eſſet Deo, ſi daret ille ſignum in confirmationem promiſſæ à ſe victoriæ. Alij attribuunt re-

uerentiæ,qua Deum Rex tentare timuit; Quiſquis fuerit animus eius, quod ad nos attinet notare,eſt Dei conſilium volentis, nec cõmunem hanc populi ſalutem, nec ſingularem Ezechiæ abſque noto fieri miraculo? vt vtraque vitę conceſſio à ſolo Deo eſſe cognoſceretur. Eſtque circa hoc non exiguæ conſiderationis, duobus his regibus,patri,& filio eius conceſſiſſe Deum eligenda in quibuſuis mũdi partibus ſigna.Ad Regem enim Achaz dixit: *Pete tibi ſignũ à Domino Deo tuo in profundum inferni,ſiue in excelſum ſupra*: Ad Ezechiam vt Iſai 7. 11. eligeret ſignum aut in oriente, aut in occaſu, quæ ſunt quatuor orbis partes. Itaque cum Achaz ſignum petere recuſaret;dedit Deus ſponte ſua,dignũ quidem,quod mente ſua dignũ videretur. Dedit ſignum, quod ſimul fuit in excelſis datum,& in terra,concipiente, ac edente in terris Virgine Cœleſtem Regem,Dei Filium. *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Iſai.7.14. Videamus nunc quodnam ſignum fuit mirabilis iſte Virginis conceptus, & partus, ad incutiendum hominibus illis animum ad prælia: cum conceperit Virgo poſt octodecim ab Achaz generationes, atque adeo poſt annos octingentos? Sane Matth. 1. 9.16. excitatorium animorum ſignum, præſens dandum fuiſſe videbatur. Variæ ſigni huius interpretationes: ſequimur S. Thomam dicentem dari à Deo ſigna quandoque prǣuia, quandoque ſocia facti, pro quo dantur in ſignum: nonnunquam poſt effectum ipſum, pro cuius certitudine in ſignum exhibentur. S. Tho. in hũc Iſaiæ locum. Dabo (ait Deus) præclariſſimum ſignum: ſed veſtram prius exhibete vos fidem verbo meo. Domine tranſituri ſunt octingenti anni, priuſquam videant ſignum hoc homines iſti: quonam ſigno excitantur? Tranſeant mille anni: tranſeant duo millia: in hoc elucet verbi auctoritas mei. Non videbunt ô Domine magnum ſignum hoc homines iſti, cum euenturum ſit poſt generationes octodecim. Nil refert, ſi ipſi non videant, eorum poſteri videbunt,necnon animæ hominum iſtorum: ipſi etiam & reliqui omnes poſt reſurrectionem generalem; vigeat interim fides verbi mei.

Miracula, quæ ſunt ad excitandos homines ad actũ aliquẽ, quãdoque ſunt ante ipſum hominum actum: quãdoque ſimul: aliquando itẽ poſt actum conſummatum.

Ad ſignum aliud accedamus, retroactum ab occiduo ſolem, decem per horas, lineas decem. Cur non per lineas quindecim? Profecto, cum promiſſi Ezechiæ ad viuendum anni fuerint quindecim; videbatur congruum magis complementi ſignum, ſi quindecim fieret lineis, quam factum lineis decem. Verum enim vero in hoc eſt mirabilius myſterium, quod ad deſignandos quindecim vitæ annos, non potuerit extendere ſe naturale aliquod ſignum ſeruata proportione. Animaduertite, horologij cuiuſque duodecim dumtaxat eſſe lineas, totidemque illis aſſignari horas. Nam ex vigintiquatuor, quibus conſtat cœli gyrus, duodecim operit obſcuritas noctis,nec horæ in horologio noctu ſignantur vllæ, cum currat tunc ſol in oppoſito Emiſpherio. Quin nec ex duodecim horis diei prima, & nouiſſima poſſunt lineis deſignari. Quoniam hora prima, dum ſol eſt in oriente, lineæ vmbra protenditur per totum,

Ezechiæ datum in horologij decem lineis ſignum, cur non in quindecim: cum anni vitæ promiſſi fuerint quindecim.

Digitized by Google

vſque ad occaſum Emiſpherium: hora vltima, quum ſol eſt in occaſu, vſque ad orientem producitur vmbra: vnde duæ vmbræ iſtæ non capiuntur horologio. Manent ergo decem tantum linearum vmbræ: atque ita datum fuit Ezechiæ ſignum in cunctis, quæ fieri poſſunt lineæ, & vmbræ in horologio. Nunc noſtri colligo inſtituti propoſitum. Si ad deſignandos quindecim ſuperadditæ homini vni vitæ annos, diminutum eſt tertia linearum parte quoduis ſignum naturale; quomodo poterit inueniri naturale aliquod ſignum, quo æterna deſignetur vita non homini vni, ſed cunctis, quotquot rite diſpoſiti hunc manducant panem, poſt naturalem mortem ſuperaddenda? Hanc enim poſt naturalem interitum glorioſa impendendã reſurrectione pollicetur, is, qui cibum porrigit, dicens: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* quibuſnam lineis deſignari æterna poteſt vita, quæ nullo vnquam terminabitur fine? Quo potuit cibus hic viſibili ſigillari deforis ſigno, quo immenſus Deus ſub velamine panis exiſtere deſignetur, conſeruandaque æternum vita his, qui debita diſpoſitione communicant? Ideo committit Deus ipſe fidelitati noſtræ, noſtroque erga eum amori firmam hanc ſigni oſtenſionem, quod fide ipſa noſtra oſtendimus nos, dum myſterium hoc firma credimus fide, fidemque ipſam vniuerſali cultu inſinuamus. *Credamus vbique Deo* (ait D. Chryſoſtomus) *neque repugnamus: etiam ſi ſenſui, & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur quod dicit. Superet & ſenſum, & rationem noſtram ſermo* (quæſo) *ipſius.*

Chryſoſt. hom. 60. ad popul.

Et vero, quoniam præſentis concionis ſubiectum eſt, ſignum à nobis noſtræ datum fidei, dari à Deo ipſo ſuæ in ſacramento hoc exiſtentiæ; nemo negare poterit, vrgentiſſimum veritatis huius eſſe ſignum vitã hominum multorum, qui ſacram communionem frequentantes, cœleſti potius, quam terreſtri viuunt ordine. Quis enim conſideratus homo, videns tot iuuenum, tot puellarum millia eo tempore, quo huius ętatis pueri nihil à petulantibus differunt vitulis, ſanctè viuere, ac ſobrie, pręcipue in religionibus; poterit non agnoſcere, tam magnum (vt vere eſt) miraculum non aliunde eſſe, cum nulla aliunde appareat cauſa, quam à ſaluberrimo alimento hoc, quo aſſidua aluntur conſuetudine? Ecce manifeſtiſſimum exiſtentis ſub hoc velamine Dei filij ſignum, quod ipſi præbent homines, tanta ob eſum hunc conſpicui puritate: cum tamen qui ſignũ hoc præbet, Deus ipſe ſit; quippe qui ſeipſo ab hominibus manducato vita eos componit ſpiritali, concurrente gratia eius ſimul cum ipſa communione.

Oremus clementiſſimum Deum, qui ſub his vini, & panis ſpeciebus ſe Patri offert, noſtram ob redemptionem ea ſacrificium charitate, qua ob redemptionem ipſam, cruentum ſe obtulit in cruce ſacrificium; quique ſub eiſdem ſpeciebus præbet ſe nobis cibum manducandum: oremus (inquam) vt nobis præbeat gratiam, qua ad ſaluberrimum hunc eſum diſponamur, conſequentibus eis vita in noſtra effectibus, qui proprij exiſtentis intra nos Dei effectus cognoſcantur, vita in cœlis augendi ſempiterna.

IN

Digitized by Google

IN EADEM SOLENNITATE SACRO-SANCTI CORPORIS CHRISTI.

SERMO II.

Caro mea verè eſt cibus, ſanguis meus verè eſt potus. Ioa. 6. 55.

Maria Virgo diuinam nobis edidit carnem, ſanguinem diuinum.

ADMIRANDA fœcunditas Virginis: miraculum omnem exſuperans mentem. Virgo ex vtero edidit edendam vniuerſo carnem, ſanguine bibendum mundo vniuerſo. Edidit quidem carnem virgo, cum tamen ſit Virgo, non carnalis eo ſenſu, quo carnales vocamus carni deditos homines; ſed purior angelis cœleſtibus puriſſimam nobis edidit carnem, quam non carnali comedimus modo, ſed ſub panis abſconditam ſpecie, ſicut ſub vini ſpecie bibimus ſanguinem. Priuauit nos mulier Vna vitali quondam fructu: virgo hęc produxit vitę nobis fructum, non temporalem, ſed æternum, fructum vitæ viuentem; qui proprio inuitans ore ait: Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Verba quæſo Plutarchi de duabus loquentis fœminis, Neæra, & Polycrita, auſcultemus. Loquens de Naxiorum obſidione, obſeſſore Diogneto Erythræorum rege, ait: Bellum iam diutius protractum, vnius tantum mulieris opera finem accepit, quod mulieris itidem peruerſitate fuerat inſtitutum. Fuerat belli cauſa Mileſiana Neæra; quę oriundum ex Naxo Promedontem impuro amore ſe quuta, ad illius vrbem, relicto Hypſicreonte coniuge, transfugit. Obſederunt Mileſij Naxum, vt de raptore Promedonte iuſtam ſumerēt vindictam; ſed liberauit Polycrita obſeſſos, hac, quam Plutarchus ipſe refert, arte. Motus Mileſiorum iniuria Diognetus Erythræorum Imperator eis venit adiutor, qui magnam in agro capiens prædam, cepit inter cætera præſtantem forma virginem, nomine Polycritam Naxi ciuem obſeſſi. Hanc delegit ille ſibi, eiuſque amore incenſus, non quaſi ancillam, ſed tanquam legi-

Plutarch. de claris mulieribus cap. 17. tom. 2. moral.

Polycrita Virginis præclariſſimū facinus.

Digitized by Google

timam ſponſam tenebat ſecum. Venit ſolemnis obſeſſoribus dies, in quo inter Deorũ ſuorum libamina, nec comeſſatio defuit, nec ebrietas: nec Polycritæ ſtudium fruendi ea, quam nacta fuit ad ſuorum remedium, occaſione. Rogauit regem, liceret per eum ſibi, mittere ad obſeſſos fratres aliquam libaminum partem. Quam conceſſa mittens facultate, plumbeam inſeruit placentę laminam, in qua præliandi formulam ſcripſit, haud dubiam pollicita victoriam. Nec vanum conſilium. Repererunt in pane laminam Naxij; feceruntque quod admonuit fœmina: quo facto, & exiere omnino liberi & Regi arcta adſtricti amicitia. Quam bene dixit ſcriptor; *vnius tandem mulieris opera finem accepit bellum, quod mulieris itidem peruerſitate fuerat inſtitutum.* Sed altiori nos dicemus cauſa, vnius fœminę, virginis puriſſimæ opera liberatum humanum genus ab exterminio, quod propter aliam imminebat fœminam, non furto raptam, ſed vetiti raptricem fructus: ſummoque reconciliatum Imperatori. Ars qua tantum nobis intulit boni, talis fuit. Abſcondit cœleſti in pane verbum quo nos admonuit, qua ſalutem via inueniremus, & pacem. Verbum (inquam) Dei vnicum, quod ſalutis tramitem nos docere venit, in aſſumpta ex eius viſceribus abſcondit carne, quæ etiam panis appellatur, cum dicat Chriſtus ipſe: *Caro mea vere eſt cibus*, & ſtatim: *ego ſum panis viuus, qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Quin etiam ſub naturalis panis ſpecie abſconſum eſt verbum, in humana ipſa ſcriptum pelle, in carne videlicet humana: vt hac opertum ſpecie, cum ipſa illud ſpecie comedamus. Addit prædictæ narrationi Plutarchus, incredibilem eſſe eum, quo Polycritam excepit populus, applauſum, generali eam acclamatione laudantes, ſummaque euehentes admiratione. Quibus nos encomijs euehenius eam quę toti libertatem attulit mundo, præbuitque æternæ panem vitæ, fidei in pane ipſo memoriale, quo ſalutis inſtruimur arte, ſupremoque Regi diuina reconciliamur charitate? Nec ſiſtit hic, ſed ad actus quoſque ſalubres, mediaque vniuerſa ad ſalutem ipſam conducentia, mediatrix aſſiſtit nobis pro impetranda à Deo auxilij gratia. Vnde cum inter media hæc non infimum habeat locum prædicatio; interuenit libens Virgo ipſa pro diuini huius impetratione auxilij, cùm Angelica eam ſalutatione inuocamus dicentes. *Aue Maria.* *Aue Maria*

Inſtitutum hodiernæ concionis eſt amor, tam Dei erga nos in diuinæ huius menſæ largitate; quam noſter erga amantiſſimum hunc Dominum, qui tanta nos amans dilectione, cibum nobis ſeipſum præbet manducandum, bibendum ſanguinem ſuum. Excitat amorem amor: ſi amorem erga te vicini agnoſcis tui; tua erga eum accenditur dilectio. *Amore excitatur amor.*

Ardet amore pari quiſquis ſe noſcit amari. Auguſt. tract. 7. in epiſt. Ioann.

Quod ſciens S. Auguſtinus, oſtenſo officijs multis Dei erga nos amore accẽdi nos debere concludit: *vt ſi pigri* (ait) eramus ad amandum, *non ſimus pigri ad reamandum.* *Amor Dei erga nos relucet valde in Euchariſtia.*

Vehementiſſimũ ergo, quod amoris eſſe potuit, opus eſt diuini hu-

ius inſtitutio Sacramenti. Dat nobis Deus quod ſummum dari poteſt; & id quidem immenſo præbet ſumptu. Vno è duobus donis elucet largitoris amor, altero quo præfert cæteris dilectum: altero, quod magis præbet ſumptibus. Extremum hoc ardentioris eſt longe dilectionis, quamuis magna ſit in priori dilectio. Quum inter vrbis alicuius colonos diſtribuit campeſtres Rex areas, ac prædia: tunc in eo oſtendit maiorem erga te dilectionem, quod te cæteris præfert poſſeſſione abſque vllo ex parte tua merito, quo dignior ſis alijs. At ſi aureum ex collo tuo appendat torquem, ardentior eſt amor, cum tamen prædium maius ſit donum. quoniam terræ aream abſque vllis tibi præbet expenſis; eam aut tibi aſſignaturus, aut alijs: torquem autem pretio emit; aut certè pretio poteſt vendere: proprio necnon vſui applicare. Vnde in dono hoc certior eſt dilectio. Dederat quondam Deus populo ſuo eximium poſſeſſionibus donum terram lacte, & melle fluentem, panis, vinique abundantiam magnam, qua cum Idumeo prætulit populo in montoſa regione locato. Quapropter conſtitutis iam multos per annos filijs Iſrael pingui nimis in terra, electiſque à Deo in populum ſuum, nomine Dei, eiuſque ſacrificijs honoratum, dixit tandem ore Malachiæ: *Dilexi vos.* Verbis his incipit liber ille; vt qui dilectionem hanc proprium habet inſtitutum. Malac. 1. 2.

Eſau, & Iacob quo intellectu dicantur, alter odio habitus, dilectus alter.

Sed quid illi. O ingratiſſimos homines! Tam manifeſtum Dei amorem minime agnoſcentes, turpiter reſponderunt ei; *In quo dilexiſti nos.* O cæci? Tam rarane ſunt, aut tam exigua hæc, quibus amplificaui vos dona? Oſtendam plane, in quo dilexerim. Pater veſter Iacob, ex quo populus ortus eſt totus; frater fuit Eſau, ex quo Idumæus ortus eſt populus & tamen veſtrum prætuli patrem ea, qua vos ab eo oriundi fruimini terra, fruimini poſſeſſione, vini & panis abundantia: cum ſylueſtrem fratri eius omnique eius poſteritati dederim terram. *Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, Eſau autem odio habui, & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius, in dociones deſerti?* Dictum illud, *Odio habui:* idem eſt ac ſi diceret poſtpoſui; vt & alijs conſtat ſcripturæ locis. Sufficiant verba Saluatoris: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget.* Nam ſi diligit vnum, poſtponit alterum, ne tam integre miniſtret ei, ſicut illi, quem diligit. Sic intellexerunt B. Hieronymus, Ribera, Salmeron, & alij. Oſtendit igitur familiæ Iacob ſuum Deus amorem, præferens illam pane, & vino, pingui nimirum terra, vini, & panis affatim ferace: nobilique genitura, qua Iacobum Dominum, ſeruum eius conſtituit fratrem ſuum. Sic interpretantur Sanctus ipſe Hieron. Theodoret. Dionyſ. M. Iſidor. Lyra, Vatablus, Montanus, & Caſtro. Fuit prælatio iſta eo facta modo, quo deſcribitur in geneſi. Concepit Rebecca duos vno ex concubitu filios, quibus in vtero eius colludentibus, dixit ad eam Deus: duæ gentes ſunt in vtero tuo, *& duo populi ex vtero tuo diuidentur; populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.* Completo partus tempore natus eſt prior Eſau; continenter Iacob, tenens manu plan-

Odio habere aliquem, alium vero diligere eſt preferre alteri dilectum.

Malac. 1. 2.
Malac. 1. 2.
Matth. 6. 24.
Hiero. in Malac. 1. 2. Ribera ibi. Salmeron in epiſ. ad Roma. 9.
Hier. ibi. Theo. ibi. Dion. ibi. Iſidor. ibi. Lyra. ibi. Vatab. ibi Montan. ib. Caſtro eodem loco.

Digitized by Google

tam pedis filij prioris. Poſt multos annos moribundus vtriuſque pa-
Gen.25. 23. ter Iſaac, vocauit Eſau ad conſtituendum eum in maioratu ſuo, ſuique fratris Dominum, vtpote natu anteriorem. Sed quæ ex Dei verbis nouerat Rebecca, minorem eſſe præferendum, induxit pro Eſau Iacobum, vt in maioratu inſtitueretur à patre; qui cum præ ſenectute caligaret oculis, inductum filium non diſpexit. Conſtituit ergo minorem in capite dicens ei: *det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini: & ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Quapropter aduenienti protinus maiori filio, & æqualem ſaltem poſtulanti partem, reſpondit pater: *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento, & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi vltra quid faciam?* Datum arte hac Iacobo maioratum, præter ordinariam viam à Deo fuiſſe diſpoſitum, contra naturalis mentem genitoris, liquet aperte ex omnibus concurrentibus; præſertim ex prædictione Dei, qui ad Rebeccam dixerat maiorem filium minori ſeruiturum. Grandis ergo fuit erga Iacobum Dei amor, in prælatione illa, qua eum maiori præfecit maxime cum abſque vllis præfecerit meritis, id quod ponderat Apoſtolus dicens: *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali (vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret) non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei; quia maior ſeruiet minori.* Idcirco certa inde eliciens conſequentia prelationem illam magnum fuiſſe erga Iacob Dei amorem; refert eiuſdem Dei verba, quibus dixit filijs eius: Dilexi vos, ſubdens prædicta verba; *ſicut ſcriptum eſt Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

Genæ.27. 28. — Gen.27. 37. — Rom 9. 11.

Et tamen non cognouerunt iſti tenerum Dei erga eos amorem in ea vini, & panis abundantia, qua prætulit eos fratribus ſuis, populo Idumæo. *In quo* (aiunt) *dilexiſti nos?* Dediſti, non negamus, panis, & vini hæreditatem: quiſnam ex hoc infertur amor? Quid ex tua crumena eduxiſti nummorũ, ad præbendum nobis quod dediſti? Quanto tibi conſtant opima hæc, quę nobis prędia tribuiſti? In quonam eſt minuta domus tua? aut ærarium tuum diminutum, propter hæc, quæ nobis præbes dona? Nunquid comedis panem, bibis vinũ, vt propter has quas dediſti nobis vineas, & areas, maneas tu minus opulentus, minus robuſtus, minus integer? Si non dediſſes eas nobis; alijs vtique dediſſes; aut certè reliquiſſes inutiles, & vacuas, cum tibi ipſi minime ex vſu poſſent eſſe: quænam ergo eſt amoris oſtenſio, quod opimas has dederis nobis poſſeſſiones? Non cognouerunt iſti in prælatione dilectionem. Videbatur eis, cum duntaxat eſſe amorem verum, quo proprijs dona largitor porrigit expenſis: proprij ſumptibus, priuans ſe rebus, quas munificè donat: nullum præter hunc amorem magnum, etiam ſi impendat eis, quæ alijs non donat. *Simile.*

Quid diceres tu de vicino tuo reliquias aquæ fontis domus ſuæ, in tuam potius, quã in alterius vicini domum dirigente? Pergratum quidem tibi ab eo fieri, teque ab eo amari fatereris; etiam ſi redundantia fontis ſui nullus, niſi tu vicinus egeres, ſed in cauerna eſ-

Deus fons vitæ cuius redundantia ſunt res vniuerſæ.

ſet, ſubterraneoue in cubo conſumenda. *Apud te eſt fons vitæ,* dixit Pſaltes Deo, quem fontem eſſe Deum ipſum, ipſe expreſſit Deus ore Ieremię dicens: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Eſt immenſus rerum omnium ſcaturigo Deus cum ipſe eminenter ſit res vniuerſæ, vt Apoſtolus ait: *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.* Vbi notarunt Sancti Auguſtinus, Thomas, Bonauentura, & omnes Theologi; imò & ex Philoſophis primarij. Ideo creatæ res ab immenſo hoc fonte deriuantur abſq; vlla plenitudinis eius minutione, cum & noſtrarum fontes domorum redundantes emittant aquas, à plenitudine currentes. Tam plenus eſt Deo infinitate ſua poſtquam rebus tribuit exiſtentiam, ac ſi nullam produxiſſet. Imo ex ſuæ abundantia infinitatis innumeras poteſt res producere, quas nunquam proferet, id in vaſtiſſima inanitatis abyſſo abſumi volet.

Pſal. 35. 10. Iere. 2. 13. Rom. 11. 36. Aug. l. 15. de Trin c. 13. & 14. & l. 83 q. q. q. 63. S. Tho. 1. p. q. 34 ar. 3. Bonau. 1. ſent. diſt. 27. 2 p. q. 2. Sueton in Octa. c. 37

Diffluebat quondam ingens ex Tiberi aquæ copia: cui fluxui obuians Cæſar Auguſtus, fecit potentiæ ſuæ oſtentationem in amplificando fluminis alueo, ne aquæ gutta redundaret. Miſera magnanimitas; quæ in cohibendis conſiſtit aquis, ne ſuperfluant. Non poteſt Dei alueus ampliari: ſemper immenſus eſt: ſemper ab eo immenſa aquæ prodit copia. Sed eius erga te reſplendet amor in eo, quod ex perenni illo vitæ fonte, vita in te deriuetur; quæ cum & in alios poſſit deriuari, à profundo inanitatis abſumitur barathro, ita vt nunquam perueniat vita ad innumeros homines, quos creari poſſe videt Dominus. Qui enim exiſtentiam tribuit rebus amor Dei eſt, qui quas amat creat, quas nec creat, nec creauit minime quidem diligit, vt Theologi dicũt. *1. p. q 20. ar 2.* Quin etiam vitæ conſeruationem ita à Deo recipitis, vt conſeruatio hæc creatio ſit continuata: quaſi in ſingulis momentis nouam reciperetis creationem. Fuit aliquando tot obrutus doloribus: tot Ieremias tribulationibus, vt tãdem in hanc erumpens vocem exclamarit, *Dixi: peryt finis meus, & ſpes mea à Domino.* Sed quid dixi? ſane quę ex Dei manu omni tempore expertus ſum officia, meum iacere animum non ſinunt. *Memoria memor ero.* Non excidit à corde recordatio. *Hæc recolens in corde meo ideo ſperabo.* Qua reſpiratione, & cognitione dixit verba hæc: *Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti; noui diluculo.* Verbum illud, *Noui*, idem eſſe, ac cognoui, intellexerunt D. Thomas, Hugo, Lyra, & Dionyſius. Itaque iuxta interpretationem hanc ſenſus verborum eſt; quod ante omnia vix orta aurora, quotidie cognoſco ſunt miſericordiæ tuæ, Domine. Præuenis ſurrectionem meam miſericordia tua: vix à ſomno ſurgens, paratas iam tuas inuenio miſericordias. In Hebręo eſt nomen, non verbum dictio illa *Noui*, & quidem fœminini generis ſignificans nouas, ita vt ſenſus ſit: quotidie miſericordiæ diluculo nouæ. Concordat tranſlatio Septuaginta ex Græco dicens: *Noua per ſingula matutina.* Chaldæus. *Noua miſericordiarum inſignia.* Eſſe vero vocem hanc, *Noui*, nomen ſignificans rem nouam vnanimes intellexere Pagninus, Iſidorus, Clarius, Tygurinus, & Vatablus ex concordia Hebræi, Græci, & Chaldæi textus: quos ita intellexit Theodoretus, vt nouitatem hanc ipſis attribui dicat hominibus: nempe, miſericordijs tuis Domine noui ſu-

Deus quotidie facit nos nouos. Miſericordia Dei quotidie noua.

Thre. 3. 18. Thre 3. 22. S Tho. ib. Hugo ibi. Lyra eodem loco. Diony. ib. Hebræa. Græca. Septuag. Chald. Pagni. ibi. Iſid Clar. ibid. Tygur ib. Vatab. ib.

Digitized by Google

mus diluculo. Hæc ſunt verba illius. Miſericordia Domini quia non ſumus conſumpti; ſed *Renouati ſicut diluculum.* Quod Vulgatæ editioni eſt cõformius, quę habet, *Noui diluculo.* Sumus itaque quotidie, quum expergiſcimur homines noui; eo quod perinde vitam à Deo accipiamus, ac ſi quotidie mane naſceremur. Noui homines, quoniam, cum accubitus tempore tam nigro afflictionibus corde, quam noctis ipſę tenebrę accumbamus: ſurgimus renouati diluculo eadem, qua diluculum ipſum hilaritate, ipſos imitati flores, qui per noctem concluſi, ſurgente aurora aperiuntur? Noui; quoniã ſicut data à Deo ſubſtantia, generatione efficimur homines: ita impenſo à Deo conſeruationis alimento, conſeruamur homines, & viuimus. Quis non agnoſcat quotidie auroræ tempore, quæ multa à Deo habet beneficia, bona multa? *Noui* diluculo: magna eſt Domine fides tua.

Liberet nos Deus à cordis duritia, mentis cæcitate. Poſt multa illa, quæ Iſraëlitico populo Deus præbuit dona, nõ ſola hæc, quæ dicimus cõmunia, ſed ea, quibus eos ſuis prætulit Patribus: reſponderunt Deo ipſi: *In quo dilexiſti nos?* Non cognouerunt iſti in prælatione dilectioné. Videbant, munera quęque à Deo hominibus impenſa, eſſe redundantiam fontis eius, in ſua iugiter perſiſtentis plenitudine: nec magnũ exiſtimabant amorem, ſi nullis dona expenſis præbeat largitor, nullis ſumptibus. Quid faciam vobis, ait Dominus, vt donis meis meum in vos amorem cognoſcatis? Partem fontis mei ita in vos deriuari, vt maneat mihi diminutus fieri nequaquam poteſt. Nec enim fõs hic vllas, cum ſit immenſus, habet partes, nec fieri põteſt, vt mihi quidquam detraham ego. Quid ergo poteſt diſpendio meo dari vobis?

Eucharistia ſacramentũ nimius Dei erga homines amor.

In 6 Syn. act. 8. in confeſſ. fidei fol. 3. 57. & act. 16 & 18. & Concil. Epheſ. in conf fidei ca. 5. & 13. Damaſc l. 2. c. 16 l 3. c. 2. Leo epiſt. 3. c 3. Aug. ep. 10. Felicia. Anſel. in 6 20. act. Theologi 3. p. q. 5. art 2. & 3. Sent. diſt. 27. & in 4 diſt 12. Caius Papa ep dec. ad Felic.

Hic interuenit amor. Artem Domine, ait, adinuenio, qua hominibus des non ſolam fontis redũdantiam, ſed fontem tuum ipſum, non ſine expenſis, ſed ſumptibus multis, non fontis partem, ſed integrum fonté; non ita vt tu priuatus maneas, (neque id fieri poteſt) fonte tuo: ſed ita vt remanens tibi integer fons porrigatur integer hominibus. Perennis hic, dulciſque vitæ fons fiat fons ſanguinis, ſic dabis eis vitæ fonté ſumptu immenſo tuo, dum tuum dederis hominibus ſanguiné. Fac vt homo ſis, vnita ſubſtãtialiter tibi humana diuinitus natura nexu adeo ſtricto, vt homo ſit Deus, Deus ſit homo, perſona vna, vnum ſuppoſitum: ſic hominis ſanguis, ſanguis erit Dei, cũ ſit ſanguis hominis, qui Deus eſt ipſe, ſitque ſãguis ipſe hypoſtaticè vnitus Deo, vt definiunt Cõcilia, & Pontifices ſummi; ſic vitæ fons erit fons ſanguinis, ſic dum ſanguinem dederis, vitæ dabis fontem. Sic erit ingẽs ſumptus tuus, larga tui ſanguinis effuſio: cum tamen nullũ diſpendiũ ſit fontis, ſed maneat tibi integer fons ſemper. O diuini adinuentionem amoris! O amoris exceſſum ardẽtiſſimi! Ardet amor, qui Deus eſt ipſe: cumq; ignis ipſe, qui Deus eſt, ſit fons quoque vitæ: erũpit igne ardens aqua, vt ex diuino bibamus nos fonte. Affixus Deus homo propter nos in cruce ſacrificiũ, ſuo emiſit ex pectore cũ aqua ſanguinem puriſſimũ. *Exiuit* (ait Ioannes) *ſanguis, & aqua.* O felix ſæculum, quod tam ſalubri fruitur fonte. *Haurietis aquas in gaudio de fõtibus Saluatoris, & dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.* In illa die, qua mirabilé hanc inuentioné amoris fecerit Deus haurietis in gaudio.

Bibendum nobis ſanguinem ſuũ magnis eiuſdem Domini expẽſis.

Euchariſtiã panem, vinumque magnis dat Chriſtus ſumptibus ſuis.

de fontibus Saluatoris, quibus potabit vos, & ſaturabit. *Notas facite in populis adinuentiones eius.* Nō in ſolo Iſraëlitico populo: ſed in populis omnibus: ſiquidē omnibus patebūt fontes iſti. In cunctis populis ſūt adinuentiones prædicādæ adeo mirabiles, vt cū naturæ duę, diuina, & humana duo ſint fōtes, vitę & sāguinis, ſint iā vnus fons, ſuppoſitū vnū, ita vt sāguis humani proprius fōtis, ipſa vita ſit viuentibus eū, propter hypoſtaticā vnionē, qua vnus eſt fons, Saluator vnus. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*: eo quod, cū Saluator ſit: atque adeo fons vnicus, erit vitæ fons, atque fons ſanguinis, ita vt ipſo in sāguine ſit vita, *In ipſo vita erat*: ab æterno: ſed ex nunc iā erit, & in hominibus iuxta Domini ipſius reuelationē aſſerētis: *Qui mādu cat meā carnē, & bibit meū ſanguinem in me manet, & ego in illo.* Eia igitur, *Exulta, & lauda habitatio Siō: quia magnus in medio tui sāctus Iſrael.* Ecce quē in apertiſſimū amoris ſignū deſideras, *ſanctus Iſrael*, in medio tui tuus Saluator: cuius ex fontibus ſaluberrimas gaudens haurias aquas. Iſai. 12.4. Ioan 1.4. Ioan. 6.57 Iſai. 12.6.

Adinuentionē hanc promiſsā fuiſſe populo Iſraëlitico, quū dixit ille Deo: *In quo dilexiſti nos*: ipſo conſtat ex contextu; ex eis videlicet verbis, quibus eos ſic affatus eſt Dominus. *Ecce ego mitto Angelū meū, & præparabit viā ante faciē meā, & ſtatim veniet ad templū ſuū Dominator, quē vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quē vos vultis. Et placebit Deo ſacrificiū Iuda, & Ieruſalē, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui.* Scio (ait Deus) quid vobis placeat, quid optetis. Dominatorē optatis veſtrū, qui teſtamenti ſit Angelus. Hunc ſi miſero: ardentiorē agnoſcetis amorē in hoc meū, quā in dono illo, quo vini, & panis hęreditatē vobis largitus ſum pinguē. Scitiſne, quid velitis, dū Dominatorē hunc deſideratis? Scitote ſuperſubſtantialē vobis panem, vinum pretioſiſſimū, quum ille venerit præſtandum. Erit enim panis Dominator ipſe, ſanguis eius vinum ſuauiſſimum; vinum, & panis cæli, non terreſtris panis, non vinum naturale. Tametſi enim ſub vini, & panis præſtandus ſit ſpecie: ſolæ tamen ſpecies relinquendæ ſunt panis, & vini, ſubſtantia non panis, ſed caro eiuſdem Dominatoris, ſanguis eius calice, ſubſtantia ſub vini odore, colore, atque ſapore. Panis ille, & illud vinū non ſolum vobis ſatisfaciet, ſed Deo etiam ipſi gratiſſima erit oblatio, placens nimis ſacrificium, *Placebit Deo ſacrificium Iuda*: ſupremum corporis eius, ipſiuſque cruoris ſacrificium quod in cruce cruētum offeretur, incruentum in altari, ſub vini, & panis ſpeciebus. Appoſitè dicitur teſtamenti Angelus: id eſt ille, ſuper quo percuſſit Deus fœdus cū Abrahamo, quod ex ſua eſſet naſciturus progenie, vt explicuere Vatab. Mōtan. & Caſtro, ſeu certe quia mediator eſt Dei, & hominum fœdere. Siue quia Chriſtus ipſe cōſtituit nouum teſtamentū, vt explicuit B. Auguſt. conſequentibus, Alberto, Lyra, Haymo, atque Dionyſ. Appoſitè (inquam) teſtamenti Angelus, qui corpus ſuum, & ſuū ſanguinem nobis præbuit teſtamento, dicēs: *Hic calix nouū teſtamentū eſt in meo ſanguine.* Non ſicut antiqua illa, qua Iacobū Iſaac panis, & vini ditauit, hæreditas, de qua Deus ipſe ad populum illū: *Cibabo te hæreditate Iacob*, ſed immenſa hæreditas nunquam æternū defectura: cum is, quo in hoſtia hac cibamur in terris, ſit necnon in cælis Vatab. ib. Mont. ib. Caſtro ib. Aug. l 18. de ciu. c. 35 Albertus Malac. 3. Lyra ibid. Haymo eodē loc. Dion. ib. Luc. 22. 20. Iſai. 58.14

Digitized by Google

æterna vitæ noſtrę conſeruatio, iuxta illud eius verbum: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Quamobrem verbum illud, *vultis*, quo dicit Malachias, *Angelus teſtamenti quem vos vultis*, in Hebræo ſignificat vehementiſſimum propter delectationem appetitum: atque ita habet Tygurina verſio. *Quo vos delectamini*, eo quod Angelus ipſe Chriſtus futurus eſſet cibus noſter. Atque in hoc ſenſu intellexerunt ſacrificium, quod vaticinans propheta dixit: *Placebit Deo ſacrificium Iuda.* Theodoret. Rupert. Dionyſ. & Lyra cum recentioribus interpretibus. *Placebit Deo ſacrificium Euchariſtiæ, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui*, illi videlicet anni, in quibus obtulerunt ſacrificia ſua Abel, Abraham, Melchiſedech, vt habemus in miſſę canone: *Et accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech.* Itaque non ſolis alimonia hæc placebit hominibus, ſed Deo etiam, & huic magis. Eſt enim talis adiunctio, vt, cum diuini fontis aquæ vnitus ſit humanus ſanguis: bibens ſanguinem homo diuina delectetur aqua: Deus qui diuino bibit fonte, delectetur ſanguine, qui ex vnione hac diuinus eſt ſanguis. In tantum, vt verbum illud, quod in vulgata eſt. *Placebit Deo ſacrificium*, in Hebræo ſit, *Dulceſcet Domino.* Quapropter dictio illa *Sicut*, qua dicitur: *Placebit Deo ſacrificium ſicut dies ſæculi*, nõ deſignat ęqualitatem hoſtiarum, ſed (vt Mõtanus ait) ſimilitudinẽ duntaxat: aut complacentiæ certitudinem, qua Deo gratũ eſt ſacrificiũ Euchariſticũ ea certitudine, qua legimus prędicta illa ſacrificia ei placuiſſe. Imò (vt notauit Iſidorus) verba hęc in Hebręo immẽſã ſacrificij huius ſuper reliqua omnia dicũt excellẽtiã.

Hebræa. Malac.3 1. Tygur. in Malach. Theodor. in Mal.1 3. Rupert.ib. Diony.ib. Lyra ibid.

Euchariſtia cibus & potus dulcis eſt Deo.

Hebræa. Arias Mõtanus in eundem locum. Iſidor.ibi.

Oſtendit ergo Deus diuina hac hæreditate amorem erga homines non ſolum ardentiſſimũ, ſed nimium in eo maxime quod cibum hũc, & iſtum potum non vni tantum porrigat populo, nec vllam præferat regionem, ſed cunctis populis apponat: quod eſt ardentiſſimũ argumentum 9. cap. epiſtolæ ad Romanos: & videtur etiam Iſaiæ verbis illis: *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc cõuiuium pinguium; conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Quod aliqui inter quos Salmeron diuinum hoc intelligunt conuiuium. Cunctis cuiuſuis nationis hominibus qui per baptiſmi ianuam in Eccleſiam introierint: quid iam dicent Iſraëlitę, qui non cognouerunt Dei erga eos dilectionem in eo, quod præferret illos hæreditate vini, & panis? Ecce in conuiuio hoc non præferuntur; cunctis eſt populis propoſitum: in quo ergo apparet Dei erga eos amor? Vtique longe intenſior eſt erga te amoris ardor, dare Deum ſeipſum tibi manducandum, quam vniuerſam dare terram hæreditate poſſidendam: quamuis terræ totius ſolus ſis Dominus: menſæ huius particeps non ſolus ſed vnus ex omnibus, quibus abſque exceptione proponitur. Imò in eo quidem intenſior eſt amor, quod extenſior eſt menſa nulli reſeruata. Nam quod non baptizati incapaces ſint eius, id quidem non eſt menſæ ipſius reſtrictio: ſed eorum inhabilitas hominum, eo quod nequeat nutriri qui nondum eſt natus: ſitque ſpiritalis generatio baptiſmus, Euchariſtia nutritio ſpiritalis. Omnibus igitur

Iſai.25 6.

Salmer. t. 9.trac.1.

Euchariſtia ſacr. ſoli incapaces ſũt qui nõ ſunt baptiſmo renati.

Suar. ter. p. to.3 diſ. 11. ſect. 1. §. Tertia ratio.

Digitized by Google

igitur cōmunis eſt menſa abſq; vlla vnquam potus,& cibi reſtrictione:imò *ſumit vnus ſumunt mille: quantū iſti,tantū ille,nec ſumptus conſumitur.* Quotcunque manducent nunquam deficit conuiuiū: accedant omnes,ſedeant,epulētur,omnibus ſufficiens eſt menſa. Quondā gloriabatur Iſraëlitarū Rex Vates dulciter accinens. *Lauda Hieruſalē Dominū,lauda Deū tuū Sion. Quoniā confortauit ſeras portarū tuarū: benedixit filiȳs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacē,& adipe frumenti ſatiat te.* Nunc iam Chriſtianus populus,quod nulla illi clauſa ſit ianua: nemini frumenti reſeruata medulla:ſed patēs cunctis ianua baptiſmi, deinde menſa patens omnibus, qui per ianuā ingreſſi viuifico volunt frui conuiuio. Scribunt Lactant.&Plutarch.tam fuiſſe liberalē Athenienſem Cimonem,vt cum ingentē aream,vineam,& olìueta hęreditate acquiſiuiſſet,macerię omnē,omne iuſſerit deijcere vallū, vt omnibus paterent fructus,nulli prohiberentur. O ſupreme Domine Ieſu, *Quem conſtituit Deus hæredem vniuerſorum!* Omnē hęreditatē tuam, ſubſtantiam tuā omnem,corpus,animā,ſanguinem,Deitatē benignus largiris omnibus nulloque quā prohibens vallo. Quē aſſimilabo largitati tuæ? Abſtulit Cimon vineæ vallū,abſtulit ſepem olìueti: quid illi poſſet euenire damni,niſi quod belluæ inferrēt nulla prohibente macerie? At quod panem hunc,qui tua eſt ſubſtantia, comedant belluæ: quod comedāt belluæ,homines dico belluini,id quod Deus eſt:quonam fine permitteres,niſi nimius eſſet amor tuus, qui nullo ſepit cibū hūc vallo,nullo potū? Vnde Domine tātus erga homines amor? Quidnā vidiſti in hominis anima, vt eā eligeres ſponsā, electā cibares corpore tuo, tuo potares ſanguine; non eam ſolū, ſed etiam corpus eius? Triūphus amoris eſt amatoris velare oculos,ne diſparitatē attendat amati. *Triūphat de Deo amor: ô triumphū admirabilē! ſed quis triūphantis eſt currus? ſane crux.* Fixit Deū cruci nimius amor:qui cū tam ardētem ſe exhiberet in ea, vſus eſt adinuentione alia faciens vt idē ipſum ſacrificium,quod in cruce iugiter offerri non decuit,iugiter offeratur incruentū in altari. Amor Chriſti nimius offerre ſe propter dilectam cruce perimendū: nimius amor offerre ſe dilectæ ipſi in altaris menſa manducandū. Nimius offerre ſe nudū in cruce;nimius offerre ſe opertū in altari. Nimius offerre ſe nimia nudū cōfuſione: nimius offerre ſe in altari vniendū ſponſæ cuicunque accedere volenti. Vndenā tantus Dei erga animā amor,vt ei tanquā dilectiſſimæ ſponſę,imo,& animę,&corpori vniatur tā arcto amoris nexu vt maneat homo in Deo,Deus in homine? Quanā dilectione vincit Deus humanæ horrorem animę, cui tam ſtricto vnitur vinculo? Nūquid videt Deus opertā velamine humanæ faciē animę,ne horrore eius auertatur ab ea? Amor cęcus eſt: Deū nihil poteſt excęcare. Si dicamus ſordes operiri velamine,vt Deo lateant,& tegātur,quodnā poteſt eſſe Dei oculis velamentū? O amoris adinuētio! Nullus retrahit horror,nullus metus ab operta velamine perſona. Operitur Deus,operitur &anima:ille in ſacramēto ne prę reuerentia abſterreatur ſponſa,ſed amicè accedat ad hunc ſponſū:illa pulchro velamine,ne accedere ad eā horreat Deus. Quidnā vides Domine in anima mea,quod tāta eā adames vnione,niſi velatā intuearis?

Liberalitas Dei in Euchariſtia cōuiuio.

Cimon Athenienſis cum hæreditate oliueta acciperet,& vineas,macerie deijcere præcepit, ne cui prohiberentur fructus eius

Heb. 1. 2.

Bern. ſer. 64 in Cātica.

Multi ad velatas accedunt fœminas, à quibus dempto velamine abhorrerent. Nunquã ad Thamarẽ acceſſiſſet Iudas, niſi velata deceptus facie, ne nurũ agnoſceret ſuã: *Operiebat enim vultum ſuum ne agnoſ-*

Gen. 38. 15

ceretur. O admirabiles accenſi amore Dei adinuentiones. *Notas facite in populis adinuentiones eius.* Cuius adinuẽtiones? Amoriſne? an Dei? Vtique Dei, & amoris, nã ipſemet Deus amor eſt ipſe. Ipſe adinuenit artẽ, qua oculis eius velato occurrat anima vultu, ne ſordes eius, ne defectus pateant. Duo ſcripturę loca cõnectamus. Primus eſt ex prouer-

Prou. 10. 12.

Hic eſt cõmunis probatus intellectus vt explicuere Hugo, Rodolph. Lyra, Iancenius, Caietanus.

bijs: *Vniuerſa delicta operit charitas*, cuius loci intellectus sũt duo. Alter cenſet delicta, & charitatẽ in diuerſis vigere perſonis, ita vt charitas tua operiat delicta fratris tui, diſſimulans, imo & patienter ſuffe-rens ſi noxia ſunt tibi. Altera interpretatio exiſtimat hominis charitatẽ propria eius operire delicta; ita vt qui te diligit, operiat dilectione ipſa ſordes ſuas, ac maculas, ne attendas eas, ſed ſolam erga te attendas dilectionem. Vtroque intellectu operit in Dei oculis diuina charitas animæ ſordes, ac delicta vno eodem velamine. Eſt charitas pulchrum animæ velamen, cum ſit habitus eius atque ita tegit eius crimina dicente Vate Rege: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Quonam teguntur ſordes animarum? Habitu certe charitatis. Sic conteguntur in Dei oculis cuncta hominis crimina. Sed cuius (rogo) eſt charitas hæc, quę crimina contegit? Animæne charitas? An charitas Dei, cuius in oculis teguntur delicta? Vtique & Dei, & animæ charitas. Habitus enim charitatis ipſi animæ adhæret, & eam operit: ſed qui habitũ præbet Deus eſt, qui ſolus poteſt ſupernaturalibus induere animã habitibus. Amat Deũ anima hoc induta velamine, ſed prior dilexit animã Deus, qui antequã illa habitu hoc induta amaret eũ, dedit illi hanc amoris veſtẽ, qua cum ſuper omnia ardenter diligat. Miramini, quod Dei oculis ſordes animæ operiat veſtimentũ: at eſt adeo ingenioſus Dei amor, vt velamine hoc non ſolũ operiat, ſed etiam ſordes expungat omnes, nec maculã relinquat vllã. Atque ita nomen illud *Tecta*, quo dicit Vates *Tecta ſunt peccata* Hebraicè eſt Thechaſech, quod &: tegere dicit, & delere. Quod 84. item

Hugo eodem loco

Rodol. ib.

Lyra ibid.

Iancenius ibid.

Caiet. ib.

Pſal. 31. 1.

Pſal 84.

pſalmo ait idẽ Vates verbis illis: *Operuiſti omnia peccata eorũ*: abolendo nimirũ, fundituſque delendo. Merito ergo dicimus ideo adamari à Deo opertã velo animã, quod ſordes eius non appareant; quibus ex ſe ipſa nequaquã amatu eſſet digna: quoniã etſi ſpecioſiſſimo hoc charitatis velamine amatu digna eſt, dedit ſponſus ipſe diuinũ hoc ei velamentum. Alter locus eſt canticum 4. quo Deus ad ſponſam animam

Cant 4 9.

dicit. *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Oculum vnũ intelligit Honorius vnam ſponſæ, Eccleſiæ videlicet, fidem, quę vno intuetur oculo myſteria Domini vniuerſa: id eſt, quo fideles omnes vna perſpicimus fide, tanquam oculo vno omnia Eccleſiæ documenta, non diuerſis oculis, non diuerſis iudicijs, cum diſcrepans ab Eccleſię definitione iudicium, impium ſit, & execrandum. Forte literalis intellectus. Tamen ſiue hic, ſiue alius ſit literalis, hunc ego ſaltem accõmodatitium, ſi vobis fortè arrideat, propono. Ideo ſcilicet animam Dei ſponſam in

Digitized by Google

vno cum vulnerare oculo, quod velata ſit facie. Nam fœminas eſſe facie velatas eſt vnum duntaxat oculum oſtendere, præterea nihil. Id quod & in vnum conuenit capillum; quandoquidem velatæ fœminæ capillitium quoque pallio tegũt, niſi capillus aliquis aut affectatè appareat, aut caſu. Vulneraſti ergo, ait Deus, anima ſponſa mea, meum tuo cor amore in vno oculorum tuorum, quia velatam aſpexi te eo, quo ego indui te habitu. Si diſcoopertam aſpexiſſem; horror vtique eſſet ad te accedere. At ego ad te nõ modo accedo, ſed te mihi cõcorporo, ita vt & animam, & corpus cõmunicantis hominis mihi intime adſtringam, in tantũ vt maneat in me, & ego in illo. O ardentiſſimum amorẽ! ô amorem nimium, & immenſum. Quid vidiſti ſupreme Rex in humana hac ſponſa vt tanto eam amore, tam ſtricto tibi vnires nexu? Imo quia nil vidiſti, tanta eam tibi adſtringis dilectione. Quia nihil (inquam) vidiſti in ea, eo quod operiat quidquid in ea horrendum eſt habitus, quo tu velaſti eam. quid miror! Nimij quidem eſt amoris conditio, auferre à perſona dilecta metũ accedendi ad ſuperiorẽ amatorem. Ideo tu Domine non ſolũ velatam adamas ſponſam, ſed etiam operis teipſum his diuinæ Euchariſtiæ velaminibus. Mens quidẽ tua eſt, ne pudore capta captave timore nõ accedat ſponſa præ reuerẽtia.

Vxor quãdo dimittẽda. Dixit ad Iſraëliticum hominem Deus ore Malachiæ: Amice, caue ne ſpernas vxorem tuã, quæ eſt particeps tui, fœderis tui ſocia; tamen, *Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael. Operiet autem iniquitas veſtimentũ eius.* Difficilis valde locus: multæ interpretationes. Luculenter quantũ ad miſſionem ex odio, ait, melius eſſe odioſam dimittere vxorem, quam domi retinere afflictam propter odium, quo à marito ſuo videt ſe contemni, atque torqueri. Sic Robertus M. Iſidor. Vatabl. & Lyra: ſic legit & Chald. Dũmodo odium ex graui oriatur fœditate, vt intellexit Theodoret. ex Deuteronomij 24. cap. quam turpitudinẽ ſolum eſſe adulteriũ docuit Dei filius. Propterea ſubdit: *Operiet autẽ iniquitas veſtimentũ eius*, vt licita ſit huiuſmodi expulſio, ſeu dimiſſio. Longũ eſſet referre horũ interpretationes verborũ. Omnes in grauiſſimũ conſpirant ſuppliciũ viri abſque grauiſſima cauſa vxorẽ dimittentis. Mihi videtur dici, non licere huiuſmodi expulſionẽ, niſi quũ deformitas eſt tãta, vt veſte operiri non poſſit; ſed prodit iniquitas in auras, ſuperatque veſtes & palliũ. O magnã Dei charitatem! Non inuenit afflicta fœmina artẽ, qua operiat veſtibus turpitudinem ſuã, ne viri ſui oculis appareat: ſed inuenis tu diuinitus habitũ, quo tegat anima deformitates ſuas, ne iã deinceps tuis pateãt oculis. Miror, quod talis ſit veſtis charitatis, vt ſordes operiat omnes, tuiſq; in oculis animã condecoret, faciatque amabilẽ, & amatã; ſed vehementiore admiratione afficior, & rapior, cum conſidero, non ſolum ardere amorem tuum erga animam tali amabilem veſte: ſed antea etiam, quã veſte hac amabilem videas, imò cum videas ſordibus deformem, ardere amorem ipſum affectu faciendi eam amabilem, excogitandique aptam ad finem hunc artem; induendi nimirum veſte charitatis. Quam graphicè dixit dilecto Sanctus Auguſtinus homini: *Amatus es prius, vt dignus fieres, qui amareris.* Hinc incepit amor: ab amore

Mal. 2. 16. Rober. ib. M. Iſidor. ibid. Vatabl. ib. Lyra codẽ loco. Chald. ib. Theodor. ibid. Deut. 24. Matth. 19. Caſtro in Mala. 2. 16

Aug. ſer. 29. de tẽp.

Digitized by Google

nimirũ faciendi amabilẽ eam, quæ erat horribilis. Deinde fecit diligibilẽ: tali eam exornans veſtimento, quo pulchra ſic in oculis eius. Nec ſine magnis amatoris expenſis, ſanguinis videlicet ſui, quo veſtẽ tinxit charitatis. Tandẽ adſtrinxit arctiore ſibi hominẽ vinculo, prębens ei ſeipſum cibum, & potum; ad quem inuitat, dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo.*

Amat Deus facere ſibi amabiles homines, qui amore indigni ſunt eius.

Deſcendo ad perſcrutandũ, quanta nos dilectione tam ardentẽ amatorẽ noſtrũ proſequamur. Quas ei gratias referamus ob pretioſiſſimã hanc diuini panis, & vini hæreditatẽ? ob arctiſſimã hanc, qua nos ſibi adſtrinxit coniunctionẽ? ob ſummã dignitatẽ, qua glorificat nos manens ipſe in nobis, ita vt & nos in ipſo maneamus? Præſertim ſacerdotes, qui ſpeciali dignitate cæteris præferimur hominibus in eo, quod non ſolũ ſumus hæreditatis participes, ſed etiã manibus noſtris eã tangẽtes cæteris quotidie adminiſtramus. *Ne torpeamus igitur tanta digni charitate*, ait S. Chryſoſt. Heu quam iuſtè queritur Deus, quã iuſtè ſuccenſet hominibus illis, qui tam ampla ditati, tã ſublimi opulenti hæreditate, ad tam ſuauem inuitati cibum, & potũ, terreſtribus inhiant diuitijs, indignas quærunt voluptates! *Diligit Dominus filios Iſrael, & ipſi diligunt vinacia vuarum.* Vinacia, quod Hebraice eſt: Aſiſim, interpretatur Hebręus Kimhi plenas vino lagenas: quẽ ſequũtur Pagnin. Lyra, Vatabl. & Montanus: eſtque apud Chaldæum hoc in loco. Conformior menti textus interpretatio Aquilæ, qui vuarum vinacia folliculos intelligit vuarum, quos Hiſpani dicimus, Orujo, vacuas ſubſtantia ſiliquas. Id quod eodem ferè modo in Græcum vertit Symmachus. Certè, vt habemus Latino ex Columella, Vinacia, vuarũ ſunt ſiliquæ. Atque ita tranſtulerunt hunc Oſeæ locum B. Hieron. & Tigurina. O igitur (ait Propheta) viliſſimi Iſraëlitę, qui cum à Deo ſitis tanta dilecti charitate, tanta potati dulcedine, ſiliquas diligitis vuarũ, haſque diuino amori annonæ præfertis ſuauiſſimę! Quid dicemus: cũ non amore ſolo adſtricti ſint Deo: ſed ob diuinũ etiam vini poculum, qui ſanguis eſt eius? O abiectiſſimos homines! ô brutenſes! ô turpiſſimos! Offert vobis Deus dilectione tanta, tanto expreſſum dolore plenum ſuauiſſimo calicem vino, ſanguine dico, in quem vini eſt conuerſa ſubſtantia, in quo æterna vobis porrigitur vita: vos autem tantæ ingrati dilectioni, tam præclaro indigni nectare, vinacia appetitis vuarum, relicto vino ſalutifero. Quidnam sũt terreſtrium rerum ſapores, quid voluptates, quid deliciæ, niſi vuarum vinacia, putridæ ſiliquæ, quibus ſaturari cupiebat miſer ille prodigus filius, qui diſſipato luxurijs, ac vinolẽtijs patrimonio, ſues ſordibus paſcebat? Quiſnam eſt hic niſi peccator quiſque, qui dilapidato diuinorum cumulo bonorum paſcit peccata ſua, ſuibus fœdiora, appetitque proinde putridas ipſas deliciarum ſiliquas, in quibus nulla eſt ſubſtantia deliciarum. Vtque tuam defleas, ſi talis es tu (quod Deus auertat) cæcitatem, tanta (ô miſer) eſt hæc, vt ne ipſas quidem ſiliquas valeas adipiſci; cum parata ſit tibi iugiter menſa, atque ſuperſubſtantialis in ea panis, vinum vitæ ſempiternæ. *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat.*

Amor in Deum ardentiſſimus debitus eſt ab hominibus cunctis ob Euchariſtia largitatem.

Euchariſtia diuitijs, ac voluptatibus homini munificè oblatis, magna eſt turpitudo terreſtres quærere diuitias ad voluptates anhelare carnales.

Oſeæ 3. 1.
Hebræa.
Kimhi ib.
Pagni. ib.
Lyra eodem loco.
Vatabl ib.
Montan. ibid.
Chald. in eodem.
Aquila ib.
Symmac. ibid.
Columel. l. 6 c. 3.
Hieron. in Oſeæ 3. 1.
Tigur. ib.

l

Dic mihi amice, aut certè dic (rogo) tibi ipſi, quando ex quo natus es præſentem vſque diem ſenſiſti cor tuum plena quietum ſatisfa-ctione, temporalium abundantia bonorum, pecuniæ, præeminentiæ, voluptatum? Vide quoties hæc appetiuiſti; quoties quæſiuiſti: quoties adquiſiuiſti. Nonne pudet? Habes cibum Deum, Deum potum hac in menſa nunquam deficientem; nunquam ceſſantem inuitare vocem: habes ſanctas delicias, habes ſalutem, habes vitam: quæris vero miſer vuarum ſiliquas: nec has adipiſceris omni priuatus ſatietate *Eo iam internas delitias non appetit, quo eas comedere diu longeque diſſueuit. Faſtidio ergo noſtro tabeſcimus, & longa inediæ peſte fatigamur. Et quia guſtare intus nolumus paratam dulcedinem: amamus miſeri foris famem noſtram.* Gregor. hom 36. in Euang.

Stulta inedia: ſed ſtultior eſus ſi debita deſit diſpoſitio. Inuitat nos Deus puro accenſus amore, & mãducare nos iubet veſte indutos charitatis, qua qui carens ſedet in hac menſa, mortẽ pro vita carpit ſempiternam. *Amice* (ait inuitator) *quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem*? Sine charitatis veſtimento? *Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Talis eſt hominum indigne communicantium punitio. Quis iuſtiſſimam neget punitionem? Tremenda audacia: Deum impura mente manducare. Quid reſpondes ad hæc? ego (inquis) Deum diligo, nuptiali indutus ſum veſte. Hoc reſpondes tu; ſed ille, quem diſtrinxit Deus, dicens: *Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem*? nullam profectò excuſationem inuenit. *At ille obmutuit*, ait textus. Forte videtur tibi veſtis nuptialis dilectio hęc, qua Deum à te amari dicis. Sed vide (rogo) funebres ne intermiſceas veſtes. Scito amice indumentum charitatis nullas in anima lethales permittere ſordes. Si tibi adhuc ſcelera placent; ſi non deteſtaris crimina omnia, tam commiſſa iam, qnam omnem admittendorum affectus peccatorum. Si non doles de priſtinis, ſi non probabiliter exiſtimas nullum in te mortiferum vigere peccatum, facta tui probatione, vt Apoſtolus ait: *Probet autem ſeipſum homo.* Si non præmittis ſacramentalem confeſſionem, quum lethalis tibi conſcius, nudus profectò non nuptiali indutus veſte accedis. Horret vtique Deus quod ad eum in ſacramento hoc accedas corpore patentibus conſpectui eius maculis ſuis pulcherrimi huius defectu veſtimenti. Abſurda nimis turpitudo, quod ſuauiſſima hac Dei largitate ita vtaris inſolenter, vt, quoniam cunctis patet menſa fidelibus, impurus accedas ad eam. Minime quidem ſufficit ſacramenti huius eſſe capacem: ſed neceſſe etiam eſt eſſe diſpoſitum. Sunt incapaces ij, qui non ſunt regenerati baptiſmo: tú capax es: at ſi reſpicis Deũ indiſpoſitus in mortem tibi conuertitur vita. Summam profectò diſpoſitionem eſſe decet: minima vero, quæ omnino ex obligatione requiritur, ea quidem eſt vt conſcius tibi mortiferæ culpæ non accedas: niſi ſacramenti confeſſione præmiſſa, qua veſtem induas nuptialem. Vrget (ais) grauis communicandi neceſſitas, nulla confitendi commoditas, quid faciam? Non pertinet ad locum hunc extra

S. Thom. 3. p.

Suarez. diſpu. 66. ſect. 3. 4. & 5.

Digitized by Google

Baſilius lib. 8. de baptiſmo c. 3.

ordinarias diſcutere contingentias: quarũ generalis regula eſt, vt in huiuſmodi euentibus, quam potueris maximam habeas contritionem, vt diſpoſitus communices. Conſiderans B. Baſilius veteri in lege fuiſſe conſtitutum, vt qui ad legalia accederent immundi, de populo exterminarentur abſque dubio, ſumit inde inſolubile argumétum, dicens: *Quid dicendum de eo, qui in tantum, & tam vitale myſterium impurus accedet? is temerarius eſt. Mundemus itaque nos ab omni inquinamento.* Paſchaſius item paſchalis agni memorans figuram ait verba hæc: *Patet ergo quod niſi deſiderio cæleſtis patriæ ad ſuprema vbi Chriſtus eſt in dextera Patris fide pleniſſima, ſpe certa, & charitate non ficta feſtinus tranſeat: de carnibus agni iure non comedit quia legem in hoc violat.* Non omittam B. Iſidori verba hæc: *Qui ſcelerate viuunt in Eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nihil ad mundationem ſibi proficere,* dicente propheta: *quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?* Heu dolendam hominum hebetudinem! deflendam ignauiam! ſocordiam deplorandam! Pudet quod ad præciſſam diſpoſitionis neceſſitatem oporteat deſcendere, vbi amorem decebat ardere, flagrare deuotionem, puritatem coruſcare. Reuerentia debetur profundiſſima, humilis veneratio, tremor intimus. Nec quod ad tollendum accedendi prę reuerentia metum, exhibeat ſe velatum Deus, licet abſque reuerentia accedere, & metu. Aufert quidem accedendi terrorem, non timorem indigne accedendi. Quum anima illa, quæ Dei ſe confidit ſponſam, ad vnionem eius huic accedit menſæ: conſiderare quidem debet hunc, ad quem accedit, quanuis Deus ſit, eſſe eius ſponſum, ne auertatur timore: quanuis ſponſus ſit, eſſe Deum ipſum ne abſque reuerentia accedat pręceps. quum ſuſpicit eum, tanquam Dominum, ſe conſideret ſponſam: quum ſe confidit eſſe ſponſam, tum ſuſpiciat tanquam Dominum. Quid de ſacerdotibus dicemus? hi enim prelati ſunt cęteris. quanuis enim nullam pręferat nationem Deus in eo, quod panem hunc negans alicui, præbeat alij: non tamen ideo deeſt aliqua quoad hoc conuiuium præeminentia: cum ſacerdotes præferantur in eo, quod non modo ſumunt ſacramentũ, ſed conſecrant etiam alijſque miniſtrant, conſecrantur ipſi in altiſſimum hoc munus. Excelſa quidem præeminentia, magnus honor, quod in munus hoc à Deo ſint ſanctificati. *Poneſque omnia ſuper manus Aaron, & filiorum eius, & ſanctificabis eos, eleuans coram Domino.* Sic habetur in Exodo, Sequiturque ex pręeminentia hac, reuerentia magna, qua ſacerdotes præferuntur alijs late vbique commendata. Pertinet quidem ad Dei reuerentiam ea, qua miniſtri eius honorantur, propterea quod miniſtri ſint eius. Vtique cum hi ſanctificati ſint, ad nouam aſcendunt dignitatem, & quaſi noui fieri dicuntur vſitato illo verbo, quo dicuntur initiari. *Sumeſque pectuſculum de ariete, quo initiatus eſt Aaron:* & in Leuitico: *Expiauit autem ſacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ ſunt, vt ſacerdotio fungatur.* Pulchrè initiari dicuntur, qui baptizantur; quoniam noua

Paſchaſ. lib. de ſacramento Euchariſ. c. 22.

Iſidor. lib. de ſummo bono. c. 24.

Exod. 29. 24.

Sanctificantur ſacerdotes cum ordines accipiunt.

Sacerdotes initiantur, & ſanctificantur, initiari quid ſit?

Exod. 29. 26.

Leuitici. 16. 32.

Character Sacerdotiũ ſanctus. *Sacerdotes noui homines fiunt.* *Charitas facit homines nouos.*

regeneratione formantur, Chriſtique inſigniuntur charactere: cur non, & ſacerdotes denuo fieri dicantur, cum character ipſe ſanctus ſit menti diuinitus communicatus, quanuis extrinſecùs adueniat? Eſt ſacerdotalis dignitas vicina charitatis dignitati, in eo quòd vtraque nouos faciat homines, faciat ſanctos, ſublimi excelſos eminentia. Nam quæ nouos facit homines, charitas quidem eſt; cum dicat Paulus: *Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum.* Si abſque charitate ſum nihil, ſequitur charitate me aliquid eſſe. Quoniam profectò ſupernaturale eſſe, quod charitas præſtat, ſuperat tantum eſſe naturale, vt homines tunc aliquid fiant, cum formantur charitate. Et quoniam in baptiſmo infunditur charitas, ait idem Apoſtolus: *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti. Vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Facit ergo ſuo nouos modo ſacerdotium homines: homines quoſlibet.

Greg. de Valentia tom. 4. diſp 3 q 4 punct 5 § vltim. & pun. 4. §. quarto igitur & punct 3. §. atq; hinc.

Eſt etiam charitas ſanctificatio hominis, & ſanctitas ipſa. *Pacem habere cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deũ.* quam ſanctitatem declarat concilium Tridentinum in iuſtificante gratia conſiſtere, de qua B. Auguſt. *Charitas eſt veriſſima, perfectiſſimaque iuſtitia.* Præcelſa ergo eſt ſacerdotalis dignitas, quæ vicinam habet charitatem, & in eo quod faciat homines nouos, & in eo, quod eos ſanctificet: imò vtrunque ſit vnum, nempe ſanctificare, & nouos facere. Vnde B. Thomas loquens de virtute religionis, cuius ſpecies eſt ſacerdotale munus, præfert eam cunctis moralibus virtutibus, eo quod diſtantia modica à Theologalibus diſtinguatur. Nam quanuis Theologicæ virtutes hominẽ immediatiùs, quam religio cõiungant Deo, eſt nihilominus nobilis valde religionis virtus, non obſtante differentia alia inter religionẽ, & charitatem, cęteraſque Theologicas virtutes: quod charitatis ſcilicet interior actus proprie ſit charitas antequam in externum prodeat actum: religionis actus ſit exterior, nec interno in actu immediatè à religione elicito propriè ſit cultus. Cum enim Dei cultus ſit in eius gloriam, & honorem; viſibilem deſiderat actum; qualis eſt laudare Deum, ſacrificare, ac genu flecti, ita vt externi iſti, ac viſibiles actus proprium ſint religionis obiectum, & priores ordine intentionis. Atque ita internus religionis actus, affectus eſt potius colendi Deum, quam cultus ipſe. Imo tam internus, quam externus cultus exterior religionis eſt actus. Et quidem, quoniam de ſpeciali loquimur ſacerdotum cultu, quo ſe, cum ordinantur, offerunt Deo, plana res eſt in oblatione hac externos eſſe actus, ac ceremonias. Vt vnctionem in vtraque lege vetere, & noua: in noua id, quod præcipuum eſt formam, & materiam, à Domino Chriſto conſtitutam; qui nec oleum omitti voluit in ijs, qui poſt Apoſtolos eſſent ordinandi, vt ex antiquiſſima Eccleſię cõſuetudine, à vetuſtiſſimis relata patribus Dionyſio, Cypriano, Paſiano, & Auguſtino cuius paulo infra rêferam verba, vt nunc ea tantũ, quæ Cypriani ſunt referam. *Hodie in Eccleſia cum cæteris vnctioni-*

Religionis actus eſt exterior.

Hebr. 12. 14 Conc. Trid. ſeſſ. 6. & ibi. c. 7. Auguſt. lib. de natura, & gratia. S. Tho. 2. 2 q 81. art. 6 Suarez. tom. 1. de religione. lib. 3. c. 9. num. 4. Suarez. tom. 1. de relig. lib. 1 c. 7. nu. 2 & lib. 2. cap. 2. nu. 2. & ca. 5. num. 9. & ca 6. n. 2. Dionyſ. lib. de Eccleſiaſt. Hierarc. c. 4 p. 2.

Digitized by Google

Cyprian. tract. de Cardinalibus Chriſti virtutibus ſer de Cœna Paſſan. epiſt. 3 ad Symphroniū Aug. apud Iuonē 1. p. decreti. c. 151.

bus ad populum adquiſitionis ſanctificandum in participationem dignitatis, & nominis ſacrum chriſma conficitur, in quo miſtum oleo balſamum regiæ, & ſacerdotalis gloriæ exprimit dignitate; quibus dignitatibus initiantiis diuinitus eſt vnctio inſtituta.

Grandis igitur ſacerdotum præeminentia; excelſa dignitas. Verum tamen ex eo quod ſanctificati ſint ſacerdotio ipſo, ne ita ſe exiſtiment ſanctos, vt etiamſi veſte illa charitatis ſint nudi, ſint iam ſanctificati, & æterna digni beatitudine. Ideo enim vtraque in lege multi ſacerdotes ſuperinduti ſunt veſtibus, & eis quidem conſecratis, vt ſigna ſint, eorum habituum, qui intrinſecùs exornant animas, quæ ſi talibus careant veſtimentis, non ſaluantur externis; ſicut nec manuum vnctiones, ſi ſancti vnctio ſpiritus non linat charitate intrinſecùs ſpiritum. Eſt enim perpendendum verbum ſanctificare, Hebraice Kadas, quod ſignificat rem Deo offerre, dicare, conſecrare, facere Dei ſpecialiter propriam: Græcè abducere, ſequeſtrare, ſeparare, quod talis res à communibus vſibus, terreſtribuſque abducatur affectibus. Vnde fit vt vocabulum hoc ſanctificare, plurifariam vſurpetur, vt pluries notauit S. Auguſtinus. Quoad vero noſtrum attinet propoſitum, duos ſanctificationis notamus modos. Alia eſt interior, quæ purificat animam facitque Deo gratam, ac fulgentem prædicto illo charitatis indumento, quo Deum ſuper omnia diligit à cunctis impedimentis abducta. Exterior ſanctificatio alia, quæ homines conſecrat Deo exterioribus cæremonijs, cultu item externo. Fuitque in ſenſu hoc paſſim vſitatum ſanctificandi verbum veteri in lege, pro ijs, quæ Deo conſecrabantur rebus. Itaque conſecratio ſanctificat homines, vt miniſtri ſint Domini, charitas vt ſint amici, & filij. Sic de miniſtris legimus apud primum Regum librum *Eleazarum autem ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.* Id eſt conſecrauerunt. Nihilominus, quanuis hæ ſanctificationis ſpecies, poſſint dici diſtinctæ, poſſitque Sacerdos ſola initiari conſecratione abſque iuſtificante Dei gratia: voluit tamen Deus ſacerdotes omnes ſanctificatos appellari, vt intelligant ipſi, ſuo annexam muneri interiorem puritatem, ſi muneri ipſi integrè velint ſatisfacere. Quapropter cum noua hominum creatio, ſanctificatio, aut initiatio, quas conferunt Deo, & charitate fieri, & religione perhibetur, nempe conſecratione externis actibus applicata; duplici id dicitur ratione: altera quoniam vtraque ſanctificatio eadem eſt ſecundum genus, licèt differant ſpecie, altera, quoniam conſecratio hæc, vt digne ſuſcipiatur, digneque exerceatur: internam requirit ſanctitatem; piéque ſupponitur neminem adeo eſſe audacem, qui ſacros ordines audeat abſque puritate vel exercere, vel ſuſcipere: imo vt Theologi docent religionis virtus in quantum officium ſanctitatis exercet, charitatis ad ſe conuocat actus, eoſque ſocios adducit. Ideo abſolute dicunt eſſe religionis munus hominem totum Deo conſecrare, eaque de cauſa præcipuum religionis actum eſſe deuotionem, qua ſcilicet ſe totum Deo dedicat homo firmo amandi Deū, firmo ei obediendi propoſito. Eſt & cauſa alia excelſior adhuc, ob quam

Suarez 3. p. tom. 3. diſp. 1 ſec. 2 num. 11 & tom. 1. de religione lib. 3. c. 2. nu. 14.

1. Reg. 7. 1.

Suarez. tom. 1. de relig. lib. 3. c. 2. nu. 13. Suarez ibi. cap. 3. num. 2.

Digitized by Google

quam quum ordinantur ſacerdotes, deuuo fiunt non ſola conſecratione, qua ordinantur miniſtri; ſed charitate etiam, qua Dei filij efficiuntur. Quia ſcilicet ſacerdotalis ordo ſacramentum eſt, cuius effectus non ſolum eſt character, ſed iuſtificans etiam gratia, & charitas. Nam cum omnia nouæ legis ſacramenta conferant gratiam ſuſcipientibus ea, idque ex opere operato, eorumdem ſcilicet ſacramentorum virtute; quanto magis ſacramentum ordinis, quod ex præcipuis eſt ſacramentis. Expreſſus ad Timotheum textus: *Vt reſuſcites gratiam, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearum.* Vbi de ordinis ſacramento loquitur Paulus, nominans illud nomine impoſitionis manuum, ſicut ſolet vnctionis nomine vſurpari; tametſi ſacramenti huius ſubſtantia in traditione conſiſtat panis, & vini cum calice, & patena, verbiſque illis, quibus hæc traduntur ab Epiſcopo. Verum enim vero, quam certum eſt ſacramentum hoc conferre iuſtificantem miniſtris gratiam, quatenus eſt ex parte Dei, tam eſt infallibile, minime eam animis infundi, ſi obex ſit ex parte miniſtrorum. Eſt autem obex culpa quçuis lethalis cognita à ſuſcipiente ſacramentum. Vnde ſi talis ſibi conſcius ſit culpę, debet purificari priuſquam aut ſacerdotium ſuſcipiat, aut exerceat: & quidem præuia confeſſione quando aut ordinatur, aut ſacrificat: præſertim cum vtrobique accipiat Euchariſtiæ ſacramentum. Et quoniam ſacerdotes crebro frequentant eius celebrationem, aliaque paſſim adminiſtrant, iugi quidem debent viuere puritate, ſtrictiori, quam alij obligatione. Crebrò eos pro maiori reuerentia confeſſione decet purgare conſcientias, etiam ſi nullius mortiferi ſibi delicti ſint conſcij: at ſi quis (quod Deus auertat) ita ſe gereret, & ita viueret, vt frequenti indigeret expurgatione mortalium: horrendus eſſet Sacerdotis ſtatus. Puriſſimè viuendum eſt imitante angelicam vita. Nam præter communes omnibus cauſas, ob quas ſanctè viuere obligamur: addit profectò nouum amandi Deum titulum, eiuſque iuſſa perficiendi, diuina hæc amoris largitas, qua fidelibus ſeipſum præbet manducandum: Sacerdotis manibus quotidie & adminiſtrandum, & edendum. Video in diebus his, quibus Chriſti celebramus corpus, legendam nobis ab Eccleſia proponi S. homiliam Chryſoſtomi, qua diuini huius Sacramenti cultum, reuerentiam, deuotionem grauiſſimo cunctis intimans ſermone, ſigillatim vrget Sacerdotes: *Quo non oportet igitur eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio? Quo ſolari radio non ſplendidiorem manum, carnem hanc diuidentem? Os quo digne ſpiritali repletur? linguam, quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? Cogita, quali ſis inſignitus honore; quali menſa fruaris. Inhumanus accedat nemo: nemo crudelis, & immiſericors: nemo prorſus immundus. Hæc ad communicantes dico, & ad vos miniſtrantes: nam & ad vos ſermonem conuertere neceſſarium eſt, vt multo cum ſtudio hæc dona diſtribuatis. Non parua vobis imminet vltio, ſi quemquam illius culpæ conſcij, huius menſæ participem eſſe concedatis. Audiamus ergo, & Sacerdotes, & ſubditi, quali eſca facti ſumus digni; audiamus, & horreamus.* Longo exhortationem hanc proſequitur ſermone Chryſoſto-

Grego. de Valen. to. 4. diſp. 9. q 4. punc. vnico initio.
Concil. Trid. ſeſſ. 7. can. 6. 7. 8.
S. Thom. 3 p. q 62. art. 1. 3. 4.
Timot. 2.
S. Thom. in ſupple. q. 3. 4. art. 4 5. Soto. diſt 24 q. 1. art. 4.
Concil. Trid. ſeſſ. 7 can. 7.
Suarez 3. p. tom. 3. diſp. 7. ſect. 4 §. decurrebat.

Digitized by Google

nos in ſermonis ſumus periodo: de ſalubri, de candida charitatis agimus veſte, quæ quidem talis eſſe debet, vt cum anima ſimul contegat corpus, caſtitatis indutum pulchritudine. Eo etiam veritatis procedit dictum hoc, vt cum animæ decor, & iuſtitia ſanctificatio nuncupatur, dicatur etiam ſanctificatio pudica corporis cuſtodia. Planus ad Theſſalonicenſes Pauli textus: *Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos à fornicatione,* quæ verba præterquam quod ex ſe perſpicua ſunt, de caſtitate intelliguntur à Patribus, nemine ex Theologis diſſentiente. Sed proſequitur latius adhuc Iuſtinianus noſter, noſterque Cornelius poſt B. Hieronymum.

1. Theſſal. 4.3.
Tertul. li. aduerſus Marcion. cap. 15 & adhortatione ad caſtitatē. cap. 1.
Iuſtinian. in hunc Pauli textum. Cornelius à lapide ibi. Hierony. ibidem.

Ardentiſſimrm, Domine, obligas nos ad amorem, qui tanto nos diligis affectu, tanta nos ditas hæreditate, tantis nos reples bonis. quanam nos dilectione tanto amori reſpondebimus? Nos quidem ipſos vrentiſſima ignitos charitate tibi offerre debemus, nihil nobis ipſis reſeruantes. Sed quid poſſumus nos? Nec integrè amare, ſicut oportet, nec nos tibi ipſos integre offerre, ſine tuo valemus iuuamine. Excita precor animos noſtros gratia tua: igne tuo adure corda noſtra. Præbes nobis teipſum manducandum, vt in te maneamus, & tu in nobis: fac vt nos tibi ipſos præbeamus tanta dilectionis firmitate vt non in præſenti tantum ſæculo, ſed in futuro etiam tua paſti præſentia, æternum tibi viuti maneamus.

Digitized by Google

IN EADEM SOLENNITATE SACRO-SANCTI CORPORIS CHRISTI.

SERMO III.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo: ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Ioa. 6. 57.

Sacrificium Chriſti cur & incruentum & cruentum.

PRofundiſſimæ eſt conſiderationis quiſnam fuerit Ieſu Chriſti Domini noſtri finis in eo quod ſe obtulerit ſacrificium Patri cruentum in cruce, in altari incruentum, nullo ſcilicet ſpecie propria cruore perſpecto, ſed panis & vini ſpeciebus. Eſt quidem profundæ conſiderationis, tum ex parte ipſius ſacrificij, tum ex parte effectuum eius, tam cruenta in patibulo, quàm incruenta hic oblati ſpecie, quantum enim ad ipſum attinet ſacrificium, vnum idem eſt altaris, & crucis; cum vnus vtrobique offeratur Patri Deo Filius naturalis eius: vt Beatus Ambroſius notauit, effectus item vtrobique idem, vita hominum æterna. De crucis ſacrificio dixit ipſe, qui propter nos ſe obtulit in ea; *Exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*; qui etiam de ſacroſancta Euchariſtia dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam*, infiniti ſacrificium eſt pretij, vt quid ergo offertur quotidie in altari, cum facta in patibulo oblatio ſufficiens ſit, ad æternam hominum vitam, dicente Paulo: Chriſtus aſſiſtens Pontifex per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta? Inuenta eſt generalis redemptio cruento crucis ſacrificio: vt quid ſacrificium incruentum? Diuinę prouidentiæ in mirabili hac inſtitutione multi quidem ſunt fines, præcelſi omnes: mea hodie mens eſt manifeſtare, ex his finibus vnum eſſe generationem hominum ſpiri-

Can. ſemel immolatus de conſecra. diſ. 2. Ambr. in epiſt. ad Hebr. Refertur. Can. In Chriſto de conſecratione.
Ioa. 3. 14.
Ioa. 6. 55.
Heb. 9. 11

tualé, eorumque ſimilem nutritionem factam ſubſtantia Chriſti regenitoris noſtri; & nutritoris, donec huiuſmodi filij perfecto conſtituantur in ſtatu: eſſe que huiuſmodi generationem, & nutritionem factam ad ſimilitudinem generationis, & vitæ ipſius Chriſti, qua à Patre ſuo propria eius genitus ſubſtantia, viuit ſubſtantia eiuſdem Patris, Hoc enim hodierno Euangelio notum fieri exiſtimo.

Filios Chriſti fieri Adæ filios, ab ipſoque Chriſto propria nutriri carne proprio ſanguine.

Quum Vetulam valde ac ſterilem Saram filium parituram indixit viro ſuo Deus centum annorum ſenio confecto; petiuit ſenex ille Abrahamus ſignum à Deo aliquod, ad intelligendam pollicitationem Dei illam, qua poſteros eius futuros abſque numero promiſit. Dedit ei Deus in ſignum, vt diuiſum in partes duas vitulum offerret ei ſacrificium. Quid poterat ex ſacrificio hoc intelligere Abrahamus; ſi nihil ex ſua Deus faceret parte? Exiſtimauit ergo ideo exigere Deum oblationem illam, quod ſuper eam miſſurus eſſet, diuinitus ignem, in ſignum complendæ promiſſionis. Ideo diuiſo vitulo, perſtitit iuxta illum vſque ad noctem ſperans igne conſumendum. Prudenter potuit expectare Abraham huiuſmodi ignem: eo quod ſoleat Deus in ſimilibus orationibus miſſo de cœlis igne conſumere oblationem, quam petit ab eis quibus ſibi poſt ſterilitatem gignendos promittit filios, inſignes valde in populis futuros. Dicens ad Manue, quod ſterilis vxor eius paritura eſſet liberatorem populi Samſonem, conſumpſit igne oblatum ei hædum. Cumque
Iudic. 13. 20. aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Cum igitur perſtitiſſet Abraham iuxta ſacrificium vſque ad ſolis occaſum: facta eſt caligo tenebroſa; &
Geneſ. 15. 14. apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Longe quidem mirabilius eſt, naturalem Dei filium ſuæ gignere filios virtute ſubſtantiæ, ſupernaturali operatione, ipſaque eos ſubſtantia alere, ac nutrire: quam quod centum annorum ſenex, comparque ætate coniux filium gignant naturaliter. Hodie reuelat nobis Dei filius, multo plures quam Abrahami, futuros eſſe filios ſuos, ſuæ virtute ſubſtantiæ regenitos, ſua ſubſtantia victitantes, quodnam oſtendit nobis ſignum? Vituli ſacrificium: ſacrificium dico non vitulinum, ſed quo immolatur Chriſtus ipſe, vitulo figuratus immolato. Accenſa igitur fornace, & ſplendida opus eſt lampade. Sed inter quas diuiſiones pertranſibit lampas hęc? Chriſti ſacrificium integrum eſt, nec Chriſtus in plures diuiditur partes. Quid ergo? O pręcelſam ſapientiam! Duobus ſe dedit modis ſacrificium, cruentum in cruce, incruentum in altari. Tranſeat inter incruentum & cruentum lucidiſſima lãpas; ſitque in fornace accenſus ignis. Pondero ego, nec caminum apparuiſſe, nec lampadem vſque ad
Geneſ. 15. 12. ſolis occaſum. Et tunc quidem à ſenſibus fuit abſtractus Abrahamus. Cum ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus, & tenebroſus inuaſit eum, ſane diuini huius ſacrificij myſterium minime aſpiciendum eſt ſolis luce naturalis, proprio dico lumine intellectus; nec operantibus fidei lampade, dormientibus ſenſibus humanis. Hi iudicant, hunc altaris cibum & potum panem eſſe naturalem, naturale vinum, non eam Chriſti carnem, quæ

Euchariſtiæ ſacramento alit Chriſtus carne ſua, & ſuo ſanguine filios, quos genuit eiuſdem ſanguinis virtute.

Euchariſtiæ myſterium adſpiciendum eſt fide non ſenſibus.

Euchariſtiæ Sacramentum ardenter ſumendũ eſt corde.

Digitized by Google

in cruce oblata fuit, nec ſanguinem illum, qui ibi fuit fuſus. Sed fidei lampas, nec naturalem panem, nec vinum eſſe naturale, nec ſacrificium, hoc à Crucis ſacrificio oſtendit diuerſum, ſed panem hunc eam eſſe Chriſti carnem, quæ in Cruce oblata fuit, ſolamque hic adeſſe panis ſpeciem, ſolam ſpeciem vini, cum ſubſtantia ſit ipſe Chriſti ſanguis. Fumans clibanus cor hominis eſt, qui & amore eius, qui propter nos ſe dedit, ſacrificium debet ardere; & igne præparari charitatis ad tanti ſumptionem ſacramenti. Et quoniam ad tam abſtruſi cognitionem myſterij, valde eſſe lucidam oportet fidei lampadem; gerit vtique eam non quæcumque ex prudentibus Virginibus, ſed Virginum Virgo prudentiſſima; cuius interuentu diuinum Deus gratiæ præbet lumen. Inuocent eam Angelica ſalutatione.

Aue Maria

Patres eſſe, valde cupiunt homines.

Filijs cōſeruantur, & amplificantur patres.

Inter omnes, quæ hominibus eueniunt, cauſas gaudiorum nulla iucundior natiuitate filiorum, ſi ad eorum præſertim alimentum, vberem habeant cibi, & potus abundantiam. Origo huius duplex eſt, & quod filio continuetur eſſe parentis, filijs multis ampliatur, & quod patris repræſentatio ſit filius. Primo conſeruat Pater eſſe in liberis proprium: ſecundo facit memoriam ſui perennem. Ante mortem non laudes hominem, quoniam in filijs ſuis cognoſcitur vir. Quid eſt, quod intimius cognoſcatur in filijs, & id quidem poſt mortem, quam in ſe ipſo, dum fruitur vita? Extrema quidem pōderatio, ad affirmandum, filios tuos eſſe teipſum; & quoniam ſubſtantia ſunt tua, & quoniam tui repræſentatio: latius proſecutus inſtitutum hoc Ariſtoteles, latiſſime Philoſtratus, Euripides, Suidas, Procopius, necnon ſancti Baſilius, & Chryſoſtomus. Nec abs re, quod filij dici ſolent parentum domus. Plautus parentes dicit fabros, domos filios. Quod non obſcure dixit & Chaldæus Coſti, dum vertens verba illa Eccleſiaſtes: *In pigritijs humiliabitur contignatio, & in firmitate manuum perſtillabit domus*, ait verba hæc. In ſtudio legis, & mandatorum vix animo fracto liberis orbatur ſuis, ſcimus autem in eum ab hominibus finem ædificari domos, vt ſemper amplificent faciantq; quoad poſſunt, perennare, ſatis aperte manifeſtauit huiuſmodi hilaritatem, gaudiumque parentum ortus Iſaac deſideratiſſimi parentibus ſuis Abrahæ, & Saræ, quandoquidem ideo vocauit eum Iſaac Abraham pater eius, quod Hebraicè ſignificet *Riſum*, dicente Sara, *Riſum fecit mihi Deus.*

Eccl 11 30
Ariſt. l. 3. polit c. 8. & l. 3 Rhetor. ad Theodectum.
Philoſt. in Ariſt.
Euripid. in And. Mach.
Suidas.
Procopius apud Suidam.
Baſ ep. ad Liban.
Chryſ. ho. 10 in ep. ad Coloſſ.
Plaut. in Moſtella. act. 1. ſcena 2.
Eccl. 10. 18.
Chald. Coſti in eum locū.
Gen 21. 6.

Opera bona faciunt perennare homines.

Quid erit eis qui nullum vnquam filium genuerunt? quo ſeipſos conſeruabunt hi? Quo ſe amplificabunt? Eſt quidem quo poſſitis omnes & conſeruari, & ampliari. quidnam? Res præclare geſtæ conſeruant hominem memoria perpetua, eumque mire adaugent, & amplificant. Si enim cauſa ob quam filijs amplificatur homo, ea vnica eſt, quod ab eo procedunt filij: opera quoque ab eo procedunt, & quidem moraliter, & libere, quæ eſt vera hominis notio, quantum ad id, quod potiſſimum eſt eius, *Opera enim illorum ſequuntur illos*, ait cæleſtis vox, à Ioanne audita, cuiuſnam perſtat hodie memoria amplior, & fœlicior. Magnine Alexandri, & Iulij Cæſaris; an Mauri Abderrahaman Regis Cordubæ in Hiſpania? Dicet is, Alexandri, & Cæſaris fama non in Græcia ſola, vbi regnauit Alexander; nec in ſola Roma,

Ioan. 14. 13.

Digitized by Google

cuius geſſit imperium Iulius Cæſar, ſed in vniuerſo coruſcat orbe: Mauri iſtius adeo abolita eſt, vt nomen eius, cum modo audierimus, obliuioni tradiderimus omnes, cum in noſtra hic Hiſpania, illi in remotis regnauerint plagis. Scitote, Mauro Abderrahaman ſex ſupra octoginta fuiſſe liberos, partem dimidiam fœminas, nempe quadraginta duas, viros quatuor & quadraginta: nullum ab Alexandro, nullum à Cæſare genitum filium, ſed fecerunt hi præclariſſima opera: quibus multi illuſtres ſunt libri. Quid, quod Ethnicorum imperatorum excellentiſſimus Octauianus Auguſtus, cum filijs abundaret, & operibus, noluerit memoriam ſui filijs conſeruari, imo eos priuauit imperio, inſtituens imperatorem priuignum eo quod gauderet magis nomine Patris patriæ, quo memoria virtutum ſuarum vbique gentiũ conſeruaretur. Auctor Suetonius; vidit degeneres filios, & filias, quibus obſcura potius memoria eius redderetur; ideo eam operibus conſeruari elegit, vt tanto eſſet digna, vt verè eſt, imperatore.

Mariana in hiſtoria Hiſpanica. l 7. c. 25. an. 852.

Sueton in Octau. c. 65.

Idem cap. 58.

Auguſtus Cæſar maluit memoriam ſui operibus, quã filijs cõſeruari.

Eſt & alius modus, & ſublimior quidem, conſeruandi ſeipſum, ſeque mirificè ampliandi. Hic eſt noua eiuſdem hominis generatio, ita vt loco filiorum; quos gignere poſſet gignatur homo ipſe denuo ſique ſui in ſe ipſo memoriam perpetuã conſeruet, id eſt, tui ipſius, qui genitus es homo memoriã amplifices, & vitam generatione ſecunda, qua nouus ſis filius. Sic conſeruabis memoriã tui, patriſque memoriã, illius nempe Patris, qui generatione ſecunda fecit te filiũ ſuum, multo excelſiorem, quam primæua eſſes generatione. Dices, modũ quidem eſſe excellentiſſimum: at naturaliter impoſſibilem modũ: ille etenim ſolus naturalis eſt, quo in ijs conſeruatur, augeturque homo, quę procedunt ab eo; non in ijs à quibus procedit ipſe. Fatemur modum hũc minime naturalem: Bis vt naſcamur, natura nõ patitur, dixit Plutarc. At eſt modus ſupra omnem prorſus naturã. Quiſnam? Audi, & mirare. Modus quidem eſt talis, talis generatio, atque natiuitas vt cũ Franciſci filius ſis generatione naturali, fias ſupernaturali generatione Dei filius, ex eoque diuinitus naſcaris. Imo tã ſupremo filius modo, vt non ſolum gignaris denuo generatione qua filius ſis Dei, ſed propria eius ſubſtantia nutriaris. O præcelſum myſteriũ! profundiſſimã ſapientiã! amorem ardentiſſimũ! in tantum vt in eo ſimilis ſis naturali Dei Filio: quatenus ſicut ipſe generatur à Patre, viuitq; propria ſubſtantia eius: ſic & tu ab ipſo Dei Filio gignaris filius, viuaſque propria eius ſubſtantia. Quid faciam, ais, vt tam honorifica fruar generatione? Dicam; auſculta. Qui generationem hanc facit, Chriſtus ipſe eſt: cum ipſe generatione iſta ſit pater. Ad te ſpectat diſpoſitio, qua te diuino eius auxilio diſponas. Hæc autẽ non eſt alia quam propoſita hęc, vt operibus incumbas præclaris; ſic denuo fies, ſic generaberis à Chriſto. Audi Apoſtolum dicentem: *In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.* Quomodo noua? ipſemet dicit modum. *Ipſius enim factura ſumus in Chriſto Ieſu creati in operibus bonis.* Sed audi quo te gignat, quo te nutriat modo benigniſſimus Pater vtique ſicut Chriſtus ipſe generatur à Patre, viuitque propria ſubſtantia eius, eo diſcrimine, quod naturaliter gignatur ille, viuatq; naturaliter ipſa Patris ſubſtantia: tu à patre tuo genitus naturaliter, na-

Plutarch. contra Colotem.

Gal. 6.15.

Digitized by Google

tuſque ex matris vtero, noua regenereris ſublimitate noua itẽ naſcaris virtute ſanguinis Chriſti, eiuſque ſubſtantia ſupernaturaliter nutriaris, viuas, roboreris. O Dei bonitatem! ô ſuauitatem! ô ſapientiam! ô amorem! Quod naturam hominis infinita excedit eminentia, præſtas ei ſublimi tuæ eminentia bonitatis. Hic eſt vtique finis in inſtituendo & incruento, & cruento ſacrificio; cruento vt nos regeneres: vt nos alas, incruento. Atque ita ſicut incruentum & cruentum eſt vnũ: vna ſit ſubſtantia, cuius virtute regeneras filios, & qua nutriuntur, amplificantur & viuunt. Ad propoſita Euangelij verba deueniamus.

Miſſio diuinarum perſonarum quomodo intelligẽda.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo, ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. Varijs verba hæc cohærere poſſunt modis, quos vt exacte diſcutiamus expendendum ante omnia eſt verbum hoc, Mittere, quo dicit Dei Filius: *Miſit me viuens Pater*, ſcimus diuinarũ perſonarum miſſionem. Non enim eſt minor perſona miſſa mittente, nec vllo mittitur imperio, imo neque conſilio, precibus, monitione: ſed æterna proceſſio, qua perſona vna procedit ab altera, dicitur miſſio, ad eundem modum quo ſurculi, ac palmites mittuntur à ligno, à quo procedunt. Sic docuerunt Sancti Patres, Hilarius, Cyrillus, Gregorius, Beda, & Thomas cum Doctoribus alijs. Dicitque B. Auguſtinus, Filius mittitur, non quia minor, ſed quia emanatio quædam claritatis Dei ſincera. Nihilominus quoties mitti dicitur diuina perſona, denotatur aliquis temporalis effectus, pro cuius executione dicitur mitti ſumpta ab hominibus ſimilitudine, qui quum ab aliquo mittuntur ob ſignatum aliquem mittuntur effectũ. Eſt accepta Auguſt. & S. Thomæ doctrina, ſequentibus Theologis.

Eſt ergo enucleandum, quiſnam ſit effectus, ad quem dicat ſe miſſum Dei Filius, dum ait, *Sicut miſit me viuens Pater.* Ego quidem nullam ad propoſitum video miſſionis huius expoſitionem aliam, niſi dicamus, vel miſſionis nomine æternam deſignari Filij generationem abſque vllo additamẽto; vel eiuſdem incarnationem, ad quam miſſus eſt, vt Apoſtolus ait, *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere.* Vtroque enim modo facit nos ſibi ſimiles in diuino Euchariſtiæ ſacramento. Si enim miſſionem hanc incarnationem Verbi intelligamus: tunc verborum horum ſenſus eſt hic, *Sicut miſit me Pater*, vt humanam mihi vnirem carnem, qua vnione ſunt in vno ſuppoſito natura Dei & hominis natura hypoſtaticè vnitæ, viuitque ſuppoſitum hoc, vita à Patre mihi communicata: Sic quiſquis meam ipſam edit carnem meum & ſanguinem bibit vnitur mihi adeo ſtricte, vt maneat in me, & ego in illo: viuatque propter me, ſicut ego viuo propter Patrem. Eſt interpretatio accepta Baſilio, Ambroſio, Bedæ, & Auguſtino qui verba hæc, dicunt intelligenda de vita qua Chriſtus in quantum homo viuit propter Patrem, id eſt Patris vita, qua viuit ipſe, cum filius ſit Dei naturalis.

Hilar. l. 8. & 9. de Trinit. Cyril. l. 12. theſaur. c. 5. Greg. ho. 26 in Euang. Beda l. 2. hom. 2. Aug. l. 4. de Trin. c. 20. S. Tho. 1. p. q. 43. ar. 1 & ad 1. & ad 2. Suar 2 p. to. 2 trac. 3. l. 12. c. 1. Galat. 4 4 Baſ. epiſt. 141. Amb. l. 5. de Tri c. 5 Beda in Ioan 6. Aug. ib.

Ad alterum propoſitorum verborum intellectum accedamus quo miſſio hæc generatio intelligitur diuina. Eſſe vero hanc præſenti in loco intelligendam conſentaneum eſt iudicio B. Cyrilli, Nazianzeni,

Cyril in Ioan. 6.

Digitized by Google

S.Chryſ. ibid. Ammon ibid. Theoph. ibid. Nazianz. orat. 5 de Theolog.

Gregorij, Chryſoſtomi, Ammonij, & Theophilacti, qui dictum hoc, *Ego viuo propter Patrem*, de Chriſto, qua Deus eſt, intellexerunt. Sed tunc duo dicta hæc diſtinctis ſunt comparationibus expoſita, generationis diuinæ comparatione dictum primum, ſecundum comparatione diuinæ vitæ, ſiue (vt noſtro loquamur modo) alimenti diuini, quo viuit filius. Hoc eſt, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo. Sicut miſit me viuens Pater.* Huc vſque peruenit dictum Chriſti primum: quo cum hominem, qui ſanguinem eius ſumit, & carnem dicit ſimilem ſibi in eo, quod ſicut Chriſtus ipſe filius eſt Patris, ſic eſt ipſius Chriſti filius homo iſte. Cōſequens filiationem hanc eſt dictum ſecundum, *Et ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me.* Cum enim homo quiuis ab eo accipiat alimentum, à quo per generationem accipit eſſe, congrue quidem connectuntur in homine, eſſe filium Chriſti, & eius carne, & ſanguine nutriri, & id quidem ad eundem modum, quo in naturali ipſo Dei Filio idem eſt à Patre generari, & viuere ſubſtantia eius ſiue (vt de vita hac metaphoricè per ſimilitudinem ad noſtram loquamur) idem eſt à Patre generari, & ab eo ali, ſeu nutriri.

Euchariſtiæ ſacramentū habet ex propria inſtitutione alere ſupernaturali vita eos homines, qui regenerati ſūt Dei filij.

Occurrit difficilis obiectio, ex eo, quod ſacramentum hoc non ad gignendos filios, ſed ad alendos eos, qui ſemper naturali generatione filij Dei ſunt, ſit ab ipſo Domino inſtitutum. Libet expendere doctrinam hanc; quod ex eo liqueat, quam cōformem inſtituerit Dei Filius ſupernaturalem hominum generationem, nutritionemque naturali ſuæ generationi, & alimoniæ: quomodo item genitus à naturalibus parentibus homo, poſſit regenerari Dei adoptiuus filius: prouentus etiam generantis, & geniti: quid nempe nobis, quid Chriſto ipſi ex hac generatione proueniat.

Dicimus ergo, diuini huius alimenti ſubſtantia filios Dei nutriri; & eiuſdem virtute regenerari, tam filiatione facta ſacramento alio, quàm ſacramento hoc reconciliata; quanquam ex vi inſtitutionis ſuæ, ad alendos inſtitutum ſit filios.

Eſt enim recolendum, cuicumque nouæ legis ſacramento duas ineſſe virtutes; alteram communem omnibus illis, gratiæ nimirum infuſionem; alteram vnicuique ſpecialem ex propria inſtitutione, qua eſt à Deo, ad ſpecialem finem inſtitutum.

Regeneratio igitur propriè ſumpta, in quantum ſcilicet diſtinguitur ab amiſſæ adoptionis reductione, nullo fit alio, niſi baptiſmi ſacramento. Eſt Theologorum omnium reſolutio: imo ipſius Chriſti pronuntiatio. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Renaſci dicit homines baptiſmate, illudque cęleſtem vocat introitum: ideoque ſacramentum hoc vocatur ianua; eſtque tam verè ianua, vt abſque baptiſmate ſuſcepto nemo ſit capax ſacramenti vllius ſuſcipiendi. quoniam hominis oſtium eſt natiuitas eius; nec ali poteſt ille, qui nondum eſt genitus: atque adeo nec ali Euchariſtiæ cibo, qui non eſt regenitus baptiſmo.

Ioan. 3. 5. Suar. 3. p. to. 3. diſp. 11. ſect. 1. § tertia ratio. S. Th. 3. p. q. 84. ar. 6. Doctor. 4. diſt. 14.

Baptiſmus eſt regeneratio, & ianua, per quam qui nondum introiuit, nullius eſt capax ſacramenti.

Amiſſa baptiſmalis gratia, recuperatur pœnitentiæ ſacramento; quo ille qui per baptiſmum regenitus fuerat, reducitur ad Dei gra-

tiam,

Digitized by Google

tiam, & filiationem; eo quòd baptiſmus quo renaſcitur filius, ſemel dumtaxat ſuſcipiendus ſit; cum nemo niſi ſemel generetur, & naſcatur: pœnitentiæ autem ſacramentum cum ſit reconciliatio, adiri poſſit toties, quoties à gratia Dei lapſus eſt homo. Hic fuit inſtruendæ pœnitentiæ ſacramenti finis.

Euchariſtiæ finis & effectus.

Quis igitur fuit inſtituendæ finis Euchariſtiæ? Eſt quidem ſacramentum hoc ex propria inſtitutione ſupernaturalis vitæ alimentum, quo ipſa conſeruatur, & augetur arctiore vnione cum Chriſto perfectioris gratię, & charitatis. Conſtat ex ipſa ſacramenti materia. Cibus enim, & potus alimentum eſt hominis iam geniti: atque adeo diuinus cibus, potuſque diuinus alimentum eſt hominis ſupernaturali generatione renati. Cõſtat multo apertius ex ipſius inſtitutoris, expoſitione, dicentis: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*. Ideo eſt Tridẽtini Concilij definitio, ſacramentum hoc præſeruare à mortalibus, & venialia peccata remittere. In quo diuini huius cibi intimat nobis excellentiam. Rariſſimus eſt inter corporales cibos vnus aliquis, qui ſimul ſit alimentum & pharmacotheon: rarior, & forte nullus, qui à mortiferis præſeruet ægritudinibus. Cibus hic, cum ſuauiſſimum alimentum ſit, eſt ſimul leuiorum medela morborum, lethalium præſeruatio. At ſpiritualis regeneratio, qua in gratia conſtituitur peccator non eſt finis ſacramenti huius, ob quem ſit à Domino inſtitutum.

S. Tho. 3. p. q. 79. 1. & ſeq. Magiſt. in 4. diſt. 9. & 12. Alex. Hal. 4 p. q. 41. Caniſ. in catechiſ. tit. de Euchariſt. Bellar l. 4. de Eucha. c. 17. Innoc. l. 4 de Eucha. c 44. Concil. Trident. ſeſſ. 13. c. 2.

Nihilominus eſt ita annexa alimẽto huic ſupernaturalis hominum regeneratio, ſupernaturali conſeruanda cibo, ac potu: vt commendãs inſtitutor eius ſupremam ipſius excellentiam, dicat ſimilem ſibi in generatione ac nutritione hominem illum, qui alimento reficitur eſto, vt ſicut naturalis ipſe Dei Filius eadem qua ſubſtantia gignitur, alitur: ita homo ille, qui cibũ hunc ſumit, nutriatur ſubſtantia hac cuius virtute generatur: imo aliquãdo nutritio ipſa reſtitutio ſit generationis, ſicut in naturali ipſo Filio, æternum viuere, continuatio eius eſt generationis. Quin etiam effectus hic duplici via prouenit à diuino hoc alimento. Prima eſt efficacia eius, non ex inſtitutione, ſed ex propria virtute: ſecunda eſt vnitas incruenti, & cruenti ſacrificij. Itaque attẽta eius virtute, atque præſtantia, eſt gratiæ cauſa cuicunque homini diſpoſito, ita vt in gratia ſit, augeat eam illi, tam propria virtute, quã ex propria inſtitutione: ſi deſtitutus ſit gratia præbeat eam illi, non ratione propriæ inſtitutionis, ſed propriæ virtutis. Cum enim homo ſacramentali eſt vſus confeſſione, aut certe ſi confiteri non poteſt, compunctus eſt, ob crimina, dolore, quem ipſe piè exiſtimat ſufficientem, ac deteſtatione eorum, quam legitimam putant, dum communicandi vrget neceſſitas, tunc ſi nullius ſit conſcius ſibi criminis mortiferi, putatque piè ſe in gratia Dei cibum hunc ſumere. Fluit quidem in eum præſtantiſſima ſacramenti ipſius virtus, atque adeo inſtauratur regeneratio, quamuis non ſpeciali huius inſtitutione ſacramenti.

Euchariſtiæ ſacramentũ eſt cauſa gratiæ, ita vt quandoque præſtet gratiam primam.

S. Tho. 3. p. q 79 ar. 3. Caiet. ibi. Soto in 4. diſt. 12. q. 1. ar 4. Adria q 1. de Eucha. Gabr. lec. 85. in can.

De ſecunda via eſt vnitas incruenti, & cruenti ſacrificij. Baptiſmalis nempe regeneratio virtute fit Dominici ſanguinis cruẽto effuſi ſacrificio: quod non eſt aliud ab incruento hoc, vt à principio commendauimus: Gignitur homo ſupernaturali filiatione virtute ſanguinis

Digitized by Google

Chriſti cruento effuſi ſacrificio:alitur ipſo ſanguine,& carne ipſa ſub ſpecie vini,& panis ſpecie; ecce nutritur ſubſtantia ipſa,cuius virtute generatus, ita vt nutritio facta Euchariſtiæ ſacramento generationis ſit continuatio, atque promotio; conſeruatio nimirum, & augmentum gratiæ ,qua fit ſupernaturalis generatio,atque natiuitas. Prçcelſa eſt ergo in hoc generationis conſeruationiſque modo dignitas hominis; cum ſimilis ſit naturalis filij generationi, & (vt ita dicam) alimento,de quo dicit: *Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem,in me manet,& ego in illo,ſicut miſit me viuens Pater: & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me.*

Baptiſmalem quippe regenerationem virtute ſanguinis Chriſti fieri,dicit aperte Ioannes, *Qui dilexit nos,& lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,*cum lauacro hoc,baptiſmo videlicet,regenerari homines,expreſsè ait Paulus,dicens, *Secundum miſericordiam ſuam,ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti; quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum.* Vnde fit vt quamuis adoptare filios ſit totius Trinitatis,ita vt adoptiuorum Pater filiorum ſit Deus in perſonis tribus: pertinet nihilominus ſingulari ad Chriſtum fundamento hæc adoptiuorum generatio, eo quòd humanitas eius,ad cuius integritatē pertinet ſanguis,efficiat (vt Theologi dicunt)phyſicè gratiā,qua filij gignuntur in baptiſmo.

Ioan.Apoc.1.5. Tit.3 5. S.Tho.3.p q.23.ar.1 & 2. Caiet.3.p.q.13 ar.2. Medina ibid.

Nunc attendenda eſt mirabilis hęc filij naturalis Dei,& adoptiuorum eiuſdem Chriſti filiorum nutritio, & generatio in eo, quòd nutriantur ad naturalis filij generationis imitationem: quatenus alitur eadem ille,qua generatur,Patris ſubſtantia;eiuſque(vt ita dicam) alimonia generatio ipſa ſit eius.Generat propria Deus ſubſtātia naturalem filiū mentali conceptione,qua ſe intelligit ipſum pleniſſimo conceptu,in tantū, vt conceptione hac tam infinitū ſit productū verbum, quā qui illud cōcipit. Vnde verbū hoc Deus ipſe eſt perſona diſtincta à concipiente: nēpe Deus prout eſt cōcipiens verbū, genitor eius eſt, atque adeo Pater naturalis. Filius verbū productū; cū productum ſit cōceptione mentali,ſitque ipſius concipientis naturalis imago, plena repræſentatio,& figura ſubſtantię eius; atque vt notauit D.Damaſc. eſt filius per omnia, conſimilis Patri, conſubſtantialis, connaturalis, coæternus,eiu[illegible]ſapientiæ, immenſitatis, poteſtatis. Quo fit,vt ſubſtantia,qua fil[illegible]ic viuit,id eſt,qua(vt ad noſtrum loquamur modū) alitur,ſit ſubſtantia ipſa qua generatur: ipſumq; ali, ſit ipſū generari. Nā & tu,qui me audis,ſi me integre concipis mente;nullo alio medio alis conceptū,quē de me habes,quā eiuſdē conceptionis continuatione. Eſt nihilominus diſcrimen illud inter tuā, & Dei conceptionem; quod tu,cū non ſis ipſū intelligere, imo cū limitato ſis intellectu, non vales,vno omnia capere conceptu, ſed nunc hoc nunc illud deſiſtendo ab vno,cū concipis aliud: Deus autē,eo quod eſſentia ſua ipſum ſit intelligere, nec poſſit deſiſtere à conceptu, nec nunc hoc, nunc illud intelligere,ſed ſe iugiter ipſū,omniaque creata,& poſſibilia:non producit,vt tu,aut accidentalē, aut minorē ſeipſo conceptū; ſed ſubſtantiale verbum,quod eſt ſubſtantia ipſa concipientis,æquale per omnia concipienti ipſi,atque adeo naturalem filium, qui eſt Deus ipſe, non

Hebr 1 2. Damaſc.l.2.de Fide cap.18. S.Tho.1.p.q.27 ar.2.& q.34. Concil. Rhemenſ. S.Tho.1.p.q.3.art.4.& q 54 art 2.ad 2.

Digitized by Google

Deus alius ſuo à genitore.

O filij Chriſti! ô Chriſtiani auditores! ſi ardentiſſimum hunc Patris veſtri erga vos amorem ponderaretis! Sufficeret quidē ſola iuſtificantis gratiæ infuſio, vt ea eſſetis adoptiui filij illius Domini, qui eam infundit animis veſtris, cum adoptiui Dei filij non ſolo nomine ſint filij, nulla nempe intrinſecus filiatione recepta, ſicut nullam intrinſecus accipit adoptatus ab homine filius: ſed ſunt reipſa filij, gratia intrinſecus indita, qua ſupernaturali generatione ſunt filij. Sufficeret itaque adoptio hęc, vt magnus erga vos eſſet Dei amor: & tamen fecit, quod intenſioris dilectionis eſt ſignū. Fecit adoptiuorū generationē filiorū eo modo, qui ad naturalem generationem tum humanam accedit, tum diuinam, ad humanam quidem quia virtute fit ſanguinis: cum tamen ſupernaturali fiat influxu, ab impuritate prorſus alieno; ad diuinam quoniam pius hic Pater eadem alit filios ſubſtantia ſua, cuius virtute gignit eos. Quis non extra ſe factus vociferetur, prædicet, exclamet, tam eximiam amantiſſimi Patris videns pietatem?

Eucharistia ſumptio probationem requirit puritatis.

Video pendere adhuc hanc textus noſtri expoſitionem. Quoniam etſi eſt eadem qua ſacramento hoc alimur ſubſtantia, & cuius virtute gignimur Dei filij, non tamen efficimur filij Dei ipſo Dominici corporis eſu, ipſo ſanguinis hauſtu: ſed vnimur ei arctius, ſi filij ſumus, quum comedimus. Fateor ingenue, generationē hanc non fieri ſumptione ſacramenti huius, ex propria, (vt dictum eſt) inſtitutione, connectit tamen Chriſtus modum vnitatis generationis & alimenti ſui, cum modo vnionis regenerationis, & alimenti noſtri, vt commoneat homines, ne quis diuinum hoc alimentum manducare præſumat, niſi ita diſpoſitus, vt vel filius ſit, vel alimento ipſo efficiatur filius eius, recuperata adoptionis gratia, à qua peccando fuit lapſus.

Eſſeque horrendum facinus, monſtroſam audaciam cōmunicare abſque probabili exiſtimatione infuſa à Deo gratia, nullius mortalis culpæ conſcientia.

Ideo B. Paulus grauiter monet, vt nemo audeat alimentum hoc ſumere ante factam in quantum poteſt probationē, quod ſit filius eius, cuius carnem, & ſanguinem ſumit alimentum. Probationem autem propriæ conſcientiæ cuique committit, propoſita pro æternæ vitæ alimento, æterna morte his, qui nondum facta probabili filiationis probatione, manducāt carnem, quę ſolis eſt ęternum filijs alimētum. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Quid neceſſe eſt verba verbis his addere, cum tam perſpicua ſint hæc, quæ Dei ſunt verba. Nemo ad menſam hanc accedere audeat, ante ſacramentalem pœnitentiam, diſcuſſa peruigili ſcrutinio conſcientia. *Ante expiata delicta, ante exomologeſim factam criminum, ante purgatam conſcientiam, ſacrificio & manu ſacerdotis: ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant eſſe, quam quidem verbis fallacibus venditant*, ait B. Cyprianus loquens de præparatione diuino huic debita conuiuio. Id ipſum monent Patres vniuerſi, Baſilius, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Anſelmus, & Pontifex Leo. Sufficit Tridētini Concilij definitio, qua declarat, ante Euchariſtiæ ſuſceptionem conſcientiam ſacramentali confeſſione expiandam. *Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum;*

1 Cor. 11. 28.
Cypr. ſer. de lap & l. 3. ep. 14 15. 16. 17.
Baſil. l. de baptiſ. c 3.
Chryſ. ho. 30. in Geneſ.
Aug. ep. 118.
Anſel. in 1. Cor. 11.
Leo ep. 91 ad Theo.
Cōc. Tri. ſeſſ. 13. c. 7 & can. 11.

Digitized by Google

vere panis filiorum, non mittendus canibus. Ecce auditores, filiorum eſt panis, nec decet carnem mãducare patris eũ, qui nõ eſt filius eius. Magnę eſt conſiderationis Apoſtoli verbum: *Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit.* Cur dicit iudiciũ? Nonne diceret damnationem? Nonne diceret mortem? Aptiſſimo ſane vſus eſt nomine. Quoniam quiſquis indigne edit diuinum hunc panẽ, inops mentis eſt, iudicij inops, cum non diſcernat, non diſtinguat, non dijudicet cibum hunc, ab alijs cibis eſſe diuerſum, vigilantiſſime conſiderans. Hanc etenim cauſam reddit dicti ſui Apoſtolus ipſe, dicens:

Orig. ho. 2. in pſal. 37. *Iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Manducat quidem diſtrictionis iudicium quo ad ignem dannandum eſt. Vnde dixit Origenes; *Iudicium Dei paruipendis, & commonentem te Eccleſiam deſpicis? communicare non times corpus Chriſti, accedens ad Euchariſtiam, quaſi mundus, & purus, quaſi nihil in te ſit indignum, & in his omnibus putas, quod effugias iudicium Dei.*

Pendet audientium animus adhuc, non deſpiciens, quomodo poſſit homo à parẽtibus ſuis genitus & natus, fieri generatione noua Dei filius. Valde quidem hæſit ille, cui fecit hoc notum Dei filius, magna vidẽs captum admiratione. Quomodo (ait) poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuę iterato introire? Magno vos tam applauſu, quam gaudio, audituros ſpero, diuinam hanc renaſcendi artem: magno etiam deſiderio fruendi ea, vt Dei filij efficiamini. Planam promitto explicationem, qua rem apertiſſime percipiatis omnes. Forte videor arrogans: ſed gratias Chriſto. Ipſemet adhibuit explicationem; non eſt quod eam mihi arrogem. Reſpõdit quærenti Nicodemo: lauacro aquę, & ſancti Spiritus denuo homines naſci, ſed poſtea loco alio ſcribẽte Matthæo, apertiſſima ſimilitudine explicauit. Comparat igitur regenerationem hãc mirabili gallinacei pulli generationi. Obiurgãs enim cæcutientes homines, qui ſuperna hac generatione frui non curant; dixit verba illa, quæ (vt Eſdras ait) dixerat quondam nondum incarnatus: *Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos.* Sed intimo ſane profert affectu dolenter clamans ſuper populum. *Quoties* (ait) *ô Ieruſalem; quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis.* Eſt proprijſſimũ omnium, quod ad ſignificandam ſupernaturalem hanc generationem, excogitari poſſet ſymbolum. Interrogo auditores propoſitionem, nunquam forte in philoſophorum ſcriptis inuẽtam, cum nihil, quod ad altilium ſpectat procreationem prætermiſerint. Rogo, quænam gallina mater eſt pulli? Forte ſubridetis omnes quod tale propoſuerim dubium. Nõne paſſim cernimus circundatam ſuis gallinã pullis? Quæſo, ne rideatis. Proſequar amplius quæſtionẽ. Pepeperitne pullos gallina hęc? Nõ vtique peperit. Cur ergo matrẽ dicitis eã, quę nec peperit, nec genuit, nec cõcepit. Iã certè minime ridiculã videtis quæſtionẽ: imo admirationis vehemẽtis. Et ſupereſt adhuc vrgẽtior admirationis cauſa intẽſioris. Eſt gallina alia, quę pullorũ horum videtur mater. Edidit ſuo ex vtero gallina alia ouũ, ex quo prodit pullus: hęc ergo eſt propria pulli mater, cũ ex ſua eũ genuerit ſubſtantia: illa autẽ gallina, quæ pullos ex ouis exerit, nõ genuit eos, nec ex ſuo ipſa edidit vtero. Quis neget, pri-

Regeneratio ſupernaturalis quomodo fiat.

Ioan. 3. 4.

Chriſtus potior nobis pater quam naturales genitores.

Simile.

4. Eſdræ 30.

Matt. 23. 32.

Digitized by Google

mam, hanc propriam pullorum eſſe matrem? Quid iam dicitis vos? Difficilior certe propoſitio, quam primo apparuerit intuitu. Audio quoſdam ex vobis affirmantes, eam, quæ oua edidit, matrem eſſe pullorum. Quoniam ſola hæc ſuis eos eduxit ex viſceribus. Alij mordicus dicunt, eam quidem veram dicendam matrem, quæ fecit ex ouis pullos, eoſque tenero nutrit, fouet, & congregat amore. At non pauci dicent, veram vtramque matrem; cum propriæ in vtramque concurrant matris conditiones. Idem profecto dixerim ego. Nec poteſt quiſpiam oppoſitum aliquid obijcere. Quo ex his alterutram non eſſe matrem conuincat, aut indicet. O ſupremam ſapientiam! teneram pietatem! nimiam dilectionem; ſi pulli matres duas eſſe videtis oculis [illegible]ſtris, & ambas quidem naturales matres; plana profecto aperitur via, ad intelligendum, quomodo vos, qui naturalium eſtis filij parentum, alterum habeatis patrem cuius ſitis filij ſupernaturali generatione. Habet quiſque veſtrum matrem ſuam, habet & naturalem genitorem: ſed eſt item Chriſtus Pater veſter eo modo, quo eſt pullorum mater gallina illa, quæ eduxit eos; quæ eos fouet, ambit, nutrit, & diligit. Mater tua! O Chriſtiane, ſuo te genuit ex vtero; ſubſtantia ſua pater tuus: ſed Dominus Chriſtus ſub alas te colligit ſuas, eduxitque diuinitus in lucem, ſicut gallina ſecunda edit pullos, colligens ſub alas alienæ matris oua. Vter horum verior pater tuus? naturalis genitor, an Chriſtus? Vtique gallina prior, licet ſuo fœtum edat ex vtero; non tamen viuum fœtum, collatum pullo, quem ſecunda edit, dum alius ouum fouet, & viuificat. Hæc eſt quæ vitam tribuit ei, faciens ex ouo pullum. Etſi enim non producit ex vtero, applicat tamen ſemetipſam oui fomento, propriaque minuitur ſubſtantia, vt viuum edat fœtum. Quis iã dubitet, ſecundam hanc matrem eſſe potiorem? O Pater Pater! Pater noſter Ieſu. Genuit nos pater noſter naturalis naturali ſanguine: ſuo ex vtero eduxit mater noſtra, ſed tu, ſupreme Pater, pater & mater es filiorum tuorum. Tu extendiſti in cruce alas tuas, vt nos ſub eas præcolligeres, ſicque viuificares, tribuens ſupernaturale nobis eſſe, vitam ſupernaturalem, diuinæ tuæ participem vitæ. Ibi macie es confectus, fuſo largiter ſanguine, ſicut macie conficitur gallina, quæ fouens oua, pullos exerit. Quis non agnoſcat, tui virtutẽ ſanguinis applicatam nobis, vt tui ſimus regeniti filij, filij tui renati conſummatione excelſiore, præ illa, qua pulli exedunt oua. Non ſunt viui homines generatione prima, comparati ſibi ipſis à te regenitis, ſicut pullis comparata oua, nequaquam ſunt viua. Nomen habes, Apoc. 3. 1.
quod viuas, & mortuus es: habet viuentis nomen quiſquis naturali fruitur vita, at ſi diuina deſtitutus ſit gratia, mortuus quidem eſt, cum naturalis vita non ſit vita, dum gratia Dei caret. *Gratia Dei vita æterna.* Mortui nati ſumus omnes; *Et cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati.* O amantiſſime Pater! Quis non vociferatur? quis non exclamat, tam ſublime intuens myſterium? Videmus, propriam ouis à gallina infundi ſubſtantiam, ex eo dumtaxat quod ſuper eos incumbat: quis non

Rom. 6. 23.
Ephe. 2. 5.

Digitized by Google

credat modum, quo amantiſſimus Pater Ieſus Chriſtus extentis in cruce pennis, brachijs in cruce extenſis, ambit Adæ filios, eiſque ſui infundit ſanguinis virtutem, faciens eos filios ſuos actione (vt dictum eſt) phyſica? Præterea, illa quæ educit pullos vehementiſſimo proſequitur eos amore, tanto vt ne inſtanti vno deſerat eos, docet eos dormire, ambulare, bibere, comedere, ſimul cum eis dormiens, comedens, bibens, ſiſtens, ambulans: cum ea quæ ex ſuo oua edidit vtero, minime agnoſcat pullos, minime eorum recordetur. Nonne potiori vinculo dicenda eſt mater, quæ ſic eduxit pullos, eoſque alit, & tuetur? quis non videat iam quam ſit verior pater hominum Chriſtus, quam naturales genitores? Hi ſæpe omittũt filios ſuos, ſæpe obliuiſcuntur: ſæpe deſerunt, ſæpe etiam reijciunt, & propellunt: intimo amat Chriſtus eos ardore, intimo fouet, docet, inſtruit verbo & exemplo, docet (quod ſupremum eſt) comedere ſecum: imo & comedere eiuſdem Patris carnem, nunquam niſi relictus, relinquit vnum aliquem, nunquam abijcit, nunquam reijcit: oſtendunt plane ipſa eius verba nunc propoſita. O Ieruſalem! *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas! Et noluiſti*; & noluiſti. Nunquam ego deſerui eos, priuſquam meipſi relinquerent, cœci, hebetes, vecordes. Quam appoſite dixit Regius Vates: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me*: verbum *Aſſumpſit*, ſignificat attollere, & alere expoſitos infantes, qui in domorum foribus noctu reperiuntur derelicti. Hæc vis Hebræi verbi, *La aſpeni.* Eadem in Thalmud *aſſaphim*, vt notauit Genebrardus, in Græco deſignantur pueri vagantes in plateis qui neſciunt, cuius patris ſint filij. O bone Ieſu! O Pater noſter! Tu nos aſſumis noſtris relictos à parentibus. Quis non agnoſcit te, qui ſic nos agnoſcis, quum non agnoſcunt nos parentes noſtri? Quis non agnoſcat Patrem te noſtrũ, te matrem noſtram, te amatorem noſtrum, bonum noſtrum te, te totum noſtrum? Quam amanter dixiſti. *Ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum*: Græcus textus habet; *Omnes traham ad me ipſum.* Quid conformius gallinæ? Attrahit hæc pullos ad ſeipſam, ambiens eos alis ſuis: tu Domine, exaltatus in cruce, innumeros ad te attraxiſti filios, expandens illic brachia tua, pennas tuas, vt nos filiolos ambires tuos.

Caiet. 3. p. q. 13 ar. 2. Medi. ibidem.

Amor Christi erga homines intẽsior amore naturaliũ parentum.

Pſalm. 26. 10.

Hebræi Thalm. Tractat. de ſponſalibus. Genebr. in pſal. 26 Græc. ibi. Ioa. 12 32

Procedit vlterius admiranda hæc filiorum Chriſti generatio. Nutrit pullos gallina eâdem, qua eos genuit ſubſtantia. Incubans oua, pullos viuificauit, propria gignens ſubſtantia, ſicque in lucem edidit viuentes; & nihilominus poſtquam ſic nati ſunt, ſic vita integri, incumbit in illos adhuc eodem modo, quo, ad gignendos eos, incubuerat, vt factam generationem nutritione conſeruet, ita vt nutritio hæc, generatio ipſa ſit continuata. Genuiſti, ô Pater, in cruce filios, applicita eis tuæ virtute ſubſtantiæ, nunquid præbes eis inferiore ſubſtantia nutritionem? Imo ipſam das ſubſtantiam tuam. Intenſior, quam gallinæ amor: illa nutrit filios ſubſtantia ipſa, quæ eos genuit: in quantum ſemper fouet eos ſub alas: tu genuiſti virtute

Digitized by Google

ſubſtantiæ tuæ, & alis eos ſubſtantia ipſa, dans edendam carnem tuā tuum ſanguinem bibendum, ſic promoues ſemper, ſic auges, & perficis genitorum vitam filiorum. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: habet vitam æternam.* Et quemadmodum incumbens pullis gallina, manet in eis, cum ipſi in ea maneant: ſic profiteris tu. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Ioa 6.55.

Et (quod ſublimius eſt) modum hunc quo in eis tu, & illi in te manent, ſimilem dicis modo, quo tu generaris à Patre, & eius aleris ſubſtantia. Diximus vitam tuam, generationem eſſe continuatam: video id fere in pullorum nutritione. Alit eos gallina in eos incubans, ſicut incubans oua, genuit eos. Genuiſti nos, extendens in cruce pennas tuas, noſque ſub eas congregans; ibique pretioſiſſimum effudiſti cruorem illum, cuius virtute generas filios, & ea ipſa ſubſtantia tua alis nos, filios tuos, præbens te nobis ipſum manducandum. Sane, cum conſidero, generationem, qua Pater Deus generat verbum; arbitror, attentionem illam, qua iugi generat intuitu, talem eſſe, vt liceat dicere ſemper Deum incumbere generationi filij ſui.

Nunc ſtatuenda eſt propoſiti noſtri reſolutio. Eſt à principio ſermonis propoſita cauſa propter quam adeo gratum eſt habere filios his, quorum natura poteſt eos gignere. Diximus, ideo à natura ineſſe inclinationem hanc animantibus cunctis, quod parentes conſeruentur in filijs, imo & eis amplificent ſeipſos. Diximus item præſtantiſſimum generationis, ampliationiſque modum, quod ad homines attinet, illum quidem eſſe, ſi denuo generentur ipſi, à Domino Deo, vt adoptiui filij ſint eius, arte ſublimiore, in eo quod adoptionis gratia infundatur eis virtute ſanguinis Patris noſtri Chriſti, ipſoque ſanguine, & carne eius in alimentum ſumpta augeatur. Eſt igitur iam liquido explorandum, quidnam hac ex generatione adueniat hominibus; quid patri ipſi noſtro, Dei filio.

Nobis aduenit præcelſa hæc nobilitas, vt Dei ſimus filij, proprij ſanguine eius virtute regeniti, ac renati, eodemque ſanguine nutriti. Quid (rogo) eſt nobilitas hæc? quis dicere ſciat? Eſt vtique omnia ſimul bona. Augemur filiatione hac incremento tanto, quantum exaltatur à terreſtri figmento verum diuinæ naturæ conſortium: diuinorum hæreditas bonorum ab inanibus mundi huius diuitijs, ab honore mortalium, honorifica cœleſtium gloria, à terrenis cibis, caro & ſanguis altiſſimi: æterna vita, à ſæculi huius incolatu: requies perpetua aſſiduis ab ærumnis: ab vmbra voluptatum perennis fruitione Dei beatitudo. *Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.* Eſt tam benignus, tam nobilis, tam munificus filius hic Dei naturalis, vt non ſolum gaudeat, hæreditatis naturaliter ſuæ, participes eſſe Adami filios: ſed ſuam ipſe carnem porrigat eis manducandā, bibendum ſuum ſanguinem, æternam conſequēter in cœleſtibus vitā. quis ergo tam parui æſtimat ſeipſum, vt ad manū habens mirabilē artē qua poſſit ſeipſum ęternū conſerua- Rom. 8. 17.

Digitized by Google

re, amplificare in dies ſeipſum, nobiliſſimi eſſe filius Patris, æternam gloriæ hæreditatem poſſidere negligat, aut ſalutifero hoc frui nutrimento, aut ad illum licite accipiendum, ab omnibus ſe purificare inquinamentis, omni ſe deuotione præparare? Audio vos muſſitantes, quod multi ex his qui Chriſti corpus communicant non ſe gerunt ita, nec ita viuunt, vt parentem ſuum referant Chriſtum. Sane quantum ad eos, qui annua vtuntur communione, minime negare poſſumus: nec quantum ad illos, qui etſi frequentius communicant, id tamen ideo faciunt, quod ſine nota abſtinere non poſſint. Viros autem aut fœminas crebro communicantes, cum abſque nota vlla poſſint minus frequenter communicare, vix reperietis, ex decem millibus duos, quorum conuerſatio ſuauiſſimum Chriſti odorem non referat, illi quippe homines, qui ad menſam neceſſitate accedunt tracti, non ſemper diſpoſitione accedunt debita: ideoque nec eſt mirum, ſi ex ſalubri alimento ſpiritalis pinguedinis educant nihil: væ illis qui ad menſam hanc accedunt indiſpoſiti! Nec enim parua pœna proponitur indigne ſumentibus. Doleo vehementer, cum venit in mentem reuerentia illa, qua Romanus Populus venerabatur Imperatoris ſui characterem, minus reuerentur diuini characterem Regis, Regemque ipſum Chriſtiani non pauci. Narrat Suetonius, adoptatum ab Auguſto Cæſare Tiberium, edicto conſtituiſſe publico, vt ſi quis Auguſti effigiem annulo gerens impreſſã, lupanar introiret, aliumue impurum locum: capitis pœna ſtatim plecteretur. Quis non deflebit, videns ipſoſmet homines à ſummo Imperatore Chriſto adoptatos, imo proprij virtute ſanguinis genitos. Quibus eſt character, ſummi ipſius Regis impreſſum. Quique eius communicant carnem, & ſanguinem, de ſui cuſtodia minime curantes: quinetiam à nulla ſe abſtinentes impuritate? Quid igitur mirum, ſi homines multi parum à diuina hac alimonia, aut nihil hauriant emolumenti; hauriant & non pauci mortem pro æterna vita ſempiternam? Sunt ouorum ſortes quatuor. Pleraque nunquã ſupponuntur gallinæ. Ex his quæ ſupponuntur, quædam ſunt vel putrida, vel gelida, vnde nec ex his gignũtur pulli. Tertia pars eſt eorum, quæ tam minuta ſunt diſpoſitione, vt educti ex eis pulli infirmi ſint valde, parumque proficiant alimento, atque adeo cito moriantur. Peruenit ergo ad perfectum ſtatum ex quatuor partibus vna. Non ſecus vna ex quatuor hominum partibus, & hæc quidem maior, nunquam ſupponitur alis Chriſti gignenda: nunquam videlicet regenerationis initiatur baptiſmate. Alia eſt eorum hominum, qui etſi alis ſupponuntur Chriſti: non regenerantur baptiſmate ſuſcepto, eo quòd omni prorſus, cùm adulti ſint, diſpoſitione accedant deſtituti, firmoque animo perſiſtendi in peccatis, aut certè nullo deſiſtendi, nullo dolore de commiſſis. Putridi ſunt hi; quomodo poſſunt, dum ſic baptizantur, viuificari? eſt tertia pars eorum hominũ qui etſi, à baptiſmo prodeunt regeniti, cibantur necnon viuifico Dominicæ carnis alimento; ſunt tamen adeo debili diſpoſitione parati, adeoque tenui, vt paucis poſt regenerationem, paucis poſt cibationem

Sueton. in Tiberio. c. 58.

Digitized by Google

bationem diebus,infuſam conſeruent vitam, cadant autem miſeri æternam in mortem. Extrema pars eorum eſt hominum, qui ſolida ex Dei auxilio diſpoſitione muniti, robuſti generantur, robuſtiores indies fiunt diuino altaris alimento. Nunc interrogo auditores: quęnam eſt cauſa deplorandæ tot hominum perditionis? Numquid debilis genitoris virtus? Numquid debile alimentum? Ecce ſuppoſita omnia incubat gallina oua: & tamen pulleſcunt ex his alia, alia non pulleſcunt. Stat ergo per oua ipſa, eo quòd indiſpoſita ſint, ne viuificentur. Incubat ex æquo pullos ſuos: & tamen moriuntur protinus alij, alij pingueſcunt, & augentur. Ad omnes extendit Chriſtus ſuas in cruce alas; ſanguis eius ſufficiens eſt cunctis. Si non regenerantur, aut regeniti, protinus marceſcunt multi; defectus eſt diſpoſitionis eorum: non virtutis genitoris. Si ex his, qui aluntur carne, & ſanguine eius, multi sūt languidi, infirmi, & imbecilles: manifeſtum eſt, ex diſpoſitione eorum venire defectum; cùm alij ſint pinguiſſimi virtute, fortes, robuſti, ſolidi, firmiſſimi, qui libentiſſimè offerent vitas ſuas, ne vel peccatum vnū admittant. Heu te, homo ſegnis, & ignauus! qui tam debilis es, tam ſolido propoſito alimento. Obſeruate pullos domi veſtræ: videbitis eos, quorum vna decidit ala reptatque per terram, breui morituros: quantò magis, cùm decidit vtraque? Heu miſerum hominem, cuius ad ſancta quęuis facta ad orationem, ad ieiunium, miſericordiæ opera, reſtitutionem debitorum, decidunt alæ! decidunt laſſitudine tanta, vt vita horum mollis ſit prorſus dedita carni, comeſſationi, ebrietati, luxurię, ludis; eat quo eam fert concupiſcentia. Audite, qualem dicat S. Bernardus debere eſſe communicantium diſpoſitionem. *Veniens ad Eccleſiam, pone manū ſuper oſtium, & dic, exſpectate hic cogitationes malæ, & intentiones, & affectus cordis, & appetitus carnis. Tu autem, anima mea intra in gaudium Domini tui. Vt videas voluntatem Domini, & viſites templum eius.* Quidnam fiet, ſi diſpoſitione hac diuinum ſumpſeris cibum, & potum? Redibis quidem ita communitus, tam ſalutaribus cogitationibus plenus, tam ſanctis affectibus imbutus, vt facilè conculces, & reijcias eas cogitationes quæ in templi foribus te expectant: ne vltra te poſſideant, nec infeſtent. Æterna tibi, ſi rite diſpoſitus accedis, manet vita; magnæque in præſenti vita ſuauitas, in Ambroſia latens, & in nectare. Sic conſeruabis æterna te vita, teque amplificabis, nobilitabis, exaltabis, diuino auxilio communitus.

Bernar. in tract. qui dicitur doctrina Bernar.

Tu autem, amantiſſime Pater, quidnam educis emolumenti ab hac filiorum generatione? Vt amore illius alas tuas extenderis in cruce, brachia in cruce cōfixis extenderis manibus? Quidnam emolumēti, vt tuum ibi effuderis ſanguinem, exinanieris te ipſum, vt nos, pullos tuos generares? Numquid generatione hac conſeruas te ipſum? Numquid adauges te? Numquid amplificas? Imo exinaniſti temetipſum, vt nos in filios generares. Video gallinam illam quæ ex vtero ſuo profert oua, pinguem eſſe, ac robuſtam: languidam, & exhauſtam eam, quæ pullos effert, nutrit, alit, fouet, & tuetur. Nulla minutas video pinguedine naturales parentes, ob generationem, nec ob procreationem filiorum, te amantiſſime Pater, macie in ligno video ſummè conſe-

Digitized by Google

ctum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & exhauſtum ſanguine, viribus conſumptum, & (quod multis accidit incubatricibus pullorum gallinis,) mortuum præ nimia carnis conſumptione. Hæc quidem eſt conſeruatio tua: hæc amplificatio, qua genitis ampliaris filiolis. Quid ergo eſt, quod tanta auiditate tot millium incumbas generationi filiorum? Quid cauſam ſcrutor? Quid indagare pergo incitamentum? Pater es: nihil reſtat inquirendum. Quærite à gallina, cur tam obnixè ouis incumbat alienis, vt vix ad ſumendum ſurgat cibum: nunquam ab eductis pullis vno diſcedat pede. Quidnam inde ſperat gallina hæc? quid inde videt incrementi? Mater eſt: totum dixi: Nec dixi tamen. Maius vtique eſt, vt antequam ſit mater, tam conſtanter aſſiſtat procreationi filiorum. Pater noſter es tu, ſuauiſſime Domine: totum quidem dixi: es tu pater, & mater eorum, quos nutris filiorum. Totum vtique dixi: nec dixi tamen, niſi adiecero, tam eſſe te Patrem, vt ante regenitos, & nutritos filiolos, ſummo ardeas amore regenerandi eos, ac nutriendi.

Euenit nihilominus non paruum tibi gloriæ incrementum, ex innumerabilium generatione filiorum. Tu quidem ipſe ampliari non potes, cum immenſus ſis, & infinitus: nec indiges arte, qua æternus ſis; cum ſis æternitas ipſa: nec eſſentiali potes gloria augeri; cùm eſſentialis gloria, & beatitudo in tui viſione conſiſtat. Euenit tamen tibi eximium extrinſecæ incrementum gloriæ, ex tot filiorum millibus, qui tui virtute ſanguinis ſunt geniti, tua carne nutriti, tuo & ſanguine. quaprópter cum filij illi vberiori gloriæ ſint Patribus, qui præclari ſunt filij, & honorati: da, qui das teipſum filijs tuis, gratiam vt te imitentur Patrem; ſicque te ipſum manducantes, viuant (ſicut promittis) in æternum.

Digitized by Google

IN EADEM SOLENNITATE SACRO-SANCTI CORPORIS CHRISTI.

SERMO IIII.

Ioan.6.57

Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo: ſicut miſit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me.

OSTENDIT Dominus, verum ſe eſſe Deum, mittens è cælo ignem in oblata ſibi ſacrificia, ex quibus ardentiſſimæ humana in corda diuini erga Deum ipſum reſultant amoris flammæ. Miſit ægrotans Ochoſias Rex Iſrael famulos, qui adhibiturum ſibi remedium adducerent Eliam eo tempore, quo ſancta ille excandeſcebat ita, propterea quod, impius ille Rex miſiſſet prius ad conſulendum ſuper ægritudine ſua Beelzebub deum Accaron. Ea de cauſa, cum veniret ad Eliam miſſus à Rege, cum quinquaginta hominibus Princeps, diceretque ad eum: *Homo Dei, Rex præcepit, vt deſcendas*: Reſpondit Elias: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Mirabilis ſeruorum Dei virtus, vix pronunciata mortis ſententia, *Deſcendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.* Aſſumptis his ſuperuenit quinquagenarius alius ſimili Regis mãdato: & hunc quoque cum quinquaginta ſuis ſimili mandato Eliæ deſcendens deuorauit ignis. Acrior, ac intimior dolore hoc fuit eiuſdem Eliæ dolor tempore Achab Regis item Samariæ, cum ab Iſraëlitico populo adorari promiſcua tum Deum, tum Baal veneratione videret, decipientibus populum, quadringentis prophetis Baal, lucorum prophetis quadringentis. quapropter pactus eſt cum Rege, vt

4. Reg. 1. 10.

Digitized by Google

immolatis vtrinque ſacrificijs,idolo Baal à prophetis ſuis, creatori ab Elia ipſo, ille agnoſceretur Deus, qui in oblatum ſibi ſacrificium ignem è cælis mitteret. Placuit Regi,totique pactum populo; nec vlla viderunt ratione recuſandum. Ideoque omnem in monte Carmeli populum duxit Rex ille ſecum, vt veritatem deprehenderet. Immolauerunt igitur Baal diſciſſum prophetæ eius bouem ſuppoſitis altari lignis: bouem Deo Elias in altari; quod vt illuſtrius eluceret veritas, vndique repleuit aqua,ita vt & ligna,&carnes aqua multa vndecumque operirentur.

Quibus vtrimque poſitis omni ſpectanti populo inuocauerunt prophetæ illi magnis idolum ſuum clamoribus, multis necnon ſuperſtitionibus.ac artibus:ſed quid lignum faceret inanime?inuocauit Elias Deum orans, vt ſe Deum ibi oſtenderet, atque ita à populo agnoſceretur Deus. *Cecidit autem ignis Domini,& deuorauit holocauſtum,& ligna,& lapides.puluerem quoque,& aquam,quæ erat in aquæductu lambens. Quod cum videret omnis populus, cecidit in faciem ſuam,& ait: Dominus ipſe eſt Deus.Dominus ipſe eſt Deus.* Nunc ſcrutandum eſt, quidnam fuerit, quod, cum prophetæ iſti multo fuerint pernicioſiores hominibus illis, qui miſſi à Rege ſuo, vocauerunt Eliam,vt ei mederetur: attulerit voracem ſuper eos ignem: ſuper prophetas iſtos non attulerit,ſed ſuper oblatum Deo ſacrificium? vtique, cum ſuper nuncios illos,attulit ignem: ideo in eos attulit,vt Elias ipſe homo Dei agnoſceretur: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te,& quinquaginta tuos:* at cum in Carmelo cecidit ignis, ideo quidem cecidit; vt verus Deus, agnoſceretur verus Deus. Ideoque non ſuper Domini offenſores, ſed ſuper oblatum venit ſacrificium. Itaque ad oſtendendum miniſtrum Dei,verè eſſe Dei miniſtrum, venit è cælo deuorans homines ignis: ad oſtendendum Deum vere eſſe Deum, venit ignis non deuorans homines: ſed flamma igniens ſacrificium. Ignitum diuino amore adeſt nobis ſacrificium in altari, ibi poſuit hoſtiam ardentiſſimus amor: cognoſciturne verus ignito Deus ſacrificio? imo cognoſcitur Deus verus ſacrificium ipſum: quod intenſo ſimul & ſuaui inflammat animos amore.

3.Reg 18. 38.

4.Reg.1. 10.

Non cognoſcitur Deus extrinſeca ſacrificij huius ſpecie: ſed cognoſcitur Deus interno amore quo diuinitus incendit homines accedentes. Non cremat impios occidendo: ſed exurit adſtantes viuifica dilectionis flamma. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Offerentem ſe Patri ſacrificium Dominum Ieſum Chriſtum vehementes aduerſitatum operuerunt aquæ, multo plures eis quibus oblatum bouem operuit Elias: & tamen non potuerunt charitatem extinguere oblati ſacrificij, & offerentis. Quis eſt igitur homo gelidus adeo, ad quem non perueniat tanti calor ignis? Accenditur tamen multo intenſius in homine, qui ad ſacrificium hoc accedit propiùs, Dominicum ipſum communicans corpus, ipſum ſanguinem.

Digitized by Google

Ad omnes quidem circumſtantes ardens quidem calor intenſiſſimi huius peruenit ignis: perueniat, ô Domine, ad prædicatorem, & audientes. Mitte Domine, mitte radios ignis in ſuggeſtum; mitte te,& in cœtum auditorum, vt gratia tua, Sancto Spiritu accenſi, ſacrificium hoc eſſe teipſum, ex infuſa in nos intenſa eius flamma cognoſcamus. Frenduit, fremuit, furijt aduerſus Eliam Iezabel quum cœleſtis in oblationem eius cecidit ignis, peſtiferam prophetarum ſuorum manifeſtans falſitatem; multo tamen magis quam Regina (3.Reg.19. 1.) illa doluit, & furijt, gaudet & applaudet cœli Regina, quum nos, Dei miniſtri & aperimus ſacramenti huius veritatem, & ignitis Dei verbis hominum animos eiuſdem Dei gratia diuinitus accendimus. Idcirco ſedula ad prædicationem hanc aſſiſtit nobis pro gratiæ impetratione interuentrix, præſertim, quum Angelica à nobis ſalutatione humiliter inuocatur.

Aue Maria

Euchariſtia cibum comedentes debere, nunquam ſeparari à Domino Chriſto.

Cum ea, quæ propoſitis his Euangelij noſtri verbis continentur myſteria: tam ſint numero multa, quam præcelſa dignitate; vnum dumtaxat eligo in præſentis concionis inſtitutum. Ait verbis iſtis Dei Filius, homines corpus, & ſanguinem eius communicantes, manere in Chriſto ipſo & eundem in eis Chriſtum, ad eum modum, quo ipſe à ſuo miſſus eſt Patre: viuereque eodem corpore, & ſanguine, quemadmodum Filius Dei ipſe viuit propter Patrem ſuum. *Sicut miſit me* (ait) *viuens Pater, & ego viuo propter Patrem.* Quid eſt, ſicut me miſit? Vtique diuinarum miſſio perſonarum proceſſio eſt qua perſona miſſa procedit à mittēte perſona; tametſi quum perſona ex his aliqua ad effectum aliquem venire dicitur, ſoleat in ſcripturis dici ad eum mitti effectum, per ſimilitudinem ad hominū miſſionem: non autem, quod perſona miſſa mittente ſit minor, aut inferior: nec quod vllo mittatur imperio, conſilio, impulſu; ne precibus quidem. Sic docuerunt ſancti illi Patres Cyprianus, Hilarius, Auguſtinus, Gregorius, Beda, & Thomas cum Theologis. Vnde fit (quod eſt apprime perpendendum) perſonam miſſam minime diſcedere à mittente; ſed manere penitus in ea; & mittentem ſimiliter manere in miſſa, ſicut ramus qui mittitur ab arbore, non ideo diſcedit ab ea, imo ipſum mitti, ſeu procedere ab arbore manere in ea eſt: vt conſtat adſpicientibus. Eſt itaque vnum idem à Patre mitti verbum & manere in Patre verbum ipſum, eo quod proceſſio eius miſſio eius ſit. Quapropter, cum comparet ipſe Dei Filius miſſionem ſuam, & ſuam vitam æternæ vitæ, qua per eum viuunt, qua & in eo manent, qui carnem manducant eius, bibūtque eius ſanguinē: ſatis quidem aperte facit innoteſcere, huiuſmodi homines ita manere in Chriſto ipſo, manente eodem Domino in eis, vt nulla vnquam miſſione, hoc eſt, nullo ad temporales res exitu, relinquant Chriſtum, quem communicant, ſed maneant iugiter in eo, quaſi ad tales res, vitæ neceſſarias minime exirent, ſicut Chriſtus ipſe nunquam in Patre manere deſinit, quamuis ad aliquos mittatur effectus. Certe dum miſſus à Patre conuerſabatur cum hominibus, dicebat Dei filius, ad Diſcipulos: *Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Pa-*

Cypri.li. 12 Theſ. cap 5. Hilar.lib. 3 de Trin. Aug.lib 4 de Trinit. cap 20. Greg. ho. 26 in Eu. Bed lib.2. homiliarum ho 2. S. Thom. 1 p q 43. art.1 & ad 1. & 2. Suarez 1. p tom.1. tract 3. lib.12.c.1.

Digitized by Google

ter autem in me manens, ipſe facit opera. Ad eundem modum, ſe quidem ipſum in homine corpus ſuum communicante manere dicit Chriſtus: cumque hominem in ipſo manere Chriſto. Quomodo, igitur, amice, dum in Chriſto manes, dum in te manet ille, ſeparabis te ab eo, quamuis ad ea exeas exercitamenta, quæ vita exigit humana; cum Chriſtus ipſe ad tuam miſſus ſalutem, nunquam deſinat manere in Patre ſuo.

Ioa 14.10

Quę ad procurandam arctiſſimam hanc cum Chriſto vnionem, incitamenta concurrunt, ſunt multa Primum eſt celſitudo, qua nobilitatis, viuens eadem, qua ſu[illegible] Rex viuit ſubſtantia, manetque in Deo ipſo, non in ſolo Chriſti corpore, ſed in tribus perſonis Trinitatis. Iuſſit Cæſar Iulius puniri piſtorem, qui appoſuit ſibi panem alium ab eo, quem conuiuis ſuis miniſtrauit. Eamdem, qua Diuinus Rex viuit, apponit ſubſtantiam conuiuis ſuis: nec inferiorem vult hac in menſa apponi. Atque ita, cum cibus hic ſit Dei ſubſtantia: ſane ſicut Chriſtus manet in Patre iugiter & Pater in eo, ita qui eius communicat corpus, non in ſolo manet Chriſto, ſed in Patre quoque, ac Sancto Spiritu; eo quod perſonæ tres prorſus ſint vnum, vnus ſolus Deus, eſſentia vna, nec ex perſonis his vlla extra aliam eſſe poſſit. *Per hanc vnitatem naturalem* (ait Sanctus Fulgentius) *totus Pater in Filio & Spiritu Sancto eſt; totus Filius in Patre & Spiritu Sancto eſt; totus quoque Spiritus Sanctus in Patre, & Filio. Nullus horum extra quemlibet ipſorum eſt.* Quamuis enim, nec ex vi verborum conſecrationis ſpeciali conſtituatur modo in ſacramento hoc Pater, nec Sanctus Spiritus, nec per ſacramentales ſignificentur ſpecies; nec Pater, aut Sanctus Spiritus hoc offerantur ſacrificio, nec hoc ſacramento comedantur, nihilominus & Sanctus Spiritus, & Pater ſunt in ſacramento hoc ſpeciali modo, ac titulo ſpeciali, ratione concomitantiæ, eo quod ibi adſint perſonæ tres, vbi adeſt diuinitas. Adeſt autem diuinitas in ſacramento hoc ex reali (vt ait Sanctus Thomas) concomitantia, quod & Tridentinum Concilium definiuit, idcirco quiſquis per huius cibi, & potus eſum, & hauſtum vnitur arctius Domino Chriſto; is quidem conſequenter coniungitur Patri, & Sancto Spiritui eodem amoris vinculo. Chriſti verba ſunt hæc ad Patré ſic loquentis. *Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus: ego in eis, & tu in me; vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.* Præcelſa hominum ſublimitas quod tam arctè coniungantur Deo: ſintque in Deo ipſo, Deuſque in eis ſit, eo quod ſit in eis Chriſtus, in quo eſt Sanctus Spiritus & Pater. Nec curſim perpendendus mirabilis vnionis effectus, certa videlicet notitia, qua cognoſcit mundus, miſſum à Deo Dominum Chriſtum. *Vt cognoſcat mundus* (ait) *quia tu me miſiſti.* Quoniam profecto ex vnione hac, qua Chriſto adhærent, qui eum communicant, tam admiranda ſequitur in eis Dei imitatio, vt facile cognoſcat mundus, à Deo miſſum, Deique eſſe Filium ho-

Sueton in in Iulio Cæſare.

Eucharistia sacramentum debita diſpoſitione ſumentes, intime vniuntur Deo.

Fulgent. de fide ad Petrum inter opera Aug. to 3

Suarez 3. p. tom. 3. diſp. 51. ſect. 8. §. vltimo.

S. Tho 3. p. q 76. art 1. Cōc. Tri. ſeſſ. 13. can. 1. Ioa. 17. 22.

minem hunc, ex cuius conſortio tales euadunt Dei imitatores. Tota panis ſubſtantia in corpus conuertitur Chriſti, tota in ſanguinem eius ſubſtantia vini, manentibus vini ſpeciebus & panis: quidni & homo ipſe qui tale ſumit corpus, talem ſanguinem, eodem modo conuertatur in Chriſtum, vt ſola hominis in eo maneat ſpecies; ſit vero homo ipſe ſanctificatus adeo, vt nil iam niſi Chriſtus, maneat in eo? Valde profecto dedecet, eos homines, qui Chriſti communicant corpus, in eo non manere, quum ad humana exeunt negotia. *Qui non manet in Chriſto, in quo non manet Chriſtus, proculdubio, non manducat ſpiritualiter eius carnem, nec bibit eius ſanguinem; licet carnaliter, & viſibiliter premat dentibus Sacramenta corporis & ſanguinis Chriſti.* Eſt appoſita (vt puto) ſimilitudo, quæ poteſt ex vitibus adduci. Vitis (vt in vineis cernimus) vna tres, aut plures eſſe ſolet vitis, abſque eo, quod vitis amittat vnitatem. Etenim vnius palmites vitis plantari ſolent in circuitu eius, non quidem abſciſſi à vite ipſa, ſed ab ea adhuc procedentes, ab ea pendentes, virtutem eius communicantes. Itaque vnius vitis palmites, verbi gratia duo, effoſſa abſconduntur in terra, eminentibus ſuper eam eorum ſummitatibus; mittuntque proprias ibi radices, à prima vitis radice diſtinctæ omdes, omnes integrę: nec diuerſæ tamen, ſed prorſus lignum vnum, ita vt vites duæ, quæ à prima procedunt vite, ſugant alimentum à radice vitis primæ, tametſi & à proprijs etiám radicibus accipiant. quid ſimilius diuinæ Trinitati? Ex perſona prima, quæ Pater eſt, procedunt perſonæ duæ, Filius, & Sanctus Spiritus: ſuntque perſonæ tres ita diſtinctę, vt propriam quæuis habeat ſubſiſtentiam, cum tamen omnes hæ vnum ſint prorſus, nec vlla vnquam diuiſione ſeparatæ. Exceditque in eo, quod vites tres, & per proprias radices, & per radicem primam ſugant alimentum; vitam perſonæ tres vna dumtaxat habeant à radice, Pater à ſeipſo, Filius à Patre; *Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo.* Sanctus item Spiritus ab eadem perſona prima; qui etiam à Filio habet eamdem vitam, quam Filius ipſe habet à Patre. Mirabile diuinæ ſymbolum Trinitatis; ſed procedit vſque ad propoſitam item vnionem hominum cum Deo per Sacroſanctum Sacramentum. quicumque enim vnius ex tribus vitibus eſt palmes, habetque ab ea alimentum & vitam, conſequenter eſt tribus illis vnitus: habetque proinde alimentum & vitam à prima illa primæ vitis radice. *Ego ſum vitis, vos palmites,* ait ad ſuos Dei filius: *Qui manet in me, & ego in illo, hic fert fructum multum: manet* ergo in diuina Trinitate viuitque per Filium & Per Patrem, quiſquis manducans Filij carnem, vnitur ei altiſſimo hoc nexu ſacramenti. Vnde ait B. Cyprianus. Cum dicat Chriſtus, *Ego ſum vitis vera, Sanguis Chriſti non aqua eſt vtique, ſed vinum*; ideo ibidem ait: *Ipſo Sacramento populus noſter oſtenditur adunatus: vt quemadmodum grana multa in vnum collecta, & commolita, & commixta, panem vnum faciunt: ſic in Chriſto, qui eſt panis cœleſtis, vnum ſciamus eſſe corpus cui coniunctus ſit noſter numerus, & adunatus.* Liquido igi-

Trinitas diuina per ſimilitudinē inuenitur pulchram.

August. Tract. 26. in Ioan.

Ioa. 5. 26.

Ioa. 15. 5.

Cyp. ep. 63.

Digitized by Google

tur infertur, hominem quemque menſæ huius participem, debere gerere ſe ita, & ita viuere, vt maneat iugiter in Chriſto, totaque conſequenter diuina in Trinitate abſque diſceſſu vllo; ne quum ad vitæ quidem neceſſaria exitus eſt inexcuſabilis.

Euchariſtiæ ſacramento ſumma debetur reuerentia.

Eſt & aliud ad curam hanc non diſcedendi à ſuſcepto ſacramentaliter Chriſto incitamentum, reuerentia tanto debita Regi. Execranda quippe indignitas eſt, ſi quis per ſuſceptionem hanc manens in Chriſto eumque in ſe manentem habens, non obnixe curet, vt iugiter maneat; imo poſtquam paucis in eo manſit diebus, facile dilabatur, & diſcedat. Nihil profectò turpius, quam, ſi habens in ſe Dominum Deum, diuertatur ad ea homo implicamenta, quibus à ſe repellit creatorem. Punctum eſt hoc ad reuerentiam ſpectans debitam: hęc autem conſideratiſſimam exigit fidem. Si enim profunda homines conſideratione perpenderent, ſummam in ſe ipſis habitare Dei maieſtatem: perpenderent etiam, quantum ab ipſa obligentur maieſtate propterea, quod in eis habitare dignetur. ſumma quidem circunſpectione ſe gererent, ſummo item ſtudio non amittendi ſummum hoc bonum, dum humanis intendunt exercitijs. Myſterium eſt fidei, fides exacuenda eſt, & perficienda: atque adeo petenda à Deo fides, qui ſolus eam, & infundere poteſt, & augere.

Euchariſtiæ debita reuerentia firmam exigit fidem.

Luc. 17 5. *Dixerunt Apoſtoli Domino. Adauge nobis fidem*, dicamus & nos, & inſtantiſſime obſecremus. Opus eſt Dei fides noſtra, nec enim tam arduum crederemus arcanum, niſi ipſe, qui credere iubet, infunderet fidem ad credendum.

Pſal. 110.3 *Confeſſio, & magnificentia opus eius.* Cum magnificentia confeſſionem coniungit: quæ duo in ſplendida hac iungenda ſunt menſa. Loquiturque de diuino hoc Chriſti conuiuio, vt facile conſtat, tum ex ipſo magnificentię vocabulo, præſertim confeſſioni coniuncto: tum ex ſequente dicto: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe*: quæ verba nemo non ſentit opi paro huic applicanda conuiuio. Eſt itaque, ſicut magnificentia, fides proprium Dei opus confeſſio, & magnificentia opus eius. Quis eſt adeo excors, qui tam diuini huius, quam aliorum Dei myſteriorum non pluries ab eo quotidie petat fidem? certè Chriſtus ipſe loquens de ſacramento hoc ad populi turbas, dixit verba hæc:

Fides qua credimus, eſt opus Dei, nobis eam infundentis.

Ioa. 6. 29. *Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille.* Hac profectò ſi fide polleremus: fieret, quod Chriſtus ipſe apertè dixit:

Matth. 17 19. *Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic. Tranſi hinc illuc, & tranſibit.* Accidit nonnunquam verba hęc, ſicut ſonant, impleri, vt naturales montes firmæ imperio fidei transferantur: at communi vſu, ille quidem inter alios eſt amouendi montes modus, quo validiſſimi fideles omnes impedimentorum explanãt montes, quos vbilibet offendunt obuios, ad pedum ſuorum offenſionem. Nullis itaque mundi huius implicamentis ſinit ſe irretiri, qui diuino hoc munitus pane, viget ſolida fide, mirabilis huius aſſiſtentię, qua Chriſtus manet in eo, manet & ipſe in Chriſto. Ecce vbi fides eſt, tanta eſt reuerentia, quanta fides. Quiſquis minus attendit reuerentiæ, minoris fidei eſſe videtur. Narrat

historicus

Sacerdotũ mirabile exemplum. hiſtoricus Ioſephus, quod ſummopere obligat Chriſtianos, ad perſiſtendum in conſeruando accepti in ſe Chriſti conſortio. *Circumſepto (ait) vndique fano à Pompeio, alios alio fugientes, vel repugnantes Romani interficiunt. Vbi plurimi Sacerdotum, quamquam hoſtes ſtrictis gladiis irruentes videbant: intrepidi tamen in peragendis rebus diuinis perſeuerabant: & in ipſo libandi, templumque adolendi miniſterio mactabantur.* Quanto impenſius nos, qui in accepto in nobis Chriſti corpore, habemus manentem in nobis Chriſtum ipſum, debemus eum, quoad eſt in nobis, retinere, quæcumque interponantur offendicula, etiam imminens nex, etiam peremptio? Peruigili viuendum eſt cura, ne, dum temporalibus incumbimus, irretiamur eis, ita vt in accepto intra nos Deo non permaneamus. Rogo vt conſideretis, quibus ſcriptura narret verbis implicationem arietis illius, quem pro immolando Iſaac, obtulit Abrahamus. Leuante manum ſancto illo parente ad transfigendum gladio vnicum, iubente Deo, filium ſuum, accurrit miſſus ab eodem Domino Angelus, qui executionem prohibuit necis. Tunc cupiens, aliud pro filio immolare Deo ſacrificium. *Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem aſſumẽs, obtulit holocauſtum pro filio.* Miror, quum lego duo verba hæc: & quod aries eſſet inter vepres, & quod eis hæreret cornibus; quidnã refert, fueritne inter vepres, an in expedito à ſentibus loco? Quid, quod hæſerit cornibus, aut pectore? Nullum profectò Dei verbum, nullus myſterio vacuus eſt apex. Profundum ſane in adhæſione hac indicatur myſterium. Nulla vtique, exemptis cornibus, poſſet eſſe inter vepres arietis pars, quæ ab eis expediretur illæſa; nec vnum aliud animal tanto eſt contrahendi tribulos periculo expoſitum, ſicut expoſitus eſt aries; cum lanæ ſit vellere opertus per totũ. Nulla è diuerſo vllius pars animantis tam immunis, vt cornua, ab ſpinis contrahendis, tum ob læuitatem, tum ob fortitudinem. Hanc deſignari cornibus, apud Habacuc expreſſum legimus, *Cornua in manibus eius*: ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Ad litteram loquitur de Chriſto, dicens; *Deus ab auſtro veniet; & ſanctus de monte Pharan, ſplendor eius, & lux erit, cornua in manibus eius*, Chriſtum ſancti omnes intelligunt. Vnde cornua hæc, duo crucis cornua quibus ſuas Chriſtus fixit manus, interpretatur S. Cyprianus. Fuit in cornibus illis abſconſa Chriſti fortitudo, eo quod paſſio, & crux infirmitas ſit, atque miſeria. Sed erat ibi abſconſa fortitudo, qua ligno illo triumphauit Dei filius, ſuumque regnum firmauit in æternum. Et iſtud quidem crucis trophæum, quo de inuiſibilibus triumphauit Chriſtus poteſtatibus, prophetia hac deſignatum intellexerunt Euſebius, Auguſtinus, Hieronymus, Rupertus. *Lucet cornea hæc fortitudo in eo*, quod ſequitur, *Cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. Egredietur Diabolus ante pedes eius.* Hoc eſt, duobus his cornibus, duos ventilauit hominum hoſtes; mortem, ac Diabolum. Deſignatur ergo cornibus fortitudo: atque adeo eſt profundæ ſpeculationis propoſita hæc arietis cura,

Occaſiones diſcedendo à ſuſcepto in Euchariſtia Deo, obnixè vitandæ.

Fortitudo cornibus deſignata.

Ioſeph. li. 1 de bello Iudaico. cap. 5.

Gene. 22. 13.

Habac 3. 4.

Cyprian. lib. 2. cõtra Iudæ. cap 12. Euſeb. li. 6. de Demonſtra. c. 15. Aug. lib. 18. de ciuit. c. 32. Hiero. in Habac. 3. 4. Ruper. ibidem.

Digitized by Google

qua ita ſe geſſit in vepreto, vt à tribulis ſe purum cuſtodiret. Cornibus tantum tetigit tribulos; quo ſe ab eis ſeruauit immunem, cum in tanto eſſet implicationis periculo. Deſignauit aries ille Chriſtum, qui, cùm peccator quiuis homo æterna eſſet morte perimendus, obtulit ſe pro illo ſacrificium. Eſtque valde notanda Chaldaica translatio dicens arbori hæſiſſe arietem: quo ſacrificium Domini noſtri mirè fuit ſignificatũ; eo quod in ligno crucis æterno ſe obtulerit Patri.

Eſt vlterius recolendum, eos homines, qui Domino Chriſto diuina concorporantur Euchariſtia, cupiuntque conformes fieri illi, offerre ſe ipſos ſimul cum Chriſto ipſo acceptam Deo ſuauitatis oblationem. *Sacrificium ſecum Chriſto offerre debent homines.* Rom. 6. 6 *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: vt deſtruatur corpus peccati; vt vltra non ſeruiamus peccato*, ait Paulus, Chriſtus cruci fuit fixus: ibi Deo oblatus ſacrificium: vt ergo ſacrificium tuum, auditor optime, valde acceptum ſit Deo: cura, vt Chriſto vniaris; hoc eſt, ora eum, vt te ſibi concorporet, non ſola Euchariſtiæ ſuſceptione, ſed ſpiritu etiam tali ſuſceptioni conſentaneo. Hiero. in cap. 5. Galat. *Vt caro noſtra* (ait Hieronymus) *caro Chriſti ſit, quam crucifigimus, mortificantes per eam ſuper terram, fornicationem, immunditiam, paſſionem, deſiderium malum, & auaritiam.* Si ergo, noſmetipſos offerimus ſacrificium cum Chriſto, vero ſacrificio: ſummopere quidem oportet, vt ea viuamus circunſpectione, qua ſe gerebat aries ille, qui ad ſacrificium repertus eſt aptus. Cornibus hærebat inter vepres. quæ maior eſſe potuit cautio, quam, quod illa inniteretur vepribus parte, quæ ſola immunis erat, à contrahendi vepres periculo? Hoc idem te oportet facere, Chriſtiane, ſi idoneus eſſe cupis, qui crucifixo vnitus Chriſto placitum Deo offeras teipſum ſacrificium. Viuis inter vepres, quamdiu viuis in hoc ſæculo: qua liberaberis à vepribus arte? Fers in teipſo Dominum Chriſtum, poſtquam corpus eius in Euchariſtia communicaſti, qua te arte ſeruabis, à contrahendis peccatorum ſpinis, quibus compunctus diuinus hic hoſpes, fugit hoſpitium tuum, ne maneat in te, neque tu in illo? Nuptiali quidem opus eſt veſte, ad cœnam hanc: & ad ſuſceptum in ea cibum retinendum: quæ conuentio nuptialis veſtis ad plenum ſentibus, ac tribulis vellus? vide, amice, & conſidera, quæ debilior in te, quæ pars ſit fortior, vt caueas à tangendis debiliore tribulos parte vt eis hæreas fortiore. Dicis, pater, ego quidem ita affectus ſum vt minime appetam ludos, minime comœdias, aliaſue id genus recreationes: omnis meus anhelitus honoribus inhiat, æſtimationi, laudibus, & gloriæ. Ideo nunquam humanas accedo ad recreationes: ſolis intendo obtinendis magiſtratibus, iudicaturis, cathedris, prælationibus. Heu te! tuæ ipſe inſiſtis perditioni. Sentis debilem ſuperiorem partem, quę ad altiora vano anhelat conatu: nec metuis occupationibus iſtis irretiri? Sane non eſt minoris periculi ambitioſum hominem [illegible]inentia procurare officia, quã toto arietem vellere ſentibus inhærere. Minoris quidẽ eſſet periculi, ſi bonæ alicui recreationi tempus impenderes: cùm tuum in hac parte appetitum ſolidũ agnoſcas, nec inter exercitia hæc periclitantẽ. Dicit alius ex vobis. Ego quidem, Pater, à periculo hoc me tutum ſentio,

Digitized by Google

Luxuriæ occaſiones fugiendæ. Fac me in mulierum conuerſatione eſſe ſecurum, cœtera parũ timeo. Non me mouet ambitio: non ſublimis gradus, non honores. Non me trahunt res ſpirituales: quæ capiũt me, carnalia ſunt prorſus. Nũquam me in Regia reperies ſublimiã officia procurantem: quiſquis quæret me, in mulierum ædibus reperiet. Erras miſer, erras, ſatius profectò eſſet, ſi honorabile aliquod officium procurares, cum ſuperiorem partem tuam, intellectum, & voluntatem, tanquam cornua duo, ſolida videas, ad obuiandas inanis vepres gloriæ: quàm quòd inter fœminas verſeris, quæ periculoſæ valde ſunt ſpinę, cùm caro tua vellus ſit tota, totus lana ſis, ſpinas facile contrahens, & tribulos. Ingreſſi ſunt exploratores Iſrael Domum meretricis: *Ipſa autem fecit aſcendere viros in ſolarium Domus ſuæ, operuitque eos ſtipula lini, quæ ibi erat.* Quo potuerunt in meretricia domo contegi viri, niſi lini ſtipulis? Quanto magis, ſi tota inter ſtipulas ingrediantur lana ſua? Appoſita valde Apoſtoli verba. *Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membrum Chriſti, faciã membra meretricis? An neſcitis, quia, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt* (inquit) *duo in carne vna: qui autem adhæret Domino vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem.* Explicat Apoſtolus differentiam vnionis, quæ eſt hominis cum Deo, & vnionis, quæ eſt meretricis cum homine; vnionis nempe ſpiritualis, qua adhærẽs Deo homo, vnus cum eo ſpiritus efficitur, & carnalis vnionis, qua cũ ſcorto vna efficitur caro, dicitque, turpe nimis eſſe, ſi quis diſcedens ab ea vnione, qua vnus eſt cum Domino ſpiritus, membrum fiat meretricis. Quam ergo turpius eſſe dicemus, ſi homo accipiens corporaliter Chriſtum, vt in eo maneat, maneatque in eo Chriſtus ipſe, ſubtrahat ſe à ſupremo Domino, vt meretricis fiat membrum? Nec ſilentio illud prætereundum, quod hominem dicit Chriſti membrum, tranſlatum autem ad mulierculam, dicit, non membrum eius, ſed membra. *Tollẽs ergo membrum Chriſti faciam membra meretricis?* Nullum Dei verbũ vacat myſterio. Homo qui auguſtiſſimum ſacramentum communicat, membrum eius eſt vt ea viuat, qua Chriſtus viuit vita: *Qui manducat me, viuet propter me:* ille vero, qui adhæret meretrici, non fit membrũ eius, vt vitam ab ea habeat, aut ſalutem: ſed eſt eius membra, ad ſeruiendũ ei, ſicut membra omnia ſeruiunt corpori. Non eſt membrũ, ſed membra, quoniam diuiſus eſt, atque diſiectus, ideo dicit Apoſtolus ipſe formaliſſimam illationem hanc; *Fugite fornicationẽ.* Quid eſt, Fugite? Non ſolã petit continentiam; ſed & pugnã præcipit. Fuga enim non eſt ſola abſtinentia, aut cõtinentia, ſed curſus etiã, quo quis longe diſcedit: vt plane faciat innoteſcere, & ab occaſionibus fugere debere homines omnes; eos præſertim, qui ſupremũ in ſe Dominum gerunt. Ecce quanta vult cautione viuere eos, qui Deum in ſacramento ſumptum, ferunt in ſemetipſis, ne vepribus carnis implicẽtur. Audio alium adſtantium aſſerentem: Pater mi ego, iuxta dictum hoc tuum, omnino ſum à periculo liber in omni contractuum, omni venditionis, emptioniſque genere. Nulla in me regnat auaritia, nec me à iuſtitia neceſſitas torquebit vlla. Omnis mea fragilitas

Ioſu. 2. 6.

1 Cor. 16. 15.

Digitized by Google

ſolo in ludo eſt. Si ad aleæ, aut chartę ludum ſedeo, non ſum mei iuris: vix quidem poſſum me continere, aut à cœpti ludi proſecutione, aut à fraudibus multis, quas quotidie excogitant luſores. Quiſquis me quæſierit, in luſoria inueniet domo. Deflenda hominis illuſio. Nonne conſultius foret, ſi licitis victum quæreres cõtractibus; cum magnam in te ſenties fortitudinem, ad obuiandos tribulos, qui in contractibus pungunt homines alios? Vepres profectò ſunt quæſtus diuitiarum, Seruatore hominum atteſtante, Luc.8.15 *Quod autem inter ſpinas cecidit, hi ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.* Cum ergo ſolicitudines iſtæ vepres ſint, quænam prudentia eſt, viuentem in vepreto iſto, non hærere ſentibus parte illa, qua ſe firmum agnoſcit, contractuum nempe fidelitate, ſed illa hærere parte quæ lubrica eſt, ac prorſus debilis: appetitu videlicet ludendi, rapiendique in ludo alienam fraudibus ſubſtantiam? Tantum profectò abſunt luſores iſti à cura præcauendi tribulos, ac ſpinas, vt inter alias potius furtorum machinas, vtantur & hac, vt vellera induant quibus alienas colligant opes. Ab omnibus igitur in vſu quolibet cauendum eſt tribulis: vt idoneum ſit homo ſacrificium. Aperte dicit Gentium doctor: Gala.5.24 *Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs.* Greg. lib. 1.8 mora. c.31. alias. 26. Quæ verba magnus conſiderans Gregorius, ait illa ipſa, quæ noſtris his valde ſunt appoſita. *Cum vitijs, quippe, & concupiſcentijs carnem crucifigimus, ſi ſic gulam reſtringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam, qui corpus macerat, ſed honoribus anhelat, crucem carni intulit, ſed mundo per concupiſcentiam peius viuit.*

Audio vos dicentes, in nulla, pater, re, nulla in occupatione partem noſtri fortem ſentimus vllam: ſed debiles omnes, lubricas, labiles, nutantes. Sic eſt: perperamque falſum ſentiretis, ſi quantum eſt ex parte noſtra, parti noſtri alicui fideremus. Eſt noſtra Deus fortitudo: nulla abſque eo firmitas noſtra. Tamen duo hæc dicenda ſunt verè. Alterum, inclinationes hominum tales quidem eſſe, vt ſis tu in occaſione hac fragilior altero, qui alia in occaſione eſt te fragilior: atque adeo debere quemquam ab his impenſius cauere, ad quæ propenſiorem ſe experitur. Alterum eſt, ne in his quidem, quæ minus vrgent hominem, abeſſe periculum abſque Dei auxilio concurrente, quo ſolo firmatur fortitudo. Sed quia robur hoc ipſamet præſtat diuini alimonia ſacramenti, de illo ſtatim dicendum eſt; ſi prius incitamentum aliud, ad procurandam acceptæ alimoniæ retentionem, adhibuero. *Euchariſtia ſacramentum intenſo eſt amore ſuſcipiendũ*

Eſt igitur ad procurandam retentionem manentis in communicante homine Chriſti præſtantiſſimus motor, ardens eius amor, & ardens amor erga eum. Propriũ, ad conſeruandam vnionẽ hominũ vinculũ mutuus amor eſt: hic eſt conſtans, hic tenax, & tenacitas ipſa. Ioan.13.1. Chryſ. in eum locũ Et quidẽ quantũ ex parte Chriſti eſt, tanta viget ille amoris cõſtãtia. quãta ex verbis patet Chronographi aſſerẽtis, eo tẽpore quo auguſtiſſimũ hoc inſtituit ſacramẽtũ; *In finem dilexit eos:* Id eſt cõſtãtiſſimè, & abſq; mutatione fuit amore eos proſecutus. Sic interpretatur Chryſ. *Amor hominum erga Chriſtũ procurator eſt, ne deſerant eũ qui in Euchariſti æ ac eptũ ferunt in ſe ipſis.*

Digitized by Google

Chriſti amor in homines, qui communicant corpus eius, & ſanguinem.

In fine dilexit, id eſt, *ſemper dilexit*. Reſtat, quod eſt ex parte noſtra. In quo cùm innumera poſſint, ad amandum Chriſtum, incitamenta cumulari; ſufficit ipſe Chriſti erga nos amor, vt eum conſtanter redamemus. Idcirco in eadem ſacramenti huius inſtitutione, quando in finem dilexit eos, dixit ad illos: *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos: vt & vos diligatis inuicem.* Si Chriſti in nos amor obligat nos, vt proximos etiam propter eum diligamus, ſicut Chriſtus ipſe nos diligit: quanta, rogo, eſſe debet noſtra in eundem Dominum dilectio? *Hæc autem maximè amoris ſigna in finem* (ait S. Chryſoſtomus) *reſeruauit Dominus: vt diſcipulorum in ſe charitatem erigeret, animaretque, vt futura mala forti animo ſubirent.* Eſt amor ignis vrentiſſimus. Ioa. 13. 34. Chryſ. in Ioan. 13. 1.

Nondum amor vrentem iam tum meditatur amorem. Quapropter, hanc mutui inter Chriſtum, & nos amoris connexionem à principio concionis iecimus fundamentum; adductam in Eliæ ſacrificium cæleſtem flammam expendentes. Fuit (vt diximus ibi) cognitus ignito in ſacrificio Deus, ita vt ille amoris ignis in circunſtantes redundaret, vt ipſi quoque accenderentur. Vbi maturius conſiderandum eſt, homines illos, videntes ignitu ſacrificium, vna dixiſſe voce; *Dominus ipſe eſt Deus: Dominus ipſe eſt Deus.* Bis dicunt homines, *Dominus ipſe eſt Deus*, videntes, ſacrificium intenſiſſima cremari flamma. Cur dicunt bis, cùm combuſtio ſit vna? Certè, quum ſuper quinquagenarios illos venit vrens ignis, ideo dictum eſt, bis pronuntiari in combuſtione illa Eliæ notitiam, quòd bis etiam venerit vrens homines ignis. *Si homo* (inquit) *Dei ſum: deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Tunc *Deſcendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.* Dixit rurſus Elias, *Si homo Dei ſum*: ſed rurſus etiam deſcendit ignis alius: nec igne vno bis fuit acclamatus Dei homo. At repetitio illa, qua dixit bis populus: *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus*, vna dumtaxat dixit ſacrificij combuſtione. Quid hoc? Vtique ſacrificium Chriſti & cruentum eſt, & incruentum, obtulit ſe cruentatum in cruce; incruentum in altari, cùm ſacrificium vnum ſit, eo quòd oblatus Dominus vtrobique ſit vnus. Vt quid ergo in ſacrificio vno, vno item igne, bis acclamatur; *Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Profundum vtique myſterium. Sacrificium quidem vnum eſt, ſed bis oblatum, in cruce, & in altari: amor ergo vnus eſt; ſed bis oſtenſus, & in cœna, & in cruce; ſonet ergo præconium vnum ſemel, & iterum. *Dominus ipſe eſt Deus: Dominus ipſe eſt Deus.* Itaque Chriſti amor, cum vnus idem ſit & in cruce, & in cœna, tanto quidem oſtenditur feruore, vt ſi amores duo eſſe poſſent, duo eſſent amores. Non potuit ſuperaddi amor amori illi, quo in cruce exarſit Dei filius; eo quòd infinitus ſit amor, quo Patrem ſuum, cui ſe cruentum obtulit, diligit; quo & diligit nos, propter quos ſe obtulit cruentum: nec poteſt amor adijci amori, quo præbet ſe nobis manducandum, & ſacrificium Patri Deo, quem immenſa amat dilectione, quid ergo fecit amor ipſe? Artem perpendite amoris, quam, ad ſui oſtenſionem, adinuenit. Non poteſt fieri noui amoris oſtenſio, fiat oſtenſio amoris no- Pontanus 3. Reg. 18. 39. 4. Reg. 1. 10.

Digitized by Google

ua. Quem hominis animum,quantumcumq; ferreum, non accendat amore tantus accenſi Domini amor? Ferrum ferrum eſt, nihil durius ferro: & tamen flamma accenditur ignis,accenſum emollitur. Si tu, auditor,manes adhuc gelidus,ſi Chriſti amore non accenderis,durior ferro es: amor ſiquidem eſt ignis. Nec omittenda circumſtantia fidei, qua dixit populus, *Dominus ipſe eſt Deus*: profundiſſima nempe re-
3 Reg 18. uerentia, qua omnes ſimul conclamarunt. *Quod cùm vidiſſet omnis*
39. *populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, cecidit in faciem ſuam*:profundam ecce reuerētiam: quis dubitat,multos ex hominibus illis amore etiam Dei fuiſſe ſuccenſos?Nonne & ſuccenſi qui ardentem amore viderunt Chriſtum in patibulo? Deuorauit cæleſtis ignis oblatum bouem,ligna quoque,lapides,&aquam. Chriſtus boue illo præfiguratus intenſiore exarſit amoris igne: qui & lapidea, & aquea igniuit corda. Lapidea cuſtodum militum, qui ſæuitia ſumma Chriſtum infeſtauerant: aqueum latronis cor qui cum Chriſto ipſo crucifixus,adhuc ſegnis algebat. Incendit vtique militum corda fide, timore, reuerentia, imo & adſtantium ibi turbarum incendit corda
Matt. 27. pœnitentia.ſcribente Mattheo:*Centurio autem & qui cum eo erant cu-*
54. *ſtodientes Ieſum,viſo terræmotu,& his,quæ fiebant,timuerunt valde,di-*
Luc.23 48 *centes: Verè Filius Dei erat iſte.*Addit S.Lucas:*Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud,& videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua,reuertebantur.*Ecce dicũt hi omnes:*Dominus Chriſtus ipſe eſt Deus*: *Dominus Chriſtus ipſe eſt Deus* Dicunt hæc tam naturales turbæ,quam extranei milites.Timent. Timore filiali,qui ex amore eſt, timuiſſe exiſtimandi ſunt multi cùm tanta confeſſionem fidei fecerint reuerentia:multi necnon vere pœnitētia pectora ſua percuſſiſſe. Sed ſcimus certò adſtantem à Chriſti latere latronem, & fide
Orig. in accenſum, & amore. Erat paulo ante gelidus hic, etiam affixus iam
Matt.c.27 cruci: quandoquidem conuitia cum latrone altero dicebat Chriſto.
54. Sic ſcribit Marcus:*Et qui cum eo crucifixi erant,conuitiabantur ei.*Lu-
Atha.ſer. cas ſcribit vnius latronis conuerſionem:quomodo cōgruit narrationi
contra omnes huic Matthæi, Marci narratio? Arbitror, vtrumque latronem initio
hæreſes. improperia dixiſſe Chriſto:poſtmodũ reſipuiſſe latronem vnum.Eſt-
Hilar. in que arbitrium hoc Origenis, B. Athanaſij,Hilarij,Chryſoſtomi,Eu-
Matt. 27. thymij,Theophilacti,atque Iuuenci;à quibus non diſſentiunt B.Am-
54. Chryſ.ib. broſius, Hieronymus, Beda. Quo igitur nouo conuerſus eſt ad Chri-
Euth.ib. ſtum incitabulo,qui pendētem iam Chriſtum infeſtabat? Textum in-
Theoph. tenti ſpeculamini:videbitis,latronis conuerſionem ſecutã illud Chri-
ibi. ſti verbum; *Pater,dimitte illis:non enim ſciunt,quid faciunt.* Algentem
Iuuenc.in incendit Chriſti amor,quo infeſtantibus ſe implorabat veniam. Tunc
poemate. Ambr.in accenſus eſt in illius hominis corde amor ille, quem verum ſcimus a-
Matt. 27. morem,cum fide,ſpe, ac pœnitentia coniunctum: cum illico veniam
54. impetrauerit, quæ amorem ſupponit eius,cui peccata dimittuntur.
Hiero.ib. Verba textus ſunt hæc; cũ vnus ex latronibus illis Chriſtum blaſphe-
Beda in maret inſolens;increpauit eum latro alter,dicēs:*Neque tu times Deũ,*
Luc.23. Luc.23 34 *quòd in eadem damnatione es. Et nos quidem iuſtè:nam digna factis re-*
Luc.23.40 *cipimus:hic vero nihil mali geſſit.Et dicebat ad Ieſum:Domine,memento mei,quum veneris in regnum tuum.* Ecce fatetur latro:*Dominus ipſe*

Digitized by Google

eſt Deus: Dominus ipſe eſt Deus. Dicens enim, *Dum veneris in regnum tuum*, planè fatetur Deũ; cũ dicat Chriſti regnũ non eſſe de hoc mũdo; dicat etiam, cũ animas ſaluare poſſe. Timet Dominũ, cùm increpet latronem non timenté. Amat ardenter iam, qui paulo ante frigebat. Sic inflãmat Chriſtus eos, quos habet prope ſe, dũ Patri offert ſacrificiũ.

Frigidaque ardenti corda inflammabat amore.

Amat quidem iam, qui algebat, latro. Amat cum audiat Domini reſponſum; *Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo.* Nemo autem in paradiſum admittitur, niſi ante ingreſſum, diligat Deũ. Accendit igitur accenſum ſacrificiũ circũſtantes: quanto magis accendit intra ipſa viſcera ſuſceptũ? Quòd ſi ita eſt, vt qui accipit in Euchariſtia Chriſtũ, igné etiã, quo eundé Dominũ ardenter diligat accipiat, ſane amor ipſe vrgebit cũ hominem, vt tam ſuauẽ hoſpitem retinere, toto ſtudeat nixu. Eſt conſtans amor: qui tenere, quod tenet, nunquam deſiſtat. Matt. 22. Luc. 23. 43.

Me iunctum tamen arcto nemo ſoluet amore. Conrad.

Non minùs breui ſententia ampliorem multò dixit S. Gregorius doctrinã. Ad retinẽdũ in nobis receptũ in nobis Chriſtũ, oportere, vt tanta quæramus eum auiditate, ac ſi nondum haberemus eum. Hæc ſunt Gregorij verba. *Diu inuentio ſe non elongat, ſi inquiſitio non deſiſtat.* Id eſt inuentus Chriſtus non diſcedet, ſi nos in quærendo illo inſtiterimus. Greg. ho. 25. in Eu.

Euchariſtia validiſsimũ ad confortandos homines robur

Venio ad cauſam vltimã, ob quam ſuſceptus in nobis Chriſtus manet firmiter in nobis, noſque in eo firmiter manemus. Vltimã dico cũ prima ſit atque potiſſima: quoniã eo, quòd prima ſit, præclarum concioni apponet exitũ. Eſt autẽ cauſa hæc ipſummet diuini huius panis, & vini robur ad confortandos comedentes. Robur hoc cõſeruat ſtabiles, vt in accepto maneãt Chriſto: qui firmus manet in eis, qui ſponte ſua non diſcedũt. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ*, ait Vates Rex: qui, cũ de diuino hoc ſacrificio verba faciat, adijcit: *A fructu frumenti, vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Vt quid pane & vino inſerit oleũ, cum in ſacramento hoc panis tantũ & vinũ porrigantur? Vtique, quoniam tria hæc in ſacramento ſumi expedit: panẽ & vinũ & corporaliter, & ſpiritualiter: tantũ ſpiritualiter ſancti oleũ Spiritus. Oleũ etenim ſummè penetrans eſt: *Intrauit ſicut oleum in oſsibus eius.* Oportet ergo vt non corporaliter tantum deglutiamus Dominũ Ieſum Chriſtum: ſed etiam ſpiritaliter, ita vt diuinũ oleũ gratiæ eius noſtra penetret præcordia. Nam ſicut panis hic, cæleſtis eſt panis; vinũ, cæleſte vinum, abſque naturalis vini & panis ſubſtantia, ſed ſola accidentia panis & pani: ita oleũ hoc non eſt naturale oleũ, ſed interna ſancti Spiritus infuſio. Sic corroborat alimonia iſta comedentes. Diximus, cornu deſignari fortitudinẽ: ſed quàm fortis erit abſque charitate fortitudo? Oleum eſt charitas, vt tũ alibi ſæpe, tum in parabola de Virginibus dixit Dei filius, damnans fatuas virgines, quoniã *Non ſumpſerunt oleum ſecum*: id eſt opera bona, vt plerique explicant: quæ charitati adiuncta ſunt dũ accepta ſunt ſponſo. *Oleũ* (ait S. Hilarius) *ab omni fæce remotum, atque mundiſsimũ Spiritus ſancti naturam ſignificare mihi videtur; quæ ineffabiliter, quaſi oleum in animas ingreſſa noſtras, nutrit, conſeruat, auget, quaſi oleum in lucerna poſitum, illuminationẽ nobis conceſſam.* Cõfortat ergo Chriſtus nos carne, & ſãguine ſuo, infuſa ſimul S. Spiritus gratia,

Pſal. 4. 6.

Pſal. 18. 18

Matt. 25. 3

Cyril. l. 3. in Ioa. c. 3.

vt proficuus ſit cibus: aliàs gratia deficiente mors eſt potiùs quàm vita, diuinus hic cibus. Nunc conferendæ ſunt duæ Regum vnctiones, Saulis, & Dauidis. Vtrumque vnus vnxit Samuel: ſed qua in vngendo differentia? Sic vnxit Samuelem. *Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius.* Audite, qualiter vnxerit Dauidem, *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum.* Lenticula olei vnxit Saulem, Dauidem olei cornu. *Quid hoc?* Firmitas ſane Dauidici indicta fuit regni; Saulici inſtabilitas. Nam vix incipiens gubernare Saul, priuatus fuit regno. *Duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael.* Dauid autem vnctus eſt Rex, adhuc Saule ipſo viuente. *Dies autem, quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael quadraginta anni ſunt.* Quin etiam in poſteros eius ſtabilitum eſt regnum: ſicut Deus ipſe nuntio Nathan dixit ad eum verbis illis: *Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo: & firmabo regnum eius.* Cornu igitur olei gratiam deſignabit ſtabilem: cornu ſtabilitatem, oleum gratiam. Cuicunque ergo ab orbe cōdito Deus gratiam infudit, oleo eum ſancti imbuit Spiritus: ſed addidit poſtea mirificum robur, quo firma perſeueraret gratia. Quodnam vtique cornu copiæ: panem, & vinum, quæ omnes ſunt ſimul ſalutiferi cibi: cæli manna, omnis alimenti, ſaporis omnis, omnis ſuauitatis. Itaque vt gratia in nobis perſeueret, addit Deus oleo robur panis, & vini, quibus accepta gratia mirum in modum roboratur, & augetur. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo.* Oleo vnguntur Reges: & altiores Reges ſunt, qui diuino intrinſecus vnguntur ſpiritu; ſiquidem ſeruire Deo, regnare eſt. Sed nonne Reges ſunt, qui cum ſupremo Rege ſedent in menſa? Reges vtique ſunt, qui Regio veſcuntur cibo. *Aſer pinguis panis eius: & præbebit delicias Regibus,* dixit Iacob quū inter filios ſuos varias diſtribuit benedictiones. Panis pinguis eſt: qui validam præſtat cum delicijs coniunctam fortitudinem. *In me manet* (ait) *& ego in illo.* Perſeuerantiam dicit vnionis, qua qui Domini corpus manducamus, arctiori charitatis nexu vnimur Deo.

Fortitudo effectus ſacramenti Euchariſtiæ

1. Reg. 10. 1. — *1. Reg. 16. 13.* — *1. Reg. 13. 1.* — *3. Reg. 2. 11.* — *2. Reg. 7. 12.* — *Gen. 49. 20.*

Veruntamen, quoniam præſtita quæque adulto homini Dei dona, diſpoſitionem exigunt eius: certè ſacramentum hoc tanto maiorem petit diſpoſitionem, quanto maius eſt donum, quod Deus ipſe eſt, muneribus reliquis, ab eo diuinitus infuſis. Deum accipimus in nobis: quis diſpoſitionem queat intimare? Nec ſolam voco diſpoſitionem, qua ad manducandum præparamur: ſed eam etiam, qua ita debemus viuere, vt ſumptus iam Chriſtus maneat in nobis, & nos in eo maneamus. Illud profectò exigit cibus hic, & hic potus: vt nullo alio potu vtamur, aut cibo, qui diuino ſit aduerſus alimento. Simile accidit in chartarum ludo, iuxta vocabulum, quo diuerſas chartarum ſpecies nominant Hiſpani, vocant, enim cibos, id eſt, *Manjar,* Hiſpani noſtri ſpecies chartarum varias. Itaque quatuor dicunt cibos quatuor illas chartarum ſpecies, aureos, cuppas, gladios, haſtas: ſunt autem ludorum genera in quibus ex acceptis chartis ſeruat aliquas luſor, alias reijcit, pro quibus ſumit chartas alias. Seruat autem eas, quæ ad vnum

Euchariſtiæ ſacramentū accipientes abſtinere debent à contrarijs huic cibis.

Simile.

pertinent

pertinent ſpeciem: contrarios his reijcit. Conſiſtitque victoria eius in eo quod chartæ hæ, quæ pro reiectis obueniunt ei, ſint eiuſdem cibi cum his, quę in manibus aſſeruat. Quod ſi diuerſi cibi aduenient chartæ: operam perdit, & impenſam. Non ſecus quiſquis diuinum accipit cibum, quiſquis diuinum potum, qui cupparum eſt cibus, debet contrarios quoſuis cibos reijcere, reiectiſque his, curare debet, ne contrarium vllum cibum admittat, alioquin ipſius eſt iactura luſoris. Verbis vertam Hiſpanis; eo quòd in ludis his vocabulum cibi à ſolis forte ſit vſitatum Hiſpanis. *Ay en los naypes, generos de juegos, enque el jugador elige las cartas, que ſon de vn manjar, y ſe deſcarta de las que ſon de mãjares differentes: y deſpues de deſcartado, conſiſte ſu ſuerte, enque las cartas que le entraron de nueuo ſean del meſmo mãjar de las que tiene en la mano. Si le entran cartas differẽtes; pierde el juego; y ſi es quantioſo, queda perdido el meſmo que juega. El hõbre, que recibe eſte ſoberano manjar, que es el miſmo Dios, y Segnior nueſtro, debe deſcartar todos los manjares cõtrarios a eſte: y deſpues de deſcartados, ha de viuir con el meſmo cuydado, de que no le entren mas tales manjares, porque ſi le entran, queda perdido. Es manjar de copas: es nectar del miſmo Rey ſoberano: cõuiene total mente alque deſea ganar en eſta meſa, deſcartar ſe de oros, de eſpadas, y de baſtos; y deſcartado deſtos manjares, debe eſtar ſiempre con el meſmo recato deque no le vuelua a entrar alguno dellos, ſo pena de perderlo todo, y aſſi meſmo. Debe deſcartar ſe del manjar de oros, quãto a la cudicia deſordenada. Del manjar de eſpadas, quanto a las enemiſtades, y pendencias. Del manjar de baſtos, quanto a las obras, y affectos carnales, que ſalen de los limites del matrimonio. Eſte es proprio manjar de baſtos, manjar de hombres baſtos, y groſeros.* Væ illis, qui cum accipiant cibum Deum: inhiare auaritiæ non deſinunt: aut à ſicariorum inquietudine non deſiſtũt; aut non diſcedunt à luxuria, cibus hic, & hic potus hæreditas eſt fœliciſſimorum fratrum Chriſti, æternum poſſidenda; cùm Deus ipſe, qui hæreditas eſt noſtra, alimentum ſit ipſum, ſacramento hoc à nobis ſumptum: nemo autem fruetur hęreditate hác, ſi contrarijs cibo huic vtatur cibis, cibo auaritiæ, vindictæ cibo, eſcáue, animalium immundorum; cum Apoſtolus prædicet. Epheſ. 5.5 *Hoc enim ſcitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.*

Quis ergo tam hebes eſt, tam craſſus mente, qui, vt craſſis fruatur carnis voluptatibus, diuini amittit panis craſſitudinem, æternæ alimentum vitæ? *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam.* Ioan. 6.55 Dicitis; non apparet æterna ſubſtantia in pane hoc, nec in hoc vino: quomodo ergo vitam dabit edentibus perpetuam? Fateor, non apparet ſenſibus: ſed nego deeſſe manducãtibus firma vitæ indicia perpetuæ:

Euchariſtia ſacramentũ firma æternæ vitæ prebet indicia.

Cùm multa hi, diuinæ in ſe agnoſcant ſigna virtutis, à cibo iſto prouenientis, ſentiunt in ſe validam, ad conculcanda vitia, fortitudinem: ſentiunt ſuauitatem: ſentiunt feruorem: ſentiunt deuotionem: ſentiunt, neſcio quid, indicans panem hunc verè eſſe diuinum, ſalutiferum potum, vitam ab eo æternam non videmus: ſed æternæ vitæ ſentimus indicia. Infallibilia indicia ſunt: non vt

Digitized by Google

mundi indicia, fallibilia. Sunt in libris indices, quos, primùm requirimus, quum tractatum aliquem in libris inuenire cupimus. Eſt vitæ liber verbum Dei, de quo Rex pſaltes: *In libro tuo omnes ſcribentur.* Hoc æternum Dei memoriale: cùm ſit ſapientia ab eo genita. Si enim ſapienti, eo quod ſapientiam inueniſſet, licuit dicere. *Habes per hanc immortalitatem: & memoriam æternam his, qui poſt me futuri ſunt, relinquam:* multò quidem magis in Deum, per accommodationem, cõueniunt verba hæc, qui natura, quæ eſt ipſa ſapientia, eſt immortalis, immortalis etiam verbo ſuo. Eſt verbum Dei memoriale eius, in quo vniuerſa ſunt ſcripta, cùm in Deo eminenter ſint omnia, nihil autem extra verbum cõtineatur. Sicut nec extra Patrem nec extra ſanctum

Sap.1.7. Spiritum, de quo in eodem libro. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum; & hoc, quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* Hoc ergo vitę memoriale, in quo vniuerſa ſunt bona dat nobis Deus vitę alimentum

Pſal.110.4 ſempiternæ, adimplens pſalmi vaticinium: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Species eius; panis quidem, & vini ſunt indices, ſed nulla ibi panis, nulla vini ſubſtantia: ſubſtantia Dei eſt: cuius index eſt interna communicantium ſuauitas, feruor, deuotio, fortitudo. Quis eſt tam ſtolidus, ac barbarus, qui videns hominem menſæ huius frequentatorem Angelica magis, quam carnali viuere ratione; non agnoſcat planè, huius hominis vitam certum eſſe indicem diuinæ vitæ, ſub his vini, & panis ſpeciebus latitantem? O quam diuerſus index hic à mundanis indicibus! Magna quidem eſt legentium libros moleſtia index mendax, ſeu mendoſus; à quo quum pergimus ad interna libri, non inuenimus ea, quę index pollicetur. Heu quot homines falſis vbique decipiuntur indicibus! Optabas tu vehemente conatu ampliſſimos mundanæ dignitatis gradus, honores, pompam, apparatum, putans in eis eſſe cordis ſuauitatem, & quietem: venitque tibi dies, in qua ad honorificam aſcendiſti dignitatem. Ecce euectus es valdeque honoratus; inueniſne in honoribus his perfectam cordis tranquillitatem? Imo inquietus (inquis) ſum magis. Quis ergo decepit te, vt in gradibus his, quietem cordis conſiſtere putares? Dices, fulgor ille, quo lucere videbam homines in tali gradu conſtitutos. Ecce mundanus fulgor index eſt mendax, indicat, in gradibus iſtis eſſe quietem, cum tamen perueniens ad eos gradus, ſolam inuenias vanitatem; ſicut eam reperit,

Eccl.2.11. qui dixit: *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi.* Similes indices ſunt illi, qui in diuitijs dicunt eſſe quietem: qui fœlicitatem in delicijs. Nam qui verba hæc pronuntiauit Rex Salomon, ea quidem dixit, poſtquam omnia hæc, diuitias, honores, voluptates magno fuit cumulo & adeptus, & expertus. Æternam indicat ſacramentum hoc fœlicitatem; nam ſacramentum quoduis ſignum eſſe definitur. Indicat ergo vitam, & eam quidem ſumma æternam beatitudine: nullo tamen indicat fulgore, nulla apparente pompa, aut amplitudine: ſed interno cordis experimento, quo, qui menſam hanc crebrius frequentant, ſuauiſſima iucunditate delectantur; ſentiuntque in ſe ipſis talem mundanarum deſpectum voluptatum, talem æſtimationem diuina-

Simile.

Simile. *Mundanus ſplendor index mendoſus.*

Digitized by Google

rum; vt efficaciſſimum habeant æternæ indicem vitę, ac beatitudinis. Promiſerat Deus filijs Iſrael terram lacte, & melle fluentem: ad quam cùm auidi properarent, fidos ex itinere exploratores miſerunt, qui terram illam obſeruarent. Conſiderantes illi expetitam terram indicem attulerunt eius, palmitem cum vua ſua tam portentoſę vbertatis, vt duos exigeret portatores; atque ita portauerunt eum in vecte duo viri. Reuerſi ergo exploratores oſtenderunt omni multitudini fructus terræ: & narrauerunt, dicentes: *Venimus in terram, ad quam miſiſti nos, quæ re vera fluit lacte & melle.* Nu. 3. 28. Dicite nobis nunc, exploratores; vndenam eſt mellis, & lactis index vua? Opimus palmes, opimæ quidem eſt indicium vineæ; non lactis, non mellis abundantis. Certe mellis, & lactis index fuit; nec quiſquam ex videntibus non agnouit indicium. Pollicetur Dominus terram viuentium immenſæ vbertatis, pacis, quietis, beatitudinis, his, qui ſuum communicant corpus, ſuum ſanguinem bibunt: datq; indicem ſpeciem panis, vini ſpeciem: quænam eſt conuentio ſpecierum harum, ad æternam in cælestibus vitam, vt ponat eas indicem, aſſerens; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum?* Vineæ index eſt vinum, ſicut palmes ille index fuit vineæ: at, ſicut vua illa mellis & lactis index fuit verus: ita vini ſpecies, ſpecies panis, æternæ eſt index beatitudinis: cùm ſub ſpeciebus his tam magnum lateat pondus, vt ferentes illud verè contineat, ne ad oblectamenta diuerſentur illicita. Maius profectò ſentiunt in ſe virtutis pōdus, qui vinum hoc, & panem iſtum in ſe ipſis portant ore ſuſceptum, pondere illo portati ab exploratoribus palmitis & vuæ.

Quid iam futuræ indicem dicam beatitudinis? Iam vtique hinc æternam in ſe ipſis portant vitam, qui ritè diſpoſiti communicant. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem: in me manet, & ego in illo.* Manet hinc iam in Chriſto homo hic, Chriſtus manet in homine ipſo, qui, vt par eſt, diſpoſitus communicat. O pij, ô auidi auditores? Ad temporalis vitæ ſuſtentationem quærendam exire neceſſe eſt: & tamen ſummè expedit in accepto intra nos manere Chriſto, quid faciemus? Artem indicat ipſe. Sicut Chriſtus ipſe noſtram miſſus ad ſalutem, manet tamen in Patre: ita oportere, ait ad neceſſaria nos exire negotia, vt in Chriſto ipſo maneamus. Porrigit nobis carnem ipſe ſuam; porrigit ſuum ſanguinem, cornu-copiæ vniuerſorum affatim bonorum, efflagitemus eum, vt ad conſeruanda tanta in nobis bona, præbeat & oleum gratiæ: quam æterna ſubſequitur gloria.

FINIS.

402.698

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
IN CONCIONES DE ANNVIS FESTIVITATIBVS TRINI ET VNIVS DEI.

A, Et O. eſt Deus ipſe. fol. 47
A. ſpiratio fere eſt. ibid.
A. ſignum admirationis. 48

Abigail.

Abigail prudentiſſima placauit indignatum Dauidem. 261

Abnegatio.

Abnegatio propriæ voluntatis & carnis via cœli eſt Dei gratia præcedente. 644

Achaz.

Achaz ſerpens. 537
Achaz Regi Iuda renuenti petere à Deo ſignum, quod Deus obtulit ei poſtulandum, dedit Deus ſignum ſponte ſua. 690

Acham.

Acham capitis damnatus à Ioſue ob prædæ Iericuntinæ vſurpationem. 267

Admiratio.

Admiratio profundiſſima effluit ex Dei cognitione. 48

Adoptiui.

Adoptiui filij aliter adoptiui, qui filij ſunt Dei, aliter, qui hominum filij. 611

Adorare, adoratio.

Adorandi Reges excipiendique hoſpites, nō idem ritus ſemper idoneus. 3
Adorandi Deos ritus gentium varij. 3
Adorare Deos ſedendo. ibid.
Adorare Deos ſtando. ibid.
Adorare Deum proſternendo ſe in terra. 3
Adoratio Dei ſummæ coniungenda reuerentia, etiam ab his, qui à Deo ipſo familiariter lactantur. 6

Adulter, adultera.

Adulteri oculi eruendi. 313
Adulteros priuatione oculorum damnauit Locrenſium lex. 313

Ægyptij, Ægyptus.

Ægyptij hoſpitibus lauabantſpedes. 4
Ægyptij Deorum inuentores. 58
Ægyptij adorabant ſolem appellantes Oſiridem. 478

Æſculapius.

Æſculapius Deus medicinæ apud Græcos. 59.

Agamemnon.

Agamemnon Spartę Rex cudit in ſcuto terrificum Leonem. 368

Alimenta.

Alimenta vitæ vna manu carpenda. 600

America.

Americæ partes, quæ ſub Zona ſunt torrida benigni temperamenti. 30

Amicitia.

Amicitia vera qualis ſit. 473
Amicitia in vtriuſque probitate fundatur. 474

Amor.

Amore ſummo diligendus eſt Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. 15
Amor ignis eſt talis, vt eius diſpoſitio ſit fluuius aquæ. 119
Amor Dei rigore coniunctus repręſen-

tatur inſignibus pietatis ſanguine Chriſti. 255
Amoris ſedes eſt ſanguis. 249
Amor accenſam in manu gerit prunam. 249
Amori libabant iuuenem Lacedæmonij, & Cretes quum ad prælia erat procedendum. 250
Amor in nullo, niſi in ſanguine poſitus ſubiecto diſpicitur verus, & accenſus. 250
Amor concupiſcentiæ indignus eſt amoris nomine. 250
Amor quo quis propter data diligitur munera, non eſt verus amor, ſed amor eſt concupiſcentiæ. 251
Amor facit homines tamquam alienos à ſenſibus, loqui. 251
Amor fundatus in voluptate, aut acceptis muneribus, facile labilis eſt. 251
Amor non colorat res varijs pigmentis: ſed ſemper firmus eſt colore vno. 251
Amor, & mora eiſdem cùm conſtent litteris, non conueniunt coniugio. 253
Amor cauſa abnegationis, & cauſa amoris abnegatio. 256
Amore in Deū renouatur mirabiliter homo. 299
Amor Chriſti in homines nimius oſtenſus eſt circumciſione. 302
Amor Chriſti. 420
Amoris robur æquale viribus mortis. 421
Amor Chriſti ſummus. 421
Amor exterminat amatorem; facitque ſicut mortuum, nil ſentire. 422
Amor fecit Chriſtum quaſi non ſentientem illatas ſibi iniurias, & blaſphemias. 423
Amor in homines occidit Dei filium. 423
Amor moræ impatiens. 423
Amor æquè, ac mors fortis natura, & proprietatibus oppoſitis. 424
Amor conflat in vnum extrema duo diſtantiſſima. 424
Amor validiſſimis viribus rapit corda virorum, ac mulierum, eaſdemque mulieres ac viros ipſos de manibus omnium repugnantium erumpens per obices vniuerſos omnia obſtacula. 425
Amor ingenuus, ſpontaneus, nobilis, naturalis. 425
Amor ſedet in corde. 426
Amoris definitio. 426
Amor ardet cognato in ſanguine. 426
Amorem cæcus. 426
Amor iniuriarum patiens. ibid.
Amorem conciliant beneficia. 427
Amor Dei, quia ſummus eſt, & ſummè nobilis, mouit eum, vt fieret homo, ne deſit ei vllum amandi incitamentum. 428
Amor amicus florum, odoramẽtorum, vnguentorum. 430
Amor Chriſti in homines ſummè innoteſcit in Euchariſtia. 431
Amor erga Deum includit obſeruantiam mandatorum eius. 433
Amor noſter erga Deum includit amorem erga proximos. 434
Amor erga proximos ex amore erga Deum procedit: eſtquè ſuſpectus, quum non cernitur planè ex diuino amore dimanare. 436
Amor liber eſt. 470
Amor indomitus. 470
Amor triumphator. 470
Amor dominator omnibus. 470
Amor amicus pacis. 470
Amor Chriſti in homines in reſurrectione enituit, & aſcenſu. 567
Amor incitat amatorem, vt delectetur in patiendis multis pro dilicto doloribus. 649
Amor Dei erga ſeipſum, & erga creaturas, quas diligit, eſt Spiritus Sanctus. 658

Amplexari.

Amplexandi hoſpites vſus apud græcos. 4
Amplexandi hoſpites vſus. 3

Anaximander.

Anaximãder horologicæ artis inuẽtor. 524

Angelicus, Angelus.

Angelus propter naturæ ſimplicitatẽ multa continentem perfectior eſt homine. 10
Angelus non eſt intellectus ſuus, ſua nec voluntas aliave potentia. 10

Digitized by Google

Angelorum lapſus propter repugnantiam adorandi humanandum Deum. 84
Angeli indixerunt Kalendam natalis Domini. 85
Angeli rectores ſunt aliorum Angelorum & hominum. 91
Angelis data gratia ob Chriſti merita. 233
Angelica vita viuant homines oportet vt aſcendant ad cœlum. 587

Anima.

Anima quandoquè ſumitur pro homine. 189

Antequam.

Antequam non denotat effectum ſecutum fore, aut fuiſſe poſtea. 104

Appetitus.

Appetitus in multis iudicio contrarius, ſaltem ſpeculatiuo. 397

Antipodæ.

Antipodas in vniuerſo orbe eſſe experimento oculorum compertum. 30

Aqua.

Aquæ ſociæ ſunt benedictionibus Altiſſimi. 19
Aquæ diſtinctio trina ſymbolum Diuinę Trinitatis. 54
Aqua ſymbolum vitiorum. 61
Aqua benedicta, qua ante miſſam aſpergitur populus. 252

Ara.

Ara cœli Baſilica Romæ conſtructa, quonam incitamento. 195

Arca.

Arca Noe ſuper aquas diluuij ſymbolum Sanctiſſimæ Trinitatis, qua ſaluantur in aquis baptizati. 32

Arcus.

Arcus nubium ſtemma Dei. 226

Auaritia, Auarus.

Auaritiæ laqueus animarum implicatiſſimus, ſola Dei manu extricabilis. 340
Auari ſicut ſerpentes à ſua raptantur auaritia. 385
Auaritia concitat homines, vt laqueo ſe ſuſpendant, quum vident pecunię ſuæ iacturam aliquam. 448
Auari ſuis parent diuitijs. 558
Auaritia intolerabile onus. 555

Aurelianus.

Aurelianus Triumphator introductus in vrbem aurato curru quatuor ducto ceruis. 605

Audire.

Audire non ſolum eſt intellectiuæ potentiæ, ſed etiam voluntatis. 523
Audire aliquando eſt parere, ac obedire. 523

Auxilium.

Auxilium Dei omnibus ſufficiens impenditur. 334
Auxilium diuinæ lucis, ad cognoſcendam viam vitæ nemini negatur. 290
Auxiliũ præueniẽs cũctis impenditur. 320
Auxilia Dei conuertuntur in damnationem homini ea negligenti. 574
Auxilio Dei nullus ad vſque deſtituitur tametſi ſuam ad duritiam extenuari impio ſoleat auxilium. 575
Auxilium Dei adeò pium eſt; vt Deo ipſi innixus aſcendat homo ad Deum ipſum. 588
Auxilium Dei erga homines admirabile nimis. 588
Auxiliorum Dei, & operationis hominum ordo expenditur, quod ad ea, quæ vltra controuerſiam certa ſunt. 597
Auxilium Dei præueniens, multis conſtat adminiculis. 598
Auxilia ſufficientia omnibus à Deo præſtari. 613

Azarias.

Azariæ Regi glorioſa ſunt ſtemmata in ſcripturis: ſed admiſta litura deſidię eius. 239

Abel.

Abel obtulit Deo acceptum valdè ſacrificium, inuentor ſacrificiorum. 524

Abdias.

Abdias diſpenſator domus Achab timens Deum valde. 213

Abram.

Abram Pater excelſus. 40

Abraham.

Abrahamo indicata fuit explicita incarnandi Dei notitia. 84
Abraham caput, & origo Dominici populi. 241

Digitized by Google

Abraham vocatus eſt Abram. 246
Abraham quouſque fuerit iudex. 263
Abraham ob debitam Deo reuerentiam non fuit auſus lauare pedes eius manibus ſuis. 453
Abrahæ triumpho præclariſſimo præclarior Chriſti triumphus confertur. 617

Adam.

Adamo propoſuit Deus naturalem mortem ſi delinqueret. 19
Adamo, & Euę indicata fuit natiuitas Saluatoris. 84
Adam geſſit titulum poteſtatis Dei, appoſitum ſtemmati eius. 225
Adam iudex ſupremus inter homines titulo: titulo præſes. 260
Adam in vere creatur. 283
Adam & Eua creati mentali in luce, & luce gratas faciente animas. 283
Adam Salomoni ſapientia prælatus. 283
Adam, & Eua recedentes diuino à ſole totum humano generi tempus peruerterunt. 283

Adonis.

Adonis Deus luxuriæ cultus in Iſraelitico populo. 59
Adonidem libidinis Deum deflebant fœminæ Iſraelitæ. 59

Adonibezec.

Adonibezec Cananeorum Rex, qui ſeptuaginta Reges nimis humiliauerat, captus ipſe à Iuda eadem humiliatione cecidit miſer. 348

Achab.

Achab regis memorabile circa varios fortunę caſus dictum. 354

Agathocles.

Agathocles figulus, Imperator. 337

Alchiadas.

Alchiadas Rodius deperijt lapideum Cupidinis ſimulacrum. 380

Alexander Magnus.

Alexander Magnus deuicta Perſide vtebatur Perſarum veſtimentis: 196
Alexander Magnus renunciauit Dædalorum regno amore Cleophidis Reginæ eius. 429

Aleatorium.

Aleatorium, ſeu domus ludi, quam Hiſpani dicunt Coima, domus eſt ſeptem peccatorum capitalium. 669

Amare.

Amat nemo aliquem timore perculſus ad amandum. 426

Amaſias.

Amaſiæ Regi ſculpſit Deus illuſtria in æternum ſtemmata: iniecta verumtamen littura in medio eorum. 239

Amator.

Amatores loquuntur ſemper de rę quam diligunt. 191

Amicus.

Amici antiqui arctiores ſunt nouis. 476

Antidotum.

Antidotum rebus partim veneno contrarijs, partim veneno ipſo mirificè compactum. 540

Antiochus.

Antiochus ſuperbiſſimus à Deo horrende humiliatus. 344

Antonius Imperator.

Antonius Imperator excudit in nummo ſuo leonem, tamquam proprium Principum ſtemma. 368

Annus.

Anni noui dies, cur Circumciſionis dies. 220
Anni noui die noui Pretores eligendi. 222
Anni noui dies qua conuentione cum Dominica circunciſione, & cum nomine eius celebretur. 233
Anni noui dies, cur circumciſionis dies cũ diuinus ſol, octauo retro die ſit natus? 292.

Aod.

Aod dux Iſraelitarum, & à ſeruitute corporali Saluator, figura Chriſti Saluatoris, hominum ab æterna ſeruitute. 518

Aquila.

Aquila ſymbolum diaboli. 64

Arbitrium.

Arbitrij hominum libertas plena. 321

Ariſtoteles.

Ariſtoteles ſecutus multa, vnico de Deo præclariſſima, de vitæ futuræ æternitate, præmijſque in ea multis, ac ſupplicijs, de virtu-

virtutibus item, omnique honeſtate, varius nihilominus notatur. 24
Ariſtoteles negauit Dei, circa res terrenas, prouidentiam. 24

Aſpis.

Aſpidis venenum ſub iucundis abſconditum labijs. 137
Aſpidis oua ſubito rupta occidunt eos, qui ad captandam Aſpidis voluntatem accedunt. 137

Aſſyrij.

Aſſyrij genua flectendo adorabant. 3
Aſſyrij adoratores ſolis. 477

Athalia.

Athalia impia vniuerſorum coniugis ſui filiorum interfectrix, nepotem etiam ſuum cum eis necari curauit, vt regnaret ſola. 213

Abtenienſes.

Athenienſes adorabant ſerpentem tanquã populi cuſtodem. 58
Athenienſes priuati ſunt imperio eo quòd Solonis leges ſeruare deſtiterint. 313

Auguſtus Cæſar.

Auguſtus Cæſar tradita ſibi à populo ad imagines faciendas, pecunia multa, non ſibi; ſed Deæ concordiæ fecit imaginẽ. 122
Auguſtus Cæſar clauſit Ianum poſt bellum Actiacum Antonio, & Cleopatra deuictis. 134
Auguſti Cæſaris magnanimitas, & ſerenitas animi in opprobrijs. 470
Auguſtus Cæſar noctu ingrediebatur vrbes ad impediendos ſumptus, quibus cũ populi excipiebant. 686

Auguſtus Octauianus.

Auguſtus Octauianus titulum Domini naſcente vero Domino Chriſto vltro depoſuit, 77.365

Arabia.

Arabia abundans auro, & arromatibus. 365.

Arena.

Arena marini littoris ſymbolum magnanimi hominis nullis tribulationibus commoti. 511

Argentum viuum.

Argentum viuum, quibus in vaſis aſſeruetur ne defluat, & perdatur. 378

Arma.

Arma Dei non ferrea, ſed ipſum verbum eius. 520

Aurum.

Aurum in fœlice Arabia gignitur abundãtia magna. 365
Aurum ab ſplendore dicitur. 409

Abſalon.

Abſalon ſuperbia elatus fecit ſibi ex cæſarie ſua reſtem, qua, & allexit homines, & ſuſpendit ſeipſum. 493

Aaron.

Aaron coadiutor Moyſi ad locutionem. 566

Amnon.

Amnon in duriſſima tortura medijs in decijs. 493

Aſcenſio,

Aſcenſio hominum in cœlos non vno perficitur volatu; ſed fit inſtar aſcenſionis lignorum, quę continuo aſcendunt incremento. 569
Aſcenſio hominum in cœlos annexa eſt Chriſti aſcenſioni, vt innexi Chriſto aſcendant iuſti. 569
Aſcenſiones in cœlum quotidianæ. 571
Aſcenſionis Chriſti tropheum. 594
Aſcenſione Chriſtus glorioſiſſimo fuit exceptus honore. 621

Auſteritas.

Auſteritas vitæ ſuauis fit conſiderantibus ſponte elegiſſe Dei filium valde rigidam vitam, & mortem. 518
Auſteritas vitæ quouſque neceſſaria. 522

Baptiſma, Baptiſmus.

Baptiſmate benedictio in ablutos inducitur. 20
Baptiſmati Chriſti iuncta fuit in Iordane diuinæ notitia Trinitatis. 26
Baptiſmi, & crucis conuentio, 529.546
Baptiſmi figura tranſitus Iſrael per mare rubrum. 565
Baptiſmate ſaluantur homines. 590
Baptiſmo iuſtificantur homines etiam in-

Digitized by Google

ſantes & amentes, ſiuntque Dei filij ſũméque beati aſpectu eius. 610
Baptiſmus cum fide neceſſarius, vel in re, vel in voto. 615

Beatitudo.

Beatitudinis via ſcala erecta gradibus mandatorum difficilis aſcenſu. 27
Beatitudo apparens fingitur à Diabolo in vanam ſui gloriam. 38
Beatitudo laborantibus viriliter tribuitur. 418
Beatitudinem æternam multa, ſed temporalis præcedit mortificatio. 500
Beatitudo cœleſtis vniuerſis referta bonis, viſo perſpicuè Deo. 509
Beatitudo eſſentialis in Dei viſione conſiſtit. 547
Beatitudo curnam dicatur communiter gloria. 609
Beatitudinis ardua, & tribuloſa via. 643
Beatitudo aliquando nominatur gloria. 650

Benedictio.

Benedictio Dei, prima quinto die inducta ſuper aquatilia. 19
Benedictio Dei data hominibus primò in naturalem inducta fuit vitam. 19
Benedictio Dei comitatur Baptiſmum. 20

Bellum.

Belli tempore publicæ orationi inſtandum 354

Benignitas.

Benignitas Dei magna eſt, quæ rigoris præſefert ſpeciem. 26

Bombyx.

Bombyx ſymbolum reſurrectionis hominum. 501

Botrus.

Botrus allatus ex promiſſa terra typus fuit. Chriſti. 303
Botrus Cypri Chriſtus. 303

Butyrum,

Butyri, & mellis eſus cur ſignum Deitatis in puero iſta manducante. 131
Butyrum lactis in lege veteri ſignificatio erat venturi Chriſti. 139
Butyro lauare pedes. 448
Butyro fluere vias eſt viuere in omnium rerum abundantia. 449

Bachus, Bachanalia.

Bachus Deus ebrietatis, & epularum. 57
Bachanalia celeberrima in cultum Bachi. 62
Bacho Deo celebrata feſta bachanalia. 62

Baal.

Baal Deus idem, qui Bel. 58
Baali oblatum ſacrificium minimè conſumptum tùm oblatum Deo conſumeretur. 61

Brachmanes.

Brachmanes gymnoſophiſtæ profitentur diuinam Trinitatem funiculo triplici. 364

Bel.

Bel Deus erectus à Babylonibus propter Babylonis ædificium. 58

Belial.

Belial ſignificat eum, qui excuſſit à ſe iugum, & legem. 549

Balaam.

Balaam prophetia de incarnando Deo eminentiſſima. 85

Behemoth.

Behemoth qua ratione principium viarũ Dei. 90

Beliſarius.

Beliſarius ditiſſimus compulſus à Iuſtiniano eleemoſynam oſtiatim petere. 346

Balſamum.

Balſami frutex ſimilis botro vuæ. 305
Balſamum in Engaddi plurimum ac præſtantiſſimum. 305
Balſami plurimum in Iericho. 305
Balſamum, & oleum chriſma eſt à Chriſti nomine deriuatum. 305

Balteus.

Balteus quid? 309

Benadad.

Benadad Syriæ Rex nimis arrogans contra Dei populum, victus tandem aufugit. 354

Digitized by Google

Caduceus.

Caduceus Mercurij ſerpentes duo virgæ prouoluti, ſymbolum pacis inſigne indicium. 237

CaduceusMercurij ſerpentes duo mutuo colligati. 534

Cæcitas, Cæcus.

Cæcitas mentis ſunt compendia tenebris oculi. 98

Cæcitas hominum, qui non vident ſe in Dei manibus eſſe. 443

Cœlum.

Cœli conſcenſus ſancta præſcriptorum obſeruantia. 27

Cain.

Cain Abelis impius interfector. 210

Calenda.

Calenda quid ſit. 70.83

Calenda eſt ſalutatio parturientis Virginis Mariæ. 71

Calendarum dies, dies eſt tùm feſtiuus, tùm in quo oracula poſtulantur. 75

Calenda eſt poſtridiani feſti indictio. 78

Capitolini.

Capitolinorum prænomen nobiliſſimum Romæ. 224

Caro, Carnalis.

Caro adoptata à dæmone in filiam. 38

Caro terram fingit ſibi conſentaneam; vt eius virore decipiat homines. 39

Caro habita Dea à carnalibus, & ab eis culta tanquam Dea. 62

Caro quouſque ſuum omni tempore conſeruet idolum in terris. 63

Carni data omnis poteſtas à Diabolo, & mundo, vt per eam vincant quos per ſeipſos non queunt. ibid.

Caro dea hominum carnalium. 64

Caro vitioſa deſignatur vrſo. ibid.

Carnis delitiæ fallaciſſimæ. ibid.

Carne miniſtra aſſequitur Diabolus, & mũdus aſſequitur quod intendit. 65

Caro potentiſſima ad deſtruendas vrbes, prouincias, animas, conſcientias. 65

Caro animæ hoſtis deuicta à Dei filio, carnem ſibi vniente. 66

Carnis nomine aliquando intelligitur homo. 144

Carnales homines Deum poſt tergum ſuũ abijciunt. 332

Carnis vitium quandoque deſignatũ pinguedine. 519

Caro inimica hominis configenda iugiter cruci. 522

Carnales homines viam cœli per terram facere nituntur. 586

Carnales homines nihil, niſi ex terra facere ſciunt. 586

Carnales homines nihil, niſi terrenum ſapiunt. 587

Catnales homines cœlum conſcẽdere grauantur. 587

Caro hominis propria regina eius eſt tyrãna. 619

Caro regnabat ſubijciens ſibi ſpiritum ante aduentum Chriſti. 620

Caroli. 5.

Caroli quinti empreſſa, ſeu ſymbolum columnæ duæ mari cinctæ cum verſiculo, plus vltra. 214

Caſtitas, Caſtus.

Caſtitate deuincienda Venus. 67

Caſtitas obnixe obſeruanda inter flammas probationis. 110

Caſtitatis adminicula proficiunt fœcunditati gignendæ prolis. 243

Caſta mulier, mulier bona appellatur 246

Caſtitas tonitruum magnum egreſſum à Dei filio. 343

Caſtitas præclari Africani Scipionis. 466

Caſtor.

Caſtor habitus Deus naualis belli. 57

Ceres.

Ceres habita dea frugum, & ſegetum. 58

Chalcedonicus Lapis.

Chalcedonicum lapidem nitidiſſimum fugientes Thinni in Bizantij promontorium facile capiuntur. 386

Chaldeus.

Chaldei adorabant pro Deo draconem viuum. 58

Digitized by Google

Charitas.

Charitate ſunt veræ virtutes, quęcumque veræ virtutes ſunt. 399

Charitatis fraternæ mandatum, in quo nouum ſit propriumque legis Chriſti. 429

Charitas & humilitas inſeparabiles ſodales. 600

Charitas nutrimentum integrę cum proximis pacis. 463

Charitatem, qui deſerit, luget à cunctis miſerè relictus. 463

Charitas funiculus eſt triplex, 464

Charitas cum humilitate ad Chriſti imitationem funiculus eſt triplex. 464

Charitas ſuper induit colore ſuo virtutes, quæ eam comitantur. 465

Charitas malo granato deſignatur. 465

Charitas ſecum habet, vbicumque eſt, virtutes vniuerſas. 465

Charitas incutit hominibus animum ad perferendas propter Deum calamitates, tam irruentes, quam ſponte in mortificationem aſſumptas. 648

Chriſtiani.

Chriſtiani veri Chriſti gloriam quærunt, & affectant. 67

Chriſtianus populus notus vbique, populus Dei multo glorioſior, multoque arctior quam Iſraeliticus. 113

Chriſtiani populi inſignia glorioſa. 229

Chriſtiani populi tempus vernum, lucidũ, candidum, Iſraelitici populi hiemale. 292

Chriſtus.

Chriſtus Dei os, ſeu vultus. 7

Chriſtus eſt nobis omnium cauſa benedictionum. 20

Chriſtus vtramque attulit nobis, & ſupernaturalem Dei notitiam, & perfectionẽ naturalis. 22

Chriſtus magiſter hominum vnicus. 25

Chriſtus fidei cauſam funditus firmauit. 43

Chriſtus iure optimo teſtimoniũ exhibuit de ſeipſo. 43

Chriſtus recuſatus in cauſa fidei ſocium ſibi duxit Ioannem. 44

Chriſtus cõuincit rebelles ei homines, oſtẽdens ſe vera prædicare. 44

Chriſti doctrinam aliter, ac aliorum dogmata Doctorum comprobari oportuit. ibid.

Chriſti authoritatem mirificè fulcit Baptiſta Ioannes. 46

Chriſtus filius Dei fons eſt aquę viuentis, & vitæ. 55

Chriſtus graphicè deſignatus apud Ezechielem. 56

Chriſtus habens omnem in cœlis & terra poteſtatem. 56

Chriſtus peruicit Diabolum, & mundum, 63

Chriſtus nullo vmquam fuit carnis certamine impetitus. 63

Chriſtus mirifica vi compoſuit perditum mundum. 92

Chriſtus dux promiſſus hominibus, quo ab obſidione diabolica emergerent. 72

Chriſtus aduentu ſuo fecit ante congreſſum, timere hoſtes animoque deficere. 73.

Chriſti natali magna exorta eſt hominum exultatio, malignorum deiectio inimicorum. 74

Chriſtus aduentu ſuo eiecit ab arce munitos aduerſarios. 76

Chriſtus Dominus, & Saluator præſignatur duce Ioſue. 77

Chriſtus Princeps pacis. ibid.

Chriſtus aduenit debellator hoſtium duriſſimus. 78

Chriſtus naſciturum indixit Deus Angelis, ſtatim ac creauit eos præcipiens vt eum colerent, eique parerent. 83

Chriſtus venturus cognitus à Parentibus primis ante peccatum tanquam gratiæ author: poſt tanquã Redemptor. 84

Chriſti aduentus explicitè notus Sanctus Patribus. ibid.

Chriſtus nobiś naſcens, omnia nobis bona ſecum naſci fecit. 87

Chriſti aduẽtus ad honorãdos homines. 87

Chriſtus natus ad redimendos filios hominum. ibid.

Digitized by Google

Chriſtus venit reformare oblitteratas Dei imagines. 88
Chriſtus ſupremus Rex veniens terrenas vrbes viſitare paruulus venit ne grauaret homines ſumptibus hoſpitij. ibid.
Chriſti locutio de ſeipſo,&alia quęuis,quę de ipſo eſt, tanquam de diuerſo à Deo, qua ratione accipienda ſit. 90
Chriſtus Deus verus. 89.115.293. 405. 444
Chriſtus via, & finis viæ noſtræ. 90
Chriſtus initium, medium, & finis viæ noſtræ. 91
Chriſtus homo Deus prophetali vaticinio promiſſus per Ezechielem. 100
Chriſtus factus homo in vtero Virginis perujcit infernos hoſtes relinquens nobis pacem Princeps pacis. 101
Chriſtum fuiſſe Deum antequam fieret homo commendatur obiter quibuſdam Pauli verbis. 102
Chriſtus ſemel ingreſſus in Sancta, vt victoria vnica pacem relinqueret perpetuam. 103
Chriſtus nullum habet germanum fratrem. 107
Chriſtus theſaurus Dei. 112
Chriſtus Dei ſapientia. ibid.
Chriſtus pannis inuolutus in præſepio, theſaurus abſconditus. ibid.
Chriſtus continuo natus quouſque diabolo notus. 113
Chriſtus author gratiæ,& veritatis. 114
Chriſti ſigna multa,quę ei ſoli,nec alij prętereca competunt. 116
Chriſtus verus Deus oſtenditur. 117
Chriſtus fons aquæ viuæ. 120
Chriſtus eruens homines, à tyrannico tributo, eximia eos nobilitate ſublimauit. 120
Chriſtus vt nos à tributi iugo liberaret,venit naſciturus in Bethleem occaſione ſoluendi Auguſto tributi. 121
Chriſtus dictus eſt orbis vniuerſus. 121
Chriſtus eſt omnia. 121
Chriſto debemus tributum quod ipſe pro nobis ſoluit. ibid.
Chriſti nati tempore portenta multa, & prodigia, ſigna plurima oſtenſa ſunt mundo. ibid.
Chriſto naſcente depoſuit ſupremus terræ Imperator Auguſtus titulum Domini. 122
Chriſti nati tempore vidit in ſomnis Octauius puerum, qui erat pluſquam homo. ibid.
Chriſti naſcentis tempore vidit in ſomnis Marcus Cicero puerum demiſſum cælo mirabilem. ibid.
Chriſtus naſcens Deus homo homines eximiè nobilitauit. 123
Chriſti cauſa adoptat Deus homines in filios, cum ipſe ſit filius proprius Dei naturalis. ibid.
Chriſti incarnatio militare ſtratagema,quo Dei omnipotentia ſe in carne abdidit, ne ab hoſtibus agnoſceretur. ibid.
Chriſti incarnati ex Virgine diuinum ad reducendos homines ſtratagema prophetali Iſaiæ vaticinio deſcriptum. 124
Chriſti nati tempore clauſus Ianus in ſignum pacis ex victoria. 134
Chriſtus venit approbare probos; improbos à prauitate conuertere. 138
Chriſti aduentus à mundi initio in dies clariori forma prænuntiatus. ibid.
Chriſtus naſcens attulit nobis bonum. 141
Chriſti ſæculo contemplationi diuinorum incumbunt iugiter multi. ibid.
Chriſtus Dux noſter ad conſequendam carnis mortificatione victoriam. 126
Chriſti natiuitas feſtum triplex. 143
Chriſti diuinitas humanæ vnita naturæ ſcribitur verbis manifeſtis. 189
Chriſto naſcente erexit Romæ Imperator aram inſcriptione hac Ara primogenito Dei. 196
Chriſtus nos carnem exuere, induereque purum facit ſpiritum ex eo quod cum prius eſſet ſpiritus, quàm aſſumeret carnem, Verbum caro factum eſt. 197
Chriſtus naſcens nobis duplici conſolatione ſuccurrit. 197
Chriſtus naſcens nobis duplicia multis de-

Digitized by Google

dit modis. 197

Chriſtus miro ordine remedium hominibus. 200

Chriſtus dat duplicia nobis bona naturalia, & gratuita. 198

Chriſti virtute collata ſunt in retro maiores dona gratiæ, & Beatitudinis omnia. 198

Chriſtus præſtitit duplex hominibus bonum: peccatorum ſolutionem & reconciliationem ad Dei amicitiam. 199

Chriſtus eſt mutua Dei, & hominis communicatio, qua Deus eſt humilis homo: homo Deus verus. ibid.

Chriſtus diuina hominibus bona conciliat. ibid.

Chriſtus bonum hominibus duplex. ibid.

Chriſtus à perſecutoribus exagitatus clauſum magis reperit refugij locum omnem, quam alij quique refugium aliquod quærentes. 211

Chriſtus ab ortu ſuo perſecutionibus exagitatus. 212

Chriſtus immenſa excellentia Moyſe præſtantior. ibid.

Chriſtus facit Dei filios homines illos, à quibus ipſe piè accipitur. ibid.

Chriſti repræſentatio eſt omnis homo. 214

Chriſti vita ærumnis circumdata, ac doloribus. ibid.

Chriſtus natus eſt homo. 115

Chriſtus refugium afflictorum omnium, etiam delinquentium. 215

Chriſtus factus homo, vt incarnatione tutum ſit afflictorum quorumlibet refugium. 116

Chriſtus quo tempore Herodem fugiens, à patria extorris exulauit: Romæ decretum eſt ne vllus infans educaretur. 216

Chriſti ſtemmata in ſcuto in quatuor partes diuiſo formata ſunt. 229

Chriſtus præſtitit virtutem cunctis retro ſæculis diuinam: perfecitque magis, quæ in ſæculis cunctis facta fuerant. 230

Chriſti erga homines amor ſummè effuſione ſanguinis oſtenſus. 232

Chriſtus nondum natus gratiam in retro maiores influxerat. 235

Chriſti ſtemma, & empreſſa crux, & circumciſio. ibid.

Chriſtus miniſter iuſtitiæ, & miſericordiæ. 240

Chriſto naſcituro præparatur generationis ſanguis ab Abraham per reliquos in genealogia deſcriptos. 241

Chriſtus nimium circumciſione ſua oſtendit hominibus amorem. 249

Chriſtus ardentiſſimum in nos oſtendit amorem vincens effuſo ſanguine ſuo aduerſarium hominum diabolum. ibid.

Chriſtus ſæpius à nobis recogitandus. 250

Chriſtus bis ſanguine tinctus circumciſione, & cruce, præfiguratus fuit aliquot ſcripturæ ſymbolis. 252

Chriſtus iudex ſupremus. 273

Chriſtus pollet vniuerſis perfectiſſimi iudicis talentis. 273

Chriſtus præſes in cælo, & in terra. ibid.

Chriſtus requies populi Chriſtiani. ibid.

Chriſtus Pater Chriſtiani populi. ibid.

Chriſtus legiſlator. ibid.

Chriſtus caput à quo omnis iudicum deriuatur poteſtas. 274

Chriſtus nomine Saluator, & re ipſa. ibid.

Chriſtus iudex dæmonum. ibid.

Chriſtus reſeruauit in nouiſſimum diem vſum iudiciariæ in homines poteſtatis. ibid.

Chriſtus nolens vti iudicis munere, vſus Saluatoris officio adulteram ſaluauit fœminam. ibid.

Chriſtus veſtimentum hominis iuſti, iuſtificans eum. 300

Chriſtus quonam fine circumciſus. ibid.

Chriſtus circumciſus, vt ſe nobis attemperaret factus indumentum noſtrum. 301

Chriſtus dedit ſeipſum fructum nobis ſalutiferum: præcocem circumciſione ficum permaturam æſtu paſſionis. 303

Chriſtus fons inciſionis. ibid.

Chriſtus ſæpe effudit proprium ſanguinem. 304

Digitized by Google

Chriſtus diuinum ſtillans balſamum. ibid.
Chriſtus effudit pro nobis multum ex cunctis corporis partibus cruorem. 306
Chriſtus iuſtus iudex præcinctus fidelitate iuſtitiaque. 309
Chriſtus iuſtitiæ exemplum iudicibus. 310
Chriſtus adoratus à Magis in præſepio. 320
Chriſtus ſtabulo natus, ſuam & humanam humilitatem, & diuinam maieſtatem oſtendit. 322
Chriſtus primus omnium eiecit à corporibus dæmonia; nemo ante illum ab initio mundi. 339
Chriſtus oſtenſus Deus in abducendis funditus peccatoribus, à laqueis criminum, ac retibus. 340
Chriſtus introduxit perfectam in terras caſtitatem. 342
Chriſtus oſtendit ſe Deum in faciendo humiles Reges, humiles ſapientes. 344
Chriſtus reddés tributa vt homo, accipiens à Regibus, tanquam ſupremus Rex. 352
Chriſtus ſerui forma, & habitu vixit inter homines. 353
Chriſtus dominator, ac dux dominici populi. 355
Chriſtus Iuda duce præfiguratus. ibid.
Chriſtus dominator maris. 356
Chriſtus etiam dum pauper erat habitu, propria ſupremi regis in ſemetipſo gerebat inſignia. 360
Chriſto, qui conformantur, ſalui fiunt; reliqui minimè. 372
Chriſtus Deus oſtenditur verus. 373
Chriſtus cum faciebat miracula, verbis & operibus propriæ vtebatur poteſtatis non deprecando, ſed præcipiendo. 374
Chriſtus quum dicitur Filius Dei, verus dicitur Deus. 375
Chriſtus cùm Deus, & homo ſit appellatur ſæpe Filius hominis. ibid.
Chriſti fulgor quantumcumque abſconditus erumpebat nonnunquam, ita vt plane agnoſceretur. 378
Chriſti ſplendor transfigurati valde excedens antiquum Moſis fulgorem. 389
Chriſtus verus Deus, & homo verus. 391
Chriſtus cum tanquam ſuperiorem alloquebatur Patrem non negabat ſe æqualem ei. 393
Chriſtus in quantum Deus, Dei filius genitus in ſplendoribus ſanctorum. 394
Chriſtus ſecundum diuinitatem genitus mente Dei. 394
Chriſti notitia, qua verus agnoſcitur Deus ſæpe à Domino ipſo commendata. 405
Chriſtus Theſaurus infinitus. 409
Chriſtus reliquit vitam, ne amorem relinqueret. 423
Chriſti mors, quaſi menſura amoris eius. 423
Chriſtum interemêre amor & mors, quaſi duplici nece cum ſemel tantũ interierit. 423
Chriſti paſſiones contemplationi perutiles. 434
Chriſtus continet in manibus ſuis theſauros, & in theſauris abyſſos. 439
Chriſtus theſaurus Dei vnicus. 440
Chriſtus in quantum Deus natura ſua continet omnia. 441
Chriſtus fideliſſimus nutritius, ac cuſtos hominum, quos in manus ſuas commiſit Pater. 443
Chriſtus quoniam omnia operatur virtute propria verus probatur Deus. 444
Chriſti poteſtas in maria, & flumina. 452
Chriſtus lauit ſacerdotum pedes; vt eſſet eis purificandis ſordibus ſpeculum. 461
Chriſtus vitæ fons lauat hominum pedes. ibid.
Chriſtus ſecundum humanitatem amicus arctiſſimus noſter. 474
Chriſtus quapropter dicat ſe vermem. 502
Chriſtus exinaniuit ſe, vt veſtem gloriç nobis elaboraret. ibid.

Digitized by Google

Chriſti duæ dexteræ manus. 519
Chriſtus redemit nos duabus manibus dexteris. 685
Chriſtum non plenè agnouit diabolus Deum ante mortem. 520
Chriſti ſumma in actionibus gloria: ſumma in paſſionibus. 524
Chriſti glorias priores & poſteriores commendat ſcriptura. 524
Chriſtus in quanam re fuerit ſimilis æneo ſerpenti. 533
Chriſtus an eſſet Deus dubitauit diabolus. 534
Chriſtus ſummè excelſus, ſummeque abiectus ante reſurrectionem. 535
Chriſtus intendit nos facere ſui imitatione Dei filios. 536
Chriſtus æneo figuratus ſerpente, ſitne ſerpenti ſimilis veneno. 537
Chriſtus appellatur Baſiliſcus. 537
Chriſtus humilis, & glorioſus antidotum ſanans homines ſuperbia tumeſcentes. 540
Chriſtus vermis. 541
Chriſti diuinitas luculentiſſimè commendata. 541
Chriſtus Deus ſciens bonum, & malum. 542
Chriſti imitatores, quonam modo ſũt ſicut dij ſcientes bonum, & malum. 543
Chriſtus factus pro nobis maledictum, redemit nos à maledictione. 544
Chriſtus in cruce attente perſpectus ſanat perſpicientes mouens ad ſui imitationem. ibid.
Chriſti diuinitas manifeſtè prænunciata. ibid.
Chriſtus ſponte fabri lignarij filius eſſe voluit propter delectationem, qua crucis aſpectu afficiebatur. 557
Chriſti dolores dulcedo nobis facti ſunt. 561
Chriſtus ſpinis coronatus ſpecioſiſſimum malum punicum. ibid.
Chriſtus vt fœcundiſſimus fructibus penderet natus eſt puriſſima ex virgine. 563
Chriſto, tanquam præcelſo fructus ligno innexi aſcendunt ad cæleſtia quotquot illuc homines aſcendunt. ibid.
Chriſtus exhibet ſe Deum in eo, quod miſſos à ſe prædicatores eiſdem imbuit ornamentis, quibus ante incarnationem imbuebat. 565
Chriſto innecti debent homines tanquam ſublimi arbori, vt in cælum aſcendant. 570
Chriſtus author fidei, & conſummator eorum quæ fide credenda propoſuerat. 576
Chriſtus ſedet à dextris Dei. 583
Chriſti thronus conſtructus ex detracta ab hoſtibus ſcutorum congerie. ibid.
Chriſtus ſcala cæli. 586
Chriſtus introduxit in vrbem illam morum, ac vitę reformationem, quam miſſi à Deo Prophetę multi, multi angeli non introduxerunt. 590
Chriſtus eduxit à captiuitate homines, quos reperit captiuos, & deleuit hoſtes, à quibus futuri homines in captiuitatem erant redigendi. 591
Chriſtus accepit à Patre in præmium effuſi in pretio cruoris captiuos homines, quos ab hoſtium iugo liberauit. ibid.
Chriſtus non eſt meritus ſibi animæ gloriam, ſed corporis, & nominis ſui. 592
Chriſtus meritus eſt ſibi inſigne pectoris roſeum, ſeu ſtemma pectoris. ibid.
Chriſtus veritas. 594
Chriſti triumphus vniuerſis triumphorum requiſitis conſummatus. 610
Chriſtus conſul. ibid.
Chriſtus legifer. ibid.
Chriſti prælia, & victoriæ glorioſiſſimæ. ibid.
Chriſti apparatus, quo in cælum exceptus fuit. ibid.
Chriſtus cælum triumphali ingreſſus curru. ibid.
Chriſti comitatus in glorioſo ingreſſu eius in cælum. ibid.
Chriſti aurea gloriæ corona. 611
Chriſti virtute reparatum humanum genus. 613

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti meritis data hominibus multis abundantia, quàm pronus gratia parentibus. 614
Chriſti redemptio communis hominibus præteritis, præſentibus, & futuris. 615
Chriſtus ſtrenuiſſimus Dux noſter populum ſuum omni munimentorum genere communit. ibid.
Chriſtus quanta in cælos receptus ſit gloria. 616
Chriſtus peruicit diabolum, mundum, carnem, & mortem. 620
Chriſti magnalia. 625
Chriſtus doctor hominibus promiſſus. 628
Chriſtus ante oculos propoſitus ardentem nobis incutit ad patientiam animum. 646
Chriſtus oſtendit ſuum erga homines amorem mittendo in eos S. Spiritum, quum ex eorum manibus ſumma euaſit affectus iniuria.
Chriſtus pro vltione offenſionum ſuarum mittit in offenſores ipſum amorē ſuum ſanctum videlicet ſpiritum. 659
Chriſtus vicit hoſtes tamquam leo; ignouit illis tanquam agnus. 661
Chriſtus leo agnus, victor manſuetiſſimus. 662
Chriſti oſſa nunquam fracta. 663
Chriſtus Rex natura ſua, non electione hominum. 677
Chriſti diuinitas luculenter commendata. 677

Chuſai.

Chuſai tranſiens ficto animo ad hoſtiles factiones, reduxit eas ad verum earum regem Dauidem. 124

Circumciſio.

Circumciſionis cum nomine Ieſu idonea connexio nimirum ſtemmatis cum littera. 220
Circumciſio ſignum futuri Saluatoris. 221
Circumciſionis myſterium. 227
Circumciſio ſtemma ſimul, & impreſſa ſymbolum populi Iſraëlitici. 228
Circumciſionis cum nomine Ieſu elegantiſſima connexio. 232
Circumciſionis veteris inſtitutum reformauit Chriſtus circumciſione ſua. 234
Circumciſionis miniſter Chriſtus. 235
Circumciſio Chriſti ſymbolum ſaluandi ab eo generis humani. 267
Circumciſionis inſtitutum, & finis. 241
Circumciſio proprium Iſraëlitici populi inſigne. 242
Circumciſio ſignum naſcituri ex circumciſa gente Saluatoris. ibid.
Circumciſio ſigillum, quo obſignabatur futurę rei arcanum. ibid.
Circumciſio erat caſtitatis ſignificatio. ibid.
Circumciſio verum ſacramentum. 243
Circumciſio putatio carnis ad amplioris generationis fructum. ibid.
Circumciſio verè ſacramentum; ſed non ſicut noſtra, efficiens gratiam opere operato phyſica actione: ſed alio modo. 245
Circumciſio applicabatur ſimul cum nomine, quo appellandus erat, qui circumcidebatur. ibid.
Circumciſio euacuata & illicita poſt Chriſti legem promulgatam. 248
Circumciſione cur non vſus fuerit Chriſtus. ibid.
Circumciſio Chriſti oſtentatio amoris maxima. 249
Circumciſio cordis nobilis eſt, nobiliorumque hominum, ac prorſus liberorum. 254
Circumciſio cordis amoris eſt propria; atque adeò nobilis, ac libera. ibid.
Circumciſio vitiorum omnium neceſſaria. 255
Circumciſio linguæ omnino neceſſaria. 256
Circumciſio coniuncta nomini Ieſu, eò quòd, tam hoc quàm illam ſaluationem ſignificet. 258
Circumciſio à Chriſtiano populo aliena. 277. 301
Circumciſione initiatis remittebat peccatum; non circumciſio ipſa, ſed Deus,

Digitized by Google

propter fidem, qua circumciſi profitebantur naſciturum ex illa ſobole Meſſiam. 292
Circumciſio Typus baptiſmi. 300
Circumciſione profeſſi homines naſciturum ex illa Abrahæ progenie Saluatorem, iuſtificabantur fide illa. ibid.
Circumciſio proprium Abrahamici populi ſtemma. 301
Circumciſio cauſa caſtitatis. 302
Circumciſionis Chriſti cauſa. 310

Circumciſi.

Circumciſis remittebatur originale peccatum. 242
Circumciſis donabantur peccata. 300

Cicero.

Cicero varius circa diuina quædam, quæ ipſe probauit vera. 24

Ciuitas Ciues.

Ciuitas ſolis monumentum Ioſue. 238

Cleophis.

Cleophis Dedalorum regina blanditijs fecit renuntiare Alexandrum obtento iam regno Dedalorum. 346

Coccum.

Coccum bis tinctum figura Chriſti tincti circumciſione, & necis inſtrumentum. 252

Cognitio.

Cognitio hominum, qua Deum cognoſcunt, puros eos deſiderat à ſordibus. 18
Cognitio naturalis Dei naturaliſque præcepti data poſt diluuium hominibus: non item ſupernaturalis niſi ſpeciali reuelatione. 20
Cognitio Dei duplex apud creaturas; naturalis, & ſupernaturalis. 21
Cognitio Dei vehementer incitat homines ad profundum intenſioris cognitionis ſtudium. 26
Cognitio Dei ſcala Iacob. 27
Cognitio Dei habetur ab aſcendentibus ad eum per ſcalam decem graduum, legalium nempe mandatorum. 27
Cognitio Dei afficit homines ſpiritu calcandi reliqua omnia. 27
Cognitio Dei ſecum affert iugem mandatorum eius obſeruantiam. 48
Cognitio Dei valde obnubilatur in vitioſa mente. 62
Cognitio, qua Deum agnoſcimus, valde clareſcit obſequio eius. 460

Colloquium.

Colloquia fœminarum cum viris linguis fiunt igneis diſpertitis. 670

Conceptus.

Conceptus mentalis imago obiecti. 12

Concilia.

Conciliorum vniuerſalium legitimè congregatorum infallibilis authoritas. 650

Concordia.

Concordiæ ſymbolum ſorores tres, gratiæ nuncupatæ. 366

Concupiſcentia.

Concupiſcentia ignis omnia exurens. 110
Concupiſcentia carnis ardet poſt deliciarum ver. 282

Coniugati.

Coniugatos viuere terreſtri vita. 110

Conſcientia.

Conſcientiæ puritas, & candor in fronte hominis reſplendet. 389
Conſcientiæ morſus afflictio multò grauior mortificatione illa, quæ eſt in legis obſeruantia. 552

Conſtans Conſtantia.

Conſtantia firmiſſima Ligus fœminæ Grecæ. 466
Conſtantia Tobiæ contradictionibus inflexa. ibid.

Contemplatio.

Contemplatio Dei facit ſemi-cælicolas in terra homines. 28
Contemplatio pura Dei pauciſſimis eſt ſuauis niſi Chriſti contemplationi permiſta. 193

Contemptus mundi.

Contemptus mundi à generoſo animo eſt, atque ſublimi. 468
Contemptus mundi à Chriſto in homines multos deriuatur. 631

Contritio contritus.

Contritione iuſtificatur, qui ad pœnitentiam accedit ante acceptam abſolutionem. 290

Contritum hominum benignè accipit Deus. 453

Conuerſatio.

Conuerſatio Dei cum anima familiaris, ac iucunda non concedit ei licentiam, vt minuat apicem reuerentiæ debitæ ſupremo Imperatori. 6

Conuerſio.

Conuerſio ad Deum tempeſtiuè facienda nulla expectata mora. 67

Conuerſio ad Deum ſtatim adeunda. 600

Cooperatio.

Cooperatio noſtra adhibenda operibus, quibus redemit nos Chriſtus. 522

Cor.

Cordis circumciſio non ad vnam pertinet legem, ſed omni tempore præcepta. 253

Cordis circumciſio ingenuorum hominum eſt, nobiliorum, liberorum. 254

Cor quibus greſſibus induretur. 412

Cordis latitudo, quid ſit? 511

Cor hominis eſt, & quo diſponitur cæli via, & per quod via ipſa ad cælum ducitur. 599

Cordis duritia ſummopere præcauenda. ibid.

Cor durum in dies induratur magis ipſa ſua duritia. 600

Corona.

Coronam, qua in cęlos iuſtus coronatur ſecum è terris ipſemet defert. 578

Corona ponitur capiti iuſtorum propria Dei manu. 579

Coronæ triumphatoribus debitæ. 605

Corona gloriæ fixa capiti Chriſti. 611

Coruus.

Coruus emiſſus à Noë ab arca, quo ſenſu intelligatur non reuerſus donec aquæ ſiccarentur. 106

Creatio Creator.

Creatio vniuerſi indicium Diuinæ Trinitatis.

Crux.

Cruci affixit Chriſtus carnem noſtram cum carne ſua vt ſimus cum eo ſancti. 66

Crucis inuentio. 514

Crucis inuentio carnalibus auerſa; pijs iucundiſſima. 515

Crucis inuentio quid ſit. 516

Crux amabilis optabiliſque ſenſato cuique atque prudenti. 517

Crux affixo in ea Chriſto habet honorem, quo fit amabilis prudentibus quibuſque, ac diuino illuſtratis radio. ibid.

Crux benedictionis inſtrumentum. 518

Crux Gladius Chriſti. 520

Crux Chriſti præfigurata Aodis pugione, ibid.

Crux eximiæ Chriſto gloriæ. 523

Crucis adinuentio præcellentiſſima ſuper artes vniuerſas. 524

Crucis ſacrificium excellentius reliquis quæ obtulerunt alij. 525

Crux muſicum inſtrumentum. ibid.

Crux clauis portarum cæli. ibid.

Crux Arca Noëtica: nauiſque omnium electorum, qua in cælicum tuti nauigent portum. ibid.

Crux ſcala cęli. ibid.

Crux menſura fideliſſima. ibid.

Crux omnibus morbis medicamentum. 526

Crux aſpicienda cominùs attentione multa. 527

Crux quare ſerpentis ſigno deſignata. ibid.

Crucem, qui à longè, & perfunctoriè aſpiciunt, fugiunt ab ea. ibid.

Crux ſola ſpecie ſerpens. ibid.

Crucis cum Baptiſmo conuentio. 529

Crux Saluatoris hominum præſignata ligno, in quo euectus ſerpens in deſerto æneus ſanabat percuſſos intuentes in eum. 532

Crucis Chriſti, & baptiſmi nexus. 547

Digitized by Google

Crux minime ab vno aliquo euitabilis. 548
Crux vel inuenitur à nobis, vel nos inuenit. ibid.
Crux eſt obſequium, obſeruantiaque legis ibid.
Crux iugum eſt tum ærumnarum, tum portandæ legis. 550
Crux patienter ferenda. ibid.
Crucem qui libenter portant, magnum ſentiunt oneris leuamen. 552
Crucem à ſe excutientibus dedecus eſt, & ignominia. 555
Crux honor eſt, & nobilis gloria ſpontaneis portitoribus. ibid.
Crux libenter lata præſtat nobis, quia conformat nos Chriſto, gaudium, & honorem. 556
Cruce conformamur Chriſto. ibid.
Crux nunquam aſpicienda ſine titulo Chriſti cruci ſuperpoſito Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. 557
Crux initium Chriſtianæ prædicationis. 556
Crucis cum Nazareni nomine conuentio. ibid.
Crucis titulus iure optimo poſitum nomen Ieſus. ibid.
Crucis inimici quicumque vitijs inſeruiunt. ibid.
Crucem qui effugiunt, humeris imponunt miſerorum. ibid.
Crucis eximium præmium. 559
Crux intentiſſime aſpicienda. 560
Crucis, & ligni ſcientiæ collatio. ibid.
Crux amara Chriſto, nobis ſuauiſſima. 561

Cultus.

Cultus corporis vanus ornamentum fictæ à carnalibus terræ. 40
Cultus diuinus neceſſarius. 435

Cyprus.

Cyprus quidnam? 304

Cyrus.

Cyri Regis dictum de miſera hominis vita. 68
Cyri ſtemmata aquila in haſtæ cuſpide. 223
Cyrus iratus contra Gyndem flumen iuſſit illum in plura diſcerpi fruſta. 452

Curioſitas.

Curioſitas propellenda: ne quis ad parendum Deo vtatur indagine ſcrutans, cur ſic faciat. 451

Calenda.

Calenda ſolemniter cantatur vt debitum venturo ad nos Regi hoſpitium præparemus. 82
Calenda natiuitatis Dominicæ prædicta in deſerto pridie, quam deſcenderit manna. 83
Calenda cantata à Deo mundi initio. ibid.
Calenda natalis Chriſti cantata à Deo Angelis in ipſo ſuæ creationis exordio. ibid.
Calendæ longiſſimo priuilegio cantandæ finis fuit ingerenda hominibus certa in Chriſtum fides. 86
Calendæ multis retro ſæculis cantandæ finis incuſſa cordibus exultatio. ibid.
Calenda cantatur vt naſcituro ſaluatori debitum in cordibus præparetur hoſpitium. 88

Caro carnalis.

Carnem propriam vincunt multi gratia Chriſti. 621
Carnales amara viuunt vita inter voluptates, & tripudia. 654

Chriſtianus.

Chriſtiani populi tempus tempus meſſis, & vindemię: Tempus antiquum ſementis, & putationis. 294
Chriſtiani populi tempus nouum, ac plenum; tempus præcedens vetus ac vacuum. 295
Chriſtiani Chriſtum imitantur quicumque vere Chriſtiani ſunt. 536
Chriſtianorum vita gentibus admirabilis. 616

Coloſſus.

Coloſſus apud Rhodios portentoſæ magnitudinis. 41

Captiui captiuitas.

Captiuitas animæ miſer peccati effectus. 519

Digitized by Google

Captiuos homines eduxit Chriſtus à iugo ſeruitutis, & inſuper purificauit terram ab aduerſarijs, qui ad capiendos homines exire ſolebant. 591
Captiuitas hominum ante redemptionem. 619

Cyprus.

Cypri botrus florens botrus eſt. 304
Cyprus arbor balſami. ibid.

Cyrus.

Cyrus Rex Perſarum ferebatur curru, quẽ quatuor vehebant Reges. 480

Candor.

Candor vultus Chriſti eſt ab intrinſeco, diuerſus à Moſis ſplendore. 390
Candor vultus Chriſti; & iuſtorum candor prodit ad vultum ab interno, diuerſo tamen modo. 391

Carbones.

Carbonibus deſignantur homines peccato infecti. 400

Cham.

Cham fuſcus origo Æthiopum. 318

Chilon.

Chilon mortuus gaudio, videns triumphatorem filium coronari. 492

Currus.

Currus gloriæ triumphatoris Chriſti. 480

Conſanguinei.

Conſanguinei magis, cæteris paribus, amãtur, quàm remoti. 426

Caius Claudius.

Caius Claudius glorioſiſſima potitus victoria totum Marco Liuio ſocio ſuo honorem voluit, & gloriam exhiberi. 580

Dæmon.

Dæmones diuerſi diuerſis præſunt homines vitijs. 619
Dæmones appellantur reges. 619

Dæmonium.

Dæmoniorum cultus apud gentes. 41
Dæmonia vocantur maligni ſpiritus. 664

Dagon.

Dagon Deus Philiſthinorum corruit ex altari in terram, dum Arca teſtamenti ſtatueretur iuxta eum. 60

Damnatus.

Damnati reſurgẽt ad ęterna tormenta. 507

Dauid.

Dauid luculenter præ alijs ſcripſit diuini verbi generationem inter antiquos. 25
Dauid aliquo modo ſcripſit Diuinam Trinitatem. 25
Dauid perſecutione grauiſſima quæſitus ad necem à Saule nullum in regno eius inuenit fautorem, àpud quem tutè abſconderetur. 208
Dauid fugit à Saule ad Achis Regem Geth. ibid.
Dauid fugiens perſecutorem Saulem parẽtes quoque ſuos extra Regnum eius in terra Moab, abſcondere compulſus fuit. 208
Dauid moribundus eam ſucceſſori hæreditatem relinquit vt legem Dei ſeruare faceret. 222
Dauidi ſubuenit Deus ad victoriam, & pro parta illum victoria exaltauit, eò quod in Deum ipſum, & victoriæ ſpem, & partam iam victoriam retuliſſet. 228
Dauid Rex prædicator inſignis. 328
Dauidis dies quiſnam fuerit? 336
Dauid ex paſtore factus ſubitò Rex. 337
Dauidis oſtenſio in dimittendis offenſoribus præclariſſima. 338
Dauidis magnanimitas humilis. 469
Dauid reliquit Salomoni magnã materiam copia ædificando templo Domini. 642

Delectatio.

Delectatio ſumma Deum agnoſcere. 28
Delectationem hominum ſola diuina Philoſophia agnoſcit in paſſionibus: humana in actionibus duntaxat, 523
Delectationes ſpiritales ſuauificant angores: mundanæ opprimuntur ab angoribus. 633

Delinquentes.

Delinquentes pernicioſi debitoribus inditij, quam alijs.
Delinquentes, inquirendi. 266
Occultos delinquentes à nemine accuſatos quouſque debeat iudex inquirere. 266
Delinquentes miſto benignitatis rigore plectendi. 329

Digitized by Google

Delitiæ.
Delitiæ ſuauiſſimæ contemplatio Dei. 33
Delitiæ lethales. 137
Delitiæ exiſtimantur à deceptis hominibus vernum tempus, ſunt gelida hyems. 282
Delitiæ mundi variæ, atque vetuſtæ. 282
Delitiarum ver æſtas ſequitur libidinis. 282
Delitiæ carnis mœſta inquietudo. 491
Delitiarum periculum tremendum. 492
Delitiæ huius ſæculi ſpinæ ſunt. 509
Delitiæ carnis habent dolores viuos, gloriam mortuam. 528
Delitiarum carnis ſymbolum vnedo. 554
Detractio.
Detractio vitium peſſimum: pro quo mouet Diabolus detrahentium linguas. 637
Detractores.
Detractores viliſſimi. 257
Deus.
Deus trinus, & vnus tribus adorandus genu-flexionibus. 2
Deus qua corporis poſitione adorandus. 3
Deus in tribus perſonis, & Dominus eſt, & hoſpes noſter. 4
Deus benigne amplectitur reuerſum peccatorem. 5
Deus incomprehenſibilis eſt. ibid.
Deus videtur à Beatis integrè ex parte obiecti non ex parte potentiæ comprehéſus. 5
Deus profundiſſima ſemper reuerentia adorandus eſt, nulla ſumpta ex familiari conuerſatione licentia. 6
Deus adorandus in terram proſtrato corpore, ſeu genibus flexis. 7
Deus omnino ſimplex, ac purus à miſtione prorſus alienus. 9
Deus natura cum ſimpliciſſima ſit, eſt omnia ſimul. 10
Deus intellectus ſuus eſt, ſua voluntas. 10
Deus eſt ipſe in abſtracto perfectiones omnes; ſapientia, pulchritudo, Bonitas iuſtitia, poteſtas, & reliquæ. 11
Deus eſt ipſum intelligere, ipſam velle, ſeu eſt ipſe intelligendi actus, actus item diligendi. 11
Deus ignis eſt ſed ſigillatim Spiritus Sanctus. 15
Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus manſionem facit in homine, qui eum ſuper omnia diligit. 15
Deus omnes res eſt modo eminentiori. 18
Dei cognitio etiam naturalis, numquam perfecta fuit apud aliquem abſque adiecto fidei lumine. 22
Deus magnificis laudibus commendatus vnicus ab antiquo Socrate, & Platone, Ariſtotele, & Tullio. 23
Deus rigore quandoque vtitur pro clemétiæ incitamento, vt ſcilicet rigore adducat peccatores impetranda. 26
Dei cognitio obſeruantia mandatorum eius. 27
Deus plus diſtat à creaturis, quam inter ſe creaturæ ipſæ. 30
Dei puritas, ſumma puritas, ſumma generatio eius. 33
Deus maieſtate ſua obſtupefacit nos; ne de eo loqui valeamus. 34
Deus eſt A. & O. 47
Dei cognitio in terra eſt paruulorum, magnorum in cælo. 47
Deum quiſquis cognoſcit; maximopere admiratur eum. 48
Deum quiſquis vere cognoſcit, admiratur, obſequitur, abſtrahitur à terreſtribus ad Deum ipſum. 49
Deus aqua deſignatur. 54
Dij gentium magna ex parte fuerunt bruta animantia, & maxime ſerpentes. 58
Dij apud Ægyptios habita allia, & cepæ. 58
Dij à gentibus culti canes, equi, accipitres, leones, lupi, piſces. 58
Dij memoria mirum in modum componit homines. 67
Deus cur iuſſerit fieri in deſerto portatile ſibi tabernaculum. 91
Deum quoad maieſtatem ſapientiamve

Digitized by Google

ęmulari nemo ex principibus tentauit. 93
Deus cognitus à tota Samaria verus Deus miraculoſo valde teſtimonio abſumpti cælico igne ſacrificij, multa aqua indiſpoſiti. 119
Deus fons aquæ & flamma ignis. 120
Deus finis eſt rerum omnium, & operum. 136
Deus collocat homines in cunctis partibus ſuis. 190
Deus cognoſcit omnia in ſeipſo. 191
Deus in ſe continet res omnes. 191
Deus dat duplicia bona: homines nec integra, ſed dimidiata. 200
Deus faciens ſe hominem valde accommodauit iacentibus multa in miſeria hominibus. 200
Dei decretum executio debet computari. 226
Dei mens eſt pace cum hominibus coniungi. 226
Dei ſtemmata miſericordia cum iuſtitia coniuncta. ibid.
Deorum apud gentes æſtimatio valde inferior æſtimatione Dei veri. ibid.
Deus vtitur ad fines ſuos medijs, quæ humano iudicio illis contraria videbantur. 243
Deus iudex. 273
Deus ſol mundi vnicus. 280
Deus eminenter continet in ſe ipſo res omnes, quæ vllo eſſe poſſunt modo. 395
Dei in eſſentia ſunt eminenter res vniuerſæ, quæ fieri poſſunt. 399
Deus videt in ſeipſo res vniuerſas. 595
Deus cum extra omne ſit tempus idem eſt in eo eſſe ac fuiſſe. 406
Dei amor liberalis, nullis ab eo exortis artibus. 427
Deus ſolus propria virtute operatur omnia. 444
Deus aliquando omittit facere aliqua, quæ per manus hominum facturus eſſet ne illi ſibi arrogent, quod propria fecerint virtute. 444
Deus humanatus aliter iam agit, quam agere ſolebat cum hominibus. 445
Dei imperium abſque vlla diſcuſſione obſeruandum. 584
Deus potiſſimus amicus noſter, 475
Deus per ſe, & propter ſe ſummopere diligibilis. 476
Deus expectat homines diu ad pœnitentiam. 581
Deus ſæpè admonet hominem priuſquam eum in tartara relinquat. 581
Deus dolet, quod homines facta ab eo redemptione non fruantur. 581
Deus innititur ſcalæ cæli; vt Deo ipſi innixus aſcendat homo. 588
Deum attentiſſimè intuentes, figenteſque in eum oculos aſcendunt ad cælũ, quotquot illuc aſcendunt. 588
Deus è terra intente ſpectatus feruentiſſimum ingerit aſpicienti animum ad aſcendendum ad Deum ipſum. 588
Deus in cælo è terris ſpectatus ita exhilarat ſpectantem vt nullo carnis pondere grauatus ad Deum ipſum rapiatur. 588
Dei memoria adeò ſuauiſſima eſt, vt ſtatim ac in mentem venit, non poſſit anima non delectari, non ſecus ac affecta iuueni pia fœmina quantumcumque nititur cogitationem eius reijcere; non poteſt, ea non delectari, quoties in eius venit memoriam. 589
Deus talis eſt erga homines, vt hominem ab eo illuminari, rapi ad eum ſit. 589
Deus vult hominum afflictiones non quod gaudeat illis, ſed quod maiora ex eis educat bona. 647
Dei amor cum vnus tantum ſit, verſatur erga Deum neceſſario: libere erga creaturas, quas ſponte diligit. 658

Demetrius.

Demetrius Phalereus gloriam dixit probitatem. 607

Diana.

Diana habita Dea parturientium. 57
Dianæ immolabãtur aduenę in Scythia. 59
Dianæ templum Epheſinum, è ſeptem mundi miraculis vnum. 413

Digitized by Google

Diabolus.

Diabolus æmulatur Deum adeo, vt velit ipſe eſſe ternarius. 37

Diabolus, mundus, & caro peſſimum ternarium. 38

Diaboli in Deum æmulatio, vt ſimilis ei videatur. ibid.

Diabolus inſinuatus in ſerpentem, ſummariam ſui relationem exhibuit. 38

Diabolus mendacij Pater ad illudendum. 39

Diabolus ſeducet homines ſimulans cœlũ glorioſum, quod miſeræ eſt locus perditionis. 39

Diabolus adoratus in ſerpentibus, & alijs beſtijs. 62

Diabolus vtitur miniſterio humanæ carnis contra homines ipſos. 63

Diabolus, caro, & mundus beſtiæ tres in ternario vno, deſignatæ tribus beſtijs, quas vidit Daniel, ac deſcripſit. 64

Diabolus Leo alis aquilæ ob ſuperbiam, & ferociam pennatus. 64

Diabolus, caro, & mundus hoſtes animæ noſtræ deſignati Zebee, & Salmena, ac ornamento, & bullis eorum. 125

Diabolus quo ſe fine inſinuauerit in ſerpẽtem potius, quam in aliud ex animantibus. 534

Diabolus anceps fuit circa Chriſti diuinitatem. 534

Diabolus valde ſublimis, ſummè deiectus. 535

Diabolus homines ſibi ſimiles faciens, facit à Deo auerſos. 536

Diabolo ſupremo Seraphino amputauit alas Chriſtus Dominus. 583

Diabolus pugnat contra hominis intellectum, & veritatem. 619

Dido.

Dido effodiens abſconditos à Sicheo theſauros, refodit rurſus in cauernis. 113

Diligentia.

Diligentia in præparatione viatici ad gaudendum iugiter ad cælum. 572

Diluuium.

Diluuium propter carnis vitia. 65

Diſcretio.

Diſcretionis ſymbolum ſerpens. 574

Diſtributio.

Diſtributio frumenti tempore famis ad iuſtitiam ſpectat. 311

Diuitiæ, Diues.

Diuitiæ ſæpe delinquere fecerunt multos 346

Diuites pauperum oppreſſores. 415

Diuitiæ, vel habitæ, vel quæſitæ, corda hominum nimis inquietant. 554

Diuitiæ crux grauiſſima. 554

Doctor.

Doctores glorioſiſſima laureantur corona, ſi Dei cognitione exactè inſtituunt diſcipulos. 33

Doctor ſpiritalis diſcipulis eſt pluuia, & alimentum. 672

Doctrina.

Doctrinæ Chriſti teſtificatio facta à Patre, & S. Spiritu repetita fuit eo modo, quo teſtes ratam ſolent facere confeſſionem ſuam: tametſi Dei verba prima probatione ſunt rata. 45

Doctrina ſacra funiculo deſignata. 56

Doctrina fluctuari, vacillare. 60

Doctrina humana non imbuit ambas hominis aures. 523

Dominandi libido.

Dominandi libido punita. 217

Donec.

Donec quemnam terminum denotet. 105

Donum.

Dona plurima data hominibus à Chriſto. 591

Draco.

Draco habitus Deus à Chaldeis. 58

Duritia.

Duritia cordis æternus planctus. 582

Duritia cordis prauorum eſt cauſa affectuũ plurimorum. 599

Dulcedo.

Dulcedo ſuauiſſima cognitio Dei faciens homines cætera relinquere. 28

Debora.

Debora Prophetis iudex fuit Iſraelitici populi. 327

Dies

Digitized by Google

Dies.
Die ſeptimo compleuiſſe Deum opus ſuum, cur dicatur. 487
Difficultas.
Difficultates plurimæ ſuperandæ ad fruendum ſpiritus pinguedine. 142
Domus.
Domus ampliſſimæ, multo auro, ac pompa collucentis vanitatis ſunt domus. 402
Dominus.
Domini oppidorum ne accipiant cibaria, aliaſve res venales minori pretio, quam quo reliqui emunt. 362
Echinus.
Echinus extrinſecus ſummè aſper, ſumme eſt mollis intrinſecus, os eius eſt in medio corpore. 367
Eccleſia.
Eccleſiæ Chriſti, ſtatus, longe nimis præſtat Iſraelitico. 138
Eccleſia Catholica ſtemma Dei. 229
Eccleſia ſpirituale cælum. 280
Eccleſia Zodiacus cæli ſpiritalis, ac ſpiritalis temporis. 285
Eccleſię extra ambitum ſaluari quis poſſit. 287
Eccleſia dupliciter intelligitur, latius ac ſtrictius. 287
Eccleſia Chriſti quouſque duxerit initium à tẽporibus Abrahæ; quouſque à Chriſto fundatore. 288
Eccleſiæ Chriſti præſtantia ſupra antiquũ Dei populum. 289
Eccleſiam Chriſti qui non intrant, vt in ea viuant poſſintne ſalutem adipiſci. 289
Eccleſiæ Chriſtianæ tempus vernum, hiẽs tempus veteris legis. 290
Eli.
Eli Princeps Iſraelis Eccleſiaſticis in rebus, necnon in ſæcularibus. 327
Elias.
Elias qua arte vſus ad oſtendendum verum Deum. 120
Eliæ oſtenſionis quiſnam fuerit dies. 338
Eliæ, & Eliſei collatio. 624
Eliæ magnalia. 624
Eliſeus.
Eliſeus noluit exire ad domus ſuæ ianuam, vt exciperet Naaman Principem exercitus. 452
Emanuel.
Emanuel interpretatus eſt à Mattheo nobiſcum Deus, proprium incarnati Dei nomen, quoniam per aſſumptam carnẽ nobiſcum eſt Deus. 99
Emanuel nobiſcum Deus. 131
Empreſſa.
Empreſſa Dei ſtemma eius eſt. 226
Engadi.
Engadi quid? 303
Engadi terra Balſami feraciſſima. 305
Epiphania.
Epiphaniæ tẽpore inuentus à Magis Chriſtus in diuerſario, in quo natus eſt. 320
Epirei.
Epirei adorabant Serpentes. 58
Equus.
Equus qualis natus Iulio Cæſari; ab eoque poſitus empreſſa. 225
Erithæus.
Erithæus atticus immolauit dijs filias ſuas. 60
Error.
Error mentis permittitur à Deo ijs, qui cognitis veris abutuntur. 24
Euchariſtia.
Euchariſtia eximius Chriſti amor erga homines. 431
Euchariſtiæ Sacramentum præfiguratum pane ſubcinericio, agnoque paſchali. 447
Euchariſtiæ annona cum è cælis ſit miſſa non poteſt ab obſeſſoribus populi hoſtibus impediri. 616
Euchariſtiæ ſignum, quo credimus in hoc Sacramento ipſa quidem fides eſt, qua id firmiter credimus, & publico cultu confitemur. 673
Euchariſtiæ veritatem mirè commendat fides ipſa, qua diuinum hoc Sacramentum confitemur, & colimus. 676
Euchariſtia eſt perfectum ante manducationem ſacramentum. 677

Digitized by Google

Euchariſtiæ ſignum manifeſtans Chriſtum, ibi exiſtentem, minimè expediens eſt. 682

Euchariſtiæ veritas mirificè eluceſcit cultu, reuerentia, & apparatu, quo fideles eam venerantur, quo & celebrant Chriſti corpus feſto. 683

Euchariſtiæ fides adhibito à fidelibus cultu diuinitùs augetur. 684

Euchariſtiæ Sacramentum ſolis à ſacerdotibus portandum. 685

Euchariſtia, quum ad ægrotos fertur in viaticum, magna temporibus noſtris maieſtate portatur. 686

Euchariſtiæ Sacramentum omnibus in feſto die celebrari canticorum, Chorearũ, cœnarum generibus, alijſq; quibuſlibet honeſtis tripudijs, & gaudijs, ſuprema eſt Dei prouidentia in magnum diuinæ fidei ſplendorem, & augmentum. 687

Euchariſtiæ Sacramentum tam generali omnium obſequio ſuis in feſtis celebratur, vt vel dæmones ipſi inuiti ſaltent in chorea. 688

Euchariſtiæ feſtiuum diem quantavis celebrent humilitate Reges non excedent debitum obſequium. 688

Euchariſtiæ Sacramentum à primarijs viris omni humilitatis genere celebrandum docuit ſtulta Micholis aduerſum Regem murmuratio, quod ante arcam ſaltaret Teſtamenti. 688

Euchariſtiæ Sacramentũ per vias ad ægrotos ductum debent ex celebri lege Hiſpani Reges & omnes alij Hiſpani comitari. 689

Euchariſtiæ Sacramento non ſatisfacit ſolus exterior cultus niſi interna iunctus reuerentia ac deuotione. ibid.

Euchariſtiæ Sacramentũ, qui riti diſpoſiti accipiunt internum ſentiunt exiſtentis ibi Chriſti teſtimonium, 689

De Euchariſtiæ Sacramento habes multa à pagina 689 vſque ad finem libri.

Exemplum.

Exemplo ſummi Sacerdotis perditiſſimi, perditi ſunt Ieroſolimitani Sacerdotes. 67

Exemplum Chriſti valdè efficax eſt, eò quod ſit eiuſdem exemplum magiſtri, cuius eſt doctrina, ac eruditio. 457

Exemplum eſt non ſecus, ac oleum ſpiritalis luminis fomentum. 457

Exercitium.

Exercitia hominis qualia per diem totam 599

Ezechias.

Ezechiæ datum in ſole valetudinis ſignum confertur Stellæ datæ magis Regibus in ſignum nati Saluatoris. 357

Ezechias lethalis regulus deſtruens Philiſthinos. 537

Ezechiæ datum in horologij decem lineis ſignum cur non in quindecim; cùm anni vitæ promiſſi fuerint quindecim. 691

Edeltrudis.

Edeltrudis fecit cõtinẽtes ſpõtes duos. 346

Eduardus.

Eduardus Angliæ Rex continentem fecit matrem vi, monitis vxorem. 346

Eglon.

Eglon Rex Moabitarum ſymbolum vniuerſalis hominum hoſtis. 518

Eglon dictus à rota, & à vitulo. 519

Epheſinum Templum.

Epheſinum Dianæ templum memorabile. 413

Epiphania.

Epiphania Chriſti: nempe clara ſui manifeſtatio ſummè innituit in ſtabulo. 334

Epiphaniæ dies præclariſſimo cuique viro eſt dies ille, in quo maximè oſtentatur. 337

Epiphania Chriſti cur dicatur illa, qua Magis Regibus oſtenſus eſt. 339

Epiphaniã celebrauit Dei Filius feſtum natalis ſui poſitis ſupra tectum luminaribus. 446

Epiphania ſua excepit Chriſtus magnifico Reges apparatu. 358

Epiphaniæ feſtum eſt gaudium cunctis generale, ac proprium gentibus. 359

Eliſeus.

Eliſeus accepit duplicem Eliæ ſpiritum. 625

Digitized by Google

Eleemoſyna.
Eleemoſyna eroganda abſque vlla ſpe retributionis humanæ. 362
Eleemoſyna non deroganda honoratis perſonis, eo quòd nonnihil ſupellectilis habeant ſuis in domibus. 363
Eccleſia.
Eccleſiæ regimini multum incrementi cõciliat Principum Chriſtianorum concurſus ad Dei opera fulcienda. 364
Eccleſia Catholica quomodo à Dei Filio, quomodo à Sancto Spiritu erudita. 643
Fallacia.
Fallacia rerum humanarum. 379
Fertilitas.
Fertilitas inaquoſæ penitus terræ, nomine Villacuri in regione Peru. 563
Ficus.
Ficus fructus ſcientiæ exiſtimantur à nonnullis. 303
Fides.
Fidei myſteria quãquam nullo hominum explorantur diſcurſu; nihilominus propoſita iam, & apprehenſa, rationali diſcurſu agnoſcuntur conformia veritati. 29
Fidei myſteria prudenter creduntur: cum & ex naturalibus multa fide humana credamus. 30
Fidem optimis probationibus fultam reliquit nobis Chriſtus. 43
Fides Chriſti pluribus teſtimonijs, & ſignis roborata, quam quæ exigebantur neceſſario. 46
Fides naſcituri Chriſti finis fuit cunctis retro ſæculis annuntiabatur naſciturus. 86
Fides auditu ſupplet intuitum. 371
Fides adhibenda cuiuis Dei verbo, etiam ſi ſenſibus oppoſito. 384
Fidei propoſitiones pares quantum ad certitudinem, nec vlla minùs certior alia. 408
Fides myſticè deſignata, aureis tintinabulis ſuper humeralis tunicæ Pontificiæ. 466
Fides abſque humilitate ſtare nequit. 460
Fidei ſigna præbet Deus, & præbuit Chriſtus, tum in rebus ipſis quas credi vult, tum in rebus alijs, quibus liqueat eum qui loquitur eſſe Deum, quo ex ſignis cognito nullum præter verbum eius exigitur in rebus ipſis ſignum ad credendum. 675
Fidem roborauit Deus omni tempore, quandoque oſtenſis ſignis, nullis oſtenſis aliquando. 680
Fidem abſque præſpicuis ſignis firmam tenere magnum ſignum eſt, quo ipſa fides communitur. 681
Fide ſocia oportet nos ad præſpicuam Dei viſionem præparare. 682
Filius.
Filius naturalis Dei propria filiorum conditione eſt naturalis filius. 11
Filius Dei genitus actu intellectus. 12
Filius Dei verè, & propriè eſt Dei filius. 13
Filius Dei per omnia Patri ſimilis. 13
Filius Dei æqualis Patri. 14
Filius Dei coæternus Patri. 14
Finis.
Fines iuſtorum, & impiorum oppoſiti. 495
Flos.
Floribus delectatur amor; fugit graueolentia. 430
Fœmina.
Fœminæ ſummaria ſui relatione homines attrahunt. 39
Fœminæ velatæ illiciunt ſtultos. 39
Fœminarum vehementiſſima vis ad peruincendos fortiſſimos viros. 65
Fœminis bonum nomen tota res eſt. 245
Fœminarum caſtitas ſignum proprium ad cognoſcendum quales ſint. 246
Fœminæ honeſtæ nomen raro oportet audiri. 246
Fœminæ fucis & ornamentis intendentes, vt illiciant viros in luxuriam grauiſſimè puniuntur. 382
Fœminarum pudicitia. 415

Fœminæ impudicitia quærentes elegantiam difformes ſe faciunt, & infames. 416
Fœminæ exeuntes velata facie ad ſacra Dei feſta ac proceſſiones nequaquam, aut raro tendunt in cælum. 577

Fortitudo.

Fortitudo colore vermiculo deſignata. 466

Fortuna.

Fortunæ viciſſitudines. 385

Frater.

Fratres Chriſti qua ratione dicti ſint aliqui 106
Fratris nomen in ſcripturis ad omnes extenditur cognatos. 109

Fatum.

Fato euenire res ſublunares putauerunt Pithagoras, Thales, & Democritus. 23

Fructus.

Fructum ſcientiæ Ficum dixerunt aliqui. 305

Familia.

Familiæ pater ſtrictiſſima obligatione tenetur inſtruere domeſticos, eoſque regere, atque à malo cohibere. 31

Flumen.

Flumina quadamtenus prima: cum mare ingrediantur. 55

Fons.

Fontes ita primi ſunt collati fluminibus, ac mare, vt mare etiam, & flumen ſint prima. 55
Fontes fiunt ex fluminum aquis terram penetrantibus. 55
Fons voluptatum, delitiarum, vitiorumque dicitur. 68

Flora.

Floræ celebrabantur quondã ſolenniſſima feſta, adeuntibus fœminis florido ſertis capite in conuiuijs. 63

Fidelitas.

Fidelitas Chriſti cuſtodientis homines poſitos à Deo in manibus eius. 443

Figura.

Figuris quibuſdam ſolet vti Deus ad deſignandos effectus aliquos imminentes vrbibus, ac Regnis. 666

Frigus.

Frigus eſt caloris priuatio. 279

Frumentum.

Frumentum qualiter diſtribuendum tempore famis. 311

Funiculus.

Funiculus nomen eſt lectuli. 490

Gadareus.

Gadarei dictum de timido ſeouo Cæſare Tiberio. 209

Generatio.

Generatio perfectiſſimè eſt in Deo. 11
Generationis carnalis, mentaliſque generationis comparatio. 12
Generatio in Deo fit intellectu. 12
Generationis filiorum requiſita. 13
Generatio Verbi diuini iugis eſt ab æterno. 52

Geriones.

Geriones tres fratres vnanimes vnum Gerionem poſuerunt antiqui tricorporē; imperioque ob concordiam perpetuo. 364

Gloria.

Gloria græce, Latine claritas. 114
Gloria vnde adueniat hominibus. 389
Gloriæ definitio. 389
Gloriæ veræ, ac inanis gloriæ diſcrimen. 389
Gloria hominum vera ſolus eſt fulgor ſanctitatis. 396
Gloria ſæculi huius effugienda, vt cæleſti perfruamur. 496
Gloria æterna fruuntur in cælis, qui eam in terris, multo parant labore, multa patiẽtia, & afflictione. 500
Gloria Chriſti duplex; altera ex vniuerſarũ rerum actionibus: ex paſſionibus altera. 524
Glorias Chriſti poſteriores quaſnam vocet Petrus. 524
Gloria præmium crucis. 559
Gloria & honor in quo differant. 576
Gloria datur iuſtis ex iuſtitia debita. 579
Gloriæ adeo inani inhiant carnales homines vt eam, quam in cælis optant, terrẽ vellent, ac carnalem. 587

Digitized by Google

Gloriæ, & honoris diſcrimen. 605
Gloria eſt clara cum laude notitia. ibid.
Gloria magis conſiſtit in proprio perſonæ fulgure, quam in exhibitis ei laudibus, honore, exaltatione, reuerentia. 606
Gloria inanis eſt, qua quis de eis rebus gloriatur, quæ non ſunt eius propriæ, ſed extrinſecus abiectæ. ibid.
Gloria inanis eſt illa, qua quis ſimulãs ſe eſſe alium ob alienam ſpeciem honoratur 607
Gloria capta ex operibus, quæ quis ſimulat propria, cum aliena ſint, inanis eſt gloria. ibid.
Gloria metu, precibus, aut minis extorta, nulla gloria eſt. ibid.
Gloria, quæ in aliquorum oculis eſt gloria, non eſt talis apud alios. ibid.
Gloria, qua homo ab intus eſt candidus, eſt gloria apud Deum, quamuis non ſit talis apud homines: eſtque aliquando apud homines gloria, quæ in oculis Dei nulla gloria eſt, quippe extrinſecus duntaxat apparens. 608
Gloria perſonæ quænam ſit. 608
Gloria vera eſt, qua quis cernitur fulgens Dei oculis. ibid.
Gloria hominum à Deo præſtatur eis tota. ibid.
Gloria noſtra qua fulgore noſtro, noſtraque ſumus glorioſi dignitate proprior eſt Dei gloria, quam noſtra. 609
Gloria communi vſu dicitur Beatitudo cum proprie loquendo Beatitudo non ſit gloria.
Gloriæ, & Beatitudinis diſcrimen. 609

Gloriari.

Gloriari oportet nos in cruce Domini noſtri. 524
Gloriari in cruce Chriſti quid ſit. ibid.

Gratianus.

Gratianus imperator deuictorum à ſe Alanorum veſtibus vtebatur. 196

Gratia.

Gratia Dei illuminatrix mentium ad cognoſcendum profundiſſimum incarnati pro nobis Dei myſterium. 89
Gratia Chriſtus in nobis habitat. 144
Gratia pignus eſt gloriæ. ibid.
Gratiæ, & gloriæ dona antiquis diuinitus data, Chriſti virtute data ſunt omnia. 198
Gratia Dei quiſquis deſtitutus eſt vera caret vita. 233
Gratia Angelorum ex meritis Chriſti capitis eorum. ibid.
Gratia Dei quid? 281
Gratia duplex. ibid.
Gratia lux mentis. ibid.
Gratia gratum faciens nitor animi eſt. ibid.
Gratiæ diuinæ effectus. ibid.
Gratia gratum faciens appellatur iuſtitia. 299
Gratia iuſtificans qua arte virtutes complectatur omnes. ibid.
Gratiarum actio Deo debita. 453
Gratia operans, cooperans, pręueniens, adiuuans, coadiuuans, excitans, & ſubſequens. 598
Gratia hominibus per Chriſtum impenſa, thorax duplex eſt: Hiſpane, *Peto fuerte.* 616

Gratitudo.

Gratitudo debita Deo propterea quòd cùm filium habeat naturalem, acceptat homines in adoptiuos filios. 123

Grues.

Grues ſymbolum hominum contemplationi incumbentium. 49

Gubernatio.

Gubernatio abſoluta, tam Eccleſiaſtica, quam ſæcularis aliquando apud vnum eundem Principem in Dei populo Iſraëlitico. 326

Gymnaſium.

Gymnaſium publicum in Ieruſalem ſub templi arce paulo antequam Chriſtus veniret. 66

Gaudium.

Gaudium magnum in ortu Saluatoris. 132
Gaudia impiorum ad punctum. 157
Gaudio nimio mortuus Chilon. 495
Gaudium prouenit ex deſideratæ rei in-

Digitized by Google

uentione. 516

Gaudij ſpiritalis, & mundani ſolatij diſcrimen. 632

Græci.

Græci varios erexerunt ſibi Deos. 58

Græci turpiſſimè celebrabant olim feſta dijs ſuis. 62

Gedeon.

Gedeonis victoria inaudito ſtratagemate parta. 124

Galerius.

Galerius imperator ex paſtore. 337

Gemma.

Gemma eximiæ magnitudinis nitidiſſima in Euripo Thracis Boſphori, cuius ſplẽdore conterriti fugiunt Thynni fugienteſque facile capiuntur. 386

Gallia.

Galliæ Regi Chriſtianiſſimo data à Deo gratia ſanandi homines à charadibus. 450

Gallienus.

Gallieni imperatoris ſerenus in caſibus animus. 469

Habitus.

Habitus animi candidos eſſe oportet. 401

Hebræi.

Hebræi adorabant proſternendo ſe. 3

Hebræi amplexu excipiebant hoſpites. 4

Hebræi lauabant hoſpitibus pedes. 4

Hiero.

Hieronis vxor numquam ſenſit olidum ore coniugem. 430

Hiſpania.

Hiſpania Temporibus Habidis Regis deſerta tota, atque deleta annis multis, propter continuam 26. annorum ariditatem pluuia omnino deficiente. 284

Homicidium.

Homicidium grauiſſimo ſupplicio puniendum. 210

Homo.

Homo hydria teſtæ. 68

Homo immatura conteritur morte ſicut hydria ſuper fontem. 68

Hominum genus nimis nobilitatum Chriſto Deo homine. 114

Homines reuerenter alloquuntur Angeli poſtquam Deus homo factus eſt. 116

Homo nominari ſolet caro. 144

Homo nominari ſolet nomine animæ. 144

Homo gratia Dei deſtitutus, vita carens eſt. 233

Honor.

Hŏnor in ſua probitate verus. 396

Honor hominis exiguus erit, niſi Dominus voluntate ſua fulgorem eius lucere faciat. 400

Honor, quo diſtinguatur à Gloria. 576

Honor iuſtis à Deo impenſus. 579

Horologium.

Horologij Anaximander inuentor. 524

Hoſpites.

Hoſpites excipiendi ritus varij. 3

Hoſpites excipiendi amplexibus vſus Hebrẹorum, Græcorum, Romanorum. 4

Hoſpites excipi ſolent oſculo genarum. 4

Hoſpitibus pedes lauari ſolent. 4

Humilitas.

Humilitas in Regibus, & in ſapientibus magnum eſt Dei opus. 344

Humiliatio.

Humiliationem, qui pertimeſcit grauiſſimo affligitur onere. 556

Huſſitæ.

Huſſitæ adorabant proſternendo ſe. 3

Hyems, Hyemalis.

Hyemis deſcriptio. 279

Hyems vacua eſt, & ſenilis. 279

Hyemalis ſterilitas prouidentia admiranda creatoris. 280

Hidria.

Hidriam conteri ſuper fontem eſt hominem morte abſumi in medio vitiorum ſuorum. 67

Digitized by Google

Hipocrita.

Hipocritarum gloria inanis. 606

Hercules.

Hercules habitus Deus ob eximiam corporis fortitudinem apud Græcos. 57

Hercules potentiſſimus viribus ſubiugatus à fœminis, vt inter eas ſederet ad laborem fuſo, & colo. 65

Herculis ſtemmata columnæ duæ in Gadir poſitæ. 224

Herodes.

Herodes infantis Chriſti perſecutor occiſor innocentium. 204

Herodes occidit filium ſuum cum alijs, quos peremit infantulis. 213

Herodis terribile propter infantium cædem in terris tormentum, & in tartaris. 217

Heli.

Heli gubernator Iſrael per annos quadraginta cur non computetur inter Iudices. 269

Heliopolis.

Heliopolis ciuitas ſic vocata apud Grȩcos, eſt illa, quæ Iudȩis ciuitas vocabatur ſolis. 478

Humilitas.

Humilitas ſocia charitatis inſeparabilis. 462

Humilitas propter Deum exercita minimè vilis eſt; ſed potius illuſtris. 468

Humilitas generoſa, honorumque contemptrix honorata vbique eſt, nullibi ſpreta. 468

Humilitas Chriſtum imitans, honor eſt magnus. 468

Humilitas Dauidis Regis. 469

Humilitas magnorum virorum, ac Regum. 469

Humilitas honoratiſſima ob ſocietatem charitatis. 470

Humilitatem docuit Chriſtus verbo, & exemplo. 536

Helena.

Helena Crucis indicatrix oppoſita Euæ in eo, quod lignum oſtendit mortis. 515

Helena Crucis inuentrix commendatur. 521

Heliodorus.

Heliodori punitio propter audaciam, quam templum expoliaturus introduxit. 555

Heua.

Heuæ, & Helenæ collatio in ligni oſtenſione. 515

Homo.

Homo vermis. 502

Homines futuros portauit ſecum Chriſtus in cælum in ipſo aſcenſionis ſuæ die. 592

Heſebon.

Heſebon quæ ciuitas. 378

Horeb.

Horeb mons intelligitur, cum dicitur mons Domini. 683

Horeb & Sina vnus, & idem mons. 603

Idololatria, Idolum.

Idololatria in Stoicis, & Cratoniatibus. 22

Idololatria tempore legis viguit apud gentes. 41

Idololatria viguit ante Chriſti aduentum apud inſignes etiam Philoſophos. 57

Iericho.

Iericho ſymbolum mundi. 77

Ieſus.

Ieſu nomen, & circumciſio in vno ſculpuntur ſcuto, tamquam ſymbolum, & littera. 220

Ieſus nomen Saluatoris. 221

Ieſu nomen oleum eſt, quo maceratur pigmentum ſanguinis eius ad pingenda ſua in hominibus inſignia. 232

Impietas, Impius.

Impiorum mentes renuit ingredi Trinitatis diuinæ cognitio. 17

Impij reſpuuntur à Deo vtpote lethalis cibus. 135

Impij homines eo quod Deo diſplicentes ſunt cunctis conſequenter faſtidioſi ſunt Angelis, & hominibus. 135

Digitized by Google

Impij homines corrupti ſint, ac putres, atque adeò abominabiles omnibus. 136
Impij homines inſipientes ſunt. ibid.
Impius nullo verè proſperabitur euentu. ibid.
Impij cum diſplicentes ſint Deo, ſibi etiam ſunt, & omnibus alijs diſplicentes. 137
Impiorum, iuſtorumque diſcrimen, quoad iucunditatem, qua grati ſunt hi, faſtidioſi illi. 137
Impij in iugi ſunt hyeme. 281
Impius homo carbo bis accenſus parui fulgoris, nigredinis æternæ. 400
Impiorum fulgor eſt carbonum bis accenſorum fulgor. ibid.
Impij tribulationibus ſuccumbunt, & fremunt. 412
Impij homines faciunt ſe ipſos tabernacula idolorum ſuper carbones fundata. 413
Impiorum ædificia in lubrico poſita cito nutant & ruunt. 417
Impiorum iniquæ machinæ infœliciſſimo fine ſuper eos cadunt. 417
Impiorum ſupplicium abſque fine. 418
Impij comedunt obuios in via cibos: nullam parantes in futurum annonam. 495
Impij ſpinis ſemper confixi. 509

Implicamenta.

Implicamenta mundi cæleſtem aſcenſum impediunt. 600

Impudicus, Impudicitia.

Impudicorum ſcriptores librorum ęterno igne comburendi. 41

Indi.

Indi Peruani elegantiſſime vtuntur in locutione figura Onomatopœia. 261

Infernus.

Infernorum tormenta ſine fine. 418
Inferni tormenta, ac deſperatio. 582

Ingratitudo, Ingratus.

Ingratitudo hominum erga Deum. 443

Inimicus.

Inimici Dei, & hominum diabolus, & mundus diuerſa ratione. 123

Iniurius.

Iniurij miſerabilibus magnates horrendo ſupplicio plectendi. 218

Intellectus.

Intellectus Rex hominis. 618
Intellectus in quo à iudicio differat. ibid.

Inuentor.

Inuentores rerum proprijs inuentis delectantur magis, quam reliqui poſt eos operibus incumbentes. 523

Ioſeph.

Ioſeph præſcius fuit aduentus Meſſiæ. 84
Ioſeph repletus ſancto Spiritu ex conſortio puriſſimæ ſponſæ ſuæ. 98
Ioſeph natus eſt homo, quo ſenſu intelligatur. 214
Ioſeph ab infantia ſenſatus. 214

Ioſias.

Ioſiæ Regi erecta à Deo glorioſiſſima ſtemmata pietatis, curæ ſollicitudinis purificati à peccatorum ſordibus populi. 239
Ioſias Rex prædicator populum mirificè compoſuit. 330
Ioſias combuſſit currum, & equos oblatos ſoli à præcedentibus Iſraëlis regibus. 447

Iſraël, Iſraëliticus, Iſraëlita.

Iſraëliticus populus diuiſus in ſectas duas Phariſæorum & Saducæorum in multis ad fidem attinentibus aliquando aberrauerunt multi. 24
Iſraëlitæ adorauerunt Deum Baal. 58
Iſraël adorauit idola multa reptilia plurima depicta. 59
Iſraëlitæ cur per deſertum 40. annos deducti. 91
Iſraëliticus populus vnde notus & habitus populus Dei. 113
Iſraëlitico populo adſcribebantur externi, qui populi illius eſſe volentes circumciſione ſignabantur. 244

Iudas.

Iudas laqueo ſe ſuſpendit præ dolore de vendita re omnium pretioſiſſima propter infimum pretium. 449
Iudas Iſcariotes, & Iudas alter crucis detector

ctor conferuntur. 521

Iudas Machabæus.

Iudæ Machabæi illuſtriſſima cum ſpolijs victoria aduerſus Nicanorem: à quo in mancipium vendendus impetitus fuit. 354

Iudex.

Iudex, ac Rector populi impius belluę duę eſt, oppoſitarum qualitatum, nimis ſordidus, ſuperbus nimis. 209

Iudices animaduertant, quo fine virgam capiant iuſtitiæ. 222

Iudicis inſcriptio propria Dei. 227

Iudices ſummo debent aſſumere nixu Chriſtianam reipublicæ compoſitionem. 236

Iudices qui muneris ſui curriculum laudabiliter abſoluunt, purificata, ac compoſita republica, digni ſunt, quibus illuſtriſſima erigantur ſtemmata. 237

Iudicum inſigne caduceus Mercurij. 237

Iudices etiam dum dormiunt, timēdi ſunt. 237

Iudicium, Iudiciale.

Iudicium Dei tremendum in oppreſſores miſerabilium. 217

Iudiciales proceſſus duo; alter ex petitione hominis læſi, alter ex denunciatione, ſeu iudicis officio. 265

Iudicium hominis eſt Rex. 618

Iudicium in quo differat ab intellectu. ibid.

Iudicium hominum peruerſum ante Chriſti aduentum. 620

Iudith.

Iudith ſtratagema ad deſtruendos hoſtes. 124

Iulij Cæſaris.

Iulij Cæſaris ardor animi. 93

Iulius Cęſar grandi poſt victorias quinque exceptus triumpho. 338

Iurare.

Iurandi frequens conſuetudo peſſima. 257

Iurandi abuſus. 307

Iuſtificatio.

Iuſtificationis ordo ſeu greſſus. 321

Iuſtitia.

Iuſtitia virtus conſummata omnes virtutes amplectens. 96

Iuſtitia eſt gratia Dei. ibid.

Iuſtitia primo diuiditur in legalem, & cardinalem. 298

Iuſtitia legalis omnes ſimul virtutes eſt vna. ibid.

Iuſtitia originalis.

Iuſtitia originalis vnus duntaxat habitus, & habitus plures dici poteſt. 613

Iuſtitia originalis armatura totius hominis completa, quod Hiſpani dicimus, *Arnes trancado.* ibid.

Iuſtitia vindicatiua.

Iuſtitiæ vindicatiuæ conditio, & requiſita. 308

Iuſtitia vindicatiua cinctorium eſt hominis. ibid.

Iuſtitia diſtributiua.

Iuſtitia diſtributiua quænam? 307

Iuſtitia diſtributiua cinctorium eſt hominis. 307

Iuſtitia commutatiua.

Iuſtitiæ commutatiuæ conditio, & requiſita. 307

Iuſtus, vide Iniquus, Impius, Peccator.

Iuſti homines cibus Deo electus. 135

Iuſtus homo in Dei manibus eſt. 190

Iuſti homines in Dei oculis locati cuſtodiuntur. 190

Iuſtos homines geſtat Deus in vtero ſuo. 190

Iuſti homines cuſtodiuntur à Deo in tuto faciei ſuæ latibulo. 190

Iuſtus homo in iugi ſemper conſeruatur vere. 281

Iuſtus homo paradiſus Dei. ibid.

Iuſti homines reſplendent facie, nitore, ex intimis prodeunte. 391

Iuſti vix ſentiunt tribulationum amaritudinem, abſorpti ſpe parati eis in cælo oblectamenti. 412

Iuſti quamuis exteriori ſplendore careant mundi: ſunt intrinſecus ditiſſimi, ac pulcherrimi. 413

Iuſti homines tabernaculum Dei intrinſecus aureum, quamuis deforis carens pompa, atque fulgore. 413
Iuſtis erit ad faciem animi ſplendor inſtrumentis ipſis auſteritatis, quibus affligunt ipſi corpus ſuum. 417
Iuſtorum ædificia firma, atque tutiſſima. ibid.
Iuſtorum æterna beatitudo. 418
Iuſtus homo eximiæ eſt Chriſto gloriæ. 478
Iuſti homines vehunt vniuerſum per orbem currum gloriæ Chriſti. 480
Iuſtorum gaudium, & quies incipit in hac vita, vt perennet in cælis. 492
Iuſti fruuntur adinuentionibus ſuis. 495
Iuſti quique homines non contenti ſola obſeruantia mandatorum, excogitant ſemper aliquid aliud, quod in Dei obſequium ſuperaddant. 495
Iuſti quieta inter ſæculi huius voragines fruuntur vita, ſperantes æternam Beatitudinem. 509
Iuſtus homo palmæ in quatuor ſimilis. 510
Iuſtis debetur ex iuſtitia corona gloriæ. 579
Iuſtus homo ſibi ipſi corona eſt. 579
Iuſtus homo eſt Deo quodam modo corona. 580
Iuſti omnes admiſſi poſt Chriſtum in cæleſtia. 510
Iuſti omnes filij ſunt Dei adoptiui. 610

Iacob.

Iacob habuit explicitam futuri Chriſti cognitionem. 84

Ianus.

Iani Templum extructum Romæ pro victoria petenda, quum belli ingruebat occaſio. 133
Iani Templum claudebatur Romæ parta victoria. 133

Iaſon.

Iaſon ſummus ſacerdos impijſſimus, turpiſſimus, perditiſſimus. 66

Idololatria, Idolum.

Idololatriam apud antiquos ſapientiores viguiſſe. 60
Idololatria nunquam extirpata miraculis, niſi raro ante aduentum Saluatoris. ibid.
Idolum vituli aurei corruit altari comminuto ad verbum prophetæ. 61
Idololatriæ origo. 380
Idololatria in mundum vniuerſum ante Domini aduentum introducta. 620
Idololatria virtute Chriſti à mundo eiecta. 620

Iephte.

Iephte ſacrificauerit filiam occidendo, nec an recludendo. 109

Ieſus.

Ieſu nomen impoſitum Dei filio ad firmiſſimum ſaluandi homines propoſitum oſtendendum. 256
Ieſu nomen, & circumciſio vnita ad hominum ſalutem. 259
Ieſu nomen ſignificat hominem Deum ſaluatorem. ibid.
Ieſu nomen ſanguine ſcriptum, vt plenam denotet ſalutem. ibid.
Ieſu nomen ſcriptum in membranis cordis Mariæ priuſquam in eius vtero verbum. ibid.
Ieſu nomen noſtris ſcribendum in præcordijs. ibid.
Ieſu nomen Saluatoris. 274
Ieſu nomen eſt à turbatione liberans. 276
Ieſus interpretatur Saluator. 277
Ieſus nomen, & ethnici inuocant ſubito; quum repente turbantur. ibid.

Ignis.

Ignis eſt Deus; flamma Spiritus ſanctus. 15
Ignis eſt Deus, cum & aqua ſit. 120

Incarnatio.

Incarnatio Dei ſupernaturalis omnino. 21
Incarnatio Verbi diuini præfigurata teſtaceo Gedeonis vaſe. 125

Digitized by Google

Incarnatio Verbi ars occultiſſima. 126
Incarnatio Verbi diuini mirabile ſignum, datum prius hominibus à Deo ipſo, nemine petente ſignum proprij datoris Dei. 129
Incarnatio diuini Verbi proprium Dei ſignum, quo ipſe cognoſcitur. ibid.
Incarnatio Verbi medium ad vltimum conſequendæ gloriæ finem. 143
Incarnatio admirabile vnionis opus. 189

Inimici.

Inimici animæ noſtræ dæmon, caro, & mundus deſignati Salmana Zebee, & ornatu eorum. 125
Inimici animarum ſunt quatuor. 618

Innocens.

Innocentium paruulorum ab Herode occiſorum parentes quanto dolore perculſi. 209

Inquiſitio.

Inquiſitio generalis crebro à iudicibus facienda. 267

Inſigne.

Inſignium diſcrimen variorum. 223
Inſigne, ſeu ſtemmata nobilium. ibid.

Inſtrumentum.

Inſtrumenta ſcripturarum, etiam ſummaria authentica ſunt: ſi notarij ſubſcriptione, & ſigno ſint munita. 35

Intentio.

Intentio recta, & pura oculi ſunt ſimiles piſcinis Heſebon, quæ ſunt iuxta portam filiæ multitudinis. 578

Ioannes Baptiſta.

Ioannes præcurſor illuſtriſſimum præbuit Chrſto teſtimonium. 44
Ioannes Baptiſta glorioſiſſimum de Chriſto præbuit teſtimonium.

Ioas.

Ioas quandiu adhæſit ſacerdotis conſilio rectè viuens ipſa ſumma populum rexit rectitudine, poſt à ſacerdote deſciſcens perdidit & ipſum, & populum. 330

Iob.

Iob percuſſus eſt, reſtitutus, ac dupliciter muneratus mira hominis iacentis, à Chriſtoque reſtituti figura. 200

Ionathas.

Ionathas protector Dauidis fugientis perſecutorem Saulem patrem eiuſdem Ionathæ. 212

Ioſaba.

Ioſaba filia Ioram abſcondit nepotem eius Ioas à furente auia eius Athalia, quæ eum ad necem quæritabat. 213

Ioſaphat.

Ioſaphat Rex Iuda ſanctiſſima dedit monita iudicibus. 263

Ioſeph.

Ioſeph natus ad ærumnas. 215
Ioſeph natus ad varias rerum viciſſitudines.
Ioſeph ſponſus B. Virginis nomine Ieſu ſedatus eſt corde à turbatione concepta. 277
Ioſeph honoratus valdè à Pharaone typus extitit Chriſti. 293
Ioſeph fabri lignarij vxorem voluit Chriſtus matrem ſuam, vt perſpecta quotidie cruce oblectaretur. 557

Ioſue.

Ioſue vniuerſali gubernatori cum glorioſiſſima poſſent erigi in terris ſtemmata, & in cælis, illud ſupremum omnium erectum eſt, quo Dei ſeruus declaratur. 237
Ioſue balnearia Leuidæ ciuitatis cunctis morborum generibus ſalutifera. 238
Ioſue iudex Iſrael. 267
Ioſue interpretatur Saluator. 267
Ioſue quot annis gubernauerit incertum. ibid.

Iſaac.

Iſaac cognouit venturum Chriſtum. 84

Iſaias.

Iſaias deſcripſit quoquomodo diuinam Trinitatem.

Iſboſeth.

Iſboſeth exarſit Zelotypia concubinę non ſuæ, ſed Patris ſui ab alio viro tactæ. 98

Iſis.

Iſis Dea Ægyptiorum. 78

Iubal.

Iubal muſicæ artis author. 525

Iuno.

Iuno Dea partus. 57

Iupiter.

Iupiter habitus Deus ob victoriam, qua Saturnum Patrem ſuum eijciens à Regno, imperauit ipſe. 57

Iaponenſes.

Iaponenſes rariſſimis excitati miraculis fidem Chriſti firmiter tuentur. 681

Iurans, Iurator.

Iuratores peſſima maledictione percuſſi. 257

Iuratores funes dicuntur in ſcripturis. ibid.

Iurantes falſo infames ſunt. 258

Infamia.

Infamia puniuntur, qui iniquis artibus ad honores anhelant. 416

Infantes.

Infantes, & amentes quonam medio ſalui fiunt. 589

Iudex.

Iudicum officium eſt incolumes ſeruare ſuos. 260

Iudices hominum omni tempore à Deo præſtiti licet varijs nominibus. 260

Iudicibus taxata lex accipiendi pro munere ſalarij. 261

Iudices nullatenus excuſantur à culpa, eo quod importunis vxorum precibus iniuſtum quid admiſerint. 262

Iudex eſt populi quies. Qui, ſi inquies ſit horrendo ſupplicio plectetur. ibid.

Iudicis probitas aliaque requiſita. 263

Iudicum aſſiſtentia ad audiendos omnes iugis eſſe debet. 264

Iudex rigorem attexat benignitati. ibid.

Iudicum requiſita multa. ibid.

Iudici illicitum procedere contrà quempiam animo lædendi eum, etiam ſi iuſto agat proceſſu. 265

Iudices quo fine licitè procedant. ibid.

Iudex impensè animaduertat, quo fundamento ad inquiſitionem procedat. ibid.

Iudices quouſque debeant inquiſitionem inire aduerſus delinquentes ſolo deuitandi ſcandali incitamento. 266

Iudices quatenus debeant inquirere hominum vitia, & corrigant eos. ibid.

Iudices zelo communis boni vrgere oportet. ibid.

Iudicum omnimoda in populo neceſſitas. 268

Iudices debent eſſe vita omnino irreprehenſibili. ibid.

Iudices appellantur in ſcripturis ſaluatores. ibid.

Iudicum cura omnimoda eſſe debet; abſque præterita excuſatione, qua onus referunt in Regem. ibid.

Iudicum Dominici populi regimen per 402. annos. 269

Iudices remiſſi reijciuntur in ſcriptura à computatione iudicum. 270

Iudices debent eſſe videntes. 269

Iudices remiſſi vituperantur in ſcripturis. 270

Iudici remiſſo multæ à Deo taxatæ pœnæ. ibid.

Iudices vſi poteſtate in propriæ domus amplitudinem vituperantur. ibid.

Iudex ignauus ſimilis eſt gallo gallinaceo; ideoque tamquam gallus portatur ad vendendum. 271

Iudex ignauus ſimilis amictui ab arundine pendulo ad terrendos paſſeres à vinea. ibid.

Iudices ſecordes coronantur tribulatione. ibid.

Iudices ignaui ludo ſunt pueris. ibid.

Iudices negligentes priuantur officio ex Dei ſententia. ibid.

Iudices Iſraël aliquando duces. 273

Iudici ſummè neceſſaria ſapientia. ibid.

Iudicibus præbet Deus exemplum quoad omnes triplicis iuſtitiæ ſpecies. 209

Iudices maturè, & conſultè; non præcipites, aut effrenes procedant. 312

Digitized by Google

Iudex diligentiſſima, ac ſolertiſſima procedat indagine, & cautione. 312
Iudicibus iniquum eſt agere quidquid libet fretis fauore ſuperiorum. 312
Iudices ſuper populum vigilare debent. 313
Iudices vt iudicialem iuſtitiam ſeruent, legalem imprimis cuſtodiant neceſſe eſt. 314

Iuſtitia.

Iuſtitia, & gratia promiſcuè vſurpantur in ſcripturis. 199
Iuſtitiæ Cardinalis ſpecies tres. 307
Iuſtitiæ zona cuilibet ex rectoribus imponitur in ea parte, qua ſuum exercet munus. 308
Iuſtitiæ Hieroglyphicum. 308
Iuſtitiam corrumpentia dona minimè admittenda. 309
Iuſtitiæ cardinalis obſeruantiſſimus Chriſtus. 309
Iuſtitiæ deſcriptio. 312
Iuſtitia tutrix communis pacis. 313
Iuſtitia murus vrbis. 313
Iuſtitia iudicialis legali innititur, eaque firmatur, & munitur. 314
Iuſtitia, & pax vnitę valdè. 315
Iuſtitia æqui Iudicis commendata ſtemmate Tenediorum præclariſſimo. 369
Iuſtitia allegoricè indicata colore purpureo. 465

Ieſus.

Ieſus nomen ſummè glorificatum. 293
Ieſus nomen nouum. 294
Ieſus nomen floridum. 304
Ieſus venerandũ nomen impoſitum Chriſto ex iuſtitia propter meritum. 310

Iſrael, Iſraeliticus, Iſraelita.

Iſraeliticus populus nube operiente Deum regebatur. 291
Iſraelitæ adoratores ſolis. 478

Ignominia.

Ignominia gloriæ oppoſita eſt. 390
Ignominia ſumma eſt oblatio facta Deo diminutæ rei: non rei ex cunctis ſelectiſſimæ. 390

Imitatio, Imitatores, Imitari.

Imitatio Chriſti ſalus eſt noſtra. 372
Imitatio Chriſti præſtantiſſimum hominũ remedium. 539
Imitatores Chriſti quouſque ſint ſicut Dij ſcientes bonum, & malum. 543
Imitantur Chriſtum quotquot ſancto ſunt afflati ſpiritu. 544

Ioachim.

Ioachim Rex Iuda peſſimus populi deſtructor: ignis populum vrens. 331
Ioachim Rex Iuda diſcidit Ieremiæ librũ, in quo ſcripta erant ſupplicia ei parata; diſciſſumque miſit impius in ignem. 331
Ioachim Rex Iſrael peſſimus fortiter punitur. 555

Imperator.

Imperatores Romani ſupremum nomen æſtimabant Pater patriæ. 369

Iudex.

Iudices rigorem temperent clementia. 329
Iudicibus minime licet ſe blandos extrinſecus erga omnes ęquè adhibere, timore, ne vllum habeant auerſum propriorumque affectu commodorum. 366
Iudicum tria genera animantibus collata tribus, ſtellioni, echino, leoni. 367
Iudex aſper ſpecie, operibus mollis echino comparatur. 368
Iudicem leoni ſimilem eſſe oportet. 462

Iugum.

Iugum cæli dicitur lex Dei. 548

Intellectus.

Intellectus hominum à Chriſto reductus ad lumen. 620

Labor.

Labor impenſus in Chriſti cultu, ac imitatione quantumcumque ſit ſummum in fine inuenit theſaurum. 409

Lacedemonij.

Lacedemonij quanti fecerint iudices probitatem, vt ſententia accepta eſſet in in populo. 263

Lac.

Lacte, & melle fluens terra myſticè intelligenda. 138
Lactis partes tres quid myſticè in veteri lege. 139

Digitized by Google

Lana.

Lana coccinea curnam coccinea fuerit aſſumpta ad aſpergendum ſanguine populum. 252

Lauacrum.

Lauacrum duplex ad ſanctiſſimæ Trinitatis cognitionem vtiliſſimum. 1

Leo.

Leo ſymbolum Diaboli. 64

Leo nobiliſſimus animantium talem ſe extrinſecus exhibet, quali affectus eſt corde. 366

Lex.

Lex Chriſti excellentiſſima præ alijs quibuſlibet. 138

Legis nouæ, & veteris diſcrimen. 139

Leges humanæ ſtatuunt, vt diuina lex ante omnia ſeruetur. 222

Legem Dei qui frangit non diligit eum. 433

Liber.

Libri impudici tamquam ignis fugiendi. 41

Liber bellorum Domini quiſnam. 72

Libertas.

Libertatem humani arbitrij non coarctat Deus. 332

Libertas humani arbitrij, ad legis tum obſeruantiam, tum violationem. 550

Libertas hominis donum Sancti Spiritus. 652

Libido, Libinoſi.

Libido minimo fundamento illicit homines præcipites. 39

Libidinoſo in actu extincti homines multi, partim ferro, partim ipſa libidine. 68

Libidinis vitia difficillima eradicatu: nec niſi potenti Dei manu. 342

Libidinem cohibent multi monitis aliorũ. 430

Libidinis cauſa multi idola coluerunt. 380

Libidinoſi homines horrido abſterrentur à luxuria ſerpente. 385

Lignum.

Lignum ſcientiæ ficum opinati ſunt multi. 303

Lingua.

Lingua circumcidenda. 256

Linguę cur diſpertitæ in aduentu Sancti Spiritus. 624

Linguarum diſpertitarum ſpecie cur apparuerit Spiritus Sanctus. 634

Lingua Dæmon. 657

Linguæ igneæ diſpertitæ, in quibus venit Sanctus Spiritus, conferuntur diſpertitis ſerpentium linguis igneis, quibus punierat Deus Iſraeliticum populum. 661

Linguæ igneæ multiplici modo diſpertitæ in malum. 667

Lotio.

Lotio pedum vſitata quondam in conuiuijs. 460

Lucerna.

Lucerna Dei nocte tanta fulgebat in templo, nunquam extingui permiſſa. 105

Luctarius.

Luctarius Marcus Atilius, & Titus Manlius poſt primum bellum punicum clauſerunt fanum. 135

Ludus.

Ludo dedicata domus infernus eſt torridus. 669

Lumen.

Lumen gloria, & quaſi ſpecula Beatorũ. 6

Lux.

Lux diuina omnino neceſſaria ad intelligenda Chriſti myſteria. 89

Lux mentis obnixè à Deo efflagitanda ad intimam Chriſti, eiuſque in nos amoris cognitionem. 89

Lux diuini Solis & illuminat mentes, & animos decorat, ac viuificat. 280

Lux mentis languida impijs. 281

Lux diuina ad ſalutem deſiderata, nemini deficit. 289

Lux mentalis ad ſalutis viam dignoſcendam, cũctis à Deo præſtita. 321

Lux diuina integra eſt mentibus, quas illuminat. 457

Luxuria.

Luxuriæ turpitudo, & dedecus. 35

Luxuriæ incumbebant olim publicè in cõuiuijs, & Deorum templis fœminæ ac viri ſertis ornati capita Bachoq; libãtes. 63

Digitized by Google

Luxuria ignis. 152
Luxuria terribile onus. 556
Luxuriæ peccata compedes ſunt cæli aſcẽſum impedientia. 600
Luxuria curru triumphali victrix vehitur equis proſperitate, & abundantia. 620
Lycaſtus.
Lycaſtus ex paſtore Rex factus. 337
Lucifer.
Lucifer lapis ſtemmatum Dei. 225
Lupanar.
Lupanar Epheborum publicum ſub arce templi Ieruſalem paulo antequam Chriſtus veniret in mundum. 66
Leo.
Leo ſymbolum perfecti principis. 368
Leonis oſſibus colliſis ignis excutitur ex eis. 662
Leo dicitur Chriſtus congruo fundamento. 662
Lygus.
Lygus fœminæ græcæ fortitudo. 466
Lex.
Lex diuina, & humana iugum eſt crucis. 548
Legis veteris præcepta. 549
Lex naturalis, & diuina non excedit hominum vires diuino confortatas auxilio 550
Legem Dei quiſquis à ſe excutere molitur eo fine, vt moleſtiam effugiat; grauiori oneratur moleſtia. 552
Lignum.
Ligna in lunæ decremento ſecanda ſymbolum mortificationis, & patientiæ. 560
Ligni ſcientię, & ligni crucis diſcrimina multa. 560
Machabæi.
Machabæi iudices Iſrael perfectiſſimi. 273
Magiſter, Magiſterium.
Magiſter nemo præter Dei Filium. 26
Magiſterium, quo intellectu attribuat Chriſtus Sancto Spiritui, poſtquam Chriſtus ipſe docuit apoſtolos. 628
Magnanimitas.
Magnanimitas Dauidis cum humilitate coniuncta. 469
Magnanimitas Gallieni Imperatoris. 469
Manaſſes.
Manaſſes Rex Iudææ initio peſſimus: poſtea pœnitentia magna humilitateque mutatus. 344
Manaſſes Rex Iuda catenis vinctus eiſque ductus Babylonem. 555
Manna.
Manna omnis generis ſapore mulſerit vniuerſos Iſraelitas: an ſolos iuſtos. 193
Manna, qui in deſerto manducauerunt, qua morte dicantur à Chriſto mortui. 675
Manus.
Manus dextera Dei. 520
Mare.
Maris, fontis, & fluminis diſtinctio, cum vna eadem ſit aqua. 54
Mare principium aquarum omnium. 55
Maria.
Maria Deipara triplici genuflexione adoranda. 3
Maria triremis, in qua diuinus dux aduentauit in terras obſeſſos à Dæmonibus homines ſoſpitare. 73
Mariæ perpetua Virginitas. 73
Maria Virgo, eiuſque Virginitas præſignata quondam in arca Teſtamenti Iordanem tranſeunte aquis reuerentibus. 76
Maria Virgo tabernaculum Dei in ſtabulo poſitum, vt Dei maieſtas magis coruſcaret. 94
Maria implorat nobis gratiam, ac ſpiritum 96
Marię cõſortio Ioſeph inuẽtus eſt iuſtus. 96
Maria firmo ſemper fuit ſeruandæ Virginitatis propoſito. 97
Mariæ perpetua Virginitas nonnullis, quæ facile diluuntur argumentis in controuerſiam adducta. 99
Mariæ perpetua Virginitas egregio prædicta vaticinio Ezechielis. 100
Maria templum Dei viuum. 102
Maria Deipara templũ, in quo Rex gloriæ Deo obtulit præcepta, & ipſa ſimul obtulit cum eo. 103

Mariæ precibus nihil non concedit Deus. 103
Maria, Iacobi, & Ioſephi cognata Deiparæ Mariæ. 107
Maria Cleophæ mater Iacobi, & Ioſephi. 107
Maria Theſauraria totius diuini Theſauri, per quam Deus hunc largitur hominibus. 113
Mariæ Virginis perpetua integritas. 114
Maria Deipara qualibus affectibus exarſerit, cum peperit filium, quibus etiam verbis fuerit eum allocuta. 117
Mariæ Virginitas cum fœcunditate tam expreſſo nota vaticinio, vt eam, & Iudæi confiteantur, & hæretici. 117
Mariæ Virginitas cum fœcunditate prædicta à Salomone. 126
Maria offert ſe obuiam ad hoc vt Chriſtũ inueniamus quum quærimus eum. 128
Maria dat prædicatoribus ſermonem iam factum. 129
Mariæ Virginitas cum puerperio ſignum datum à Deo naſcituri ab ea Dei in humana carne. 130
Mariæ integerrimam Virginitatem ipſi etiam hæretici concedunt. 131
Maria ara cæli. 195
Maria fundamentum anni noui. 221
Maria ſcutum noſtrum. 221
Maria nomine Ieſu turbationem depoſuit. 277
Maria Virgo Deipara egregium verni, ac pleniſſimi temporis teſtimonium. 295
Mariæ obtulit Gabriel verba tria eo modo, quo Magi Reges tria filio eius munera obtulerunt. 318
Maria Stella Dei hominibus oſtendens. 335
Maria Theſaurus Dei. 335
Maria Virgo abſcondita. 336
Maria in ſtabulo enixa paradiſus Regum amœniſſimum. 358
Maria tabernaculum Dei. 372
Mariæ, & Helenæ collatio in ligni, & fructus oſtenſione. 515
Maria margarita pendula à cruce. 530
Maria Virgo terra ſitiens, ex qua natum vitæ lignum, ad ſuprema cæli aſcendit cacumina. 563
Maria Deipara origo nobis imperandæ Dei gratiç. 564
Maria Deipara prædicatorum certa patrona, pulchro ſymbolo prædicatione Moſis figuratur. 566

Medicina, Medici.

Medicinæ inuentor Æſculapius. 525

Meditatio.

Meditatio riuus aquæ diſponens corda ad ignem amoris. 119
Meditationi Dei multum præſtat Chriſti meditatio. 193

Menſura.

Menſurarum author Phælon. 525

Meritum.

Merita noſtra innectẽda meritis Chriſti, vt aſcendant ad cçlum. 570
Merita propria in adultis requiruntur ad gloriam. 608
Meritum aliquod proprium neceſſarium eſt adultis ad ſalutem. 611
Merita propria habita ex Dei gratia exiguntur ab integræ mentis hominibus ad Beatitudinem, & gloriam. 644

Michol.

Michol refugium fugientis furibundum Saulem Dauidis. 213

Minerua.

Minerua virgo ſapiens Deæ impudicæ victrix. 18
Minerua Dea ſcientiarum apud Athenienſes. 57
Mineruæ immolabantur Virgines in Laodicia. 59

Miniſtri, Miniſterium.

Miniſtri Euangelici doceant populum indiuiduæ myſterium Trinitatis. 9
Miniſtrorum ſuorum authoritatem tuetur Deus. 452

Miracula.

Miraculis communiri Chriſti doctrinam quouſque fuerit neceſſarium. 44
Miracula Memphis quiſnam extruxerit magna Dei prouidentia ignorant homines. 402

Miracula,

Miracula, quæ in aſſumpta carne edit nunc Deus, etiam per miniſtros ſuos, ſalutaria ſunt omnia: cum ea ipſa ante incarnationem ſæpè terrori tantum, fideique ſeruierint, noxia ſæpe corporibus. 566

Miſerabiles.

Miſerabiles perſonæ in iudicio præferendæ quum ſunt cætera paria. 311
Miſerabilibus perſonis imponunt potentiores onera ſua. 558

Miſericordia, Miſericors.

Miſericordia Dei neminem ſe purificantem reijcit. 27
Miſericordia Dei nubes refugij afflictorum. 215
Miſericordia Dei perenniter pluente; iuſtitia parato ſemper arcu, non ſemper proijcit ſagittas. 227
Miſericordiæ, & veritatis vnio facta à Dei filio. 314
Miſericordiæ operibus cum actis amoris in Deum coniunctis viuit anima. 435

Mitti.

Mitti perſonas diuinas quidnam ſit. 627
Mitti quomodo conueniat Diuinis perſonis. 641

Moloch.

Moloch Deo Ægypti Phæniciæ, & Paleſtinæ immolabantur infantes. 59

Mors, Mortui.

Mors in medio vitiorum conterens hominem, vna è tribus inſtantijs capit eum. 68
Mortis fortitudo ſimilis firmitati amoris. 421
Mors ignobilis, ac ferox. 425
Mortis dies vt fur veniet. 584
Mors à Chriſto victa, & perempta. 590

Mortificatio.

Mortificatio carnis victoria inſignis, qua triumphant homines ſecuti ducē Chriſtum. 125
Mortificatio propriarum paſſionum amorem Dei inuitat. 256
Mortificatio appetentiarum aſpera vultu, plena intrinſecus lætitia, & gloria: quæ etiam nonnumquam foris detegitur. 376
Mortificatio carnis dulcedine repletur cordis. 385
Mortificatio in corporibus noſtris ſemper circumferenda eſt: vt in fine inueniamus infinitum gloriæ Theſaurum. 410
Mortificatio appetentiarum ad æternam exigitur gloriam. 501
Mortificatio propriæ voluntatis, & carnis exigitur ad æternæ delitias Beatitudinis. 506
Mortificatio carnis aſſidua. 522
Mortificatio incutit horrorem inexpertis; expertis animum, & vires. 527
Mortificatio habet gloriam viuam, ærumnas mortuas: vitium gloriam mortuam viuas afflictiones. 528
Mortificatio bonorum eſt fructifera frugum. 560
Mortificatio carnis via cæli, præcedente Dei gratia. 644

Moyſes.

Moyſes quouſque particeps diuini intuitus in terra. 113
Moyſes infans à matre in carecto derelictus, eò quòd nemo eſſet, qui eum à ſatellitibus Pharaonis abſconderet. 207

Mulier.

Mulier bona intelligitur caſta. 246
Mulier viro acerbiſſima dulcedo. 381

Mundus.

Mundi vanitas ſpirata à Diabolo, & carne 38
Mundus tamquam Deus cultus à mundanis. 62

Murmuratio.

Murmuratio peſſima. 256
Murmuratio punita. 531

Myſterium.

Myſteria Dei excelſiora cur nam reſeruata docturo ea homines Chriſto. 25
Myſteriorum deſiderium cognoſcendorū datur à Deo priuatione viſionis, intelligentiæque eorum. 26

Marius ſextus.

Marius ſextus Hiſpanus reædificauit Romæ diebus tribus domum, quam euerterat. 605

Digitized by Google

Muſica.

Muſicæ inuentor Iubal. 525

Midas.

Midam Regem ingentibus depingebant auribus, quod facile cunctis præberet auditum. Ideo delphico in templo dicata ei ſella. 369

Miracula.

Miracula, quando faciat Deus in ſignum veritatis, quando nolit facere. 690

Miracula, quæ fiunt ad excitandos homines ad actum aliquem, quandoque fiunt ante ipſum hominum actum: quandoque ſimul: aliquando item poſt actum conſummatum. 691

Mars.

Mars Deus militiæ. 57

Marti immolabantur in Thule quotquot in bello capiebantur. 59

Maſſagetæ.

Maſſagetæ mactabant equum ſoli. 478

Myrrha.

Myrrha à corruptione præſeruat carnem. 351

Myrrha in labijs prædicatorum. 351

Moyſes.

Moyſes iudex, & legiſlator populi Dei. 264

Moyſes aſſiduus ad audiendos homines iudex. 264

Moyſem, & Aaron Sacerdotem, & Principem Deus præfecit populo ſimul; vt ſumma inter eos eſſet concordia. 326

Moyſes cur quando vidit ardente Deum in Rubo, factus ſit linguæ expeditioris. 635

Mundus.

Mundus pardo deſignatur aptè. 64

Mundus varius. ibid.

Mundus deſignatur vrbe Iericho. 76

Mundi pompa damnata Chriſti natiuitate. 77

Mundus Rex hominum tyrannus. 619

Mundus, & eius vanitas regnabat ante Chriſti aduentum. 620

Mundum vicit Chriſtus. 620

Magi, Magica.

Magi Reges inuento infanti Chriſto nullum locuti verbum referuntur. 316

Magorum vnus fuſcus. 218

Magos veniſſe ad Chriſtum ductos ſpiritali mentis ſtella. fide, & gratia. 319

Magos à Fœlice veniſſe Arabia Chriſtum adoraturos cenſent non pauci. 322

Magi venerunt ab vrbibus ſuis vſq; Bethlehem diebus tredecim. 322

Magi Reges rediere prædicatores à Chriſti conſpectu. 325

Magi Reges iuſto fundamento excipiuntur à Chriſto in diuerſorio. 334

Magi Reges cur non appellati Reges, ſed Magi. 349

Magos Reges cur in ſtabulo receperit Chriſtus. 350

Magi Reges cur dicantur Reges à Chronographo. 356

Magi Reges tres funiculus trium vnus filorum, ſolidiſſimus ad attrahendas gentes ad Chriſtum vniuerſas. 356

Magis ex Regibus Chriſti cultoribus fuſcus fuit vnus. 356

Magi Reges ideo vocantur Magi tacito Regum nomine, vt ſciatur, eos non ex ignorantia, ſed ſapientia adorare infantem in ſtabuli præſepio repertum. 357

Magi Reges, qui adoraturi Chriſtum aduenerunt, appellati ſunt Magi, non quaſi venefici, ſed tamquam philoſophica inſignes ſapientia. 357

Magi Reges inſigne omnibus exēplū. 359

Magorum Dona tria, quæ obtulerunt infanti Chriſto, tres virtutes Theologicas deſignarunt. 366

Magiſterium plenum cur attribuerit Chriſtus Spiritui ſancto: cum ipſe omnia docuiſſet. 657

Natiuitas.

Natiuitas Chriſti præconium figuratum in præconio mittendi è cæleſtibus Manna. 82.

Natiuitas Domini multo ante prænuntiata, vt homines ſpe lætificaret. 87

Naues.

Nauium inuentor Noe. 525

Digitized by Google

Nazarenus.
Nazarenus floridus. 304
Nazareni nominis cum Chriſti cruce nexus. 558
Negligentia.
Negligentia mater obſtinationis. 412
Negligentia in Dei obſequio æternam famem parit in termino. 496
Nomen.
Nominum, ac prænominum diſcrimen. 224
Notio.
Notionibus certis cognoſcuntur à nobis tres diuinæ perſonæ. 18
Nouitas.
Nouitatis ſymbolum ver. 279
Nouitatis admirandæ teſtimonium Virgo virum vtero circumdans. 295
Numa.
Numa ſemel parta victoria clauſit Ianum. 133
Nabuchodonoſor.
Nabuchodonoſor ſuperbiſſimus, à Deo ſtupenda humiliatus arte, humiliſque, ac modeſtus. 345
Nubes.
Nubes ſub qua latebat Deus regimen populi Iſraelitici. 291
Noe.
Noe inſtructus fuit ſupernaturali Dei notitia. 20
Noe fruitus eſt explicita notitia venturi Chriſti. 84
Noe Iudex ſuo tempore vnicus. 262
Noe gubernator. 262
Natiuitas.
Natiuitas Chriſti ideo in ſtabulo, vt maiorem ibi maieſtatem oſtentaret. 91
Natiuitatis Dominicæ tẽpore dixit Romæ Nigidius Aſtrologus natum mundo vniuerſalem terrarum Dominum. 122
Narciſſus.
Narciſci, & Maſalinæ commentum, quo inimicum ſuum Appium Syllam à Claudio Cæſare interimi fecerunt. 206
Nicanor.
Nicanoris impium cogitatum in ipſum recidit. 333
Nobilis, Nobilitas.
Nobilium honor ſymbolis deſignatus. 223
Nobilitas magna Chriſtianorum crucem Domini ſponte baiulantium. 556
Nomen.
Nomen Ieſu inſcriptio appoſita ſymbolo empreſſæ eius. 236
Nomen Dei terret ſimul, & lætificat. 240
Nominum impoſitio conſulta eſſe debet, vt rebus congruant vocabula. 260
Nomina magna debentur hominibus in iuſtitiæ menſura. 310
Nomina imponit Deus hominibus conformia meritis. 310
Nabal.
Nabal nomen ſignificans ſtultitiam. 261
O.
O ſpiratio fermè eſt. 47
O ſignum admirationis. 48
Obedientia.
Obedientia Deo abſque ſcrutinio in omnibus debita. 451
Obſtinatio.
Obſtinatio duriſſima hominis, qui punitus coarctiua iudicum vi, non reſipiſcit. 333
Obſtinatio hominis non emolliti teneritudine Chriſti maior, quam hominis multis ob crimina flagris fuſtigati, & adhuc pertinacis. 333
Occaſio.
Occaſiones, quibus peccare ſolent homines, ſunt idoneus locus, in quo ſecurus dormit Diabolus. 414
Oculus.
Oculi indices virtutis, & vitij maximè fœminarum. 52
Oculi, & piſcinæ, ſeu ſtagni nomen vnum Hebraicè propter ſtagni, & oculi conformitatem. 578
Octauianus.
Octauianus depoſuit Domini titulum in die, quo Chriſtum adorauerunt Magi Reges. 349
Oleum.
Oleum, & balſamum Chriſma eſt à Chriſto ſic dictum. 305

Digitized by Google

Oliab.

Oliab ſapientiſſimus artifex infuſa à Domino ſapientia. 92

Opera.

Opera Dei perfectiſſima omnia : ſoli ea funeſtant peccatores. 285

Opera noſtra cooperantia Deo vocanti requiruntur. 320

Opera bona mirè conducunt ad cognoſcendum Deum. 459

Opera bona vtraque manu facienda ſunt. 594

Opera bona non omittenda ob contradictiones. 594

Opera bona hominum requiruntur ad ſalutem,& ad opera diſpoſitio. 599

Opera Dei nos operari dicimur, eo quod & cooperemur. 677

Oratio.

Oratio quouſque ſedendo liceat. 4

Oblatio.

Oblatio omni tempore Deo à nobis debita. 254

Oblatio Deo placita homo ſeipſum offerens ei. 479

Origo.

Origo Trinitatis, ſeu Perſonarum eſt Pater. 31

Obſidio.

Obſidione cõtinua infeſtantur ab obſcuris hoſtibus homines. 71

Omphale.

Omphale Lydiæ Regina deuicit amore potentiſſimum viribus Herculem, vt collo,& fuſo ſederet inter fœminas. 65

Obſtetrices.

Obſtetrices Ægyptiæ iuſſæ à Pharaone Hebræos interimere infantes miſertæ ſunt eorum,Dei timore conterritæ. 211

Obſtinatio.

Obſtinatio cordis vnde procedat. 412

Oſtentatio.

Oſtentationem ſui faciunt homines Dei infacunda Dei ipſius oſtentatione. 337

Ozias.

Ozias coluber vaſtator Philiſthinorum. 557

Palma.

Palma ſymbolum iuſti æterna fruituri beatitudine. 510

Parentes.

Parentes mortui gaudio de eximia filiorũ gloria. 483

Parochus.

Parochus tenetur inſtruere ſuos circa fidei myſteria. 31

Parochorum diligentium corona glorioſa. 33

Parrhaſius.

Parrhaſius Paſtor ad imperij aſcendit maieſtatem. 337

Paruuli.

Paruuli, & incapaces ſolo baptiſmate ſalui fiunt & beati. 547

Paruuli, & amentes ſolo iuſtificantur Baptiſmo eoque æterna donantur beatitudine. 590

Paſſio Chriſti, Pati.

Patiendi ars inuentorem habet noua Chriſtum perfectione. 524

Patiendi ars agendi artibus confertur. 526

Paſſio Chriſti fons ſanguinis ex quo oriuntur Sacramenta. 547

Paſſionis Dominicæ inſignia repræſentata in flore arboris nomine Granadillo. 570

Patiendi incitamentum potiſſimum, eſt charitas. 648

Paſtor.

Paſtoribus Eccleſiæ incumbit ex munere euoluere,ac intricare inuoluta myſteria. 116

Paſtoribus Eccleſiæ commiſſum explicandorum munus myſteriorum. 132

Pater.

Pater æternus Origo Perſonarum. 31

Pater æternus mare eſt. 55

Patris nomen conuenit in iudicem. 264

Pater nomen eſt præſtantiſſimum. 264

Patrem patriæ eſſe oportet Regem. 272

Patrem patriæ nomen valde egregium. 617

Patientia.

Patientia Tobiæ. 466

Patientia in aduerſis neceſſaria. 550

Patientiæ æternum præmium. 560

Patientiæ retributio. 645

Digitized by Google

Patientiæ incitamentum magnum Chriſtus pro nobis patiens. 646
Patientia in ærumnis Dei amore ſuſceptis facit homines ſimiles Chriſto. 651

Paulus Æmilius.

Paulus Æmilius triumpho ſuſceptus, filium ſuum in curru ſecum introduxit. 605

Pax.

Pacem veram peperit nobis pugnans diuinus Dux Chriſtus, victorque ab hoſtibus cadens. 78
Pacis Deæ Templum concidit Romæ ea nocte, qua Chriſtus eſt natus. ibid.
Pax allata mundo à Dei filio. 133
Pax populi effectus iuſtitiæ. 313
Pax cum omnibus habenda, Humilitatem Charitatemque omnino exigit. 462

Peccator, Peccans, Peccatrix.

Peccans nullum dirigit in finem actus, quibus peccat. 136
Peccatrix mulier intelligitur mulier libidinoſa. 247
Peccatores publicos debent Iudices coërcere. 266
Peccatores niſi eſſent, ordo vniuerſi ſummè eſſet compoſitus, ſoli iſti ordinem perturbant totum. 285
Peccator ſimul ardet, & alget flammis concupiſcentiæ frigore erga Deum. 285
Peccatores carbonis ſunt bis accenſi ad modum candidi. 400

Peccatum.

Peccatum miſera à Deo auerſio. 282
Peccatum peruertit ſpiritale cælum, & tempus. 283
Peccati effectus priuatio modi, ſpeciei, & ordinis. ibid.
Peccata carbones ſunt iacti in fundamentum ædificiorum, quæ alieno ſudore fabrè fiunt. 484
Peccata contrita in renouati hominis fabricæ fundamento. 419
Peccatum ſummopere deteſtabile. 450
Peccata acutiſſimæ ſunt ſpinæ. 454
Peccati ſymbolum ſepia. ibid.
Peccatum tradit homines hoſtibus ſuis. 519
Peccatum hominis præbet contra eum vires diabolo. 519
Peccati fallacia procraſtinatio pœnitentiæ. 600
Peccatum fallit hominem, vt obduretur. ibid.

Pedes.

Pedes quotupliciter accipiantur. 8

Perfectio.

Perfectio rerum in eo ſtat, vt ſimplex rei natura plura in ſe contineat abſque obiectione vlla, aut permiſtione. 9

Perſæ.

Perſæ Deum habebant Solem. 478

Peruana viciſſitudo.

Peruana temporum viciſſitudo admiranda cæteris regionibus, quæ à parte ſunt arctici Poli, in eo, quod verno, ac æſtiuo tempore inſtent horrendi imbres, nubes fulgura hyemali limpidiſſimum cælum pluuia nulla. 291

Petrus.

Petri teſtimonium de Chriſti diuinitate præclariſſimum. 408

Phaon.

Phaon extinctus enſe in ipſo libidinis actu 68

Philoſophus.

Philoſophi Gentiles numquam perfecta Dei cognitione conſtantes. 22
Philoſophi antiqui ante aduentum ſummi magiſtri non cognouerunt diuinam Trinitatem, nec verum vſque Deum vnicum, omni puri errore. 57
Philoſophi ſelectiſſimi cognoſcentes Deum, idololatriæ incubuere. 60

Pigritia.

Pigritia ducit hominem ad duritiam cordis. 412

Piſcina.

Piſcinæ Heſebon. 578

Plato.

Plato mirificè commendauit Deum vnum, eiuſque perfectiſſima attributa, ſed viſus eſt varius circa Deos. 23
Plato agnouit immortalem animam: præmia æterna, atque ſupplicia. ibid.

Digitized by Google

Plato varius in approbandis, reprobandiſque Dijs. 60

Pluto.

Pluto habitus pecuniæ Deus. 58

Pœna.

Pœnæ inflictæ in hoc ſæculo non ſunt finis, ſed media. 265

Pœnæ præſentis ſæculi ſtillæ ſunt in quas reſoluitur diuini fumus furoris. 662

Pœnitentia.

Pœnitentiæ ardens amor miſtus lacrymis, fulmen eſt ardens miſtũ pluuia cęleſti. 343

Pœnitentia mutat homines. 419

Pœnitentia minimè differenda. 560

Pœnitentia, quæ in futurum facienda proponitur, valde periculoſa. 571

Pœnitentiam negligens vocatus à Deo homo theſaurizat Dei iram in die reddendæ rationis. 574

Pœnitentia ſera quam proficua. 581

Pœnitentia minime differenda. 600

Pæones.

Pæones adorabant pro Deo Solem. 478

Pollux.

Pollux habitus Deus immortalitatis. 57

Polypus.

Polypus timidiſſimus colores paſſim mutat metu. 251

Polypus ſymbolum timoris. 262

Pompa.

Pompa mundi debili in fundamento. 413

Pompeius.

Pompeius poſita ſibi empreſſa fine fruſtratus erubuit. 224

Pompeius Africę victor grandi in vrbe exceptus triumpho. 338

Pompeius triumpho in Romam exceptus aurato curru Elephantibus ducto. 605

Populus.

Populus Dei ſingularis ſtemmate circumciſione diſtinctus. 227

Potens.

Potentes vt ſe à laboribus exonerent, imponunt ſarcinas humeris puſillorũ. 559

Præceptum.

Præcepta Dei ſedulus obſeruat quiſquis eum intimè cognoſcit. 49

Præcepta Domini gradus ſunt ſcalæ, qua ad cælum aſcendimus. 594

Prædicatio, Prædicator.

Prædicatio altiorum myſteriorum non eſt coram populo diſtinguenda nimis; niſi maior auditorum pars hominum ſit ſapientiorum. 29

Prędicatores debent docere populum myſteria fidei. 32

Prædicatorum glorioſiſſimum præmium, ſi exactè doceant Dei notitiam, cordaque audientium mouere nitantur. 33

Prædicationis fructus etiam in Deo ipſo eſt ardentiſſima erga rem prædicatam amoris accenſio. 79

Prædicati ſermonis ſumma neceſſitas. 79

Prædicatio Chriſti Angelis facta. 80

Prædicatio Chriſti robore infinita. ibid.

Prælatus.

Prælati ſi exactè inuigilent ſuper doctrinam, & correctionem, glorioſo præmio laureantur. 33

Præmium.

Præmium mortificationis eximium. 559

Præmium à Deo datur mentis vberius. 645

Prænomen.

Prænomina nobilitatem deſignãt proſapię 224

Prænomina nulla licet ſibi cuiquam ante parta merita applicare. 224

Præparatio.

Pręparatio debita ad excipiendum Deum. 88

Princeps.

Princeps ambitione raptatus, omnes poſt ſe miſerè raptat, turbat, deſtruit, inquietat. 204

Principes vt dominationem ſceptrumque conſeruent, vita priuare ſolent eos, à quibus ſe dominatione priuandos audiunt à ſomniatoribus. 205

Principibus exoſos homines, etiam innoxios, nemo admittere, nemo tueri, nemo tegere audet. 206

Principũ metu quiſquis renuit fauere confugiẽtibus miſeris Principi odio habitis, non vana timet prę ſumptione: quamuis

Digitized by Google

perperam timore ſuperecturſi, Principis cauſa ſine dubio ſit impia. 208
Principes vel dum dormiunt timendi ſunt tamen ſimul amandi. 237
Principum ſtemma illud eſt honorificentiſſimum, quo dignoſcuntur ſerui Dei. 238
Principibus honoris diuini zelatoribus erigit Deus glorioſa in æternũ ſtemmata. Tamen intermiſtis tot lituris, ac maculis, quot fuerunt eorum culpę atque defectus. 239
Principes ſydera populorum ſuorum. 323
Princeps ſtella populi talis, qualis eſt ipſe. 324
Principes Eccleſiaſticos, & ſæculares ſumma eſſe oportet conuentione concordes; vt ſe mutuo adiuuent in populi regimine. 325

Proceſſio.

Proceſſiones feſti Corporis Chriſti magnę ad fidem vtilitatis. 686

Prophetia.

Prophetiæ ſermo quam certus. 407

Prothagoras.

Prothagoras non cognouit Dei prouidentiam. 23

Prouidentia.

ProuidentiaDei numquam integrè cognita ab Ethnicis ſapientibus. 22
Prouidentiam Dei terrenis attendere negauit perperam Ariſtoteles. 24
Prouidentia Dei numquam deficiens in detegendo abſconſam in vitijs mortem, vitam abſconſam in virtutibus. 383
Prouidentia Dei erga homines, in eo ſumma eſt, quod commiſerit eos in manus filij ſui. 443
Prouidentia Dei in permiſſione peccati oſtenſio virtutis Ieſu Chriſti. 543

Punitio.

Punitione hac iuſtiſſima corripiuntur à Deo, vt exeat ad faciem turpitudo, quam in cordibus occulunt hi, qui humanum perperam quæritant fulgorem. 416
Punitio à Deo præparari dicitur exeunte fumo per nares eius. 662

Pupilli.

Pupillis debet iudex eſſe Pater. 264

Pytagoras.

Pytagorę de adoratione præceptum. 3

Pytheus.

Pytheus Rex auariſſimus pleroſque in fodinis auri occupans ſubditos, in fodina tandem incluſus ipſe vixit, & obijt. 340

Plenitudo.

Plenitudo propria veris. 279

Pharao.

Pharaonis ſæuitia in Hebręos infantes. 207
Pharaonis filia ſuſcepit pie, aluitque infantem Moyſem iuſſum ab ipſo Pharaone cum reliquis Hebræis infantibus interfici. 211

Prædicare, Prædicatio, Prædicator.

Prædicationi aſſiſtentes Iſraëlitæ commotione magna flebant ibi peccata in cinere, & cilicio. 221
Prædicatorum monitiones ad populum debet Princeps facere vt compleantur. Quod & ad alios Iudices ſpectat. 325
Prædicatorum labia amaram, ſed ſalubrem diſtillant myrrham. 351
Prædicatores labia Chriſti. ibid.
Prædicatio, vt idonea ſit, atque proficua, lucem exigit Dei illuminans mentes, & prædicantium, & audientium. 388
Prædicatoris æſtimatio magna apud Deũ. 564
Prædicatores ſuos cunctis Deus imbuit requiſitis in vtroque teſtamento. 565
Prædicationis noui, & veteris teſtamenti mira in cunctis apicibus conuentio; ſed illa erat ſymbolum huius. ibid.
Prædicationis materiam ſuis Deus præbet prædicatoribus, ſicut ante incarnationem Dei, ita iam incarnatus. ibid.
Prædicationi Verbi ſui mirabilibus ſignis grandem Deus conciliat auctoritatem, eiſdem quidem incarnatus, quibus ante aſſumptam humanam naturam, ſed longe nunc pręclarioribus. ibid.
Prędicatio tanti apud Deum eſt, vt & in die Reſurrectionis, & Aſcenſionis die,

Digitized by Google

nil pro tantorum celebritate feſtorum aliud fecerit Chriſtus, quam de mittendis ad prædicationem Apoſtolis tractare. 567
Prędicatoribus neceſſarius feruor cum diſcretione coniunctus. 634
Prædicatio fructuoſa procedatne ſemper à prædicatore intrinſecus commoto. ibid.
Prædicatio Diuini ſermonis præſtantior ad conuertendos animos, quam flagella, plagæ atque tunſiones. 635
Prędicationem, qui audiunt, timeant quod reddituri ſunt auditi rationem ſermonis tamquam impulſus à Deo miſſi; multo præſtantioris verberibus & plagis. 636

Phœnices.

Phœnices adorabant Solem nominatum Adonidem. 477

Phryges.

Phryges adorabant Solem ſtantem cum fiſtula, & virga. 478

Pinguedo.

Pinguedo hominis quando vitioſa. 519

Porta.

Porta filiæ multitudinis quæ? 578

Prudentia.

Prudentia aliquando ſuggerit, vt admittat homo id, quod delere intendit. 248
Prudentia myſticè figurata Hyacintho. 465
Prudentia neceſſaria his, qui feruore loquuntur Spiritus.
Prudentia virtus ſpiritalis, & moralis. 634

Princeps.

Principis officium eſt ſaluare innocuos à læſoribus. 260
Principibus neceſſaria fortitudo. 328
Princeps honorans ſacerdotes, Deus honorat ipſum. ibid.
Princeps ſecularis quouſque debeat eſſe prædicator. ibid.
Principes eſſe humiles magnum Dei opus. 344
Principes Chriſtiani laudantur ob pia opera, quibus diuino cultui, Deique miniſtris ſe exhibent liberales. 360
Princeps leoni confertur. 368
Princeps Pater eſt patriæ. ibid.
Principes exequentes in filijs ſuis vindicatiuas leges. 369

Præſes.

Præſes inter iudices Adamus. 261
Præſides ſollicitu eſſe debent. ibid.

Quies.

Quies nulla in hoc ſæculo in futuro conſummata iuſtis. 489
Quies cum eſt in hoc ſæculo tranquillior; non eſt maior, quam ſi ſuper diſtentum dormias funem. 490
Quies vera eſt curſus vitæ huius; ſi fixis in Deum oculis gradiamur. 589

Raphaël.

Raphaël Angelus eijciens, ac ligans dęmonium figura Chriſti Domini. 125

Rector.

Rectorum diuerſorum multitudo noxia valdè. 64
Rectorum populi impiæ in miſerabiles iniuriæ multæ. 208
Rector populi timidus, ſæuus, timidos quoque, & ſæuos facit populares. 209

Redemptio.

Redemptio Chriſti omnibus, quoad ſufficientiam prodeſt; non quoad efficaciam reſiſtentibus. 87
Redemptione à Chriſto facta non frui ſumma hominis miſeria eſt, clementia ſumma. 580
Redemptio vna ſemel pro omnibus à Chriſto facta. 581
Redemptio hominum à Chriſto glorioſiſſimè exacta. 612
Redemptio hominum præcedentium Chriſtum à Chriſto ipſo facta fuit. 615

Reformatio.

Reformatio hominum finis fuit, aduentus Chriſti. 88
Reformationi populi incumbendum primo die anni. 222
Reformatio ſpiritalis mundi. 285

Regimen.

Regimen Iſraëlis aliquando apud ſacerdotes. 269

Digitized by Google

Remiſsio.

Remiſſio peccatorum ante Eccleſiam Chriſti conſtitutam, poterat quouis ſacrificio, contritioni coniuncto haberi. 288

Reſpha.

Reſpha concubina Saul, cum poſt eius mortem acciperetur ab Abnere, magnum in Saulis filio zelum incendit. 98

Reſurgens.

Reſurgens Chriſtus matrem priuſquam aliquem vnum viſitauit. 482

Reſurrectio.

Reſurrectio Chriſti cauſa multiplex lætitiæ noſtræ. 473

Reſurrectio hominum conſummatio operum Dei,qua ipſe ab omni opere requieuit. 486

Reſurrectio Chriſti enuntiatio& cauſa reſurrectionis iuſtorum. 488

Reſurrectio corporum hilaritas hominum maior, quam creationis hilaritas. 488

Reſurrectio impijs pœna, ſicut gloria iuſtis. 489

Reſurrectionem glorioſam tribulationes præcedunt multæ. 500

Reſurrectio Chriſti cauſa reſurrectionis iuſtorum. 506

Reſurrectio hominis communis erit tam improbis,quam probis. 507

Reſurrectionem, aſcenſionemque ſuam cur non alijs celebrauerit exultationibus Chriſtus, niſi ſola Apoſtolorum ad prædicandum gentibus miſſione. 567

Reſurrectio, & aſcenſio Chriſti noſtra eſt, & aſcenſio,& reſurrectio. 568

Reuerentia.

Reuerentia triplex trina debita Deo. 3

Reuerentia intima Diuinum ſacro-ſanctæ Trinitatis arcanum prædicandum. 35

Reuerentia templis debita, quoad locorum,quæ in eis occupant viri, & fœminæ nobiles obſeruationem. 361

Reuerentia humilianti ſe Dei filio debita. 453

Reuerentia quanta ab Abrahamo cultus Deus in figura oſtenſus illi. 446

Rodoardus.

Rodoardus Longobardorum Rex occiſus in media libidine. 68

Roma, Romani.

Romanus adorandi ritus. 3

Romani excipiebant hoſpites abluendo pedes. 4

Romani adduxerunt tempore peſtis ſerpentem apparatu grandi putantes Æſculapium medicinæ Deum. 59

Romani diſtribuebant nobilia nomina ad menſuram meritorum, quæ nominibus ipſis deſignantur. 310

Romani quandiu iuſtitia præſtiterunt imperio terræ ſunt potiti: deſtituti, iuſtitiæ deficientes. 315

Rex.

Reges victores regionum ſolent vti deuictæ regionis veſtimentis. 196

Regum cura circa populum. 258

Reges Iſraël 24. Regina vna per annos 466 menſes ſeptem,dies decem. 272

Reges iudices ſunt. ibid.

Rex quies eſt populi. ibid.

Reges legiſlatores ſunt. ibid.

Rex pater eſt patriæ. ibid.

Reges appellantur Saluatores. ibid.

Reges quondam manu ſacerdotum,& vngebantur, & conſtituebantur regia in dignitate. 327

Rex eligendus.quare pręparetur armo ante eum appoſito. 327

Reges multi ex infimo ſtatu ad regiam euecti dignitatem. 337

Reges potius ſunt Reges eo quod ipſi ſint Dei: quam eo quod plures habeant ſeruos. 360

Reges terræ non omnia habent in manibus ſuis. 452

Regem inde iudicat idoneum plebs, ſi habeat panem ad omnium refectioné. 677

Saba.

Saba abundans auro, thure, & myrrha. 365

Sacerdos.

Sacerdotes honorent Principem: Princeps Sacerdotes. 328

Sacerdotes ordinati à Chriſto nocte cœnę. 449

Sacramentum.

Sacramentum ſignum rei ſacrę. 287
Sacramenta viſibilia conſtituens Chriſtus viam cęli faciliorem reddit. 594
Sacramenta excepto Euchariſtię in vſu, & applicatione conſiſtunt. 678

Sacrificium.

Sacrificio immolabantur à Gentibus bruta, viri, fœminę, virgines, Principes, infantes. 59
Sacrificia veteris legis fęcibus miſta. 139
Sacrificia veteris legis pro ęgrotis curandis. ibid.
Sacrificia veteris, ac nouę legis quam diuerſa. ibid.
Sacrificia pro peccatis ad libitum offerebantur Deo ante Eccleſiam conſtitutam. 288
Sacrificia duo, quę vnum ſunt incruētum, & cruentum, adinuentio ſunt amoris Chriſti. 423
Sacrificium incruentum, & cruentum cur obtulerit Chriſtus. 461
Sacrificium Crucis longe ſublimius ſacrificio, quod obtulit Abel. 525
Sacrificium grande immolatum Deo à filijs Iſraël in deſerto monte Horeb, ſeu Sina. 683
Sacrificium à filijs Iſraël oblatum in deſerto eximię maieſtatis. ibid.

Sæuitia.

Sęuitia comes naturalis timoris nimij. 209

Salomon.

Salomon, quem diabolus non euerterat, vt eum in ſimulachris adoraret, victus à mulieribus extruxit dęmonijs fana, & ſimulachra. 65

Salus.

Salus ęterna multo labore multis paratur afflictionibus. 418

Samſon.

Samſonis mater abſtinens à luxurioſis edulijs, fœcunda facta eſt. 243
Samſon, vt deleret Philiſthęos, Philiſthęam ipſe duxit vxorem. 248
Samſonis cum Chriſto victore comparatio. 660

Samuel.

Samuel vnicus ſuo tempore Iſraëlis iudex ante Saulem. 269
Samuel appellatus Videns, eò quod eſſet Iudex. 169
Samuel Propheta, Pontifex, & gubernator fideliſſimus. 327

Sanctuarium.

Sanctuarium à Moyſe fabricatum Deo in monte Horeb extructum fuiſſe. 683
Sanctuarium, quod Deo fuit conſtructum in deſerto mirabile nimis. 683

Sanguis.

Sanguis Chriſti diuinum pigmentum omnia Dei in cunctis retro ſęculis inchoata ſtemmata perficiens. 231
Sanguis Chriſti pigmentum maceratum oleo nominis Ieſu. 232

Sapientia, Sapiens.

Sapiens eſt ſolus ille, qui peccatum fugit. 1,6
Sapientia omnino in Iudice requiritur. 273
Sapientia vera omnibus pręfertur opibus, etiam regalibus. 324
Sapientia Theſaurus infinitus. 112
Sapientia vera theſaurus infinitus. 377

Satisfactio.

Satisfactionem pro peccato plenam nullus homo purus poſſet exhibere Deo. 450

Saturnus.

Saturnus habitus Deus ob potentiam, qua Patrem ſuum eneruauit, vt ſolus regnaret ipſe. 57

Saul.

Saul acerrimus tenaciſſimuſque Dauidis perſecutor, motus inuidentia, quod ſuo in regno ſucceſſorem ſuum intelligeret. 206
Saul iratus in ſacerdotem Achimelech, quod panem gladiumque Dauidi porrexiſſet, occidit impiiſſimus non ſolum ſacerdotem ipſum; nec ſolam domum

Digitized by Google

eius totam: ſed vniuerſos etiam ſacerdotes, ob id dumtaxat, quod eſſent ſacerdotes, ſicut erat ille, omneſque ſacerdotum filios, vxores, domeſticos, conciues. 208

Scala.

Scalâ Iacob cælum coniungitur terræ. 27

Scala cæli qualis? 586

Scala cæli quatuor ordinibus graduum à Chriſto conſtructa. 594

Scalæ Gemoniæ genus tormenti. 646

Scientia.

Scientia Grecè Sophia dicta, quod abſcondita ſit. 385

Scipio.

Scipio Africanus mirabile continentiæ prębuit exemplum. 466

Scriptura.

Scripturæ, quæ extra regnum differuntur tribus communiuntur tabellionibus proprium cauſæ notarium teſtificantibus authenticum. 35

Scripturæ translatitiæ ſi à tabellione munita ſint ſigno, & ſubſcriptione, plena pollent fide æquè, ac originales. 35

Scripturarum ſacrarum hiſtoriæ cur in libris humanis non ſcribantur. 93

Scutum.

Scutum firmiſſimum veritas. 220

Scutum ſtemmatum Chriſti quatuor in partes diſtinctum. 229

Seneca.

Seneca agnouit ex iuſta Dei permiſſione, mente errare eos, qui ſcitis abutuntur. 24

Sepia.

Sepia ſignificatur peccatum, & medicamentum peccatoris. 454

Seraphim.

Seraphim alis velantes faciem, & pedes deſignant contemplantes Deum homines à terreſtribus abſtractos. 49

Serapis.

Serapis ſerpens pro Deo cultus apud Ægyptiae. 58

Sermo.

Sermo Dei æternus, & breuis. 79

Sermo eſt Verbum. 129

Serpens.

Serpens habitus Deus apud Epireos, & Theſſalonicenſes. 58

Serpens æneus perſpectus oculis percuſſorum ſanabat eos, qui ab ignitis ſerpentibus percuſſi erant. 114

Serpens æneus figura Chriſti Saluatoris noſtri. 115

Serpéns æneus in deſerto eleuatus in ligno ad percuſſorum ſanitatem figura Chriſti in cruce ad communem hominum ſalutem. 531

Serpenti æneo vndenam fuerit virtus ſanandi homines à ſerpentibus percuſſos. 532

Serpens æneus in quonam extiterit figura Saluatoris. ibid.

Seruius Tullius.

Seruius Tullius ex mãcipio Imperator. 337

Seſaſter Rex.

Seſaſtris Regis Ægypti dictum de miſera hominis vita. 68

Seuerus Pius.

Seueri Pij Imperatoris ſtemma virgo ſedens in leone. 369

Sextus Tarquinius.

Sexti Tarquinij ſtratagema, quo reduxit rebellatos Patri ſuo Gabinos. 114

Silentium.

Silentium nimium non eſt à Spiritu ſancto. 636

Similitudo.

Similitudo ſumma inter filium Dei, & Deum Patrem. 13

Similitudinibus minime repugnat, vt vna eadem res ſimilis ſit contrarijs rebus. 537

Simulachrum.

Simulachra deorum adorata, quaſi in eis ipſis eſſet vita & diuinitas. 58

Sobrietas.

Sobrietate Bacchus vincendus. 67

Socrates.

Socrates capite damnatus, quod vnicum reliquos damnans fateretur Deum. 27

Digitized by Google

Socrates agnouit futura in alio ſæculo prę-mia, atque ſupplicia, ſed erroribus admi-ſtis. 23
Socrates habuit familiare dæmonium, bonum putans Angelum. ibid.
Socrates moribundus iuſſit, vt poſt obitum immolaretur gallus Æſculapio. ibid.
Socratis ſerenitas in magnis ærumnarum fluctibus. 470

Sodoma.

Sodoma, & finitimæ vrbes combuſtæ pro-pter carnem. 65

Sol.

Sol, & luna adorati ab Stoicis, & Cratoniatibus. 22
Sol Eccleſiæ Deus. 280
Solis gyrus non prolabitur extra Zodiacum., 286
Sol, & luna quomodo quarto die creati, cum lux facta fuerit die primo. 292
Sol, & luna quanam die creata. 378
Sol apud gentes habitus Deus ſub varijs deorum nominibus. 477
Solem adorantes Iſraëlitæ honorabant oblato curru, & equis. ibid.
Solem vnicum apud gentes Deum; cuncta deorum nomina non plurium deorum, ſed vnius eſſe ſolis, quæ nominibus varijs variæ nationes appellabant. 478
Soli tamquam Deo oblata multa à gentibus dona. ibid.

Speculum, Speculatio.

Speculum ſine macula Chriſtus poſitus ad pedes hominum, quos lauit; vt in eo ſpeculo viderent ſordes, & abſtergerent. 461

Spes, Sperare.

Spes æternæ Beatitudinis magnum ad ſuſtinenda omnia mundi mala incitamentum. 411
Spes deſignata ſuperhumerali Pontificis veſtimento. 466

Speuſippus.

Speuſippus mortuus ſubito in actu libidinis. 68

Spina.

Spinæ peccatorum acutiſſimæ. 454

Spiritalis.

Spiritalis pinguedo timorem Domini includit. 141
Spiritales cibos vix percipiunt guſtu homines carnales. 198
Spiritales eſſe vt in cælum aſcendant homines, oportet. 587
Spiritales homines multi linguis Spiritus loquentes. 621
Spiritales homines viuunt vitam inter aſperitatem iucundiſſima. 654
Spiritualis cibus corporali præferendus. 676

Spiritus Sanctus.

Spiritus ſancti proceſſio à Patre, & Filio. 14
Spiritus ſanctus amor eſt Patris, & Filij vnus. ibid.
Spiritus S. verè Deus: Patri, filioque coæqualis perſona, ac cøterna. 15
Spiritus S. Diuinę vinculum Trinitatis. 15
Spiritus S. proprio nomine vocatur Spiritus; cum Deus in perſonis tribus Spiritus ſit, & ſanctus quidem. ibid.
Spiritus ſancti proceſſio, & notio. 18
Spiritus S. Amor eſt Patris, & Filij. ibid.
Spiritus S. fugit impuras mentes. 19
Spiritus S. pronuntiatus Deus à Iob, & in lib. Sapientię. 25
Spiritus S. ornamentum Diuinę Trinitatis. 37
Spiritus S. iugiter procedit ab ęterno. 52
Spiritus S. flumen eſt aquę viuę. 55
Spiritus ſancti doctrina imbuit intellectum, & voluntatem. 623
Spiritus ſancti, & Filij Dei collatio ſymbolum habet collationem inter Eliſęum, & Eliam. 625
Spiritus ſanctus confertur filio. 626
Spiritus ſanctus duobus titulis appellatur Spiritus. ibid.
Spiritus eſt Deus. ibid.
Spiritus ſancti magiſterium confertur magiſterio Chriſti. 628
Spiritus S. qua ratione docuerit homines eam ipſam doctrinam, quã docuit Chriſtus Dominus. 629

Digitized by Google

Spiritus ſanctus aſſiſtit linguis Patrum in concilijs congregatorum. 630
Spiritus ſanctus inſtruit mentem,&voluntatem afficit, mulcet, delectat, mouetque ad executionem propoſitæ doctrinæ. 631
Spiritus ſanctus ita inſtruit mentes, vt ſimul cum Doctrina infundat cordibus ſuauitatem in exequendo ea ęque docet quantumvis difficilia. 632
Spiritus ſanctus ignitarum venit in ſpecie linguarum vt præſtaret Apoſtolis docendi donum. 634
Spiritus ſanctus vbicumque eſt, præſtat aliquo modo donum loquendi aliquid in vtilitatem proximorum. 636
Spiritus ſanctus, quo intellectu dicatur miſſus. 641
Spiritui ſancto qua ratione attribuatur magiſterium, cum Chriſtus omnia docuerit. 641
Spiritus ſancti Doctrina ideò propria eſt conſolatoris, quod, cum vitam noſtrã auſteram eſſe oportere doceat &c. 643
Spiritus ſanctus docet mortificationem,& patientiam, ſuggeritque hominibus, eã non ſolum propter Beatitudinis præmium, ſed etiam propter Deum ipſum ſummè dilectum: imo propter hunc potiſſimè. 648
Spiritus ſanctus accendit Apoſtolos ad tolerandas grauiſſimas ærumnas, dum orbem prædicando peragrarent. 651
Spiritus ſanctus præbet his, in quibus eſt libertatem ſpiritus. 652
Spiritus ſancti trina miſſio ad manifeſtationem trium Perſonarum, & ad tria humanæ ſalutis media. 652
Spiritus ſanctus numquam habitat in homine terreſtribus affectibus addicto. 652
Spiritus ſanctus habitat in animo terrenis affectibus ſoluto. 653
Spiritus ſanctus eſt amor Dei erga ſeipſum & erga illas creaturas, quas diligit. 658
Spiritus ſanctus continet omnia, & omnia replet. 658
Spiritus ſanctus mirè oſtenſus eſt à Deo Patre, in eo quod dederit Filium ſuum propter homines paſſurum. 659
Spiritui ſancto eo quod amor Dei ſit attribuitur humana Chriſti generatio. 659
Spiritus ſanctus miſſus in homines ab affecto multis iniurijs Dei Filio; nimium eius amorem oſtendit. 659
Spiritus ſanctus an in anima hominis inhabitet, ex affectibus, effectibuſque nõ obſcurè cognoſcitur, non infallibiliter, ſed magno ex indicijs argumento. 666
Spiritus ſanctus illuminans mentem, & inflammans voluntatem eſt pluuia hominibus, & eſca. 672
Spiritu Dei deficiente certa diuiſio diſſidium certum. 587
Spiritus quidnam ſit. 626
Spiritus duplici ſignificatione vſurpatur. ibid.
Spiritus dicitur quidquid à materia eſt alienum. 626
Spiritus eſt Deus. 853
Spiritus malignus quandoque accipitur pro affectu, ſeu propenſione praua; aliquando pro Dæmone ſuggerente hominibus, quod prauum eſt, ſicut & eſt prauè propenſus Dæmon ipſe. 664
Spiritus malignus exagitans Saulem. 665
Spiritus mendacij decepit Prophetas Samariæ. 665
Spiritum Pythonem, ideſt diuinationis, habebat puella quædam. ibid.

Splendor.

Splendore humano priuant ſe adhuc in hoc ſęculo, quicumque iniuſtè quærunt illum. 416

Sponſus.

Sponſus tam vir, quam fœmina fruitur duobus continentiæ menſibus, vt intra eos poſſit religionem ingredi cuius profeſſione manet liber ſponſus alter ad aliud coniugium. 104

Statua.

Statua Solis erecta Ioſueto in monumentum. 238

Status.

Status ſæculi noſtri præ omnibus alijs fœliciſſimus. 138

Digitized by Google

Status mundi quatuor totidem Dei operationibus diſtincti. 230
Status mundi primus ab Adam ad diluuiū anni 1656. 262
Status mundi ſecundus à Noe, ad Abraham ſeu à diluuio ad vetus teſtamentum Geneſis 17. anni 391. 263
Status mundi tertium à teſtamento ad legem anni 430. ad Galat. 3. 17. 264

Stella.

Stella Magorum ductrix prædicta à Balaā illuſtri vaticinio. 358
Stella apparuit magis eo ipſo die, quo Chriſtus eſt natus. 322
Stella magorum ductrix creata à Chriſto ſui inſtanti natalis. 322
Stella Magorum ductrix confertur Soli retrogrado tempore Ezechiæ. 358

Stellio, Stellionatus.

Stellio doloſum animal ſymbolum fraudulenti Rectoris, ac Iudicis. 367
Stelliones dicuntur homines fraude, ac dolo pleni. 367
Stellionatus Crimen bina eiuſdem rei venditio. 367
Stellio reprobatur vt immundus. 368

Stemmata.

Stemma Chriſti circumciſio. 220
Stemmata Nobilium Dei magis, quā ipſorum ſunt ſtemmata. 225
Stemmata Dei glorioſiſſima varia ſecundū ſæculorum varietatem. 225
Stemma Dei in nubibus. 226
Stemmatibus Dei gloriantur iuſti magis, quam proprijs. 228
Stemmatibus nobilitatis licet vrgente cauſa vti. 228
Stemmatum conditiones quatuor in ſcuto ſtemmatum Chriſti exactiſſimè completæ. 131

Stratagema.

Stratagema optimum Ducis tranſigere à factione ad factionem hoſtium. 124

Struthio.

Struthio cur abſque remedio clamet. 463

Stultitia, Stultus.

Stultus nullo operatur fine. 136

Suauitas.

Suauitas vitiorum vana, atque breuiſſima. 382
Suauitas Dei initio abſcondita, in dies magis, ac magis percipitur, & lætificat. 383

Superbia.

Superbiam vt à diſcipulis amoueret Dominus lauit pedes eorum. 462

Supernaturalis notitia.

Supernaturalis notitia Dei in lege Chriſti generalis. 20

Suſanna.

Suſannæ Pudicitia. 466

Suſtentatio.

Suſtentationi vitæ vna tantum manu intēdere oportet occupationibus pro alenda vita vna manu inſiſtendum. 600

Sybilla.

Sybillarum vaticinia ſedulo celebrantur tempore naſcentis Chriſti. 122

Symbolum.

Symbolorum facti præteriti, ac futuri diſcrimen. 223

Synderesis.

Synderesis Regina hominis. 618
Synderesis in quo differat à iudicio. 618

Salome.

Salome mater filiorum Zebedei non vocatur Maria. 107

Sicheus.

Sicheus defodit magnam auri copiam. 113

Salmana.

Salmana interpretatur Pax ligata. 125

Sichimita.

Sichimitas ægrè circumciſos in obſequium Sichem. 255

Sanctitas.

Sanctitas maximus fulgor. 395

Salomon.

Salomon longe mirabilior ſapientia, quam diuitijs. 325
Salomon Rex prædicator. 329
Salomonis cor latum inſtar arenæ, quæ eſt in littore maris. 511

Sanguis.

Sanguis Chriſti quater fuſus. 235
Sanguine effuſo oſtenditur amor. 249

Digitized by Google

Sanguis ſuper ſanguinem proprium proprius fuſus ſummum amoris ſignum. 252

Sanguis tituli, diuiſus duas in partes, figura ſanguinis Chriſti effuſi circumciſione, & necis inſtrumentis. 252

Spurina.

Spurina Virgo extremæ pulchritudinis deformauit faciem ſuam, ne ad libidinem viros concitaret. 347

Serpens.

Serpens primorum deceptor parentum qualiſnam fuerit. 533

Serpens animal induſtrium valde, & calli diſſimum. 534

Serpens æneus in palo exaltatus fuit à Moyſe. 547

Stemmata.

Stemmata Chriſti proprij non alieni ſanguinis formata pigmento. 235

Stemmata omnium glorioſiſſima ſunt illa, quibus celebratur quis ſeruus Altiſſimi. 238

Stemma Regum Luſitaniæ. 617

Summus Pontifex.

Summi Pontificis definitiones infallibiles. 630

Superbia, Superbus.

Superbia quomodo tumeſcant quicunque inflati ſunt. 538

Superbi omnes fures ſunt. 538

Superbia onus grauiſſimum. 555

Superbi non Dei,ſed propriam exaltationem affectant. 586

Superbi homines non propriam ſui, ſed nominis tantum exaltationem procurant. 586

Tabernaculum.

Tabernaculum fœderis portatile in ſolitudine conſtructum, ad oſtendendam eximiam Dei maieſtatem. 91

Tabernaculum fœderis ſummis in deſerto conſtructum ſumptibus. 92

Temperantia.

Temperantiæ indumentum poni album ſolet. 466

Templum.

Templis debita eſt aſſiſtentia, & reuerentia. 350

Templum Dianæ in Epheſo miraculum mundi ex ſeptem vnum. 413

Templo Salomonis materiam præparauit Pater eius. 642

Templo Salomonis conſtruendo, quantũ auri, & argenti impẽderit Pater eius Rex Dauid. 642

Tempus.

Tempus ab Adam ad diluuium anni 1656. 262

Tempus à die latæ legis ad initium temporis iudicum, non conſtat. 268

Tempus iudicum Iſrael 402. anni. 269

Temporum diſpoſitio mirabile diuinæ ſapientiæ, magnitudinis, bonitatiſque argumentum. 278

Temporum vniformis varietas. 278

Temporis deſcriptio. 279

Tempus ſpiritale. 280

Tenediorum Rex.

Tenediorum Rex impleuit in filio ſuo legem damnantem capitis adulteros. 369

Tentatio.

Tentationes ſunt vtiles, vt communiti diuino homines auxilio reſiſtant eis, ſicque fulgeant victoria glorioſi. 614

Tepidus.

Tepidi homines cur à Deo reſpuantur. 142

Tepidi homines ſpiritali craſſitudine frui non poſſunt. 142

Ternarius.

Ternarius Diuinæ Trinitatis oppoſitus Diabolus, mundus, & caro. 63

Ternarius numerus ſacer in arte magica. 356

Terra, Terreſtria.

Terreſtria omnia exuant homines oportet vt aſcendant ad cæleſtia. 587

Terreſtria omnia leui homines pede tangant oportet, vt cæleſtia petant. 587

Teſtimonium, Teſtis.

Teſtes admittendi ſunt propinqui eius,

Digitized by Google

cuius cauſa tractatur, cum non ſint teſtes alij. 43
Teſtimonia prædicationis Chriſti præclariſſima in ſcripturis repetita. 45
Teſtimonium perhibuit Deo Chriſto præcurſor eius Ioannes illuſtriſſimum. 46
Teſtimoniorum Diuinorum nullum maius alio. 407

Theſſalonicenſes.

Theſſalonicenſes adorabant ſerpentes. 58

Theſaurus.

Theſaurus eſt aurum abſconditum. 112
Theſauros, quos abſconderunt Sichæus, & Dido, auidus Nero irrito labore quæritauit. 113

Tyberius.

Tyberius Cæſar tam ſæuus, quam timidus. 209
Tyberius Cæſar recuſauit accipere nomen Patris patriæ. 272

Tigillinus.

Tigillinus iugulatus, dum incumberet Veneri. 68

Timor, Timidus.

Timore Dei præditus homo dicitur ſpiritali refertus craſſitudine. 141
Timidi homines ſæui ferè omnes. 209
Timor Dei mouet hominem ad bene faciendum proximis ſuis. 213

Titulus.

Tituli nobilium. 137

Tobias.

Tobias ab ineunte ætate prudens. 215
Tobiæ conſtantiſſima fortitudo. 466

Traianus.

Traiani Triumphatoris cineres excepit grandi pompa Romanus populus. 475

Transfiguratio.

Transfiguratio Domini. 371
Transfigurationis Chriſti finis fuit, vt patienti illi conformemur. 372
Transfigurationis fulgor pignus, ac index plenæ in cælis gloriæ, in Deo inueniendæ. 405

Tribulatio.

Tribulationibus delectantur iuſti, impij carpuntur, & tabeſcunt. 412
Tribulationibus vexatus homo, fœlix appellandus. 523
Tribulationes minimè fugit ille, qui earũ terminum portumque conſiderat. 527
Tribulationum fructus. 645

Tributum.

Tributum ſoluit Chriſtus pro omnibus hominibus. 121

Trinitas.

Trinitatis feſtum triplex extra claſſem. 1
Trinitas Diuina lauacro duplici adorãda. 1
Trinitas Beatiſſima vtroque in teſtamento commendata. 1
Trinitas Diuina hoſpes, & Dominus noſter. 5
Trinitatis Diuinæ celſitudo minime tangenda carnis ore. 7
Trinitatis Diuinæ pedes lauare, quid ſit. 8
Trinitatis Diuinæ cognitio exuenda eſt à figuris corporeis, quibus ob neceſſitatẽ depingitur. 8
Trinitatis Diuinæ myſterium docendum populo à Dei miniſtris. 8
Trinitas eſt Deus perfectiſſima in vnicæ naturæ ſimplicitate. 11
Trinitate in Diuina Deus eſt pater ſimul & mater Filij naturalis. 12
Trinitas Diuina talis eſt, vt Filius, & Sanctus Spiritus ſint de ſubſtantia Dei; imo Dei ſubſtantia. 13
Trinitatis Perſonæ, vt à nobis cognoſcantur, inuocandæ ſunt, vt earum quælibet mentes iuxta propriam ipſius notionem diſponat. 18
Trinitatis ſanctiſſimæ cognitio omni tempore aquis manifeſta. 19
Trinitatis Diuinæ notitia ſupernaturalis indita Parentibus Primis. 19
Trinitatis Diuinæ cognitio apud antiquos patres. 20
Trinitas perſonarum ſecundum ſe naturalis eſt Deo: ſupernaturalis cognitioni noſtræ. 21
Trinitatis Diuinæ notitiam plenam, pleneque diſtinctam pauciſſimi ante doctorem Chriſtum habuerunt; nemo alius plenè aduſque explicuit. Quoquo

modo

Digitized by Google

modo nonnulli explicuerunt. 25
Trinitatis Diuinæ arcanum diuiſim dictũ in veteri ſcriptura; ideſt de quauis perſona mentio facta. 25
Trinitatis feſtum cur minori pompa, quã ſolemnitates aliæ celebretur. 26
Trinitatis Diuinæ feſtum iuge in cæleſtibus. 26
Trinitatis arcanum minime à popularibus inculcandum. 26
Trinitas Diuina deſcripta apud Iſaiam. 28
Trinitas Diuina commendata in transfiguratione Saluatoris, & in eius baptiſmate in Iordane. 28
Trinitatis feſtum cunctis celebratur anni Dominicis. 28
Trinitatis Diuinæ cognitio ſummatim à prædicatoribus deferenda populo: niſi auditorum pars maior litteris præfulgeat. 29
Trinitas Diuina nonnullis ſimilitudinibus expenditur. 31
Trinitatis myſterium tenetur docere ſuos quiſque prælatus, parochus, prędicator, Pater-Familias, & matrona. 32
Trinitatis Diuinæ virtus cum baptiſmo figurata in Arca Noe, in qua ſuper aquas ſalui facti ſunt quotquot tunc ſuperſtites manſerunt. 32
Trinitatis maieſtatem magno edimus tremore prædicandam. 35
Trinitas Diuina proceſſus eſt originalis. 36
Trinitate in Diuina originis via proceditur, non temporis. 36
Trinitatis diuinę notitia in omni ſtatu data eſt; ſed minus clara temporibus primis; clarior noſtris. 36
Trinitatis Diuinæ notitia in ſtatu naturæ ſignis data. 36
Trinitatis myſterium nulla creaturarum proceſſione perfectè figuratur. 37
Trinitatis notitiam Chriſtus attulit plenam. 41
Trinitas Diuina perhibuit Chriſto teſtimonium veritatis, qua ille prædicabat Trinitatem ipſam. 45
Trinitatis Diuinæ præclariſſimum teſtimonium. 46
Trinitas Diuina deſignatur littera A. ter prolata, ſeu ſcripta. 47
Trinitatis perſonæ tres, cum vnum idem eſſentia ſint penitus ſunt omnino æquales, & coæternæ. 48
Trinitas Diuina ſtupendæ eſt admirationis tam conſiderata, quam perſpecta. 48
Trinitatis Diuinæ cognitio, regula fidei ac bene viuendi. 49
Trinitatis feſtum cur abſque pompa. 51
Trinitatis feſtus dies cum æternus ſit; vno ab Eccleſia die ſummatur temporali. 51
Trinitate in Diuina iugis eſt ab æterno generatio: ab æterno ſpiratio iugis. 52
Trinitatis Diuinæ æterna proceſſio mentalis. 53
Trinitatis feſtus dies eſt ille, in quo venit in animam iuſti Trinitas ipſa. 53
Trinitatis myſterium diuinitus figuratum prophetia Ezechielis. 54
Trinitatis Diuinæ perſonæ tres omnino coæternæ vt nulla ſit prior, nec poſterior. 55
Trinitatis Diuinæ notitia ante aduentum Chriſti exilis apud omnes, apud rariſſimos diſtincta. 57
Trinitati Diuinæ opponitur hoſtilis ternarius Diabolus, mundus, & caro. 62
Trinitatis perſonis tribus attribuuntur tria hæc, eſſe noſtrum, viuere, ac mori. 193
Trinitatis myſterium obſcurius quondam commendatum Diuino Chriſti ore luculenter apertum, ac explicitum. 234
Trinitatis Diuinæ Verbum eſt manifeſtatio, Sanctus Spiritus decor. 285
Trinitatis Diuinæ cognitio funiculus triplex. 364
Trinitatis Perſonæ tres, ſubſtantia vna, vnus Deus. 394
Trinitatis Diuinæ myſterium Abrahamo oſtenſum. 446
Trinitatis Perſonæ ſigillatim ſe deſcurſu temporum oſtenderunt mundo, inſtruxeruntque homines. 641

Triſmegiſtus.

Triſmegiſtus quaſi Diuinæ Trinitatis no-

titia claruerit; quid idolis tribuerit. 60

Triumphus.

Triumphus Chriſti inſignis in mundo ordinando. 66

Triumphus Chriſti in aſcenſione. 595

Triumphorum requiſita. 604

Triumphi conditiones bipartitæ: tres ex parte triumphatoris; totidem ex parte populi, à quo excipitur. 604

Turbatio.

Turbatio quæuis excutitur audito nomine Ieſu. 327

Turbatio quid ſit, quid ſedatio turbationis. 278

Tabellio.

Tabelliones tres comprobant ſcripturam extra regnum deferendam perhibentes fidem proprio ſcripturæ notario, quod legitimus ſit. 35

Tabelliones requiruntur tres comprobantes legitimum notarium eum, à quo munita eſt ſcriptura extra Regnum deferenda. At ſi in vrbe non ſint tres vltra ipſum cauſæ tabellionem admittitur ipſe ad ternarij complementum. 45

Tabernaculum.

Tabernaculum portatile, & quæ in eo erãt, magna ex parte baiulantur primariorũ humeris Leuitarum, per itinera longa. 92

Theodora.

Theodora virgo induxit ad continentiam cæcum libidine iuuenem. 347

Timor.

Timoris ſymbolum Polypus. 252

Triumphus.

Triumphus ſoli conceditur victori; qui alia ante initum conflictum præfulſerit dignitate. 604

Triumphus nulli conceditur propter ciuile bellum. 604

Triumpho ſolus victor ille ſuſcipitur, qui pacatam relinquit ſucceſſoribus vrbẽ, quam armis expugnauit. 605

Triumphatores aurato excipiuntur curru comitantibus primarijs populi viris. 605

Triumphus Chriſti vniuerſis triumphis collatus valde excedit vniuerſos. 616

Typhon.

Typhon impijſſimus fratricida Regni ambitione peremit innoxium Oſyridem fratrem. 504

Tullius Hoſtilius.

Tullius Hoſtilius Imperator ex paſtore ouium, 337

Tyberius Cæſar.

Tyberius Cęſar depoſuit Domini titulum quando Chriſtus dedit ſe mundo manifeſtum. 349

Tygranes.

Tygranes Armeniæ Rex, qui deuictos reges ſibi miniſtrare fecerat, victus à Pompeio procidit ad pedes eius. 348

Vanitas, Vanus.

Vanitas mundi naſcente Dei filio deiecta eſt. 77

Vanitas cum nihil ſit aggrauat nimis humana corda. 255

Vanitas rerum humanarũ vmbra picturę. 378

Vanitas hominum pro magnificis ædificijs laborantium. 402

Vanitas mundanæ pompæ ſuper carbones fundata. 415

Vbertas,

Vbertas terræ ſignificatur lactis, melliſque affluentiâ. 138

Venenum.

Venenum ad aliqua noxium, ad aliqua neceſſarium. 538

Ventidius Baſſus.

Ventidius Baſſus ex mulorum curatore Imperator. 337

Venus.

Veneris idolum quouſque perſiſtat poſt Chriſti aduentum. 62

Veneri ſolemniſſima feſta celebrata. 62

Veneris turpitudines celebrabant quondã permiſti actis publicis viri cum fœminis coram populo fœda repræſentatione. 62

Veneris nomen à ligando. 67

Venus vinculis vincienda ex propria nominis ethymologia. 67

Digitized by Google

Verbum.

Verbum oris, & mentis quid. 12
Verbum Dei verè Verbum dictum à Deo ſibi ipſi. 13
Verbi æterni productio, & notio. 18
Verbum Diuinum procedit à Deo per cognitionem ſui, & omnium rerum: vt quæ in Deo ipſo ſunt eminenter. 18
Verbum Dei eſt Dei ſermo. 78
Verbum Dei ter prædicatum; intra Deum primo; in cælo deinde cunctis ſpiritibus; tandem hominibus in terra. 79
Verbum Dei humanitate breuiatum. 80
Verbum Diuinum audibile, & viſibile. 128
Verbum Dei ſermo eſt. 129
Verbum cur dicatur caro factum. Cum poſſet vere dici factum homo. 144
Verbum Diuinum vnitum carni alimentũ eſt hominum. 198
Verbum caro factum eſt, vt noſtra indutũ veſte fieret noſtrum veſtimentum. 196
Verbum Dei vera eſt hominibus annona. 198
Verbum caro factum eſt; vt Deus ſe hominibus det quodammodo duplicem. 199
Verbum Diuinum humanæ naturæ vnitũ, perfectius loquitur, adhuc cum ſilet, quam verba noſtra, illud ediſſerere nitẽtia. 316
Verbum Diuinum vere filius eſt Dei. 394
Verbum Diuinum procedit à Patre per cognitionem ſui, & creaturarum poſſibilium. 395
Verba Dei, quocumque loquendi genere dicta, paria ſunt omnia quoad veritatem ex parte ſua. 407
Verbum Dei inuictiſſimus gladius. 520

Ver, Vernus.

Veris deſcriptio. 279
Ver plenum eſt ac nouum. 279
Verno tempore renouant angues pellem. 280

Veritas.

Veritas Scutum inexpugnabile. 220
Veritas Dei repræſentatur ſtemmatibus Chriſti ſanguine pictis circumciſione effuſo. 235
Veritas Diuina nulla maior, minorve alia. 408
Veritas Regina. 618
Veritas per Chriſtum mundo reſtituta. 620

Veſtes, Veſtimentum.

Veſtimentorum fulgens elegantia non illa curanda, quæ in corporis indumentis eſt, ſed quæ in habitibus virtutum. 401
Veſtis ſummi ſacerdotis vetere in lege imitandum repræſentabat Chriſtum in virtutibus omnibus præſertim humilitate, & charitate. 465

Vexatio.

Vexationes miſerabilium. 415

Via, Viator.

Via cæli ſcala conſtans gradibus decem Dei præceptis. 27
Via ad cælos non fit per terram: ſed per ſpiritum. 586
Via cæli deficiente Dei Spiritu diſſoluitur. 587
Viam cæli valde facilitauit Dei Filius. 594

Victoria, Victor.

Victoria glorioſiſſima Chriſti præfigurata triumpho Gedeonis. 124
Victoria Gedeonis glorioſiſſima Symbolum victoriæ Chriſti. 124
Victores Romani illuſtriſſimo excepti in vrbes triumpho. 338
Victoria illuſtrior quum victor vincit eos, qui victores inſultant. 617

Vigilans.

Vigilantes debent eſſe iudices, ac Reges. 272

Viriatus.

Viriatus paſtor euectus ad imperium. 337

Virtus,

Virtutes Theologicæ tres triplex funiculus. 366
Virtutibus eſt nobilis homo, fulgens, clarus honoratus: obſcurus, abiectus, odibilis, vilis, ſi virtutibus deſtitutus eſt. 396
Virtus eſt animi habitus naturæ modo rationi conſentaneus 398
Virtutes veræ, atque fulgentes in charitate fundatæ ſunt. 399

Virtutes infuſæ nunquam ſine charitate ſunt,nec ſine his charitas. 465
Virtutes acquiſitæ perficiuntur charitati coniunctæ. 465
Virtutes omnes myſticè figuratæ in ornamentis veſtimenti ſuper-humeralis Aaron. 465
Virtutes hominis gradus ſunt cœleſtis ſcalæ. 588

Vita.

Vita hominis currus tendens in foueam. 68
Vita hominis rota congiorum, quæ ſuper vitiorum ciſternam ſolet ſubitò conteri,ſenſibus cunctis deficientibus. 68
Proſpera Vita valde periculoſa. 523

Vitium.

Vitia quouſque vigeant in Chriſtiano populo. 61
Vitia tãtoperene vigeãt in terra poſt Chriſti aduentum, quantum vigebant ante illum. 61
Vitia aquis figurantur. 61
Vitia auertunt à Deo, & cognitione eius. 61.
Vitia faſtidio ſunt his,qui in Dei fonte recreantur. 67
Vitiorum fons. 68
Vitia vultu placito, plena intrinſecus veneno. 379
Vitia ſunt paluſtria loca. 414
Vitia vehementer vrgent hominem, inducuntque ad peccandum. 414
Vitia ſuffocant bonum ſemen. 560
Vitio cuique deſignatum aliquod Dæmonium præficitur. 619

Vnedo.

Vnedo fructus prima buccella iucundùs; deinde acerbus, ſymbolum vitioſæ voluptatis. 554

Vnguentum.

Vnguenta amori gratiſſima. 430

Vocatio.

Vocatio Diuina nemini deficiens. 320
Vocatio Dei iugis in omnes. 581

Voluntas.

Voluntas Regina hominis. 618

Voluptas.

Voluptas turpis viri, & fœminæ facit eos ſibi mutuo abominabiles. 135
Voluptatum conditio, venenum ſub dulcedine latens. 137
Voluptas quomodo mortifera. 137
Voluptate vt fruatur,exit extra ſe homo. 282
Voluptates doloribus repletæ. 385

Vrſus.

Vrſus ſymbolum vitioſæ carnis. 64

Xerxes.

Xerxes iuſſit mare verberibus puniri propter deſtructos ab eo pontes, quos ipſe conſtruxerat. 452

Zebee.

Zebee interpretatur victima. 125

Zeleucus.

Zeleuci Imperatoris memorabile iuſtitiæ factum circa proprium filium,& ſeipsũ. 314

Zelotypa, Zelotypia.

Zelotypia iuſta in honore fundata. 98
Zelotypia iuſta non ſolo proprio ardet amore ſed etiam honore cognatorum. 98
Zelotypia non eſt aptum amoris ſubiectũ. 251
Zelotypæ mulieres. 267
Zelotypa mulier ſerpens. 386

Zona.

Zona torrida minime effectu torrida ſed nomine multis in terris. 30

Zenon.

Zenon fame peremptus à Baſilico Patricio Imperatore. 346

Zelus.

Zelus ſine diſcretione reprobatur. 634

FINIS.

INDEX.

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ.

Geneſis.

Cap. Nu.

I. 1 IN principio creauit Deus cælum, & terram. 36

1 In principio creauit Deus cælum, & terram, terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitque Deus fiat lux, & facta eſt lux: factumque eſt veſpere, & mane dies vnus. 378

2 Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. 283

3 Dixitque Deus fiat lux, & facta eſt lux, factumque eſt veſpere, & mane dies vnus. 292

Fiat lux, fiat firmamentum. Germinet terra herbam virentem: producant aquæ reptile animæ viuentis. Producat terra animam viuentem. 487

5 Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. 487

10 Congregationeſque aquarum vocauit maria. 55

14 Dixit autem Deus fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora. 283

16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus vt præeſſet nocti: & factum eſt veſpere & mane dies quartus. 378

20 Dixit etiam Deus producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile, benedixitque eis. 19

26 Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli vniuerſæque terræ. 24.37.261

27 Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam. 536

28 Benedixit illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vniuerſis animantibus. 19.110

31 Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. 526

II. 1 Igitur perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. 36

2 Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, & requieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo, quod patrarat. 487

5 Non enim pluerat Dominus ſuper terram. 283

7 Formauit igitur Deus hominem de limo terræ. 497.445

Inſpirauit in faciem eius ſpiracu-

lum vitæ. 445.587

Factus eſt homo in animam viuentem. 445

8. *Plantauerat autem Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat.* 283

9 *Lignum etiam vitæ in medio paradiſi lignumque ſcientiæ boni, & mali.* 385

16 *Ex omni ligno paradiſi comede de ligno autē ſcientiæ boni, & mali ne comedas.* 261

17 *De ligno ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocumque die comederis ex eo morte morieris.* 20.561.

19 *Formatis igitur Dominus Deus cunctis animantibus adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea.* 260

23 *Hæc vocabitur Virago quoniam de viro ſumpta.* 261

24 *Duo in carne vna.* 342

3 1 *Cur præcepit vobis Deus.* 62.

4 *Nequaquam moriemini.* 61

5 *Sicut Dij ſcientes bonum, & malum.* 61.542

In quacunque die comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij. 38.234.521.539

6 *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, adſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* 560

7 *Cumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* 284

8 *Plantauerat Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formauerat: produxitque Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue, præcepitque ei, dicens, Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autē ſcientiæ boni, & mali ne comedas. In quocūque enim die comederis ex eo, morte morieris.* 526

Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. 262 12

Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris Adæ verò dixit, quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. 544 16

Maledictus eſt inter omnia animantia, & beſtias terræ. 543

Puluis es, & in puluerem reuerteris. 20 19

Ecce Adam quaſi vnus ex nobis. 25 21

Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui. 254 3 4

Factum eſt poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino: Abel quoque obtulit de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum, & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non reſpexit. Iratuſque eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum: quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies; ſin autem malum, ſtatim in foribus

Digitized by Google

peccatum tuum aderit? 390

10 *Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* 210

11 *Nunc igitur maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.* 210

5 1 *In die qua creauit Deus hominem ad ſimilitudinem Dei fecit illum.* 234

6 1 *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* 65

3 *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt.* 346.446

8 *Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* 457

8 6 *Aperiens Noe feneſtram arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.* 106

20 *Ædificauit Noë altare Domino; & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare.* 254

9 1 *Benedixit Deus Noë, & filijs eius, & dixit Deus ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* 19.20.545

4 *Carnem cum ſanguine non comedetis.* 20

5 *Sanguinem animarum veſtrarum de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis requiram. Quicumque fuderit humanum ſanguinem fundetur ſanguis illius.* ibid.

6 *Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.* 214

13 *Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis ſempiterni inter me, & inter terram.* 226

Ab his diſſeminatum eſt omne hominum genus ſuper vniuerſam terram. 318 19

Maledictus Chanaam: ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. 362 25

Habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cæmento, & dixerunt, venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen noſtrum antequam diuidamur in vniuerſas terras. 586 3 11

Confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus. 587 7

Thare genuit Abraham, Nachor, & Aran: porro Aran genuit Loth. 109 27

In te benedicentur omnes cognationes terræ. 241 3 12

Dixit ergo Abraham ad Loth, fratres enim ſumus. 109 8 13

Benedictus Abraham Deo excelſo, & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt, fecitque ei ſolemne conuiuium, & dedit decimas ex omnibus. 617 19 14

Ponamque fœdus meum inter me, & te. 2 2 17

Dixitque ei Deus, Ego ſum, & pactum meum tecum: eriſque pater multarum gentium: nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te: faciamque te creſcere vehementiſſimè, & ponam te in gentibus: Regeſque ex te egredientur. Et ſtatuam pactum meum inter 4

Digitized by Google

me, & te: eroque Deus eorum.
Hoc eſt pactum meum quod
obſeruabitis inter me, & vos:
& ſemen tuum poſt te: circum-
cidetur ex vobis omne maſcu-
linum; infans octo dierum cir-
cuncidetur in vobis. 242
5 Dixitque ei Deus: Ego ſum & pa-
ctum meum tecum eriſque pa-
ter multarum gentium. Nec
vltra vocabitur nomen tuum
Abram, ſed appellaberis Abra-
ham. Hoc eſt pactum meum
quod obſeruabitis inter me, &
vos, & ſemen tuum poſt te. Cir-
cuncidetur ex vobis omne maſ-
culinum: & circuncidetis car-
nem præputij veſtri, & erit ſi-
gnum fœderis inter me, & vos.
245
14 Maſculus, cuius præputij caro
circunciſa non fuerit delebitur
anima illius de populo ſuo. 254
17 15 Dixit quoque Deus ad Abraham,
Sarai vxorem tuam non voca-
bis Sarai, ſed Saram. 246
18 1 Apparuit autem ei Dominus in
conualle Mambre. 2
3 Et dixit, Domine, ſi inueni gra-
tiam in oculis tuis, ne tranſeas
ſeruum tuum: ſed afferam pau-
xillum aquæ, & lauate pedes
veſtros. Feſtinauit Abraham
in tabernaculum ad Saram,
dixitque ei: Accelera: tria ſata
ſimilæ commiſce, & fac ſubci-
nericios panes: ipſe vero ad ar-
mentum cucurrit, & tulit inde
vitulum tenerrimum, & opti-
mum, deditque puero, qui feſti-
nauit, & coxit illum. Tulit
quoque butyrum, & lac, & vi-
tulum, quem coxerat, & poſuit
coram eis: ipſe vero ſtabat iux-
ta eos ſub arbore. 446. 453
6 Dixerunt, fac, vt locutus es. 2
10 Dixit, reuertens, veniam ad te. 2

Poſt oſtium tabernaculi. 9 10
Scio, quod præcepturus ſit filijs 19 18
ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cu-
ſtodiant viam Domini, & fa-
ciant iudicium, & iuſtitiam.
263
Clamor Sodomorum, & Gomor-
rhæ multiplicatus eſt, & pecca-
tum eorum aggrauatum eſt ni-
mis: deſcendam, & videbo, v-
trum clamorem, qui venit ad
me, opere compleuerint, an non
eſt ita, vt ſciam. 312
Obſecro, Domini, declinate in do- 2 19
mum pueri veſtri: & manete
ibi, lauate pedes veſtros: ingreſ-
ſiſque domum illius fecit con-
uiuium. 460
Dominus pluit ſuper Sodomam, 24
& Gomorrham ſulphur, & ig-
nem à Domino de cælo. 65
Vocauitque Abraham nomen fi- 3 21
lij ſui, quem genuit ei Sara,
Iſaac; & circumcidit eum oc-
tauo die, ſicut præceperat ei
Deus. 245
Arietem inter vepres hærentem 13 22
cornibus. 84
Viditque in ſomnis ſcalam ſtan- 12 28
tem ſuper terram, & cacumen
illius tangens cælum; Angelos
quoque Dei aſcendentes, & deſ-
cendentes per eam, & Domi-
num innixum ſcalæ dicentem
ſibi; Ego ſum Dominus Deus
Abraham patris tui, & Deus
Iſaac, Terram in qua dormis
tibi dabo, & ſemini tuo; erit-
que ſemen tuum, quaſi puluis
terræ. Cumque euigilaſſet Ia-
cob de ſomno, ait. Vere Domi-
nus eſt in hoc loco, & ego neſ-
ciebam. Pauenſque, Quam
terribilis eſt (inquit) locus iſte!
Non eſt hic aliud, niſi domus
Dei, & porta cæli. 27
Vouit etiam votum, dicens, Si 20
fuerit

Digitized by Google

fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via, per quam ego ambulo; & dederit mihi panem, ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum: reuerſuſque fuero propriè ad domum patris mei; erit mihi Dominus in Deum: & lapis iſte, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. ibid.

29 10 *Quam cum videret Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, oueſque Laban auunculi ſui; indicauit ei, quod frater eſſet patris ſui.* 109

13 *Cum audiſſet Laban veniſſe filium ſororis ſuæ.* 109

15 *Num, quia frater meus es, gratis ſeruies mihi.* 109

32 24 *Et ecce vir luctabatur cum Iacob vſque mane, qui cum videret, quod eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* 342

28 *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.* 310

33 3 *Progrediens, adorauit pronus in terra ſepties.* 5

4 *Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo amplexatus eſt eum.* 3

34 24 *Aſſenſique ſunt omnes; circumciſis cunctis manibus.* 255

38 14 *Quæ aſſumpſit theriſtrum: & mutato habitu, ſedit in biuio itineris.* 39

41 43 *Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum; & vocauit eum lingua Ægyptiaca: ſaluatorem mundi.* 84

Clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent. 293

44 *Dixit quoque Rex ad Ioſeph. Ego ſum Pharao, abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen eius; & vocauit eum lingua Ægyptiaca ſaluatorem mundi.* 88

Præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium. 461 16 43

Attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos. 461 24

Sufficit mihi, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit. 88 28 45

Cunctæ animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum, & egreſſæ ſunt de femore illius abſque vxoribus filiorum eius ſexaginta ſex. 189 26 46

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt: & ipſe erit expectatio gentium. 84 10

Exodus.

Dixit autem Rex Ægypti obſtetricibus Hebræorum, quando obſtetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, ſi maſculus fuerit, interficite eum. Præcepit Pharao omni populo ſuo, dicens: quidquid Maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proijcite. 207 15 1

Bene ergo fecit Deus obſtetricibus: & quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos. 218 17

Cernens paruulum vagientem miſerta eius, ait; de infantibus Hebræorum eſt hic. 211 6 2

Apparuitque Dominus in flamma ignis de medio rubi. 359 2 3

Digitized by Google

6 *Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* 40
7 *Vidi aſflictionem populi mei in Ægypto: & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam; in terram quæ fluit lacte, & melle.* 138
14 *Ego ſum, qui ſum, ait, ſic dices filijs Iſraël, qui eſt, miſit me ad vos.* 406
4 3 *Verſa eſt in colubrum; verſa eſt in virgam.* 237
4 *Extendit, & tenuit, verſa eſt in virgam. Vt credant, inquit quod apparuerit tibi Dominus Deus.* 565
7 *Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.* ibid.
Docebo quid loquaris. ibid.
10 *Obſecro Domine: non ſum eloquens ab heri, & nudiustertius, & ex quo locutus es ad ſeruum tuum.* 35
12 *Ego ero in ore tuo.* 566
13 *Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es.* 566
14 *Aaron frater tuus ſcio quod eloquens ſit; ecce ipſe egredietur in occurſum tuum; videnſque te, lætabitur corde. Loquere ad eum: & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius.* ibid.
6 3 *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob, in Deo omnipotente; & nomen meum Adonai non indicaui eis.* 4
7 20 *Percuſſit aquam fluminis, quæ verſa eſt in ſanguinem; & piſces mortui ſunt; computruitque fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam.* ibid.
12 1 *Dixit quoque Dominus ad Moyſem, & Aaron: faciam iudicia ego Dominus. Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum ſolemnem.* 90
Erit autem agnus abſque macula: immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſrael ad veſperam. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes. Renes veſtros accingetis: & comedetis feſtinanter. 448 5
Profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta fere millia peditum virorum abſque paruulis. 243 37
Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. 321 21 13
Erat nubes tenebroſa, ita vt ad ſe inuicem accedere non valerent 216 20 14
Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine. 520 6 15
Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius. 82 7 16
Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael: veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini. 82
Oſculatus eſt eum. 4 7 18
Cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem: clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat: & timuit populus, qui erat in caſtris. 294 16 19
Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. 476 12 20

Digitized by Google

24 5 Immolaueruntque victimas pa-
cificas Domino, vitulos. Tulit
itaque Moyſes dimidiam par-
tem ſanguinis, & miſit in cra-
teras: partem autem reſiduam
fudit ſuper altare. Ille vero
ſumptum ſanguinem reſperſit
in populum, & ait: Hic eſt ſan-
guis fœderis, quod pepigit Do-
minus vobiſcum. 252

25 3 Hæc ſunt autem, quæ accipere de-
betis: aurum & argentum, &
æs, hyacinthum, & purpuram,
coccumque bis tinctum, & byſ-
ſum. ibid.

8 Facientque mihi ſanctuarium, &
habitabo in medio eorum.
288

27 20 Præcipe filijs Iſrael, vt afferant
tibi oleum de arboribus oliua-
rum puriſſimum, vt ardeat lu-
cerna ſemper in tabernaculo
teſtimonij: vt vſque ad mane
luceat coram Domino. Perpe-
tuus erit cultus per ſucceſſiones
eorum. 105

28 13 Sedit Moyſes iudicare populum,
qui aſſiſtebat Moyſi à mane
vſque ad veſperam. 264

31 1 Spiritu Dei, ſapientia, & intelli-
gentia, & ſcientia in omni ope-
re, ad excogitandum quidquid
fabre fieri poteſt ex auro, &
argento, & ære, marmore, &
gemmis, & diuerſitate ligno-
rum. 464

18 Dedit Dominus Moyſi duas ta-
bulas teſtimonij lapideas, ſcri-
ptas digito Dei. 44

32 31 Reuerſuſque ad Dominum ait,
Obſecro, peccauit populus iſte
peccatum maximum, fece-
runtque ſibi Deos aureos, aut
dimitte eis noxam hanc, aut ſi
non facis, dele me de libro tuo,
quem ſcripſiſti: 264

32 16 In quo enim ſcire poterimus ego,
& populus tuus, inueniſſe nos
gratiam in conſpectu tuo, niſi
ambules nobiſcum: vt glorifi-
cemur ab omnibus populis qui
habitant ſuper terram? Oſten-
de mihi gloriam tuam. Reſpon-
dit. Ego oſtendam omne bo-
num tibi. Non poteris videre
faciem meam, non enim vide-
bit me homo, & viuet. Ecce eſt
locus apud me: & ſtabis ſupra
petram: cumque tranſibit glo-
ria mea, ponam te in foramine
petræ, & protegam dexterâ
mea, donec tranſeam: tollam-
que manum meam, & videbis
poſteriora mea: faciem autem
meam videre non poteris.
113

Poſuit velamen ſuper faciem 33 35
ſuam. 391

Impleuitque eum ſpiritu Dei ſa- 31
pientia, & intelligentia, & ſciẽ-
tia, & omni doctrina, ad exco-
gitandum & faciendum opus
in auro, & argento, ſculpendiſ-
que lapidibus, & opere carpen-
tario. Quidquid fabre adin-
ueniri poteſt, & dedit in corde e-
ius. Ooliab quoque filiũ Achi-
ſamech, de tribu Dan. Am-
bos erudiuit ſapientia, vt fa-
ciant opera abietarij, polymita-
rij, & plumarij, de hyacintho,
& purpura, coccoque bis tin-
cto, & byſſo, & texant om-
nia: ac noua quæque reperiant.
92

Fecit & labrum æneum cum 8 38
baſi ſua de ſpeculis mulierum,
quæ excubabant in oſtio taber-
naculi. 461

Fecerunt quoque tunicam ſuper- 20 39
humeralis totam hyacinthi-
nam, & capitium in ſuperiori
parte contra medium: oramque
per gyrum capitis textilem:

Digitized by Google

decorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta: & tintinnabula de auro puriſsimo, quæ poſuerunt inter malogranata, in extrema parte tunicæ per gyrum. 465

40 32 *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud. Si quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſraël per turmas ſuas: ſi pendebat deſuper; manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, &c.* 94

Leuitici.

11 30 *Mygale, & chamaleõ, & ſtellio, & lacerta, & talpa: omnia hæc immunda.* 368

19 18 *Diliges amicum tuum ſicut teipſum.* 434

Numeri.

1 50 *Ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius: & erũt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi metabũtur. quum proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum; cum caſtrametandum, erigent. Fecerunt ergo filij Iſraël iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moyſi.* 92

3 39 *Omnes Leuitæ, quos numerauerunt Moyſes, & Aaron fuerunt viginti duo millia.* ibid.

Omnes Leuitæ quos numerauit Moyſes & Aaron fuerunt viginti duo millia, ex quibus deſtinati erant ad ſanctuarij trãſlationem quingenti octoginta ſupra octo millia. 92

Duo plauſtra, & quatuor boues dedit filijs Gerſon. Iuxta id quod habebant neceſſarium: quatuor alia plauſtra & octo boues dedit filijs Merari, ſecundum officia & cultũ ſuum, ſub manu Ithamar, &c. filijs autem Caath, non dedit plauſtra & boues: quia in ſanctuario ſeruiunt, & onera proprijs portant humeris. 93 7 7

Si quando habebitis epulum, & dies feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis vt ſint vobis in recordationem Dei. 75 10 10

Sanctificamini, cras comedetis carnes. 82 18 11

Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis. 193 4

Vocauitque Oſee filium Nun Ioſue. 267 18 13

Pergenteſque vſque ad torrentem botri abſciderunt palmitem cũ vua ſua: quem portauerunt in vecte duo viri; de malis quoque granatis, & de ficis, loci illius tulerunt, reuerſique exploratores venerunt ad Moyſen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Iſraël, locutique eis & omni multitudini, oſtenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes: venimus in terram ad quam miſiſti nos quæ re vera fluit lacte & melle: vt ex his fructibus cognoſci poteſt. 138 24

Sed cultores fortiſsimos habet & vrbes grandes atque munitas. 142 29

Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere; quia fortior nobis eſt. 142 32

Igitur vociferãs omnis turba fleuit nocte illa. 142 1 14

Digitized by Google

18. 6. *Dixit dominus ad Aaron, ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorũ Iſrael, & tradidi donum Domino vt ſeruiant in miniſterijs tabernaculi eius.* 90

21 14 *Vnde dicitur in libro bellorum Domini, ſicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Aaron.* 72

5 *Anima noſtra iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* 193

9 *Fecit Moyſes ſerpentem aneum & poſuit eum pro ſigno, quem cum percuſſi aſpicerent ſanabantur.* 515

8 *Locutus eſt Dominus ad Moyſẽ; fac ſerpentem aneum & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, viuet.* 547

31 25 *Cur fœminas reſeruaſtis nõne iſtæ ſunt quæ deceperunt filios Iſrael.* 380

25 9 *Occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum.* 422

3 *Iratus Dominus, ait, ad Moyſem, tolle cunctos principes populi & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael.* 423

24 16 *Dixit auditor ſermonum Dei qui nouit doctrinam altiſſimi & viſiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos; videbo eum, ſed non modo, intuebor illum, ſed non prope: orietur ſtella ex Iacob & conſurget virga de Iſrael.* 85

17 *Orietur Stella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael.* 318

25 1 *Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab quæ vocauerunt eos ad ſacrificia: At illi comederũt & adorauerunt Deos earum.* 380

4 *Et iratus Dominus, ait ad Moyſem, tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis,* 380

Deuteronomij.

DOminus Deus ignis conſumens eſt. 517 24 4

Quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt. 111 24

Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi Dominus Deus: ipſum audies. 85 15 16

Deus veſter in medio veſtri eſt. 288 4 20

Maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno. 516 23 28

Percutiat te Dominus vlcere peſſimo in genibus & in ſuris ſanarique non poſſis à planta pedis vſque ad verticem tuum. 201 35

Videte quod ego ſum ſolus, & non ſit alius Deus præter me. 9 39 32

De vinea Sodomorum vinea eorũ: Vua eorum vua fellis, & botri amariſſimi: fel Draconum vinum eorum & venenum aſpidum inſanabile. 137 32

Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas & aſſumpſit eum atque portauit in humeris ſuis. 190 11

In loco horroris & vaſtæ ſolitudinis. 281 10

Fluat vt ros eloquium meum. 316 2

Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſidet te; & fecit, & creauit te. 428 6

Dixi vbinam ſunt? ceſſare faciã ex hominibus memoriã eorum: ſed propter iram inimicorum diſtuli ne forte ſuperbirent hoſtes eorum, & dixerent: manus noſtra excẽlsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. 444 27

Benedictus Aſer, & tingat in oleo pedem ſuum. 449 24 33

Digitized by Google

Ioſue.

1 8 NOn recedas volumen legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt cuſtodias, & facias omnia, quæ ſcripta ſunt in eo. Tūc diriges viam tuā, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi: confortare, & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere: quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus, ad quacunque perrexeris. 573

3 16 Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno: & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe: & ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant circa ſiccam humum in medio Iordanis accincti: omniſque populus per arentem alueum tranſibat. 76

6 16 Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Igitur omni populo vociferanti, & clāgentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox, ſonituſque increpuit: muri illico corruerunt, & aſcendit vnuſquiſque per locum, qui contra ſe ſe erat: ceperuntque ciuitatem. 76

21 Interfecerunt omnia, quæ erant in ea. 77

10 12 Sol contra Gabaon ne mouearis: & luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol, & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis. 238

24 29 Mortuus eſt filius Nun, ſeruus Domini, centū & decem annorum: ſepelieruntque eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thamnathſare, ſeruiuitque Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue. ibid.

Iudicum.

SEptuaginta Reges amputatis manuum, ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias. ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. 348 7 1

Viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum: oſtende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum miſericordiam. 369 24

Dimiſit ergo Ioſue populum, & abierunt filij Iſrael vnuſquiſque in poſſeſſionem ſuam, vt obtinerent eam ſeruirentque Domino cunctis diebus eius. Mortuus eſt autem Ioſue filius Nun, famulus Domini, centum decem annorum, & ſepelierunt eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thamnathſare. Omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos. 238 6 2

Mortuus eſt autem Ioſue famulus Domini: omniſque illa generatio congregata eſt ad patres ſuos. Et ſurrexerunt alij, qui non nouerant Dominum: feceruntque filij Iſrael malum in conſpectu Domini, & ad iracundiam concitauerunt Dominum, dimittentes eum. Iratuſque Dominus contra Iſrael, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hoſtibus, & vehementer afflicti ſunt. Suſcitauitque Dominus iudices, qui liberarēt eos de vaſtantium manibus. Cumque Dominus iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus: & liberabat eos de cæde vaſtantiū: poſtquam autem mortuus eſſet 8 2

Digitized by Google

INDEX.

index, reuertebantur, & multo faciebant peiora, quam fecerant Patres eorum. 268

3 12 *Addiderunt filij Iſrael facere malum in conſpectu domini: qui confortauit aduerſus eos Eglon Regem Moab: ſeruieruntque filij Iſrael Eglon Regi Moab decem, & octo annis.* 519

15 *Suſcitauit eis Saluatorem vocabulo Aod, qui vtraque manu pro dextra vtebatur.* 518

16 *Fecit ſibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palmæ manus.* 520

Extendit Aod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextero femore, infixitque eam in ventrem eius tam valide, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur. 518

22 *Nec eduxit gladium: ſed ita vt percuſſerat, reliquit in corpore, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere: ac pinguiſſimo adipe ſtringeretur.* 522

28 *Qui dixit ad eos: ſequimini me tradidit enim* Dominus *inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras.* Deſcenderuntque *poſt eum, & occupauerunt vada Iordanis, quæ transmittunt in Moab, & non dimiſerunt trāſire quemquam: ſed percuſſerunt Moabitas.* 522

4 4 *Erat autem* Debora *prophetis vxor Lapidoth quæ iudicabat populum in illo tempore: aſcendebantque ad eam filij Iſrael in omne iudicium.* 268

16 Dedit *tubas in manibus virorū, lagenaſque vacuas ac lampades in medio lagenarum: & dixit ad eos: quod me facere videritis, hoc facite. Ingreſſuſque eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo in partem caſtrorum incipientibus vigilijs noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarēt locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius* Domini*, & Gedeonis, ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt: & vociferantes, vlulanteſque fugerunt.* 125

Cæſis centum viginti millibus bel- 10 8
latorum. 125

Surrexit Gedeon, & interfecit 21
Zebee, & Salmana, & tulit ornamenta, ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari ſolent. Dixeruntque *omnes viri Iſrael ad Gedeon: dominare noſtri.* 125

Erat autem quidam vir de Sa- 2 13
raa, & de ſtirpe Dan, *nomine Manue, habens vxorem ſterilem: cui apparuit Angelus* Domini, *& dixit ad eam: ſterilis es, & abſque liberis, ſed concipies, & paries filium. Caue ergo, ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundum quicquam comedas: quia concipies, & paries filium. Peperitque filium, & vocauit nomen eius*
Samſon. 243 4 14

Numquid non eſt mulier in toto populo meo: quia vis accipere vxorem de Philiſthijm qui incircuncisi ſunt. Parentes autē eius neſciebant, quod res à domino fieret: vt quæreret occaſionem contra Philiſthijm. 248

Digitized by Google

20 1 *Egreſſi ſunt omnes filij Iſrael, & pariter congregati quaſi vir vnus.* 504

21 24 *In diebus illis non erat iudex in Iſrael; ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* 264

1. Regum.

2 22 *Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia quæ faciebãt filij ſui vniuerſo Iſraeli; & quomodo dormiebant cũ mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi; & dixit eis: Quare feciſtis res huiuſmodi, quas ego audio res peſſimas?* 270

24 *Nolite filij mei, non eſt bona fama, quam ego audio.* 270

31 *Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum.* 327

Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo. 327

3 2 *Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant.* 270

3 *Lucerna Dei antequã extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini.* 104

20 *Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque ad Berſabee, quod fidelis Samuel Propheta eſſet Domini.* 327

5 1 *Tulerunt Phyliſthijm arcam Dei, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon: cumque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die: ecce Dagon iacebat pronus in terra.* 60

7 6 *Iudicauit Samuel filios Iſrael in Maſphat.* ibid.

Dixeruntque ad Samuelem: ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum: vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnũ & obtulit illum holocauſtum integrum Domino, & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael. 327

Ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum. 400 2 9

Vbi eſt domus videntis? & reſpondit Samuel: ego ſum videns. 269 18

Aſſumens itaque Samuel Saulẽ, & puerum eius introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant inuitati: erant enim quaſi triginta viri. Dixitque Samuel coco: da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres ſeorſum apud te, leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel; ecce quod remanſit; pone ante te, & comede; quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. 327 22

Tulit autem Samuel Lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & oſculatus eſt eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in Principem. 327. 740 1 10

Et exclamauit omnis populus, & ait: viuat Rex. 400 24

Inuaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus: & recenſuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia, virorum autem Iuda triginta millia. 400 7 11

Peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſrael: & reuertere mecum, vt adorem Dominum. 400 30 15

Siccine ſeparat amara mors. 382 32

Sanctificauit Iſai, & filios eius: & vocauit 5 16

Digitized by Google

vocauit eos ad ſacrificium. 327

11 *Adhuc reliquus eſt paruulus.* 106

13 *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrũ eius.* 337.740

17 36 *Nam & leonem, & vrſum interfeci.* 228

45 *Tu venis ad me in gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini.* 228

50 *Praualuitque Dauid aduerſus Philiſthæum in funda & lapide.* 613

18. 6. *Egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael canentes, choroſque ducentes in occurſum Saul Regis in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris: & præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes: percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* 206

8 *Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque; dederunt Dauid decem millia & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps. Tenebatque Saul lanceam, & miſit eam, putans, quod configere poſſet Dauid cum pariete.* 206

19 12 *Depoſuit eum per feneſtram. Tulit autem Michol ſtatuam, & ſtatuit eam ſuper lectum: & pellem piloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit eam veſtimentis.* 213

20 30 *Fili mulieris virum vltro capientis, numquid ignoro quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ.* 212

21 10 *Fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth.* 207

Extimuit valde à facie Achis Regis Geth, & immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, defluebantque ſaliuæ eius in barbam. ibid. 13

Et fugit in ſpeluncam odollã. 208 1 22

Et profectus eſt Dauid inde in Maſpha, quæ eſt Moab. 208 3

Dixit ad Regem Moab: maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiſcum, donec ſciam, quid faciat mihi Deus: & reliquit eos ante faciem Regis Moab. 208 3

Et trucidauit in die illa octoginta quinque viros veſtitos Ephod lineo. Nobe autem, ciuitatem ſacerdotum percuſſit in ore gladij viros, & mulieres, & lactẽtes, bouemque & aſinum, & ouem in ore gladij. 208 18

Tu regnabis ſuper Iſrael, & ego ero tibi ſecundus: ſed et Saul pater meus ſcit hoc. 207 17 23

Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te; Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis. 338 5 24

Canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum. 469 15

Et leuauit Saul vocem ſuam, & fleuit, dixitque ad Dauid: iuſtior tu es, quam ego. Et tu indicaſti hodie, quæ feceris mihi bona. 338 18

Procidit corã Dauide ſuper faciẽ ſuã, & adorauit ſuper terrã. 3 23 25

Ne ponat Dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal; quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo. 261 25

Ecce famula tua ſit in ancillam: vt lauet pedes ſeruorum tuorum. 4 41

Digitized by Google

2. Regum.

3 8 Q*Vare ingreſſus es ad concu-*
7 14 *binam patris mei.* 98
Ego ero ei in patrem ; & ipſe erit
mihi in filium. 84
11 2 *Vidit mulierem ſe lauantem.* 39
31 *Circumegit ſuper eos ferrata car-*
penta. 329
13 1 *Factum eſt autem poſt hac, vt Ab-*
ſalom filij Dauid ſororem ſpe-
cioſiſſimam , vocabulo Tha-
mar , adamaret Amnon filius
Dauid , & deperiret eam val-
de, ita vt propter amorem eius
ægrotaret. Præualens viribus
oppreſſit eam , & cubauit cum
ea. Et exoſam eam habuit Am-
non odio magno nimis , ita vt
maius eſſet odium , quo oderat
eam , amore , quo ante dilexe-
rat. Dixitque ei Amnon ſurge,
& vade , vocato puero, qui mi-
niſtrabat ei, dixit ; eijce hanc à
me foras ; & claude oſtium poſt
eam. 493
2 *Deperiret eam valde ita vt pro-*
pter amorem eius ægrotaret. 381
14 25 *Porro ſicut Abſalom vir non eſt*
pulcher in omni Iſrael & deco-
rus nimis. Et quando tondebat
capillum , ponderabat capillos
capitis ſui ducentis ſiclis ponde-
re publico. 493
15 2 Et *mane conſurgens Abſalom ſta-*
bat iuxta introitum portæ : et
omnem virum , qui habebat
negotium , vt veniret ad Regis
iudicium, vocabat Abſalom ad
ſe, et dicebat : videntur mihi
ſermones tui boni , et iuſti : ſed
non eſt, qui te audiat. Quis
me conſtituat iudicē ſuper ter-
ram : vt ad me veniant omnes,
qui habent negotium , et iuſte
iudicem : ſed, et cum accederet
ad eum homo, vt ſalutaret illū.
extendebat manum ſuam , et
deoſculabatur eum. Facta eſt
coniuratio valida ; populuſque
concurrens augebatur cū Ab-
ſalom. 493
Egrediebatur inde vir de cogna- 5 16
tione dom⁹ Saul, nomine Semei
filius Geræ procedebatq; egre-
diens , et maledicebat , mit-
tebatque lapides contra Dauid.
Ita autem loquebatur Semei,
cum malediceret Regi. Egre-
dere, egredere vir ſanguinum,
et vir Belial, reddidit tibi Do-
minus vniuerſum ſanguinem
domus Saul, quoniam inuaſiſti
regnum pro eo, & dedit Domi-
nus regnum in manu Abſalon
filij tui : & ecce premunt te
mala tua, quia vir ſanguinum
es. 469
Dimitte eum , vt maledicat iux- 11
ta præceptum Domini , ſi forte
reſpiciat Dominus afflictionē
meam ; & reddat mihi Domi-
nus bonum pro maledictione
hac hodierna. 469
Accidit autem, vt occurrerit Ab- 9 18
ſalom ſeruis Dauid : cūque in-
greſſus fuiſſet mulus ſubter cō-
denſam quercū, & magnā, ad-
hæſit caput eius quercui : & il-
lo ſuſpenſo inter cælum, & ter-
ram , mulus cui inſederat per-
tranſiuit. 494
Si vidiſti, quare non confodiſti eū 12
cum terra. Et ego dediſſem tibi
decem argenti ſiclos , & vnum
balteum. Qui dixit ad Ioab;
ſi appenderes in manibus meis
mille argenteos : nequaquam
mitterem manum meam in fi-
lium Regis. Audientibus enim
nobis , præcepit Rex tibi , &
Abiſai, & Ethai, dicens, cuſto-
dite mihi puerum Abſalō. 309
Hæc autem ſunt verba nouiſſima 1 23

Digitized by Google

David: ſpiritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per linguã meam. Dixit Deus Iſrael mihi: locutus eſt fortis Iſrael, Dominator *hominum, iuſtus Dominator in timore* Dei. *Sicut lux auroræ, oriente ſole, mane abſque nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra: ſedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Poſt hunc Eleazar, & poſt hunc Semma.* 328

8 *Hæc nomina fortium.* Dauid *ſedens in cathedra, ſapientiſſimus Princeps, ipſe eſt, quaſi tenerrimus vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* 503

3. Regum.

1 1 ET Rex Dauid *ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur veſtibus, non caleſiebat.* 294

3 *Quæſierunt igitur adoleſcentulã ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael: & inuenerunt Abiſag Sunamitidem.* 294

10 1 *Sed & Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine* Domini, *venit tentare eum in ænigmatibus: & ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis.* 365

8 *Beati ſunt ſerui tui, & beati viri tui, qui audiunt ſapientiã tuã. Sit* Dominus *tuus benedictus, cui complacuiſti: & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quod dilexit* Dominus *Iſrael in ſempiternum: & conſtituit te Regem, vt faceres iudicium, & iuſtitiam.* 467

Non ingrediemini ad alienigenas: certiſſime enim auertent corda veſtra. 66 2 11

Colebat Aſtarthen Deam Sidoniorum: & Moloch Deum *Ammonitarum: & ædificauit fanum Chamos, idolo Moab, & Moloch idolo filiorũ Ammon.* 65 5

Et ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboam ſtante ſuper altare & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in ſermone Domini, & ait. Altare, altare, hæc dicit Dominus: ecce altare ſcindetur & effundetur cinis, qui in eo eſt: altare quoque ſciſſum eſt: & effuſus eſt cinis de altari. 60 1 13

Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem ſuper populum meum Iſrael, & non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid, *me autem proieciſti poſt corpus tuum: idcirco ecce ego inducam mala ſuper domũ Ieroboã.* 328 7 14

Abdias autem timebat Dominũ valde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas: & abſcondit eos quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis: & pauit eos pane & aqua. 213 3 18

Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna: rurſumque dixit etiam ſecundo hoc facite: qui cum feciſſent ſecundo, ait: etiã tertio idipſum facite: feceruntque tertio, & currebant aquæ circum altare: & foſſa aquæ ductus repleta eſt. Et accedens Elias propheta ait: Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael oſtende hodie, quia 34

Digitized by Google

tu es Deus Iſrael: vt diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus, et tu conuertiſti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & deuorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque, & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens. Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciẽ ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. 119

19 8 Ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb. 447

20 10 Ne glorietur accinctus, æque vt diſcinctus. 354

21 20 Inueni eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu Domini. Ecce ego inducam ſuper te malum. 339

27 Cum audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam: ieiunauitque, & dormiuit in ſacco: & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem, dicens; Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me. 339

22 34 Vir autem quidam tetendit arcum, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſrael, & mortuus eſt. 425

4. Regum.

2 11 Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumq; & aſcendit Elias per turbinem in cælum: 110

3 3 Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. 324

4 23 Quam ob cauſam vadis ad eum? Hodie non ſunt Calendæ neque ſabbatum. 75

Iratus Naaman recedebat, dicens: putabam, quod egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, et tangeret manu ſua locum lepræ. 452 11 5

Interfecit omne ſemen regium. 213 1 11

Tollens autem Ioſaba filia Regis Ioram, ſoror Ochoziæ, Ioas, filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abſcondit eum à facie Athaliæ. vt non interficeretur. Eratque cum ea ſe annis in domo Domini. Porro Athalia regnauit ſuper terra. 213

Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus; quibus docuit eum Ioiada ſacerdos. 330 2 12

Surrexerunt autem ſerui eius, & coniurauerunt inter ſe, percuſſeruntque Ioas. 330 20

Vidit Deus anguſtiã Iſrael, quia attriuerat eos Rex Syriæ, & dedit Dominus Saluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu Regis Syriæ. 272 5 13

Verum tamen excelſa non eſt demolitus. 239 1 15

Facti ſunt ſicut fœnum agri, & virens herba tectorũ, quæ arefacta eſt, antequam veniret ad maturitatem. 104 26 19

In tempore illo miſit Boradach Baladan filius Baladan Rex Babyloniorum litteras, & munera ad Ezechiam. 358 12 20

Oſtendit eis domum aromatũ, & aurum & argentum, & pigmẽta varia, vnguenta quoque & domũ vaſorum, & omnia, quæ habere poterat in theſauris ſuis. 358 13

Digitized by Google

23 2 *Aſcenditque Rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuerſique, qui habitant in Ieruſalem cum eo, ſacerdotes, & prophetæ, & omnis populus à paruo vſque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus eſt in domo Domini. Stetitque Rex ſuper gradum; & fœdus percuſſit coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cuſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & ceremonias in omni corde & in tota anima, & ſuſcitarent verba fœderis huius, quæ ſcripta erãt in libro illo; acquieuitque populus pacto.* 330

11 *Abſtulit quoque equos, quos dederant Reges Iuda ſoli: currus autem ſolis combuſſit igne.* 447

16 *Viginti quinque annorum erat erat Ioakim, cum regnare cœpiſſet.* 331

I. Paralipomenon.

26 16 *SEphim, & Hoſa ad occidentem iuxta portam, quæ ducit ad viam aſcenſionis: cuſtodia contra cuſtodiam.* 585

29 11 *Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria.* 538

II. Paralipomenon.

17 7 *CVmque ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa, & lucos de Iuda abſtulit. Tertio autem anno regni ſui miſit de Principibus Iſraël, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Eliſama, & Ioram ſacerdotes. Docebantque populum in Iuda habentes librum legis Domini. Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum, quæ erant per gyrum Iuda; nec audebant bellare contra Ioſaphat.* 330

Præcipiens iudicibus: Videte quid faciatis. Non enim hominum exercetis iudicium, ſed Domini: & quodcunque iudicaueritis in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum: & cum diligentia cuncta facite. Non eſt enim apud Dominum Deũ noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum. 263 6 19

Athalia interfecit omnem ſtirpem regiam domus Ioram. 213 10 20

Quare tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Dominum, vt derelinqueret vos. 20 24

Fecitque bonum in conſpectu Domini: verumtamen non in corde perfecto. 330 1 25

Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominũ Deum ſuum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum ſuorum. Et cognouit Manaſſes quod Dominus ipſe eſſet Deus. 344 12 33

Mundauit Iudam, & Ieruſalem ab excelſis, & lucis. 239 3 34

Magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos. 12

Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor Rex Babylonis: & vinctum catenis duxit in Babylonem. 332 6 36

III. Eſdræ.

ET multi perierunt, & iugulati ſunt; & peccauerunt propter mulieres. 423 27 4

Digitized by Google

IIII. Eſdræ.

5 42 Coronæ aſſimilabo iudicium meum. 309

Tobias.

1 4 Cumque eſſet iunior omnibus in tribu Neptali; nihil tamen puerile geſſit in opere. 215

2 8 Arguebant autem eum omnes proximi eius dicentes: iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum, quam Regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & medijs noctibus ſepeliebat ea. 466

8 3 Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſerto ſuperioris Ægypti. 340

12 15 Ego ſum Raphaël Angelus vnus ex ſeptem, qui adſtamus ante Dominum. 597

13 13 Ieruſalem luce ſplendida fulgebis: & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient; & munera deferentes adorabunt in te Dominum: & terram tuam in ſanctificationem habebunt. Tu autem lætaberis in filijs tuis: quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. Beati omnes, qui diligunt te; & qui gaudent ſuper pace tua. Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad videndam Ieruſalem. 86

Iudith.

10 17 Statim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. 39

Indumentis iucunditatis ſuæ. 124 3

Benedictus Dominus, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum. 192 24 13

Eſther.

Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum. 3 2 3

Accipere regium diadema ſuper caput ſuum. 308 8 6

Iob.

Tonſo capite corruens in terram adorauit. 3 20 1

Satan percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius, qui teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio. 200 7 2

Plorauerunt ſciſſiſque veſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cælum, & ſederunt cum eo. 200 12

Nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem eſſe vehementem. 201 13

Homo naſcitur ad laborem, & auis ad volatum. 214 7 5

Militia eſt vita hominis ſuper terram. 71 1 7

Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu ante omnes herbas areſcit: ſic viæ omnium, qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit. Super acerbum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides commorabitur. 606 11 8

Deridetur enim iuſti ſimplicitas: lampas contempta apud cogi- 4 12

Digitized by Google

tationes diuitum, parata ad tempus ſtatutum. 608

14 15 *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.* 321

14 *Rex interitus.* 619

15 21 *Sonitus terroris ſemper in auribus illius. Cum ſe mouerit ad quærẽdum panem, nouit quod paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio; & anguſtia vallabit eum.* 552

17 14 *Putredini dixi pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus.* 425

19 26 *In carne mea videbo Deum ſaluatorem meum.* 85

20 4 *Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum; abſcondet illud ſub lingua ſua. Caput aſpidum ſuget; & occidet eum lingua viperæ.* 137

25 6 *Filius hominis vermis.* 502

26 13 *Spiritus eius ornauit cælos.* 37

28 3 *Lapidem caliginis.* 225

12 18 *Sapientia vero vbi inuenitur? aut quis eſt locus intelligentiæ? trahitur autem ſapientia de occultis.* 385

14 *Abyſſus dicit non eſt in me.* 440

16 *Cauſam, quam neſciebam diligentiſſime inueſtigabam.* 313

6 *Quando lauabam pedes meos butyro: & petra fundebat mihi riuos olei.* 448

Sicut palma multiplicabo dies. 510

31 12 *Ignis vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* 110

33 4 *Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis viuificauit me.* 24

Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 368 30 34

Nullus ſimilis ei in legiſlatoribus. 273 22 36

Ponit nubem veſtimentum maris, & caligine illud quaſi pannis infantis obuoluit. 116 9 38

Nunquid oſtendiſti auroræ locum 12 38
ſuum? Nunquid conſideraſti, 19 18
in qua via lux habitet, & te- 24 22
nebrarum quis locus ſit: vt e- 27 25
ducas vnumquodque ad ter- 32
minos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius? Nunquid ingreſſus es theſauros niuis; aut theſauros grandinis aſpexiſti? Per quam viam ſpargitur lux: diuiditur æſtus ſuper terram? Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum: & viam ſonantis tonitrui: vt impleret inuiam, & deſolatam; & produceret herbas virentes? Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiadas; aut gyrum arcturi poteris diſſipare? Nunquid producis luciferum in tempore ſuo; & veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? Nunquid noſti ordinem cæli, aut pones rationem eius in terra? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adſumus? Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? 278

Quamquam non eſt ſuper terram, qui comparetur poteſtati diaboli. 66 24 41

Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti, qui nouerant

Digitized by Google

eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius; & dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam. 200

Pſalmi.

1 3 TAmquam lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. 563
2 3 Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. 52. 85. 406
4 3 Fili hominum vſquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium. 255
8 1 Domine, Dominus noſter quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. 48
13 1 Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus: corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis. 136
3 Venenum aſpidum ſub labijs eorum. 136
15 10 Notas mihi feciſti vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. 403
16 15 Satiabor cum apparuerit gloria tua. 143
Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua. 144
17 27 Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. 280
21 30 Adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram. 7
21 28 Adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium: quoniam Domini eſt regnum & ipſe dominabitur gẽtium. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conſpectu eius cadent omnes qui deſcendunt in terram. 361
Sicut aqua effuſus ſum; & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. 433 15 21
Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti. 502 2 21
Ego ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. 541 7
Attollite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. 578. 596 7 23
Refloruit caro mea. 299 7 27
Vox Domini intercidentis flammam ignis. 372 7 28
Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. 400 8 29
Conſcidiſti ſaccum meum & circumdediſti me lætitia. 509 12 29
Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. 190 21 30
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abſcondiſti timentibus te! abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ. 191 20
Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina. 454 4 31
Exultate iuſti in Domino rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cythara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione, quia rectum eſt Verbum Domini, & omnia opera eius in fide. 439 1 32
Pones in theſauris abyſſos. 439 7
Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus. 193 9 33

Digitized by Google

33 6 *Accedite ad eum & illuminamini & facies veſtræ non confundentur.* 281
35 7 *Iudicia tua abyſſus multa.* 440
35 10 *Apud te eſt fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen.* 461
12 *Non veniat mihi pes ſuperbiæ & manus peccatoris non moueat me.* 462
37 18 *Quoniam ego in flagella paratus ſum & dolor meus in conſpectu meo ſemper: quoniam iniquitatem meam annuntiabo & cogitabo pro peccato meo.* 412
38 3 *In meditatione mea exardeſcet ignis.* 119
44 1 *Eructauit cor meum verbum bonum: lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* 80
44 4 *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* 312
44 3 *Speciosus forma præ filijs hominum.* 347
46 6 *Aſcendit Deus in iubilatione & Dominus in voce tubæ.* 597
50 19 *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* 454
61 12 *Semel locutus eſt Deus.* 79
64 10 *Flumen Dei repletum eſt aquis.* 55
64 12 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ & campi tui replebuntur vbertate.* 315
66 1 *Deus illuminet vultum tuum ſuper nos.* 89
66 1 *Miſerere noſtri & benedic nobis: illumina vultum tuum ſuper nos, & miſerere noſtri.* 89
66 1 *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos & miſereatur noſtri: vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.* 89
66 8 *Benedicat nos Deus, Deus noſter: benedicat nos Deus.* 24
67 18 *Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.* 293
Currus Dei *decem millibus multiplex: millia lætantium in eis. Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem.* 611 18 67
Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem, accepiſti dona in hominibus. 591. 604 19 67
Deſcendet ſicut pluuia in vellus. 84 6 71
Reges Arabum & Saba dona adducent. 318 10
Reges Tharſis & inſulæ munera offerent; Reges Arabum & Saba dona adducent. 323
Reges Tharſis & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes ſeruient ei: quia liberauit pauperem à potente: & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi & animas pauperum ſaluas faciet. 361
Deus iudex eſt. 273 7 74
Notus in Iudæa Deus. 288 1 75
Vouete & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius offertis munera. Terribili & ei qui aufert ſpiritum Principum: Terribilia apud Reges terræ. 360 12
Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei & delectatus ſum; & exercitatus ſum. 588 4 76
Quis Deus magnus ſicut Deus noſter. 293 14
Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 571 1
Beatus vir cuius eſt auxilium abs 6

Digitized by Google

INDEX.

te aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum. 571

3 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 193

5 Beati qui habitant in domo tua Domine in ſecula ſeculorum laudabunt te. 402

8 Etenim benedictionem dabit legiſlator ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. 588. 598

12 Gratiam & gloriam dabit Dominus. 579

84 11 Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. 314

85 9 Omnes gentes quas feciſti venient & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum: Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. 349

87 16 Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea. 543

88 10 Tu dominaris poteſtati maris. 356

16 In nomine tuo exultabunt tota die; & in iuſtitia tua exultabuntur. Quoniam gloria virtutis eorum tu es. 228

27 Ipſe inuocauit me: Pater meus es tu: ego primogenitum ponam illum excelſum præ gentibus terræ. 106

89 9 Potens es Domine & veritas tua in circuitu tuo. 220

90 5 Scuto circundabit te veritas eius non timebis. 200

91 13 Iuſtus vt palma florebit. 510

93 11 Dominus ſcit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt. 586

94 4 Et in manu eius ſunt omnes fines terræ. 117

95 5 Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. 62

10 1 Benedic anima mea Domino; Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confeſſionem & decorem induiſti. 285

Deficiant peccatores à terra & iniqui ita vt non ſint. 285 35

Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento. 300 1

Qui facis Angelos tuos ſpiritus; & miniſtros tuos ignem vrentem. 110 4

Emittes ſpiritum tuum & creabuntur & renouabis faciem terræ. 37 30

Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. 24. 583 109 1

Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. 583 2

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. 216 3

Ex vtero ante luciferum genui te. 406 3

Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante luciferum genui te. 24 1 & 4

O Domine: quia ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ. 360 16 115

Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me; dextera Domini fecit virtutem non moriar ſed viuam. 520 16 117

Hæc dies quam fecit Dominus exultemus & lætemur in ea. 486 24

Conſtituite diem ſolemnem in condenſis. 522 27

Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. 50 18 118

Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam il- 34

lam in toto corde meo. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum quia ipſum volui. 321

83 *Factus ſum ſicut vter in pruina.* 281

119 3 *Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* 401

124 2 *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc & vſque in ſæculum.* 289

127 1 *Beati omnes qui timent* Dominum, *qui ambulãt in vijs eius. Labores manuum tuarũ quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit; Vxor tua, ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui, ſicut nouellæ oliuarum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dominum.* 381

2 *Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.* 495

138 1 *Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meã. Intellexiſti cogitationes meas de longe ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti.* 489

147 1 *Lauda Ieruſalem Dominum: lauda* Deum *tuum Sion. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te. Qui annuntiat verbum ſuum Iacob, iuſtitias & iudicia ſua Iſraël. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* 139

150 3 *Laudate eum in pſalterio & cithara: laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.* 595

Prouerbia.

Comedent igitur fructus viæ ſuæ. 495 31 1

Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. 272 8 2

Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. 418 18 4

Vſquequo piger dormies? Paululum conſeres manus, vt dormias; & veniet tibi, quaſi viator egeſtas, & pauperies, ſicut vir armatus. 496 9 6

Intexui funibus lectulum meum. 491 16 7

Intexui funibus lectulum meũ: ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto, aſperſi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo. 491

Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. 274 15 8

Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. 192 31

Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. 285 25

Vbi fuerit ſuperbia, ibi contumelia, vbi autem humilitas, ibi ſapientia. 468 2 11

Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. 412 21 12

Gloria præcedit humilitas. 468 33 15

Oculi ſtultorum in finibus terræ. 136 24 17

Doctrina viri per patientiam noſcitur. 553 11 19

Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum. 313 10 20

Hæreditas ad quam feſtinatur in principio: in nouiſſimo benedictione carebit. 496 21

Diſſipat impios, Rex ſapiens, & incuruat ſuper eos fornicem. 329 26

Ne attingas paruulorũ terminos, 10 23

Digitized by Google

& agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. 362

31 *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordet vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* 435

24 15 *Ne inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti: neque vaſtes requiem eius.* 267

25 6 *Ne glorioſus appareas coram Rege.* 349

26 9 *Spina naſcitur in manu temulenti.* 509

21 *Sicut carbaſus ad prunas, & ligna ad ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.* 401

27 22 *Si contuderis ſtultum in pila, quaſi ptiſanas feriente deſuper pilo, non auferetur ab eo ſtultitia eius.* 333

23 *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuoſque greges conſidera, & corona tribuetur tibi in generatione & generationem.* 307

28 15 *Leo rugiens, & vrſus eſuriens, Princeps impius ſuper populum pauperem.* 208

21 *Qui cognouit in iudicio faciem, non benefacit: iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.* 262

30 18 *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo: viam colubri ſuper terram, viam nauis in medio maris, viam viri in adoleſcentia.* 73.336

28 *Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum.* 367

Eccleſiaſtes.

Omnia flumina intrant in 7 1
mare, & mare non redundat; ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. 55

Dedi cor meum, vt ſcirem pru- 17
dentiam, atque doctrinam erroreſque, & ſtultitiam; & vidi quod in his quoque eſſet labor, & afflictio Spiritus, eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam, addit & laborem. 282

Dixi in corde meo: Vadam, & 1 2
affluam delicijs, & fruar bonis. Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos & plantaui vineas: feci hortos & pomaria: & conſeui cuncti generis arboribus; & extruxi mihi piſcinas aquarum. 282

Omnia quæ deſiderauerunt oculi 10
mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaueram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. 381

Vidi in omnibus vanitatem & 11
afflictionem animi & nihil permanere ſub ſole. 282

Vnus interitus eſt hominibus & 19 3
iumentorum. 425

Funiculus triplex difficile rum- 12 4
pitur. 356.464.363

Eſt & alia infirmitas, quam vi- 12 5
di ſub ſole: diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui. 574

Inueni amariorem morte mu- 27 7
lierem, quæ laqueus venatorum eſt; & ſagena cor eius. 342.381

Ego os Regis obſeruo, & præce- 3 8

Digitized by Google

pta iuramenti Dei: ne feſtines accedere à facie eius, neque permaneas in opere malo; quia omne quod voluerit, faciet; & ſermo illius poteſtate plenus eſt. 451

9 8 *Omni tempore ſint veſtimenta tua candida.* 401

10 19 *Pecuniæ obediunt omnia.* 346

11 1 *Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa inuenies illum.* 362

12 1 *Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ antequam veniat tempus afflictionis, antequam tenebreſcat Sol, & Luna & Stellæ: antequam conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam: & reuertatur puluis in terram ſuam vnde erat: & ſpiritus redeat ad Deũ qui fecit illum.* 67

Cantica.

1 *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino. Trahe me.* 6

2 *Oleum effuſum nomen tuum.* 304 232

2 *Oleum effuſum nomẽ tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* 305

4 *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te.* 435

5 *Nigra ſum ſed formoſa, filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* 413

6. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol.* 478

14 *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* 303

Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus; lectulus noster floridus: tigna domorum noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra Cypreſſina. 359 16

Flos campi & lilium conuallium. 119 1 2

Fructus eius dulcis gutturi meo. 561 3

Fulcite me floribus: ſtipate me malis. 119 5

Amore langueo. 423

Fulcite me floribus; ſtipate me malis quia amore langueo. 434

Tempus putationis aduenit. 295 12

Dilectus meus mihi, & ego illi: qui paſcitur inter lilia. 437 16

Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſponſa mea. 423 9 4

Mel & Lac ſub lingua tua. 137 11

Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. 358

Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cum pomorum fructibus: Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani. Myrrha, & aloe: fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. 281. 561. 358 13

Manus meæ diſtillauerunt myrrham: & digiti mei pleni myrrha probatiſſima. 352 5 5

Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt. 433 6

Candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs. Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis. Venter eius ebur- 10

Digitized by Google

neus, diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Guttur illius ſuauiſſimum: & totus deſiderabilis. 358

13 *Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam.* 351

6 3 *Pulchra es, amica mea ſuauis, & decora, ſicut Ieruſalem.* 358

10 *Deſcendi in hortum meum, vt viderem, ſi germinaſſent mala punica.* 561

7 4 *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.* 578

8 6 *Fortis eſt vt mors dilectio.* 421

Sapientiæ.

1 5 *Spiritus Sanctus diſciplinæ aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.* 18

7 *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* 10.24.395

10 *Auris Zeli audit omnia.* 267

13 *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.* 488

2 1-5 *Dixerunt cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigeriū in fine hominis. Vmbra enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reuerſio finis noſtri. Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullū pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.* 382

Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. 62 6

Iuſtorū animæ in manu Dei ſunt: & non tanget illos tormentum mortis. 190 1 3

Tanquam aurum in fornace probauit eos. 110 6

Audite ergo Reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ: præbete aures vos, qui continetis multitudines: quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra & cogitationes ſcrutabitur. Quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatē Dei ambulaſtis. Horrendè, & cito apparebit vobis: quoniam iudiciū duriſſimum his, qui præſunt, fiet. 369 2 6

Infinitus theſaurus eſt hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei. 377. 490 14 7

Speculum ſine macula Dei maieſtatis. 461 26

Vani in quibus non ſubeſt ſcientia Dei. 517 1 13

A magnitudine enim ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterit creator horum videri. 379 5

Benedictū eſt lignum per quod fit iuſtitia. 518 7 14

Noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam eſt radix immortalitatis. 48.320 3 5

Vmbra picturæ, labor ſine fructu, 4

Digitized by Google

effigies ſculpta per varios colores : cuius aſpectus inſenſato dat concupiſcentiam. 379

16 20 *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat : & deſeruiens vnius cuiuſque voluntati, ad quod, quiſque volebat, conuertebatur.* 193

26 *Non natiuitatis fructus paſcunt homines : ſed ſermo tuus hos, qui in te crediderint, conſeruat.* 198

2 *Vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti : incluſi ſub tectis fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt.* 72

3 *Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis : tenebroſo obliuionis velamento diſperſi ſunt pauentes horrende : & cum admiratione nimia perturbati.* 72

18 14 *Cumque enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet : omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terram proſiliuit.* 129.294

Eccleſiaſticus.

1 5 *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis : & ingreſſus illius mandata æterna.* 18.27

6 *Radix ſapientiæ cui reuelata eſt.* 457

2 19 *Qui timent dominum, inquirẽt, quæ beneplacita ſunt ei, & qui diligunt eum replebuntur lege ipſius.* 434

3 12 *Ne glorieris in contumelia patris tui : non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio.* 377

Sapiens cor & intelligibile abſtinet ſe à peccatis. 136 [32

In iudicando eſto pupillis miſericors vt Pater : & pro viro matri illorum : & eris tu, velut filius altiſſimi obediens : & miſerebitur tui magis, quam mater. 264 10 4

Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. 474 10 6

Interdum dominatur homo homini in malum ſuum. 261 9 8

Non incendas carbones peccatorum : & ne incendaris flamma ignis peccatorum. 401 13

Ne derelinquas amicum antiquum : nouus enim non erit ſimilis illi : vinum nouum amicus nouus : veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. 476 14 9

Iudex ſapiens iudicabit populum ſuum. 273 1 10

Deus ab initio conſtituit hominẽ, & reliquit eum in manu conſilij ſui : ſi volueris mandata ſeruare conſeruabunt te. 550 14 15

Diſciplina intellectus repleuit illos, creauit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu impleuit cor eorũ ; & mala & bona oſtendit illis. Addidit illis diſciplinam : & legem vitæ hereditauit illos. Magnalia honoris eius vidit oculus illorum. 283 5 17

Via peccantium complantata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. 418 11 21

Ego ex ore altiſſimi prodiui. 191 5 24

Quaſi balſamum non miſtum odor meus. 305 12

Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. 272

Ego quaſi vitis, fructificaui ſuauitatem odoris. 383 23

Digitized by Google

24 *Ego mater pulchræ dilectionis, & agnitionis: in me gratia omnis viæ, & veritatis.* 18

25 8 *Dolor cordis, & luctus mulier Zelotypa.* 386

10 *Sicut boum iugum, ita mulier nequam: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.* 386

12 *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum agnoſcetur.* 40

13 *In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam: ne inuenta occaſione vtatur ſe. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue & ne mireris, ſi te neglexerit. Sicut viator ſitiens, ad fontem os aperiet & ab omni aqua proxima bibet: & contra omnem palum ſedebit.* 415

16 *Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum: & oſſa illius impinguabit.* 141

35 12 *Da altiſsimo ſecundum datum eius.* 360

15 *Dominus Iudex eſt, & nõ eſt apud illum gloria perſonæ.* 608

18 *Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt: & exclamatio eius ſuper deducentes eas. A maxilla enim aſcendunt vſque ad cælum: & Dominus exauditor non delectabitur in illis.* 210

26 *Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis: quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.* 215

40 1 *Occupatio magna creata eſt hominibus & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vſque in diẽ ſepulturæ.* 548

44 20 *Abraham qui conſeruauit legem Excelſi, & fecit in teſtamento cum illo.* 242

45 14 *Qui conſeruauit legem Excelſi, & fuit in teſtamento cum illo coronam auream ſuper mitrã eius expreſſa gloria hominis.* 579

Fortis in bello Ieſus Naue, ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem electorum Dei. Quam gloriã adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & iactando contra ciuitates rompheas? An non iracundia eius impeditus eſt Sol, & vna dies facta eſt, quaſi duo? inuocauit altiſſimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit illum magnus, & Sanctus Deus. Et ſecutus eſt à tergo potentis: & in diebus Moyſi miſericordiam fecit ipſe, & Caleb, filius Iephone, ſtare contra hoſtem, & prohibere gentem à peccatis. Vt viderent omnes filij Iſrael, quia bonum eſt obſequi Sancto Deo. Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor: qui non auerſi ſunt à Domino vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa illorum pullulent in loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum, permanẽs ad filios illorum, ſanctorum virorum gloria. 238 1 46

Ioſue magnus ſecundum nomen ſuum in ſalutem. 274 1

Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor. Qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum. 268 13

Verbum Eliæ quaſi facula ardebat. 389 1 48

Qui verbo Domini continuit cælum, & deiecit de cælo ignem ter. 454 3

Memoria

Digitized by Google

49 1 *Memoria Ioſiæ in compoſitionem*
odoris facta opus pigmentarij.
In omni ore, quaſi mel, incul-
cabitur eius memoria: & vt
muſica in conuiuio vini. Ipſe
eſt directus diuinitus in pœni-
tentiam gentis; & tulit abomi-
nationes impietatis. Et guber-
nauit ad Dominum cor ipſius:
& in diebus peccatorum corro-
borauit pietatem. 239
16 *Nemo natus eſt in terra qualis*
Henoch: nam & ipſe receptus
eſt à terra. Et Ioſeph, qui na-
tus eſt homo. 214
51 14 *Inuocaui Dominum Patrem Do-*
mini mei. 374
34 *Collum veſtrum ſubijcite iugo: &*
ſuſcipiat anima veſtra diſcipli-
nam.
45 9 *Circumcinxit eum zona.* 298

Iſaias.

1 1 *In diebus Oziæ, Ioathã, Achaz,*
& Ezechiæ. 537
6 *A planta pedis vſque ad verticem*
non eſt in eo ſanitas. 200
Conflabunt gladios ſuos in vome-
2 4 *res: & lanceas ſuas in falces.*
Non leuabit gens contra gen-
tem gladium, nec exercebun-
tur vltra ad prælium. 133
Dicite iuſto quoniam benè: quoniã
3 10 *fructum adinuentionum ſua-*
rum comedet. 495
Vidi Dominum ſedentem ſuper
6 3 *ſolium excelſum, & eleuatum,*
& ea, quæ ſub ipſo erant reple-
bãt templum. Seraphim ſtabãt
ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex
alæ alteri. Duabus velabant
faciem eius; & duabus velabãt
pedes eius, & duabus volabant.
Et clamabant alter ad alterũ,
& dicebant: Sanctus, Sanctus,
Sanctus Dominus Deus exer-
cituum, plena eſt omnis terra
gloria eius. 25.583
Commota ſunt ſuperliminaria
cardinum; & domus repleta eſt 4
fumo. 26
Volauit ad me vnus de Seraphim,
& in manu eius calculus, quẽ 6
forcipe tulerat de altari: & te-
tigit os meũ, & dixit; ecce te-
tigi hoc labia tua; & auferetur
iniquitas tua. Et audiui vo-
cem Domini dicentis: vade, &
dices populo huic: audite au-
dientes: & nolite intelligere: &
videte viſionem; & nolite cog-
noſcere. 26
Excæca cor populi huius, & au- 10
res eius aggraua, & oculos eius
claude; ne fortè videat oculis
ſuis, & auribus audiat, & cor-
de ſuo intelligat, & conuerta-
tatur, & ſanem eum. ibid.
Propter hoc dabit Dominus ipſe 14 7
vobis ſignum. Ecce virgo con-
cipiet & pariet filium, & voca-
bitur nomẽ eius Emanuel; buty-
rum, & mel comedet vt ſciat
reprobare malum, & eligere
bonum. 74.85.117.210.295
Populus, qui ambulabat in tene-
bris vidit lucem magnam; ha- 2 9
bitantibus in regione vmbræ
mortis lux orta eſt eis. Læta-
buntur coram te, ſicut qui læ-
tantur in meſſe; ſicut exultant
victores capta præda, quando
diuidunt ſpolia. Iugum enim
oneris eius, & virgam humeri
eius, & ſceptrum exactoris eius
ſuperaſti, ſicut in die Madiam.
Paruulus enim natus eſt nobis,
& filius datus eſt nobis, & fa-
ctus eſt principatus ſuper hume-
rum eius; & vocabitur nomen
eius admirabilis, conſiliarius,
Deus fortis, Pater futuri ſæcu-
li, Princeps pacis. Multiplica-

Digitized by Google

bitur eius imperium, et paci nō erit finis; ſuper ſolium Dauid, et ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, et corroboret in iudicio, et iuſtitia à modo vſque in ſempiternum. 124.88. 124.133.

11 4 *Iudicabit in iuſtitia pauperes, et arguet in æquitate pro manſuetis terræ: et percutiet terram virga oris ſui, et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impiū. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius: et fides cinctorium renum eius.* 309

12 4 *Notas facite in populis adinuentiones eius.* 524

6 *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, et dicetis in illa die: confitemini Domino, et inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuentiones eius.* 87

14 13 *In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis. Aſcendā ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſsimo.* 38.535

29 De radice *enim colubri egredietur regulus, et ſemen eius abſorbens volucrem.* 537

19 18 *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Canaan, & iurantes per Dominum exercituum: ciuitas Solis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius, erit in ſignum, & in teſtimoniū Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis: & mittet eis Saluatorem, & propugnantem, qui liberet eos: & cognoſcetur* Dominus *ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptij Dominum in die illa, & colent eum in hoſtijs, & muneribus.* 478

Hæc dicit Dominus Deus exercituum: vade, ingredere à 15 22
Deum, qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpoſitum tēpli, & dices ad eum: quid tu hic? Aut quaſi quis hic? Quin excidiſti tibi hic ſepulchrum: excidiſti in excelſo memoriale diligenter: in petra tabernaculū tibi. Ecce Dominus aſportari te faciet: ſicut aſportari ſolet gallus gallinaceus: & quaſi amictum, ſic ſubleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione: quaſi, pilam mittet te in terram latam, & ſpatioſam, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo ſeruum meū Eliacim filium Helciæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: & poteſtatem tuā dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus Ieruſalem. 270

In die illa cantabitur canticum iſtud in terra Iudā: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion Saluator 1 26
ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas. Anima mea deſiderauit te in nocte. Sed in ſpiritu meo in præcordijs meis, de mane vigilabo ad te Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis. Viuent mortui tui: interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini, & laudate, qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus. 86

Digitized by Google

28 28 *Non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri.* 329

17 *Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura.* 307.308

29 9 *Obſtupeſcite, & admiramini: fluctuate, & vacillate: quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritũ ſoporis, claudet oculos veſtros: & erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras dicent: lege iſtum: & reſpondebit: non poſſum: ſignatus eſt enim.* 60

30 27 *Ecce nomen Domini venit de longinquo: ardens furor eius, & grauis ad portandum. Canticum erit vobis, ſicut nox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis; ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem* Domini *ad fontem Iſrael.* 240

32 27 *Erit opus iuſtitiæ pax.* 313.315

33 8 *Quantum diſtat cœlum à terra, ita cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & viæ meæ à vijs veſtris.* 586

22 Dominus *legifer noſter.* 610

35 4 *Deus ipſe veniet, & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et erit ibi ſemita, & via ſancta vocabitur.* 82.373

38 8 *Et reuerſus eſt Sol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.* 358

40 1 *Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter. Loquimini ad cor Ieruſalem, & aduocate eam: quoniam cõpleta eſt malitia eius: dimiſſa eſt iniquitas illius. Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Vox clamantis in deſerto: parate viã Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & reuelabitur gloria* Domini. 197

Videbit omnis caro pariter quod os Domini *locutum eſt.* 144 5

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. 143 6

Qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat. 321 29

Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, et ſuſcepit te dextera iuſti mei. 443 10 41

Ego Dominus, hoc eſt nomen meum. 4 8 42

Teſta de ſamijs terræ. 67 9 45

Qui portamini à meo vtero. 143 3 46

Audite me domus Iacob, qui geſtamini à mea vulua. Ego feci, et ego feram, ego portabo, et ſaluabo. 190

Qui iuratis in nomine Domini: et Dei Iſrael recordamini, non in veritate, neque in iuſtitia. 306 1 48

Non eſurient, neque ſitient, et non percutiet eos æſtus, et Sol, quia miſerator eorum reget eos, et ad fontes aquarum portabit eos. 412 10 49

Non eſt ſpecies neque decor: et vidimus eum, et non erat aſpectus et deſiderauimus eũ: deſpectũ, et nouiſſimum virorum: et putauimus eum, quaſi leproſum & percuſſum à Deo, *et humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra.* 347.569 2

Digitized by Google

10 *Dominus voluit conterere eum.* 126

5 & 11 *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. Inſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruus meus multos: & iniquitates corũ ipſe portabit.* 571

8 *Generationem eius quis enarrabit?* 24

54 1 *Lauda ſterilis, quæ non paris, quoniam multi filij deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum. Dilata locum tentorij tui: & pelles tabernaculorum extende. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, ſemen tuũ gentes hereditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* 519

55 1 *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, venite, & comedite: venite, comedite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra.* 448

58 11 *Requiem dabit tibi Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam: & vocaberis auertens ſemitas in quietem.* 589

59 5 *Oua aſpidum ruperunt: qui comederit de ouis eorum morietur: & quod confotum eſt erũpet in regulum.* 137

14 *Corruit in platea veritas.* 620

Conuerſum eſt retrorſum. 620

60 6 *Dromedarij Madian, & Epha: omnes de Saba venient, aurũ, & thus deferentes; & laudem* Domino *annuntiantes.* 365

18 *Occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem: nec ſplendor lunæ illuminabit: ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam: & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna non minuetur quia erit tibi* Dominus *in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.* 509

Indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum decoratum corona: & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. 299 — 10 61

Propter Sion *non tacebo, & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur, vt ſplendor, iuſtus eius: & Saluator eius vt lampas accendatur.* Et *videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen nouũ quod os Domini nominabit.* 294 — 1 62

Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? Dicit Dominus. Si ego, *qui generationem cæteris tribuo ſterilis ero.* 11 — 9 66

Videbitis, & gaudebit cor veſtrũ, & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius. 299

Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. 110 — 24

Lætamini cum Ieruſalem, et exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam, vt ſugatis, et repleamini vbere cõſolationis eius: vt mulgeatis, et delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. 492 — 10 66

Ieremias.

A, A, A, Domine Deus neſcio loqui. 34 — 6 1

Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, et portæ eius deſolamini vehementer — 12 2

Digitized by Google

dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. 61

14 *Nunquid ſeruus eſt Iſraël, aut vernaculus?* 555

17 *Nunquid non iſtud factum eſt tibi; quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito & vide, quia malum, & amarum eſt, reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, dixit Dominus Deus exercituum. A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti; Non ſeruiam. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.* 553

18 *Quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Arguet te malitia tua; & auerſio tua increpabit te?* 61

33 *In alijs tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum, & innocentum. Ecce ego iudicio contendam te cum.* 217

4 3 *Nolite ſerere ſuper ſpinas.* 454

5 21 *Me ergo non timebitis? ait Dominus? & à facie mea non dolebitis? qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt, & intumeſcent fluctus eius, & non tranſibunt illud; populo autem huic factum eſt cor incredulum, & exaſperans, receſſerunt, & abierunt.* 512

7 22 *Non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocautomatum, & victimarum.* 548

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium; omnis autem domus Iſraël incircumciſi ſunt corde. 256

Si mutare poteſt Pardus varietates ſuas. 64

Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & recedit à Domino cor eius. Erit enim quaſi myrica in deſerto, & non videbit, cum venerit bonum. 313 5 17

Solium gloriæ altitudinis à principio locus ſanctificationis noſtræ. Expectatio Iſraël Domine: omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te in terra ſcribentur. 12

Diem hominis non deſideraui, tu ſcis. 337 16

Dominus mecum eſt quaſi bellator fortis: idcirco, qui perſequuntur me cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer. 73 11 20

Facite iudicium, & iuſtitiam, & liberate vi oppreſſum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè. Quod ſi non audieritis verba hæc: in memetipſo iuraui, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit Domus hæc. 311 3 22

Hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus iuſtus noſter. 443 6 23

Ego enim cogito cogitationes pacis, vt dem vobis finem. 586 11 29

Vſquequo delicijs diſſolueris, &c. Quia creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœmina circũdabit virum. Hæc dicit Dominus 22 31

Digitized by Google

exercituum. Deus Iſraël; Adhuc dicant verbum iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius: cum conuertero captiuitatem eorum: Benedicat tibi Dominus, pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus. Quia inebriaui omnem animam iuſtam: & omnem animam eſurientem ſaturaui. 87.296

33 Dabo legem meam in viſceribus eorum: & in corde eorum ſcribam eam: & ipſi erunt mihi in populum. 331

32 19 Incomprehenſibilis cogitatu. 6

36 22 Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono, & poſita erat arula corã eo plena prunis. Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor ſcidit illum ſcalpello ſcribæ, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni. 331.555

29 Tu combuſiſti volumen illud, dicens: quare ſcripſiſti in eo annuntians. Feſtinus veniet Rex Babylonis & vaſtabit terram hanc: & ceſſare faciet ex illa hominem, & iumentum. Propterea hæc dicit Domiuus contra Ioachim Regem Iuda: Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. 332

30 Propterea hæc dicit Dominus contra Ioachim Regem Iuda: non erit ex eo, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. 555

Threni.

ÆDificauit in gyro meo: & circundedit me felle, & labore. In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos. Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Sed & cum clamauero, & orauero, excluſit orationem meam. 582 5 3

Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis. 416 8 4

Baruch.

HIc eſt Deus noſter, &c. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ & tradidit illam Iacob. Poſt hæc in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt. 115 36 3

Ezechiel.

APerti ſunt cæli & vidi viſiones Dei, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius: & de medio eius quaſi ſpecies electri; id eſt, de medio ignis, & in medio eius ſimilitudo quatuor animalium: & hic aſpectus eorum, ſimilitudo hominis in eis. Quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. Cumque aſpicerent animalia, apparuit rota vna ſuper terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & ſuper firmamentum quod 1 1

Digitized by Google

erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni. 480

1 27 Erat quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum: à lumbis eius, & deſuper, & à lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu. 432

1 26 Super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum quaſi aſpectus lapidis ſapphiri. 480

2 1 Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. 480

3 1 Fili hominis, quodcumque inueneris, comede: comede volumen iſtud, & vade, loquere ad filios Iſrael. 384

12 Aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem cõmotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de cælo ſuo: & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: & vocem rotarum ſequentium animalia & vocem commotionis magnæ. 481

7 3 Iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas: &c. & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego Dominus. 416

8 6 Et dixit ad me, Fili hominis, putaſne, vides tu quid iſti faciant, abominationes magnas. Et introduxit me ad oſtium atrij & ecce omnis ſimilitudo reptiliũ, & animalium, abominatio & vniuerſa idola domus Iſraël depicta erant in pariete in circuitu per totum, & ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael ſtabant ante picturas: & vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua. Et ecce ibi mulieres plangentes Adonidem. 58

Ecce firmamentum quod erat ſuper caput Cherubim quaſi lapis ſapphirus. 480 1 10

Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, morte morietur. 298 26 13

Ego Dominus Deus veſter: in præceptis meis ambulate, iudicia mea cuſtodite & facite ea. Et ſabbata mea ſanctificate: vt ſint ſignum inter me, & vos, & ſciatis, quia ego Dominus Deus veſter. 459 19 20

Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, & perfectus decore; omnis lapis pretioſus operimentum tuum: & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt. 225 12 28

Tu ſignaculum ſimilitudinis: eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: Nihili factus es, & non eris in perpetuum. 535 12.17.28. 19

Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram proieci te: ante faciem Regum dedi te, vt cernerẽt te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluiſti ſanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te; & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te. Omnes, qui viderint te in gentibus, obſtupeſcent ſuper te; Nihili factus es, & non eris in perpetuum. 401 17 28

Conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa; Et dixit Dominus 1 44

Digitized by Google

ad me: Porta hæc clauſa erit;
non aperietur; & vir non tran-
ſibit per eam, quoniam Domi-
nus Deus Iſrael ingreſſus eſt
per eam; eritque clauſa princi-
pi; Princeps ipſe ſedebit in ea, vt
comedat panem coram Domi-
no. Per viam portæ veſtibuli
ingredietur, & per viam eius
egredietur. 100
25 Ad mortuum hominem non in-
gredientur, ne polluantur, niſi
ad patrem & matrem, & fi-
lium, & fratrem, & ſororem.
426
47 1 Ecce aquæ egrediebantur ſubter
limen domus. Cum egredere-
tur vir ad orientem, qui habe-
bat funiculum in manu ſua; &
menſus eſt mille cubitos, & tra-
duxit me per aquam vſque ad
talos. Rurſumque menſus eſt
mille, & traduxit me per a-
quam vſque ad renes. Et men-
ſus eſt mille, torrentem, quem
non potuit, pertranſire: quo-
niam intumuerant aquæ pro-
fundi torrentis, qui non poteſt
tranſuadari: Et dixit ad me,
certe vidiſti, fili hominis. Et e-
duxit me, & conuertit ad ri-
pam torrentis. 54
6 Eduxit me, & conuertit ad ripam
torrentis: ecce in ripa torren-
tis ligna multa nimis ex vtra-
que parte. 68

Daniel.

8 PRopoſuit autem Daniel in
corde ſuo ne pollueretur de
menſa Regis, neque de vino po-
tus eius; Et rogauit eunu-
chorum præpoſitum, ne conta-
minaretur. Tenta nos (obſecro)
ſeruos tuos diebus decem, vt
dentur nobis legumina ad veſ-
cendum, & aqua ad bibendum.
Qui audito ſermone huiuſce-
modi tentauit eos diebus de-
cem. Poſt dies autem decem ap-
paruerunt vultus eorum me-
liores, & corpulentiores præ
omnibus pueris, qui veſceban-
tur cibo Regio. 417
Et ex hominibus abiectus eſt, & 30 4
fœnum vt bos comedit: & rore
cæli corpus eius infectum eſt:
donec capilli eius in ſimilitudi-
nem aquilarum creſcerent, &
vngues eius quaſi auium. Igi-
tur poſt finem dierum ego Na-
buchodonoſor oculos meos ad
cælum leuaui, & ſenſus meus
redditus eſt mihi? Et altiſsimo
benedixi, & viuentem in ſem-
piternum laudaui, & glorifi-
caui: quia poteſtas eius poteſtas
ſempiterna, & regnum eius in
generatione & generationem.
345
Prima quaſi leæna, & alas 4 7
habebat aquilæ. Aſpiciebam,
donec euulſæ ſunt alæ eius: &
ſuper pedes quaſi homo ſtetit.
64
Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo in 5
parte ſtetit, & tres ordines e-
rant in ore eius, & in dentibus
eius. ibid.
Poſt hæc aſpiciebam: & ecce alia, 6
quaſi pardus, & alas habebat
quaſi auis, quatuor ſuper ſe &
quatuor capita erant in beſtia.
ibid.
Surge, comede carnes plurimas. 5
ibid.
Septuaginta hebdomades abbre- 24 9
uiatæ ſunt ſuper populum tuũ,
& ſuper vrbem ſanctam tuam,
vt conſummetur præuaricatio:
& finem accipiat peccatum, &
deleatur iniquitas, & adduca-
tur iuſtitia ſempiterna, & im-
pleatur

Digitized by Google

pleatur viſio, & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo; & animaduerte ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt. 85

29 *Vſque ad Chriſtum ducem hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ.* 273

13 8 *Videbant eam ſenes quotidie ingredientem & deambulantem.* 39

17 *Dixit ergo puellis; afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarij claudite vt lauer.* ibid.

Ecce cum nubibus cæli: quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eum, & dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum. Et omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. 85.375

23 *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini.* 466

Oſee.

1 9 *Voca nomen eius non populus meus, quia vos non populus meus.* 310

11 3 *Ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis: & neſcierunt, quod curarem eos.* 43

13 10 *Vbi eſt Rex tuus? Maxime nunc ſaluet te. Et iudices tui de quibus dixiſti; da mihi Regem?* 272

Ioël.

Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. 201 11 1

Amos.

Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ dicitis dominis veſtris afferte, & bibemus. 519 1 4

Nunquid currere queunt equi in petris, aut arari poteſt in bubulis, quoniam conuertiſtis in amaritudinē iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium. 554

Ecce dies veniunt, & ſtillabunt montes dulcedinem; & omnes colles culti erunt. 134 13 9

Michæas.

Vadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum, quia deſperata eſt plaga eius. 463 8 1

Audite, Principes Iacob, & duces domus Iſraël; nunquid non veſtrum eſt ſcire iudicium; qui odio habetis bonum, & diligitis malum; qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum. Qui comederunt carnem populi tui; & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum & non exaudiet eos. 415 1 3

Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël. 72 2 5

Digitized by Google

Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis & conuertentur: quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terræ: & iſte pax erit. 205.72.354

Habacuc.

3 3 *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan.* 216

Sophonias.

1 11 *Diſperierunt omnes inuoluti argento.* 554

3 8 *Expecta me dicit Dominus in die reſurrectionis meæ in futurũ: quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini: & ſeruiant ei humero vno.* 556

Aggæus.

2 8 *Veniet deſideratus cunctis gentibus; & implebo domum iſtam gloria: dicit Dominus exercituum.* 85

Zacharias.

2 8 *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* 190

10 *Lauda & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa; & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui.* 87

4 2 *Dixit ad me, quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius, & ſeptem lucernæ eius ſuper illud; & ſeptem infuſoria lucernis, quæ erant ſuper caput eius: & duæ oliuæ ſuper illud, vna à dextris lampadis, & vna à ſiniſtris eius, & reſpondi, & aio ad Angelum, qui loquebatur in me dicens; quid ſunt hæc Domine mi? Et reſpondit Angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me: Numquid neſcis, quid ſunt hæc?* 457

Hæc eſt maledictio quæ egreditur 3 5
ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur: & omnis iurans ex hoc ſimiliter iudicabitur. 257

Educam illud, dicit Dominus ex- 4
ercituum, & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & conſumet eam, & ligna eius & lapides eius. 258

Exulta ſatis filia Sion; Iubila fi- 9 9
lia Ieruſalem: ecce Rex tuus venit, tibi iuſtus & ſaluator. Ipſe pauper & ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. 87

Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu. 591 11

Effundam ſuper domum Dauid, 10 12
& ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & precum, & aſpicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum. 544

In illa die erit fons patens domui 1 13
Dauid & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris; & erit in die illa, dicit Dominus exercituum: diſper-

Digitized by Google

dam nomina idolorum de terra, & pſeudoprophetas: & ſpiritum immundum auferam de terra. Dicam populus meus es: & ipſe dicet, Dominus Deus meus. 60.67

Malachias.

3 1 Ecce ego mitto Angelum meũ, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. 85.195

I. Machabæorum.

2 62 A Verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius ſtercus & vermis eſt. 608

6 10 Vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis: receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi & corrui corde præ ſollicitudine: & dixi in corde meo: in quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum, qui iucundus eram & dilectus in poteſtate mea? Nunc vero reminiſcor malorum, quæ feci in Hieruſalem. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. 418

17 Conſtituit regnare Antiochum filium eius, quem nutriuit adoleſcentem: & vocauit nomen eius Eupatorem. 443

14 Vocauit Philippum vnum de amicis ſuis: & præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnum ſuum. 443

7 63 Reuerſus eſt Eupator Antiochiã & inuenit Philippum dominantem ciuitati, & pugnauit aduerſus eum. 444

II. Machabæorum.

Non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. 516 20 1

Cõſiderans Onias periculum contentionis: ad Regem ſe contulit, non vt ciuium accuſator, ſed communem vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſiderans. Videbat enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari. 326 4 4

Auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium cõſtituere, & optimos quoſque Ephebórum in lupanaribus ponere: nefarium & inauditum ſcelus, ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo & ſacrificijs neglectis feſtinarent participes fieri paleſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci. 66 12

Conſtituit autem Nicanor, vt regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum suppleret: ſtatimque ad maritimas ciuitates miſit conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum. 354 10 8

Pecunijs vero eorum, qui ad emptionẽ ipſorum venerant ſublatis, ipſos vſquequaque perſecuti ſunt. Arma autem ipſorũ, & ſpolia congregantes, ſabbatum agebant, benedicentes Dominum, qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos. 354 25

Superbia repletus, ignẽ ſpirans animo in Iudæos, & præcipiẽs accelerari negotiũ, cõtigit illũ im- 7 9

petu euntem de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari. Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatêra appendere; nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans, ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent: odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante ſydera cæli ſe contingere arbitrabatur, cum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cum nec ipſe iam fœtorem ſuum ferre poſſet; ait iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. 345

15 24 *Machabæum amplexatus eſt.* 4

15 18 *Erat enim pro vxoribus, & filijs, itemque pro fratribus, & cognatis minor ſollicitudo: maximus vero, & primus pro ſanctitate timor erat templi.* 273

Matthæus.

1 18 *CVm eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.* 96

20 *Ioſeph, fili Dauid noli timere accipere Mariam coniugem tuam quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* 275. 277. 294

Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam dicentem: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. 99. 131. 336 22

Accepit coniugem ſuam, & non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum. 105 24

Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo, & congregans omnes Principes ſacerdotum, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. At illi dixerũt ei in Bethlehem Iudæ, ſic enim ſcriptum eſt per Prophetam. Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſraël. 72. 204. 355 3

Stella quam viderant in oriente antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. 357 9

Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. 351 11

Procidentes adorauerunt eum. 335 11

Surge, accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum & eſto ibi vſque dum dicam tibi: futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 203 13

Baptizatus Ieſus, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt cæli, & vidit ſpiritum Dei, deſcendentem ſicut colum- 16 3

bam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. 375.26.234

4 4 Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. 193

5 5 Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. 609

8 Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt. 600

14 Vos eſtis lux mundi. 325

44 Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt. 536

6 3 Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. 363

8 Scit Pater veſter, quid opus ſit vobis antequam petatis. 104

7 13 Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem: & multi ſunt, qui intrant per eam. 525

24 Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam. 414

8 28 Cum veniſſet trans fretum in regionem Geraſenorum occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes, ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes; quid nobis, & tibi Ieſu fili Dei? ſi eijcis nos hinc; mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis ite. At illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce impetu abijt totus grex præceps in mare: & mortui ſunt in aquis. Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu, & viſo eo rogabant, vt tranſiret à finibus eorum. 341

Sequere me, & ſurgens ſequutus eſt eum. 340 9 9

Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter. 342 11

Acceſſerunt ad eum cæci, & dixit eis Ieſus: creditis quia hoc poſſum facere vobis? dicunt ei vtique Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens; ſecundum fidem veſtram fiat vobis: & aperti ſunt oculi eorum. 374 28

Iacobus Alphæi, & Thadæus, Simon Cananæus. 108 3 10

Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes. 534 16

Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me non eſt me dignus, 559 38

Euntes, renunciate Ioanni; quæ audiſtis, & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. 373 4 11

Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 525 12

Nemo nouit patrem niſi Filius, et cui voluerit filius reuelare. 43.50 27

Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. 348 29

Magiſter volumus à te ſignum videre. 44 38 12

Digitized by Google

42 *Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta & cōdemnabit eam, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis: & ecce pluſquam Salomon hic.* 467

13 38 *Bonum vero ſemen hi ſunt filij regni: zizania autem filij ſunt nequam.* 244

44 *Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro, quē qui inuenit homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa, quæ habet, & emit agrum illum.* 336

55 *Nonne hic eſt fabri filius? nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Simon, & Iudas, & ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? vnde ergo huic omnia iſta.* 99

14 29 *Deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquā vt veniret ad Ieſum.* 452

15 19 *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt, quæ coinquinant hominē.* 256

16 4 *Generatio praua, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* 44

16 *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* 408

17 *Beatus es Simon Bar Iona; quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi ſed Pater meus, qui in cœlis eſt.* 408

18 *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* 287

24 *Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* 522. 543

27 *Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.* 543

Reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. 388 2 17

Ecce vox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi benè complacui. 28. 396 5

Leuantes autem oculos ſuos neminem viderunt niſi ſolum Ieſum. 404 8

Nemini dixeritis viſionem hanc donec filius hominis à mortuis reſurgat. 373. 375 9

Magiſter veſter non ſoluit didrachma? Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum à filijs ſuis an ab alienis? dixit ab alienis. Dixit illi Ieſus ergo liberi ſunt filij, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum; & eum piſcem, qui primus aſcenderit tolle; & aperto ore eius inuenies ſtaterem. Illum ſumens da eis, pro me, & te. 121. 356 23

Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat. 567 11 18

Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ: ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes. 274 28 19

Dic, vt ſedeant hi duo filij mei; vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. 108 21 20

Audientes decem indignati ſunt de duobus. 108 24

Benedictus, qui venit in nomine Domini. 19 9 21

Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? ibid. 12 22

Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. 378. 21

Digitized by Google

37 *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum, & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſũ. In his duobus mandatis uniuerſa lex pendet, & prophetæ.* 434

23 3 *Erunt ſicut Angeli* Dei *in cœlo.* 587

4 *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem vno nolunt ea mouere, dilatant enim Phylacteria ſua, et magnificant fimbrias, amant autem primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* 218

20 *Nec vocemini Magiſtri quia Magiſter vnus eſt Chriſtus.* 25

14 *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi Hypocritæ quia comeditis domos viduarum.* 218

24 3 *Parebit ſignum filij hominis in cœlo.* 235

25 31 *Quũ autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo; tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis: Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Tunc dicet, & his, qui à ſiniſtris erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo & angelis eius.* 274.491

Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur, in remiſsionem peccatorum. 252 28 26

Qui autem tradidit eum dedit illis ſignum dicens; quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et confeſtim accedẽs ad Ieſum dixit Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum. 521 48

Pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. 449 3 27

Et plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius. 520 29

Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem, & angariauerunt, vt tolleret crucem eius. 558 32

Si Rex Iſrael eſt deſcendat nunc de cruce, & credemus ei. 505 42

Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me. 502 48

Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ ſequutæ fuerant ipſum à Galilæa miniſtrantes ei. Inter quas erant, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph, & mater filiorũ Zebedæi. 107 55

Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrũ. 108 1 28

Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit. 482 7

Exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno currentes nuntiare diſcipulis eius. 477 8

Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. 51 18

Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti docentes ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis. 1.2.17.34.51.577

Digitized by Google

INDEX.

Marcus.

1 7 NOn ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calceamentorum eius. 453
34 Dæmonia multa eijciebat, & non ſinebat ea loqui quoniam ſciebant eum. 43
6 48 Venit ad eos ambulans ſuper mare. 452
14 63 Quid adhuc deſideramus teſtes? audiſtis blaſphemiam. 376
15 29 Prætereũtes blaſphemabant eum. mouẽtes capita ſua & dicentes; vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus readificas ſaluum fac temetipſum, deſcẽdens de cruce. Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum cum ſcribis dicebant: alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluum facere. 503 505
12 Patrem Alexandrī & Rufi. 559
16 6 Ieſum quæritis Nazarenum crucifixum: ſurrexit non eſt hic. 485
7 Dicite diſcipulis eius & Petro, quia præcedit vos in Galilæam. 482
14 Exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis. 599
16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. 20.565.604.610
17 Signa autem eos qui crediderint: hæc ſequentur; in nomine meo Dæmonia eijcient. 620
In nomine meo Dæmonia eijcient. 565.604
18 Linguis loquentur nouis. 565.620
Super ægros manus imponent, & bene habebunt. 621
Si mortiferum quid biberint non eis nocebit. 566
19 Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis aſſumptus eſt in cœlum, ſedet à dextris Dei. 563 568.557.603.
Illi autem prædicauerunt vbique, Domino ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. 566 20
Sedet à dextris Dei. 582 20

Lucas.

AVe gratia plena Dominus tecum. 318 28 1
Turbata eſt in ſermone eius. 276 29
Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſũ. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur. 86.97.259 295 31
Regni eius non erit finis. 241 32
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? 97 34
Ne timeas Maria inueniſti enim gratiam apud Deum, ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. 277 30
Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. 474 35
Beata quæ credidiſti, quoniã perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi à Domino. 97 45
Magnificat anima mea Dominũ, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. 87 47
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 119 48
Et factũ eſt in die octauo venerunt circumcidere puerum: & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam: & reſpondens mater eius dixit, nequaquam, ſed vocabitur Ioannes. 245 59
Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, & ibant omnes vt profite- 1 2

rentur

rentur ſinguli in ſuam ciuitatem. 352

Et exijt edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. 89

Exijt edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Aſcendit autem & Ioſeph, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore prægnante. 171

7 Peperit filium ſuum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio; quia non erat eis locus in diuerſorio. 112.132

Peperit filium ſuum primogenitũ, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio. 211

9 Claritas Dei circũfulſit illos. 378

10 Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. 113

14 Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 75.133

12 Pannis inuolutus. 117

13 Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantiũ Deũ, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 73

15 Paſtores loquebantur ad inuicem; tranſeamus vſque Bethlehem: & videamus hoc verbũ, quod factum eſt: quod Dominus oſtendit nobis. 128

16 Inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio. 128

18 Et omnes qui audierunt mirati ſunt: & de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. 116

32 Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Iſrael: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorũ: & in ſignum cui contradicetur. 130.323

Lumen ad reuelationem gentiũ. 459

Vocatũ eſt nomen eius Ieſus quod vocatum eſt ab Angelo. 276 21

Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum eſt nomen eius Ieſus. 259.275.277

Videbit omnis caro ſalutare Dei. 144 6 3

Exibant Dæmonia à multis clamantia, & dicentia: quia tu es filius Dei. 339 41 4

Aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lachrymis rigauit pedes meos. 4 44 7

Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. 343.249 39

Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti. 461 44

Ex quo intrauit non ceſſauit oſculari pedes meos. 7 45

Rogauerunt illum omnis multitudo regionis Geraſenorum, vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore tenebantur. 341 37 8

Dicebant exceſſum eius, quem cõpleturus erat in Ieruſalem. 394 31 9

Dicebant exceſſum eius. 372

Vox facta eſt de nube dicens: hic eſt filius meus dilectus. 234 35

Hic eſt filius meus dilectus; ipſum audite. 45

Ieſus videns cogitationes cordis illorum. 273 47

Videte regiones: quia albæ ſunt iam ad meſſem. 295 2 10

Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. 328 16

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. 499 38

Pater noſter. 42 2 11

Cũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuum: in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Si autem fortior eo ſu- 12

peruenient, vicerit eum; vniuerſa eius arma auferet, in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuet. 77.125
12 49 Ignem veni mittere in terram. 117
14 17 Miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent; quia iam parata ſunt omnia. 321
15 10 Gaudium erit coram Angelis Dei. 545
20 Accurrens cecidit ſuper collum eius. 5
23 Adducite vitulum ſaginatum, & occidite: & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & vixit: perierat, & inuentus eſt. 447
17 16 Non eſt inuentus, qui rediret & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. 545
18 13 Deus propitius eſto mihi peccatori. 6.3
19 2 Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorũ, & ipſe diues. 342
5 Zachæe, feſtinans deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere: & feſtinans deſcendit & excepit illum gaudens. 340
10 Venit enim filius hominis quærere, & ſaluum facere quod perierat. 138
20 17 Quid eſt ergo hoc, quod ſcriptum eſt, lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? omnis, qui ceciderit ſuper illum lapidem, cõquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, comminuet illũ. 486
22 15 Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, antequã patiar. 420
19 Accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis datur. Hic eſt calix nouum teſtamentum in ſanguine meo, qui pro vobis fundetur. 423
Facta eſt autem contentio inter eos; quis eorum videretur eſſe maior. 108 24
Ex hoc autem erit filius hominis ſedens à dextris virtutis Dei. Dixerũt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: vos dicitis, quia ego ſum. 376 69
Venientem de villa. 559 26 23
Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. 438 46
Caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalẽ, nomine Emaus. 503 13 24
Nonne hæc oportuit pati Chriſtũ: & ita intrare in gloriam ſuam. 499 26
Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi; & cæteræ quæ cum eis erant. 107 10

Ioannes.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Deus erat Verbum: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem: & Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. 13.191.126.462 1 1
Omnia per ipſum facta ſunt. 523 3
In ipſo vita erat. 232 4
Lux in tenebris lucet. 378 5
Fuit homo miſſus à Deo cui nomẽ erat Ioannes hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. 44 6
Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 292.321 9
In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit, 43 10

Digitized by Google

11 *In propria venit, & ſui eum non receperunt.* 211

12 *Quotquot autẽ receperũt eũ, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri &c.*

Qui nõ ex ſanguinibus, neq; ex volũtate carnis, neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.

Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriã quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. 212

Quotquot autem receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. 123

14 *Gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.* 82.115

Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, quaſi vnigeniti à Patre. 128.214

15 *Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo & clamat dicens: hic erat quem dixi; qui poſt me venturus eſt ante me factus eſt quia prior me erat & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.* 198

16 *De plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia.* 194

17 *Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* 113

18 *Deũ nemo vidit vnquã: vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* 25

27 *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* 46

29 *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi. Et ego vidi & teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius Dei.*

Qui miſit me baptiʒare &c. ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptiʒat in Spiritu ſancto. 46

2

Quodcumque dixerit vobis facite. 456 5

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ & manifeſtauit gloriam ſuam & crediderunt in eum diſcipuli eius. 339 11

Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. 19

Ille autem dicebat de templo corporis ſui. 505.84 21

3

Quoniã niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei. 31.289.570 5

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. 507

In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera Diaboli, 339

Si terrena dixi vobis & non creditis quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? & nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo. 31 12

Filius hominis qui eſt in cœlo. 189 13

Nemo aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo. 43.570.569

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. 514.529.546 14

Vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam. 562

Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ita exaltari oportet filium hominis. 562

16 *Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret.*

19 *Hoc eſt autem iudiciū quia lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim &c.* 377

32 *Qui de cælo venit ſuper omnes eſt: & quod vidit & audiuit hoc teſtatur qui credit in filiū habet vitam æternam, qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei aſcendit ſuper eum.* 44

5 18 *Quærebant eum interficere: quia patrem ſuum dicebat Deum,*
8 *æqualem ſe faciens Deo.* 58.

17 *Pater meus.* 42

22 *Neque enim Pater iudicat qui quam ſed omnē iudicium dedit Filio.* 309

28 *Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei; & procedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectione iudicij.* 489

33 *Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium perhibuit veritati.* 44

27 *Et poteſtatem dedit ei, iudicium facere; quia filius hominis eſt.* 237

39 *Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt: quæ teſtimonium perhibent de me.* 86

44 *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis?* 466

6 44 *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me traxerit eum: & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* 340

Ego ſum panis vitæ: patres veſtri manducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt: ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. 83. 447 48

Illi ergo homines cum vidiſſent, quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, quia hic eſt vere propheta, qui venturus eſt in mundū. 339 14

Niſi manducaueritis carnem filij hominis non habebitis vitam in vobis. 192 54

Qui manducat meam carnem, et bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. 445.446

Caro mea verè eſt cibus. 192.303 55

Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. 192

Qui manducat meam carnem et bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo. 431 59

Qui manducat hunc panem viuet in æternum. 446 59

Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit. 616

Vnus poſt vnum exibant, incipiētes à ſenioribus. 407 9

Neque ego te condemnabo: vade, & iā amplius noli peccare. 274 11

Ego ſum lux mundi; qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. 406 12

Tu teſtimonium perhibes de te ipſo: teſtimonium tuum non eſt verum. 43 13

Etſi ego teſtimonium perhibeo de me ipſo; verum eſt teſtimonium meum: quia ſcio vnde veni & quò vado: vos autem neſcitis. 46.43.406 14 8

Solus non ſum; ſed ego qui & miſit me Pater. 42 16

24 *Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini in peccato veſtro.* 405
25 *Principium qui & loquor vobis.* 406
33 *Semen Abrahæ ſumus & nemini ſeruiuimus vnquam: Pater noſter Abraham eſt: dicit eis Ieſus: Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: vos ex patre diabolo eſtis: & deſideria patris veſtri vultis facere.* 244
33 *Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam.* 244.397
34 *Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* 519
42 *Ego enim ex Deo proceſſi.* 36
44 *Vos ex patre diabolo eſtis.* 39
Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur: quia mendax eſt & Pater eius. 39
Vos ex Patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. 397.537
Non eſt veritas in eo. Quum loquitur mendacium ex proprijs loquitur: quoniam mẽdax eſt: & pater eius. 619
56 *Abraham exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauiſus eſt.* 86
58 *Antequam Abraham fieret, ego ſum.* 406
59 *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* 411
9 36 *Tu credis in filium Dei? Quis eſt* Domine? *qui tecum loquitur ipſe eſt.* 42
10 7 *Ego ſum oſtium.* 586
11 21 *Dixit Martha ad Ieſum, Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus: ſed & nũc ſcio, quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi, vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.* 393
Hic homo multa ſigna facit: ſi dimittimus eum ſic: omnes credent in eum. 46 47
Cum eſſet Pontifex anni illius prophetauit. 122 51
Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras: & ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum. Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. 520.522 31 12
Nunc iudicium eſt mundi: nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. 274 31
Ego lux in mundum veni; vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. 45 46
Cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 420 1 13
Sciens Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 421
Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus: & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua. 438 3
Scitis, quid fecerim vobis. 444.456 12
Reſpondit Ieſus & dixit ei: quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. 459 7
Vos vocatis me, Magiſter, & Do*mine: & bene dicitis, ſum etenim.* 374 13
Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. 448 23

34 *Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.* 429

14 1 *Non turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quò minus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero vobis locum; iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum; vt vbi ſum ego & vos ſitis.* 582

2 *Vado parare vobis locum.* 595

6 *Ego ſum via.* 90

Via veritas, & vita. 116

Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. 589

8 *Oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* 50

10 *Qui videt me, videt & Patrem: non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt?* 42

17 *Spiritum veritatis mundus non poteſt accipere.* 621

25 *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens: Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* 408

23 *Si quis diligit me ſermonem meũ ſeruabit, & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus: & manſionem apud eum faciemus.* 4.16.53

26 *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.* 31.50

27 *Pacem relinquo vobis.* 470.610

15 1 *Ego ſum vitis.* 295

Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. 295 5

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. 249 13

Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. 474 15

Ego elegi vos vt eatis, & fructum afferatis. 437 16

Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. 407 22

Paraclitus, qui à Patre procedit. 46 26

Quum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. 46

Paraclitus teſtimonium perhibebit de me. 46

Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modo; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. 142 12 16

Confidite, ego vici mundum. 63.620 33

Hoc locutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite: ego vici mundum. 77

Hæc eſt autem vita æterna; vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 89.359 2 17

Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus. 25.42 6

Ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum. 537 22

Digitized by Google

18 37 *Vt teſtimonium perhibeam veritati.* 28

19 6 *Ecce homo.*

17 *Baiulans ſibi crucem exiuit.* 558

19 *Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem: erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, & erat ſcriptum Hebraice, Græce, & Latine.* 293

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. 557

25 *Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ & Maria Magdalene.* 107

Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem, & diſcipulum ſtantem quem diligebat. 531

37 *Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleatur: viderunt, in quem transfixerunt.* 544

20 19 *Cum fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati, venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis pax vobis.* 101

20 20 *Oſtendit eis manus & latus, gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis ſicut miſit me Pater & ego mitto vos.* 568

21 *Pax vobis ſicut miſit me Pater & ego mitto vos, hæc cum dixiſſet inſufflauit & dixit eis Accipite Spiritum ſanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.* 567

28 *Noli eſſe incredulus ſed fidelis, reſpondit Thomas, & dixit ei Dominus meus & Deus meus dixit ei Ieſus quia vidiſti me Thoma credidiſti.* 374

29 *Dominus meus & Deus meus.* 126

Actus Apoſtolorum.

IN multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. 595 3 1

Nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. 596 9

Cumque intuerentur in cælum euntem illum: ecce duo viri adſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis: qui & dixerunt. Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. 596. 603 10

Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum. 564 11

Suſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera eius. 430 18

Apparuerunt diſcipulis diſpertitæ linguæ tanquam ignis: ſeditque ſupra ſingulos eorum. 15. 45 3 2

In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute, aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? 374 6 13 3

Nec enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. 232 12 4

Qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo. 467 38 10

Numquid aquam quis prohibere poterit, vt non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? 290 47

Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs noſtris reſuſcitans Ieſum. 488 32 13

Quid tentatis Deũ imponere iugũ 10 15

Digitized by Google

ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus. 548

17 28 *In ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus.* 193

20 28 *Vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* 392

Ad Romanos.

1 1 *PAulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei, quod antea promiſerat per prophetas ſuos in Scripturis ſanctis de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* 86.374

2 *Et factus Deo ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* 374

20 *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas ita, vt ſint inexcuſabiles. Quia cum cognouiſſent Deum; non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* 22

2 4 *An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei; qui reddit vnicuique ſecundum opera eius.* 574

3 1 *Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia* Dei. 292

Iuſtitia Dei *per fidem Ieſu Chriſti.* 32 22

Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem propoſuit Deus *propitiationem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum.* 235.615 23

Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. 96 24

Quos prædeſtinauit conformes fieri imagini filij eius. 372 29

Abraham ſignum accepit circumciſionis; ſignaculum iuſtitiæ fidei. 84.275.300 4 11

Traditus eſt propter delicta noſtra; & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. 199.506 568 25

Per Chriſtum & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtã, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. 570 2 5

Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. 555 3

Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. 299.614 17

Conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem; vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis 4 9

Digitized by Google

tis eius: ſimul & reſurrectionis erimus. 500.570

6 *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra non ſeruiamus peccato: qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.* 66.285.518

22 *Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infœlix ego homo.* 342.612.619.621

8 *Nihil ergo nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu: qui non ſecundum carnem ambulant. Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati, & mortis. Quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.* 343.302

8 *Qui autem in carne, Deo placere non poſſunt: vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen ſpiritus Dei habitat in vobis. Si autem Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum: Spiritus vero viuit propter iuſtificationem* 197

11 *Si ſpiritus eius, qui ſuſcitat Ieſum à mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis.* 488

16 *Ipſe enim ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij Dei, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Si tamen compatimur, vt & conglorificemur.* 497

Non enim omnes, qui ex Iſraël ſunt, ij ſunt Iſraëlitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij: ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen, id eſt, non qui filij carnis, hi filij Dei; ſed qui filij ſunt promiſſionis æſtimantur in ſemine. 244 6 9

Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. 427 11

O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. 43.47.48.114 33 11

Vis autem non timere poteſtatem! bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum; ſi autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum agit. 222.308 3 13

Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum 221.235 14

I. Corinthiorum.

Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. 517 18 1

Nam, quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapien- 21

tiam Deum; placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærunt: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. 130.468

2 8 Gloriam, quam nemo Principum huius ſæculi cognouit; ſi enim cognouiſſent nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 373

3 11 Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. 143

4 5 Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo. 609

7 Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? 538.606.

9 19 Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer, iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem. 196

10 1 Quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, &c. & in mari: bibebant autẽ de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. 234.292

13 Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. 614

Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa. 463 4

Si autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? 488 12 15

Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors; & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. 483 20

Vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus, deinde ii, qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt. 506 21

Abſorpta eſt mors in victoria: vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? 590.621 54

II. Corinthiorum.

Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ; quod in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali conuerſati ſumus in hoc mundo. 390 12 1

Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 281 5 3

Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt; multo magis quod manet, in gloria eſt. 295 10

Deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu. Habemus 6 4

Digitized by Google

autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, aporiamur, ſed non deſtituimur perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus: ſemper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. 376.125.411

17 Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. 559

8 1 Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ: quoniam in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit: & altiſſima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum. 559

Ad Galatas.

1 11 Notum vobis facio Euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt ſecundum hominem, neque ego ab homine accepi illud, neque didici ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. 374

3 13 Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem. 543.544

23 Priuſquam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem, quæ reuelanda erat. 37

26 Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. 300

Quanto tempore hæres paruulus 1 4
eſt: ſub tutoribus, & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à Patre. 141

At vbi venit plenitudo temporis, 4
miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. 121.295.561. 610

Manifeſta ſunt opera carnis, for- 19 5
nicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, comeſſationes, ebrietates, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, inuidiæ, & homicidia. 63

Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam 24
crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs. 67.557

Quæ enim ſeminauerit homo, hæc 8 6
& metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam. 496

Ad Epheſios.

Benedictus Deus, & Pater 3 1
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto; ſicut elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius. 20. 476

In quo habemus redemptionem 7
per ſanguinẽ eius remiſſionem peccatorum, ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabũdauit

in nobis in omni ſapientia & prudentia: in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ cælis, & quæ in terra ſunt in ipſo: in quo etiam & nos ſorte vocati ſumus. 455

14 *Signati eſtis ſpiritu promißionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ.* 144

2 1 *Cum eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis ſecundum principem poteſtatis aëris huius: Deus, qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati;) & conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu: vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu, Dei enim donum eſt.* 120.593

19 *Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & prophetarum.* 287

3 8 *Mihi autem ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti: & illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſeculis in Deo.* 33.83

4 8 *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.* 591.604

13 *Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & cognitionis filij Dei in virum perfectum. In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes; & circumferamur omni vento doctrinæ.* 60.556

Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ: & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnuſquiſque ad proximum ſuum. Nolite locum dare diabolo: qui furabatur, iam non furetur. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: & nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Eſtote autem inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem: ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis. 296 22

Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum contra ſpiritalia nequitiæ in cæleſtibus. 72.77.610.619 6

Ad Philippenſes.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſinguli conſiderantes ſed quæ aliorum. Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. 541 3 2

Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu; qui cum in forma Dei eſſet non rapinam 5

Digitized by Google

arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. 541

7 *Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinẽ hominum factus & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.* 423.542.502.535

3 17 *Obſeruate eos, qui ita ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti; quorum Deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiũt,* 39.64.558

20 *Saluatorem expectamus Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.* 497

Ad Coloſſenſes.

1 16 *IN ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia; ſiue Throni, ſiue dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates. Ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo cõſtant, vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens; quia in ipſo cõplacuit omnẽ plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipſũ pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris ſiue quæ in cœlis ſunt.* 233

2 2 *Vt conſolentur corda ipſorum inſtructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterij* Dei *Patris, & Chriſti Ieſu; in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi.* 409

13 *Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum Chriſto, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſũ tulit de medio, affigens illud cruci. Et expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo.* 102.122

3 5 *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus; propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis.* 343.380

1. Ad Timotheum.

5 8 *SI quis autem ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet: fidem negauit; & eſt infideli deterior.* 32

6 9 *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum* Diaboli, *& in deſideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitũ, et perditionem.* 341

2. Ad Timotheum.

4 8 *BOnum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illum*

diem, iuſtus index. 579

Ad Titum.

2 11 *APparuit autem gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos: vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria ſobriè, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſæculo.* 292

2 13 *Apparuit gratia Dei, Saluatoris noſtri: expectantes beatã ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* 293

Ad Hebræos.

1 2 *LOcutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum per quem fecit & ſæcula. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet à dextris maieſtatis in excelſis.* 216. 444

10 *Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia qui multos filios in gloriã adduxerat, authorẽ ſalutis eorum per paſſionem conſummare.* 561

3 3 *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quãto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo; qui autem omnia creauit Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus; Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua: quæ domus ſumus nos.* 392

5 *Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant: Chriſtus vero tãquam filius in domo ſua quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmam retineamus.* 212

Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum, ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. 600 12

Viuus eſt enim ſermo Dei, & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis: & non eſt vlla creatura viſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo. 78.129 12 4

Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. 102 7 5

In ſecundo autem tabernaculo introibat ſemel in anno ſolus pontifex; &c. Chriſtus autẽ aſſiſtẽs Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius &c. per propriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. 103 7 9

Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum, non manu-factum, ideſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta. 525 11

Sanguis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum, ſemetipſum obtulit 14

Digitized by Google

immaculatum Deo emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis. 232.612

19 Accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua & lana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populũ aſperſit, dicens; hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus, & omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur; & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio. 253

11 33 Per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate fortes facti ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum, acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Alij autẽ diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt: circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinibus errantes, in montibus; & ſpeluncis, & in cauernis terræ: & hi omnes teſtimonio fidei probati. 411

12 1 Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propropoſitũ nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei, & cõſummatorem Ieſum; qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionem: vt ne fatigemini animis veſtris deficientes. Nondum enim vſque vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes. 249

Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mæroris: poſtea autem fructum pacatiſsimum exercitatis per eam, reddet iuſtitiæ. 558 11

Iacobi.

OMne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. 517 2 1

Patientia autem opus perfectum habet. 526 4

Pro eo vt dicatis ſi Dominus voluerit. 224 15 4

1. Petri.

DE qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ: qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, ſcrutãtes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſsiones, & poſteriores glorias. 524 10 1

Vt iam non deſiderijs hominum, ſed voluntati Dei quod reliquũ eſt in carne viuat tẽporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium conſummandam, in his, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes. 616.620 2 4

2. Petri.

1 3 Omnia nobis diuina virtutis ſuæ, quæ ad vitam, & pietatem donata ſunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute: per quę maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mũdo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. 359

16 Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, et præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapſa ad eum huiuſcemodi à magnifica gloria. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. 407

3 9 Non tardat Dominus promiſſionem ſuam: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini, vt fur. Quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum diei domini. 584

1. Ioannis.

3 2 Chariſſimi nunc filij Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniã cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. 47

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum. 428 8 4

Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum ſunt. 46 7 5

Apocalypſis.

Ego ſum Alpha, & Omega, principium, & finis. 47 8 1

Qui vicerit dabo ei ſedere mecũ in regno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius. 506 23

Procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant ſedentem in ſæcula ſæculorum: & mittebant coronas ſuas ante thronum. 349 10 4

Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem, tanquam occiſum. 537 6

Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuum: ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. 384 9 10

Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem. 533 9 12

Et audiui vocem magnam de templo dicentem ſeptem Angelis: Ite, & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram, & abijt &c. vſque ad numer. 9. in fine. 773 1 16

Et menſus eſt murum eius centũ quadraginta quatuor cubitorum, menſura hominis, quæ eſt Angeli. 556 17 21

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google